ta. ibi. Ecce ꝙ expreſſe dicit ꝙ prima ſubſtãtia mouet pri
mam lationem; prima autem ſubſtantia eſt, quam dici-
mus deum. Nec poteſt dici ꝙ moueat tantum: vt finis.
Tum quia ſic etiam mouet alias lationes:vnde non dice
ret ſpecialiter hãc lationem fieri ab ea. Tum quia ex mo-
tu non concludit numerum ſubſtantiarum mouentium
preciſe per modum finis: vt etiam cogitur contraria opi.
fateri; quoniam tunc eſſet vna tantum ſubſtantia ſempi-
terna. Tum quia ita videtur Philoſophus cõparare pri
mam ſubſtantiam prime lationi: ſicut alias alijs lationi-
bus: comparat autem eas; vt actiua principia. vt patet.
quare ⁊c̃. ¶ Forte diceret. ꝙ per primam ſubſtãtiam ibi
Philoſophus non intelligit ſubſtantiam primam ſimpli-
citer que eſt deus: ſed primam inter mouentes executiue
orbibus naturaliter vnitas: et talis vtiq; eſt que primam
facit lationẽ:hanc tamen eſt alias prior non mouens: niſi
per modum finis:ſcilicet deus ipſe qui eſt ſubſtantia ſim-
pliciter prima. ¶ Iſta reſponſio nulla eſt ſm intẽtionem
Philoſophi et Commenta. quinimmo ſibi ex toto repu-
gnans:quod patet: primo quidem: quia Commenta. ſta- Cõ.44.
tim.commẽto ſequenti. hoc dictum quod vtiq; fuit Aui-
ceñ. reprobat ſic.d. Qꝫ autem moderni dicunt ſubſtantiã
primam eſſe priorem motiõe totius falſum eſt. Quelibet
enim ſubſtantiarum iſtarum eſt principiũ ſubſtantie ſen-
ſibilis ſm mortem et finem: et ideo dicit Ariſto. ſi alique
ſubſtantie eſſent non mouentes eſſent ocioſe. hec Cõmen-
ta. ¶ Ad hanc autem auctoritatem reſpondent defenſo-
res opi. contrarie dicentes ꝙ Cõmenta. intendit ꝙ prima
ſubſtantia mouet cauſando deſiderium in morte coniun- motore.
cto:et ſic non eſt ocioſa; et ſine actione: cuius oppoſitum
opinabatur Auiceñ. dicens ꝙ prima intelligentia intelli-
gendo ſe cauſabat motorem primi celi: poſtmodum au-
tem nihil cauſabat: ſed remanebat in ocio: in quo nunc
eum reprobat Cõmenta. ¶ Hec reſponſio nulla eſt:tum
quia expreſſe dicit falſum eſſe:ſubſtantiam primam prio-
rem eſſe motore totius. Si autem ipa non eſſet motrix to-
tius: ſed alia quedam intelligenda qualitercunq; cauſa-
ret deſiderium/aut moueret/ vel non moueret: vtiq; ipſa
prior eſſet motore totius: tum quia dicit ꝙ quelibet talis
ſubſtantia principium eſt ſubſtantie ſenſibilis: vtpote cor
poris celeſtis et ſm motorem et ſm finem: non poteſt au-
tem intelligi eſſe principium eius ſcđm motorem diſtin-
guendo a principiatione ſm finem: niſi quia mouet acti-
ue celum ipſum. ¶ Preterea. Qꝫ intelligit de motione
que eſt tranſlatio celi probatur ex eo ꝙ ipſe allegat in hoc
Ariſtotel. de tali autem motione Philoſophum intellige T.c.48.
re:patet manifeſte ex eo: ꝙ in fine dicti capituli poſtq̃ in-
ueſtigauit numerum ſubſtantiarum mouentium ex nu-
mero lationum celeſtium concludit ꝙ nulla preter has
altera natura eſt. Et probat:ſi enim eſſent inquit alie mo-
uerent vtiq; finis exiſtentes lationis; vbi Commenta. Cõ.48.
Cum poſuerimus inquit ꝙ nulla ſubſtantia abſtracta eſt
que non moueat:q: tunc inueniretur in diſpoſitione dimi
nuta: et cum poſuerimus ꝙ omnis orbis eſt propter ſtel-
lam: et ſi non eſſet ocioſum: manifeſtum ꝙ via numeran-
di motum ſtellarum. Ecce ꝙ Ariſtotel. dicit ꝙ nulla alia
eſt preter motores: et dicit ꝙ ſi eſſent alie preter nume-
rum illum qui eſt equalis numero motuum: illi etiam
mouerent: et per conſequens. vt infert Commenta. eſſent
alij motus preter eos qui comprehenſi ſunt in corporibus
celeſtibus: et etiam alia corpora: cum certe iſta conſe-
ſequentia nulla eſſet ſecundum eos; ſi eſſet aliqua non

mouens.Cõmen. etiam dicit ꝙ nulla ſubſtãtia abſtracta
eſt que nõ moueat:alias eſſet in diſpoſitione diminuta:et
ptꝫ ꝙ intelligit de motione per modum agẽtis:et nõ finis
tm̃:ꝗuis quelibet etiã illo modo moueat: vt iam tactum
eſt:⁊ in ſcda concluſione magis patebit.¶ Confirmat̃.qꝛ
T.c.29. Philoſophus in eodẽ.12.in illo cap̃.Sed qm̃ tres erant
ſubſtãtie iuxta principiũ ait.ꝙ nihil ꝓdeſſet ſi ſubſtãtias
faciamus ſempiternas: ſi non aliquod potẽs trãſmutare
Cõ.30. inerit principiũ:et Cõmen.ibi ait. ꝙ nihil prodeſt ponere
ſubſtantiã eternam:in qua non ſit principiũ mouendi:hic
patet ꝙ Philoſophus: ⁊ ipſe loquitur de principiatione
motionis localis: quoniã cauſatio deſiderij non eſt tranſ-
Cõ.44. mutatio de qua loquitur. ¶ Amplius.ibidẽ ait Cõmen.
ꝙ queãdmodum primus princeps in ciuitatibus neceſſe
eſt: vt habeat propriam que eſt nobiliſſima actionum: et
ſi non:eſſet ocioſus: quam actionem intendunt per ſuam
actionem omnes qui ſunt ſub primo principe: et multa
etiam exẽpla adducit de artibus: quarum inferiores in-
tendunt actionem ſuperioris:ſic ſubdit ipſe eſt intelligen-
dum de iſtis corporibus cum ſuis formis: a quibus mo-
uentur: ⁊ de iſtis formis adinuicem. Ex quibus patet ꝙ
ipſe vult ꝙ primus princeps vniuerſi: qui deus eſt:habet
propriam actionem quam intendunt:⁊ ei ſubſeruiunt mo
tores inferiores: talis autem actio eſt motus diurnus:ſi-
cut patet per verba que premittit:ait enim ꝙ omnes intẽ-
dunt hunc motum diurnum qui eſt primi motoris actio:
et principium aliarum actionum. ¶ Ex predictis poteſt
colligi vna probatio alia directe ad concluſionem: nam
12.meta.t. et cõ.48. ſm mentem Philoſophi et Commenta. vt patet ex predi-
ctis eſt ꝙ quelibet ſubſtantia abſtracta moueat aliquod
corpus celeſte alioquin eſſet ſuperflua in vniuerſo ⁊ ocio-
ſa:⁊ in diſpoſitiõe diminuta.i.imperfecta:⁊ quia hoc ſm
eos eſſet maximum inconueniens:circa primam ſubſtan-
tiam que eſt omnium nobiliſſima. ſequitur ꝙ indubitan-
ter opinati ſunt primam ſubſtantiam corpus aliquod ce-
leſte mouere: et ſi ſic.ſequitur ꝙ primũ quod eſt inter om-
nia nobilius ⁊ ſupremum: ⁊ patet ꝙ loquuntur de motio-
ne que eſt trãſlatio corporalis. Quãuis eorum motiuum
nullum ſit ſm veritatem:cum multe ſint ſubſtãtie abſtra-
cte perfecte: et non ocioſe/ vel ſuperflue non mouentes:
nunc tamen non quid verum ſit: ſed quid ſenſerint quert-
tur. ¶ Deinde probatur concluſio rõnibus.primo:qꝛ ſm
intentionem Philoſophi eandem ſubſtantiã probat phy
ſicus eſſe et eſſe abſtractam ab omni materia/ ac omnino
immobilem: et metaphyſicus probat eſſe primam formã
et vltimum finem omnium. igitur ſm intentionem eius.
deus mouet actiue celum.antecedens patet. primo ex di-
Cõ.6. cto Commenta..12..metaphyſi.vbi ait.ꝙ principium for
male et finale et mouens non ſunt tria numero: ſed vnum
in ſubiecto: et tria ratione: ſm autem ꝙ mouens eſt de-
claratur eſſe in ſcientia naturali: et ꝙ non eſt in materia.
Et ſm ꝙ concedit hec ſcientia: ſcilicet metaphyſica. ꝙ
hoc mouens non eſt in materia:declarat ꝙ eſt forma et fi-
nis iſtius ſenſibilis ſubſtãtie:non in eo ꝙ eſt ſenſibilis:ſed
Com.5. in eo ꝙ eſt ens. Et in precedenti commento dicit ꝙ Phi-
loſophus incipit declarare principium ſubſtantie eterne:
et poſuit etiam hoc quod declaratum eſt in naturalibus:
et conſiderandũ de eis conſideratione propria huic ſcien
tie. verbi gratia. ꝙ eſt ſubſtantia et prima forma et ꝙ eſt
T.c.41.et 38. primus finis. ¶ Secundo quia in.12.metaphy. Philo-
phus repetens rationem factam in.8.phyſi. probat moto
rem celi eſſe a materia ſimpliciter abſtractum ⁊ immobi-
lem: deinde ꝙ tales motores ſunt plures: et quilibet eſt
ſubſtantia: et poſtea ꝙ prima ex eis eſt finis ceterarum:
conſequentia patet: nam vltimus finis ſm intentionem
Philoſophi: non niſi deus eſt:vt omnes concedunt. igi-
tur deum eſſe ſeparatum a materia probat phyſicus ſm

Philoſophum.Conſtat autem ꝙ per nullam aliam ratio
tionem/ꝗ per illam.8.phyſicorum. ſcilicet ꝙ mouet tem-
pore infinito:que ratio:vt cuilibet intelligenti apparet:to
ta incedit de mouente actiue/ nec vſquã per aliam ratio-
nem inuenitur eum probaſſe aliquam ſubſtãtiam abſtra-
ctam eſſe. ¶ Secundo eadem ſubſtantia ſm Philoſo-
phum eſt prima:⁊ menſura omnium ſubſtantiarum ⁊ pri
mus motor/ac forma et finis. igitur deus ſm ipſum mo-
uet actiue: antecedẽs patet per Cõmen.10.meta.qui vbi T.cõ.7.
Philoſophus dicit: ꝙ ſicut in coloribus colorem vnum
querendum ipſum ꝙ vnum:ſic et in ſubſtantia ſubſtantiã
vnam.ipſum vnum ait Cõmen.ſicut in coloribus ⁊c̃.i.qd̃ Cõ.7.
eſt principium ſubſtantiarum ⁊ principium numeri earũ
qui exiſtit in ſubſtantia:⁊ intendit.ſ. Ariſto.ꝙ cum fuerit
inuentum quod declaratum eſt in Philoſophi.ſ.hoc eſſe
primum motorem eternum et abſolutũ ab omni materia:
et declarauit poſt:ꝙ hoc non ſolum modo eſt principium
tanꝗ motor:ſed tanꝗ forma ⁊ finis:declarabitur ꝙ illud
eſt vnum de quo declaratũ fuit hic:ꝙ eſt principium ſub
ſtantie:ſicut eſt declaratum ꝙ eſt actus vltimus: cui non
admiſcetur potentia omnino: hic patet ꝙ Cõmenta.vult
ꝙ prima ſubſtantia que eſt actus vltimus: cui non admi-
ſcetur omnino potentia:⁊ eſt principium numeri ⁊ menſu
ra omnium aliarũ eſt motor.ſ.actiue mouens:que expoſi-
tio patet ex eo quod ait ꝙ non ſolum modo eſt principiuꝫ
tanꝗ motor:ſed tanꝗ forma ⁊ finis:vbi diſtinguit princi-
piationem motionis a ratione principiandi ſm finem.cõ-
ſequentia autem patet: qm̃ ſm omnes deus ipſe ſolus eſt
menſura ſubſtantiarum et prima omnium. ¶ Secunda
concluſio probatur.primo per Philoſophũ.12.meta.qui
poſtꝗ concluſit:ꝙ eſt aliquid quod non mouetur: mouet
autem motum ſempiternum ⁊ ſubſtantia ⁊ actu ens ĩme-
diate de tali motore addit. Mouet aũt ſicut appetibile et
intelligibile:hec enĩ ſola mouẽt non mota: vbi ſm omnes
etiam eos qui ſunt de contraria opinione intendit. ꝙ tale
mouens mouet per modũ finis. Et poſtea de tali ſubſtan- T.c.36.
tia mouente querit:vtrũ ſit vna vel plures:⁊ determinat:
ꝙ plures.igitur vult ipſe ꝙ non ſolum primus motor: ſed
etiam illi moueant per modum finis:⁊ ſint fines motuum
ſuorum. ¶ Preterea. Idem ipſe in fine illius capituli: T.c.42.
vtrum autem vnam ponendum eſt talem ſubſtãtiam/aut
plures:poſtꝗ concluſit ꝙ plures:⁊ ꝙ numerus earum eſt
ſm numerum motuum addit:vt ſupra allegatũ eſt ꝙ pre- T.c.48.
ter eas nulla alia eſt:et probat ꝙ ſi eſſet inquit alie moue-
rent vtiꝗ fines exiſtentes lationis:iſta conſequentia nul-
la eſſet ſm ipſum:niſi et omnes que mouent ſint fines ſua-
rum lationum. ¶ Hoc idem probatur per Cõmenta.pri- Cõ.36.
mo quidem: quia ſuper illam partem preallegatam: mo-
uet autem ſicut appetibile ⁊c̃. dicit ipſe. ꝙ hoc mouens
eſt intellectus ⁊ eſt mouens:quia agit motum:et quia eſt
finis motus: et ꝙ hoc intelligat de quolibet motore ce-
leſti: patet: quia poſtꝗ ſubiecit exemplum de forma
balnei: et dixit ꝙ ſi eſſet non in materia moueret: et ſm
agens ⁊ ſm finẽ ſic inquit ipſe. Intelligendum eſt de mo-
uentibus corpora celeſtia.ſm igitur ꝙ illa intellecta ſunt
forme eorum:ſunt mouentia ſm agens. Secundũ autem
ꝙ ſunt fines eorum mouentur ab illis ſm deſiderium.
¶ Item Cõmenta. ibidem dicit ꝙ vnaqueꝗ illarũ ſub- Cõ.48.
ſtantiarum mouẽtium eſt perfectio ⁊ finis motus. Item
idem in de ſubſtantia orbis dicit ꝙ cum forme corporum Cap.1.
celeſtium non conſtituantur per ſua ſubiecta: neceſſe eſt
vt forma qua mouentur ſit illa ad quam mouentur:in for
mis enim coſtitutis per ſua ſubiecta differunt: ſcilicet ꝙ
forma qua mouentur non eſt illa ad quam mouentur. Et
omnis forma huius ſcilicet que mouetur ad ſeipſam per-
ficiendam per aliam: neceſſe eſt vt ſuum mouere ſit fini-
tum:cũ non moueat: niſi cũ mouetur. ſupple tanꝗ a fine



acquirendo quo acquiſito ceſſat motus. Itẽ ſubdit ꝙ ni-
hil eſt in corporibus celeſtibus quo forma qua eſt motus
differat ab ea ad quã eſt motus:immo ſunt eadẽ forma:⁊
non differunt:ea diſpoſitione.hoc Cõmẽ. Ex quibus om
nibus patet:ꝙ eadẽ forma ipſa vel intelligẽtia eſt qua ce-
lũ mouetur:⁊ eſt principiũ motus:vt agens: ⁊ ad quã mo
uetur:ideſt eſt finis motus ¶ Tertia cõcluſio ꝓbatur pri
mo:quia ſi primũ cauſaret deſiderium ſui in intelligentia
mouente orbẽ:vt dictũ eſt:ſequeretur ꝙ ipſa intelligentia
moueret mota a re extrinſecus deſiderata:⁊ ſic animal ce
leſte non eſſet compoſitũ ex vno mouente: ⁊ vno moto tm̃:
Cap. conſequens eſt contra Cõmẽta.in de ſubſtantia orbis.vbi
ait.ꝙ forme corporũ celeſtiũ:⁊ maxime forma corporis vl
timi cõtinentis ſunt quodãmodo anima ſcilicet per appe-
titũ exiſtentẽ in eis ⁊ motore ⁊ quodãmodo intellectus: ⁊
eſt forma ſimplex prima per quã animal celeſte componi-
tur ex vno mouente ⁊ vno moto:ecõtrario de animalibus
que ſunt hic: apparet eniꝫ ꝙ in iſtis mouens componitur
ex duobus mouentibus ſcilicet ex anima et re deſiderata
extrinſecus mouente animam: ⁊ ideo motum in eis inue-
nitur eſſe compoſitum non ſimplex. hoc Commenta. con-
ſequentia autem patet: quoniam tunc res deſiderata mo-
ueret intelligentiam cauſando deſiderium: et ſic eſſet du-
plex mouens ſcilicet res deſiderata et ipſa intelligentia.
Item eſſet duplex motum. ſ. corpus celeſte ⁊ ipſa intelli-
gentia:que etiam eſſet mouens mota.ſicut in animalibus
que ſunt hic. ¶ Secũdo forme ſimpliciter abſtracte:et a
materia ſeparate cũ intelliguntur ab alijs formis abſtra-
ctis non cauſant:ſm philoſophũ ⁊ Cõmen. intellectioneꝫ
ſui in illis:ſed ſeipſis intelligũtur: ita ꝙ intellectio ⁊ intel-
lectũ ſunt idẽ eſſentialiter.igitur cũ ab eiſdẽ deſiderantur
nõ cauſant deſideriũ ſui in illis: ſed ſeipſis deſiderãtur:et
deſideriũ ⁊ deſideratũ ſunt eſſentialiter idẽ:antecedẽs pa
T.c.15. tet per philoſophũ.3.de aĩa.d.ꝙ in his que ſunt ſine mate
ria:idẽ eſt ĩtellectus:⁊ qd̃ intelligitur: ⁊ accipit intellectũ
ꝓ actu:ſiue ꝓ intelligere:quod patet ex eo qd̃ immediate
ſequitur.ait enim ſcientia nãꝗ ſpeculatiua:⁊ qd̃ ſic ſpecu
latũ eſt idẽ eſt:tã ex tranſlatione cõmenti que eſt hec.for-
mare enĩ per intellectũ ⁊ formatũ per intellectũ in eis que
ſunt extra materiã idẽ ſunt:per formare autẽ intelligit ip
ſe vbiꝗ ſimplicẽ intelligẽtiã:ſiue ſimplex intelligere quod
non eſt affirmatio vel negatio:que ab ipſo fides dicuntur
Com.19.⁊ 17. Et idẽ dicit ibi Cõmen.ꝙ ſcientia intellectuũ ſeparatorũ
eſt ipſuꝫ ſcitũ omĩbus modis.ecõtra diſpoſitioni in ſcitis
Cõmẽ.37 intellectus materialis. ¶ Itẽ.12.meta.loquẽs de formis
abſtractis mouẽtibus orbes: dicit ꝙ in eis intellectus.i.
intelligere eſt intellectum:vt dictũ eſt in lib.de aĩa.⁊ poſt
ſubdit.ꝙ talia intellecta intelligũtur per ſe:⁊ non per aſſi-
milationẽ:ſicut intellecta materialia:que.ſ.intelliguntur
per aſſimilationẽ:qꝛ per intellectionẽ a ſe diſtinctã que eſt
eorꝫ ſimilitudo. Et multa ad idẽ dicit in eodẽ Commẽ.cõ
Cõmẽ.37 ſequẽtia ꝓbatur:qꝛ ſm eundẽ Cõmen. ⁊ poteſt haberi ex
12.metaphy.in principio deſideriũ ⁊ intellectio in talibus
entibus nõ differũt:ſicut in nobis:vnde dicit ipſe:ꝙ in no-
bis motio in alterũ deſiderati differt a motione in alteruꝫ
intellecti.i.deſideriũ ab intellectione:⁊ ſequitur. Et vide-
tur de iſtis principijs que ſunt in corporibus celeſtibus ꝙ
deſideratũ in eis idẽ eſt quod intellectio:deſideratum enĩ
apud nos differt ab intellecto:⁊ accipit intellectũ hic pro
Cõ.5.19.⁊ 36. intellectione: ſicut ⁊ frequenter in.3.de anima intellectuꝫ
vocat intellectũ in actu:⁊ ſimpliciter deſideratum pro de
ſiderante.alias ſi pro obiecto extra falſum diceret: omne
enim quod deſideramus intelligimus. ⁊ hic ſenſus cõfir-
matur per probationem quam adiungit immediate:quia
potentia inquit qua comprehenditur deſideratuꝫ differt
a potentia qua comprehenditur intellectum: que proba-

tio ſiue aſſumptum ſit verum:ſiue non: nulla eſſet niſi de-
ſideratum et intellectum pro actibus et non pro obiecto
ſumerentur: quia ex diuerſitate potentiaruꝫ intellectus
et voluntatis non arguitur diuerſitas obiecti: ſed tantuꝫ
diuerſitas actuum. ¶ Tertio probatur concluſio per
eundem ibidem: qui oſtendens quomodo eadem forma
abſtracta que eſt intellectus et appetitus mouet corpus
celeſte: vt agens et vt finis declarat quomodo in nobis 12.m̃.c.35
differunt: quod mouet vt agens: et quod mouet vt finis:
per exemplum de balneo: cuius forma exiſtens in ani-
ma: vt dicit eſt agens deſiderium: et motum deſiderium
intellige non ſui: ſed forme exiſtentis extra animam: et
ſimpliciter eſt agens mediate ſcilicet vel immediate mo-
tum corporalem: quo mouemur ad balneum exiſtens ex-
tra aĩam: qd̃ quidem eſt finis talis motus: et non agens:
vt dicit Commenta. et tunc addit ꝙ ſi forma balnei non
eſſet in materia moueret ſecundum agens et ſecundum
aliquem finem ſine aliqua motione contingente. Et ſic eſt
inquit intelligendum de mouentibus corpora celeſtia ⁊
cetera.vult igitur ipſe ꝙ eadem forma abſtracta que mo
uet: vt agens motum corporis celeſtis: mouet etiam
vt finiens ipſum ſine aliqua motione contingente: quod
non poteſt intelligi de motione ipſius corporis celeſtis:
propter implicationem contradictionis conſequentem.
Sic enim diceretur ꝙ ipſa moueret corpus celeſte: et ta-
men ipſuꝫ non moueretur:ſed intelligitur ſine motione cõ
tingẽte ipſi forme agenti motũ:quoniã ipſa forma abſtra
cta:ſiue a ſeipſa:ſiue ab alia abſtracta aĩetur non cauſat
amorem ſui a ſe diſtinctũ in amante quo amans a re ama
ta moueatur econtra ei quod contingit in nobis: vt predi-
ctuꝫ eſt. Et hec conformia ſunt dictis per eundẽ:⁊ allega-
tis in prima ratione pro Commenta. ac.3. ¶ Dico igitur
quantum ad articulũ iſtũ ꝙ mens Philoſophi et Cõmẽ.
fuit ꝙ prima intelligentia que deus eſt actiue mouet: et
eſt motor coniunctus ⁊ appropriatus primo orbi. Et ſimi
liter quelibet alia intelligentia actiue mouet ſuũ orbem:
cui etiam eſt naturaliter vnita. Rurſus quelibet intelligẽ
tia mouẽs mouet propter ſe:⁊ eſt finis ſui motus:vnde nõ
eſt intelligenduꝫ ſm ipſos ꝙ intelligentie mouentis: finis
primo intentus ſit motus ipſe:aut generatio inferiorũ cõ-
ſequens illũ:ſed ſua propria bonitas ⁊ perfectio quã vt di
cit Cõmen.ipſa videt eſſe in mouendo: nã ſi non moueret Com.48.
eſſet ocioſa:⁊ in diſpoſitione non bona:vt igitur ſemper ſit
in optima diſpoſitione mouet ſemper:ſicut dat Cõmenta. Com.36.
exẽplũ de eo qui preter conſeruationẽ ſue ſanitatis exer-
citatur in operatione alicuius artis que facit aliqua arti
ficia:huius ſiquidẽ finis prima intẽtio eſt conſeruatio ſue
ſanitatis ⁊ bone diſpoſitionis. ¶ Secunda vero intentio
ne ipſa artis operatio. Idẽ dicit ipſe.2.ce. In rebus inqt Com.17.
diuinis actio earũ prima intentione eſt propter ſuũ eſſe: ⁊ ⁊.21.
ſecunda propter aliud:⁊ hoc eſt declarandũ in ſcientia di Com.8.
uinali. Et in.2.phyſi. Huiuſmodi inquit eſt diſpoſitio en
tis neceſſarij ſimpliciter.ſ.vt ſit non propter ſuã actioneꝫ:
ſed actio eſt ꝓpter illũ. In hoc tamen eſt differentia inter
ipſos motores celeſtes:nã primus ſic eſt finis ſui motus ꝙ
nullus alius motor eſt finis illius motus:ſed cuiuſlibet al
terius motus non ſolũ ſuus ꝓprius motor eſt finis:ſꝫ etiã
primus motor:qm̃ ⁊ cuiuſlibet alterius motoris primꝰ eſt
finis:⁊ ad ipſum ⁊ ꝓpter ipſuꝫ:vt finẽ vltimũ eſt quilibet
alius:vnde ⁊ actiones ⁊ motus aliorꝫ ſubſeruiũt ⁊ ordinã
tur in actionẽ primi. Et hoc eſt quod dicit Cõmen.12.me Com.41.
taphy. Et intelligendũ eſt inquit ꝙ motus aliorũ orbium
intendunt motum orbis ſtellati:⁊ ꝙ perfectio vniuſcuiuſ-
ꝗ mouentium vnumquodꝗ eorum ideſt orbium ſcilicet
priorum perficitur per primum motorem omnium:⁊ ideo
omnes intendũt hunc motũ diurnum qui eſt primi moto-

ris actio ⁊ principiū aliaꝝ actionū: apparet eñ ꝙ alij mo-
tus ꝓprij ſunt ꝓpter iſtū motū: ⁊ cōſequētes eū ⁊ adiuuā-
tes in ordine quē intēdūt: ⁊ eſt principiū actionū eoꝝ: pnci-
piū. ſ. finale: ⁊ tūc mouēs ſup hoc dubiū Cōmē. ſubdidit.
Sed queret inquit aliquis: qm̄ ſi motus oīm orbiū inten-
dūt vnā ⁊ eandem actionē: ⁊ eundē ordinē cōem oībus:
neceſſe eſt vt habeāt eandē formā intellectā extrinſecaꝫ a
formis quas intendit vnuſquiſꝗ per ſe. ſ. formis ꝓprijs.
Erit igitur forma quaſi finis addita ſupra formam ꝓpri-
am qua mouetur vnuſquiſꝗ orbis alioꝝ orbiū. Et reſpō-
det. dicam⁹ ergo ꝙ nulla forma eſt quaſi finis ⁊ cōmunis
⁊ vniuerſalis: niſi illa ex eis que habet actionē cōmunē: ⁊
hec eſt diſpoſitio forme mouētis primū celū motu diutur-
no: diſpoſitio eñ in iuuamento corporū celeſtiū adinuicē
in cauſando entia que ſunt hic: ⁊ conſeruando ea eſt: ſicut
diſpoſitio regentiū bonoꝝ que iuuāt ſe adinuicē in regen-
do bonā ciuitatē: qm̄ omnes actiones eoꝝ ſunt erga actio-
nē primi principis. Ponunt eñ actiones ſuas ſeruientes:
⁊ cōſequētes actionē primi principis. Ex his patet inten-
tio Commen. que ſupra premiſſa eſt. ¶ Tunc ad auctori-
tates ꝓ alia opi. allegatas reſpondeo. ⁊ ad primaꝫ dico ꝙ
Commen. non intelligit ꝙ appetūt maius bonuꝫ ipſis in-
telligentijs mouentibus: ſed ipſis corporibus motis: nam
intelligentie mouentes: vt dictū eſt mouēt ꝓpter ſe prima
intentione: et ideo mouendo appetunt ſeu magis proprie
loquendo amant tanꝗ̄ finē aliquod bonū maius ipſis cor-
poribus motis. Et hec eſt intentio ſua: qui ibi vult decla-
Com.35. rare quis ſit finis motus celeſtis. Sicut etiam declaran-
do premiſit approbans expoſitionem Alexan. ¶ Ad aliā
dico ꝙ non facit pro eis nullo modo: nam ſicut patet per
verba immediate ſequentia hoc dicit Commenta. ad de-
clarandum ꝙ principium iſtius motus non eſt phantaſia
neꝗ ſenſus: ſed imaginatio per intentionem. Ex hoc autē
non ſequitur ꝙ tale principium motus ſit aliud a princi-
Com.37. pio ad quod eſt motus. nec hoc dicit Commenta. ¶ Ad
tertiam auctoritatem de illis duobus motoribus dicen-
dum. ꝙ verba illā non ſunt ſumenda ſtricte ſm̄ propriam
ſuam ſignificationem: quoniā tunc manifeſte per illa Cō-
menta. contradiceret his que dicit in primo. c. de ſubſtan-
tia orbis: vbi ait ſic. non eſt dicenduꝫ ꝙ forme quibus mo-
uentur corpora celeſtia ſint alie ab eis ad quas mouētur:
⁊ ꝙ ille que debent eſſe nō in materia omnino: ⁊ que carēt
ſitu ſunt forme ad quas mouentur: cuꝫ ille quibus mouē-
tur ſunt forme in materijs. Ecce ꝙ expreſſe dicit non eſſe
ponendos ſecūdos tales motores diſtinctos. vnum ad qd̄
mouentur: ⁊ alium a quo mouentur: ⁊ illum non in mate-
ria omnino: hunc autem in materia. i. coniunctum: et hoc
expreſſe illis que ſonant verba allegata ad oppoſitum cō-
tradicunt. ¶ Preterea. Si ponantur duo tales motores
ſm̄ intētionē opi. oppoſite. videlicet ꝙ vnus moueat acti-
ue tm̄: ⁊ alter finaliter expreſſe cōtradicit ei: ac etiā philo-
ſopho qui ponūt expreſſe ꝙ ꝗlibet intelligētia agēs motū
eſt etiā finis motus: vt pꝫ ex ꝓbatiōibus ſcd̄e cōcluſionis.
Dicēdū ergo eſt. niſi velimus cōcedere ipſuꝫ cōtradicere
ſibi: ſicut aliꝗ in hoc paſſu cōcedūt ꝙ ipſe improprie locu-
tus eſt: nā qꝛ ꝗlibet motor celeſtis mouet: ⁊ vt agēs ⁊ vt fi-
nis: vt dictū eſt ꝓpter hūc duplicē modū mouēdi: ſeu du-
plicē rationē q̄ in nobis duobus diſtinctis motorib⁹ cōue-
niūt: vt ſupra habitū eſt ꝑ eūdē: dicit motū illū cōponi ex
duobus motoribus ꝙuis eſſentialiter ſit tm̄ vnus ſaltem
in primo motu: nā quo ad alios poſſet dici ꝙ ſunt plures.
vnus cōis qui eſt cōiūctus primo orbi: et alter ꝓprius: et
cōmunis tm̄ per modum finis moueret inferiores: propri-
us autem vt agens: ⁊ vt finis iuxta modū premiſſum: ⁊ ip-
ſe communis vtroꝗ modo moueret ſuum proprium or-
bem. Sed ſi etiam de primo motu velimus intelligere ver-
bum Commenta. intelligendum eſt improprie iuxta ſen-
ſum datū. Et poteſt huius expoſitio haberi ab eodē: nam
paucis interpoſitis ſubdit penitus verba iam allegata de
primo cap. de ſubſtātia orbis: ſic ꝯcludēdo. ergo nihil eſt
in corporibus celeſtibus quo forma qua eſt motus diffe-
rat ab ea ad quā eſt motus: imo ſunt eadē forma: ⁊ nō dif-
ferunt niſi diſpoſitione: cōſtat aūt ꝙ forma que eſt motus
eſt forma: que eſt principium agēs motū: ⁊ illa ad quā eſt
mot⁹ eſt que eſt finis motus: ⁊ ſunt eadē: vt dicit: nec dif-
ferunt: niſi diſpoſitione. i. ratione mouēdi hoc eſt differē-
tibus rationibus dicit̄ mouere. Et talis motor inquātuꝫ
mouet: vt agēs dr̄ forma ⁊ aīa celi: inquātū ꝟo vt finis dr̄
eē ſeparatus: ⁊ nō in materia: ſicut intelligēdū innuit. 12. Cō.36.
meta. vbi ait ꝙ illa itellecta ſm̄ ꝙ ſunt forme eoꝝ ſūt mo-
uētia ſm̄ agēs: ſm̄ aūt ꝙ ſūt fines mouēt̄ ab illis. ⁊c̄. pro
eo aūt dicit vnū eē finite motionis alterū ꝟo infinite: ⁊ nō
in materia: qꝛ motus nō habet infinitatē a motore: vt eſt
agens: ſed vt finis eius qm̄ ſicut dicit. Cōmen. ibidem au-
ctoritate Themiſtij ſi aliquis motor moueat propter finē
exiſtentem in potentia illo adepto ⁊ deducto ad actum
ceſſabit motus: quapropter neceſſe eſt motum eternū eē
ad aliꝗd ſemper in actu. Item ſi finis eſſet aliquid in cor-
pore nō ſemꝑ equalr̄ diſtaret ⁊ vniformiter ſe haberet ad
motorem: ſed nunc eſſet hic nunc ibi: ⁊ per conſequēs mo-
tor nunc velocitaret ⁊ tardaret motum: et ſic motus non
eſſet vniformis ⁊ regularis. Cum igitur motus celeſtis
ſit eternus ⁊ regularis concludit ex hac deductione. Cō-
men. ꝙ ille motus eſt ad aliquid ſemper actu ens in nul-
la exiſtens materia: ex quo ſequitur ꝙ motor celeſtis ſit a
materia ſeparatus et hoc intendit. ¶ Ad quartum dicē-
dum. ꝙ cum dicit ꝙ perfectio vniuſcuiuſꝗ motoris con-
ſiſtit in intelligendo cauſam propriam et primā: intelligit
de motoribus ſecundis tantum: ſicut patet per verba ſta-
tim ſequentia. Et intelligēdum eſt inquit ꝙ motus alioꝝ
orbiū ⁊c̄. vt ſupra ꝓxime in reſpōſione ad arti. ꝓbatū eſt.
¶ Ad quintam dico. ꝙ ſi abſolute intelligatur eſt contra
arguentem: nam ſm̄ hoc ſequeretur ꝙ deus non cauſaret
deſiderium in alijs intelligentijs: vt dicūt: cum talis cau-
ſatio ſi ponatur ſit quedam operatio. Dico tm̄ ad auctori-
tatem in ſe ſm̄ intellectū Philoſophi ⁊ Cōmen. ꝙ per no- Com.64.
bile perfectum non intelligūt deum ſolum: ſed totum ge- et.67.
nus intelligentiarum abſtractarum: ſicut expreſſe patet
per Cōmen. ibidem. vnde in. 6. poſtꝗ̄ declarauerat ꝙ ali-
quid habet ſuam perfectionem ſine actione aliquid pau-
ca: aliquid autē actione multa: ait ſic. Et ſm̄ hoc dixit. ſ.
Ariſto. ordines videtur quatuor: ⁊ quilibet ordo habet la-
titudinem preter vltimū ordinem. ordo igitur primus eſt
ordo entium que cōprehēdunt nobilitatem perfectā ſine
operatione et diuerſantur ſm̄ magis ⁊ minus: hec autem
ſunt entia abſtracta. Secūdus autem eorum que appro-
pinquant perfecte nobilitati per operationem: ⁊ hec ſunt
duobus modis/ aut per modicam operationem: ⁊ hoc in-
uenit̄ in corporibus celeſtibus/ aut ꝑ multā operationē: ⁊
hoc inuenitur in corporibus celeſtibus et in hoīe. deinde
ponit tertiū ⁊ quartum ordinem: ſed non recito: qꝛ non eſt
neceſſarium ad propoſitū. Ex hoc aūt patet: ꝙ ſi auctori-
tas illa intelligeret̄ ad ſenſum arguētis probaret nullam
intelligentiam abſtractā mouere celum aliquod executi-
ue: qd̄ eſt manifeſte ꝯtra intētionē Philoſophi et Cōmē.
etiam ſm̄ opi. oppoſitā. Et ideo dico. ꝙ ꝑ operationē/ vel
actionē intelligūt Philoſophus ⁊ Cōmē. motū. ⁊ dico ꝙ
talia entia perfecta non indigēt operatione in acquiſitio-
ne ſue nobilitatis. i. non indiget moueri: vt ſint in ſua nobi-
litate/ nec acquirunt ſuam nobilitatem aliquo motu quo
moueantur: et ad hoc vadunt exēpla aliorum que acqui-
runt ſuam perfectionem mediante operatione. Quod
etiam declaratur ex eo ꝙ aſſignans quartum ordinē ſub-
dit. Quartus vero eſt circa que non poteſt cōprehendere



nobilitatem per operationem: ſed ſine. ſ. per quietem tm̄: ⁊
iſte ordo valde diſtat a primo ꝙuis vterꝗ ſit ſine opera-
tione. Et in primo fuit propter nobilitatem ſui ⁊ ſui finis:
in hoc aūt ꝓpter ſuam vtilitatem et ſui finis. ſ. ꝓprij. Ex
his pꝫ: ꝙ non poteſt cōcludi ad intellectū Philoſophi ⁊
Cōmen. ꝙ intelligētie abſtracte/ ſiue prima/ ſiue alie non
moueāt actiue localiter: ſed tantūmodo ꝙ nō moueātur.
¶ Ad ſextū pꝫ: quid ſit dicēdum ex his q̄ ad tertiā dicta
ſunt. ¶ Tunc ad primā rationem dicendū. ꝙ ex tali con-
iunctione primi ad orbem nulla materialitas / vel poten-
tialitas ſm̄ Philoſophū/ vel Cōmen. arguitur eo. qd̄ pꝫ:
qꝛ nec etiā arguit̄ in alijs motoribus inferioribus ſic con-
Cō.31. iunctis: quinimo de oībus generaliter loquēs. 12. met. di-
cit neceſſe eſt: vt iſti motori non admiſceatur potentia oī-
no/ neꝗ impotētia/ neꝗ in loco/ neꝗ alio modoꝝ potētie:
et ſubdit rationē: qꝛ cauſa inquit potētie in rebus in qui-
Cō.38. bus eſt potentia eſt materia: vt dictū eſt in naturalibus. ⁊
iterum dicit ꝙ illud qd̄ mouet primum motū: cum ſit non
motū: qꝛ eſt actus purus ſine aliqua potentia impoſſibile
eſt vt habeat aliquā diſpoſitionē. Et per illud qd̄ mouet
primū motū intelligit generaliter quēlibet motorem cele-
ſtem: ⁊ per primū motū oēs orbes: vt mihi videt̄. vel intel-
ligit motorē cōiunctū primo orbi ⁊ executiue mouentē: ⁊
ſiue ſic/ ſiue ſic habet̄ propoſitū: auctoritas aūt quā indu-
cit ad ꝓbationem ꝯñe: pꝫ ꝙ nihil facit ad ꝓpoſitū ſuum:
ideo non opꝫ ad illā reſpondere. ¶ Ad ſcd̄am rationē: cū
dicit̄ ꝙ ph̄s nunꝗ̄ dicit ꝙ primū mouet vt amās: ſed tm̄
ꝙ mouet vt amatū: dico primo ꝙ ſi ex hoc velis arguere
ꝙ primū nō mouet actiue: cū per primū ibi intelligat totū
genus motoꝝ celeſtiū: vt ſupra oſtēſum eſt. ſequit̄ ꝙ nul-
lus motor celeſtis moueat: vt amās ⁊ actiue: qd̄ ſm̄ teip-
ſum eſt cōtra ph̄m. Dico igit̄ ꝙ ideo dicit: vt amatum: vt
oſtēdat eū mouere non motum: ſicut in nobis appetibile/
vel amatum mouet non motū: non tm̄ negat quin moueat
amās: ſꝫ nō vt mouet amās in nobis qd̄ mouet motū a re
extrinſecus deſiderata mouēte aīam: vt ſupra dictum eſt
per Cōmenta. Et cum dr̄ ꝙ ſi primus moueret executiue
moueret̄ a fine et non eſſet motor oīno immotus: dicendū
ꝙ ſi per moueri a fine: nihil aliud oīno intelligatur/ ꝗ̄ ab-
ſolute mouere ꝓpter finē aliquem: vel ſui inquātum mo-
uet vel ſui motus/ ſeu moti inquātum mouetur: nō nega-
ret Ph̄s: aut Cōmen. ſed cōcederet primū moueri a fine:
nō tm̄ diſtincto a ſe: ſicut cōcederet vterꝗ ꝙ primū mouet
propter ſeipſum: ⁊ ꝙ ipſe eſt finis ſui motus. Si vero per
moueri a fine intelligatur recipere in ſe aliquā actionem
finis: ſicut in nobis anima anima animalis ſm̄ Cōmenta.
recipit actionem appetibilis. videlicet formā eius inten-
tionalem in virtute apprenſiua: ⁊ deſiderium in appetiti-
ua: vt ſatis patet ex allegatis ſupra non ſolum negarent
primum moueri a fine: ſed ⁊ quēlibet motorem celeſtem ⁊
quēlibet poneret et ponit non motum iſto modo: econtra
in animalibus que ſunt hic: ꝙuis tm̄ quilibet motor cele-
ſtis ſit ſic nō motus a fine: eſt tm̄ inter eos differētia quātū
ad mouere propter finem in ſenſu primo: qꝛ vt ſupra habi-
tum eſt primus mouet propter ſe tm̄: quilibet autem alio-
rum non ſolum propter ſe: ſed ⁊ propter primum: abſꝗ ta-
2. meta. t. men aliqua motione contingente in illis ab eo: vt dictum
c. 5. et. 6. eſt. ¶ Ad rationem principalem. q. dico primo ꝙ Philo-
ſophus non loquitur ibi de cauſis efficientibus non mo-
uentibus: ſed de mouētibus tantū: ſicut apparet in textu
per ſua exempla: etiam quia nullam poſuit in mundo effi-
cientem non mouentem: ꝙuis aliquam poſuerit mouen-
tem: non autem efficientem. ſ. immediate: ſicut ex primo
articulo pꝫ. vnde ſm̄ intentionem ſuam non poteſt habe-
ri per illam rationem ꝙ vnum ſit efficiens omnium: nam
ſi ſic oporteret ꝙ aliquid ab illo factum eſſet ex nihilo; et
tunc ita fuiſſet illius efficiens ꝙ non mouens.

¶ Secundo dico. ꝙ etiā ſumendo efficiens vel mouens
quomodocunꝗ non plus intelligit ibi philoſophus ꝑ pri-
mum efficiens ꝗ̄ per primā cauſam materialē vel forma-
lem: cū ibideꝫ ꝓbat non eſſe proceſſum in infinitū in cau-
ſis materialibus et formalibus: ſed tm̄ intelligit ꝙ eſt da-
re aliquod mouens quod mouet non motum: quicquid il-
lud ſit. Cum ergo dicit ꝙ eſt deuenire ad vnum primum
motorem vel efficiens quod eſt cauſa aliorum: intelligen-
dum eſt illud eſſe cauſam omnium aliorum efficientium
vel mouentium per ſe ſubordinatoruꝫ ad vnum motū vel
cauſatum: cuius cauſe efficientes ꝓbantur non eſſe in nu-
mero infinite: non autem eſt intelligendum ꝙ ſit efficiens
omnium aliorum entium vniuerſi: vt imaginantur arguē-
tes. ¶ Preterea. Ipſa ratio ſm̄ ſe non probat ꝙ ſit aliqd̄
tale efficiens omnium entium: quod patet: qꝛ in nullius ef-
fecti per ſe efficientibus: aut moti motoribus eſt proceſ-
ſus in infinitum: ſed eſt deuenire ad primum quod nō mo-
uet: qꝛ mouetur: nec efficit: qꝛ efficitur ab alio: conſtat au-
tem ꝙ non ſemper deuenitur ad idem primum: ſed diuer-
ſorum cauſatoruꝫ diuerſa ſunt prima: ſicut in motu aſini
aliud eſt primū mouens: aliud in motu canis: aliud in mo-
tu hominis. Et ſimiliter cum aliquid mouens impellitur
ab aliquo impulſo ab aere: ⁊ aer ab alio aliud eſt primum
mouens a quolibet premiſſorum. Similiter eſt etiā in cau-
ſis mouentibus ⁊ effectibus: nam alterius ⁊ alterius cau-
ſati vel effecti eſt alia ⁊ alia cauſa prima efficiens accipi-
endo primum vt diſtinguitur contra medium ⁊ vltimum
vt accipit ibi philoſophus: nec oportet ſemper pro tali pri-
ma cauſa currere vſꝗ ad celum vel deū vt multi faciunt:
vnde cum carpentarius facit mediante dolabra ſcannū:
ſtultum eſt aſcendere ad celum tanꝗ̄ ad primum mouēs
vel efficiens: aut cum ignis generat ignem: conſtat enim
ꝙ ignis penitus quieſcens: ⁊ qui pro tunc ſm̄ philoſophū
a nullo producitur proprie loquendo producit aliū ignē:
⁊ per conſequens eſt primum efficiens eius: nec tamen eſt
efficiens omnium entium vniuerſi: non ergo aliud probat
ratio: neꝗ per ipſam aliud vult probare: niſi ꝙ nullius rei
habentis cauſam efficienteꝫ: aut mouentem ſunt infinite
per ſe cauſe eſſentialiter ordinate: ſic ꝙ vna ſit ab alia in in-
finitum: cum hoc tamen ſtat ꝙ illa prima fuit cauſata a
quadam alia. que tamen pro tunc non eſt per ſe cauſa iſti-
us cauſati vltimi: ſicut ignis aliquis eſt prima cauſa ali-
cuius alterius: cuius tamē non eſt cauſa ille ignis qui fu-
it cauſa eius qui forte vel non eſt in rerum natura: vel di-
ſtat per grandem diſtantiam: ⁊ ſic patet ad illam rationeꝫ.
Quecunꝗ tamen in eius ſolutione. aut aliqua alia par-
te queſtionis huius dixi ſunt dicta ſm̄ intentionem Phi-
loſophi ⁊ Commenta. inter que multa ſunt ſimpliciter fal-
ſa: licet ab eis vera putata ſint.

¶ Diſtinctionis prime. Queſtio ſcd̄a.

Viſo ꝙ (ſicut dicit magiſter) Ariſto. poſuit
plura entia carētia principio effecti-
uo: reſtat conſequenter querendum vtrū pre-
dicta concluſio fuerit euidēter ab ipſo: ac ef-
ficaci ratione probata: vel probari poſſit ex
dictis eiuſdeꝫ. Et arguitur ꝙ ſic. tali ratione. ſi omnia pre-
ter vnuꝫ eſſent facta aliquid factum eſſet ex nihilo: ſꝫ hoc
eſt impoſſibile. igitur ⁊c̄. maior eſt nota. ⁊ minor: vt dicit Cōmē. 13
Cōmē. 2. meta. eſt ꝓpoſitio prima ⁊ ab omnibus cōceſſa.
Sed in oppoſitum arguitur. nulla poſitio falſa ro-
boratur probatiōe efficaci. hoc patet: quia
omnis argumentatio cuius concluſio eſt falſa peccat in
materia vel in forma: ⁊ per conſequens eſt inefficax: ſꝫ hu-
ius poſitio eſt falſa: teſte ſcriptura diuina cuius non po-
teſt falſa eſſe ſententia. ergo ⁊c̄.

**In queſtione** duo erūt articuli. In primo reci-
tabūtur ratiões quas in diuerſis
partibus philoſophus ⁊ Cōmen. ad ꝓbandū ſuā poſitio-
nem premiſſam adducunt: ⁊ oſtēdetur ꝙ ille non ſunt effi
caces ⁊ in multis deficiūt. ¶ Scđo adducent rōnes ali-
que theologoꝝ volētiū naturalr ꝓbare ꝯcluſionē oppoſi-
tā: ⁊ oſtendet ꝙ nec ipſe ſuū ꝓpoſitū euidēter cōuincunt.

**Quantū** ad primum ſciendū eſt. ꝙ ex dictis philo
ſophi ad ꝓbationē ſue poſitiōis poſſunt
plures rationes ex diuerſis fundamentis aſſumi. Nā que
dā ꝓcedūt ex poſſibilitate perpetue durationis entiū na-
turaliter incorruptibiliū. Quedā ex impoſſibilitate crea
tionis: alique ex proprietate agentis: ⁊ alique ex his que
T.t.c.101. requirūtur ad actiones. ¶ Ex prima via ꝓcedit ipſe pri-
vſqꝫ in fi- mo celi. ⁊ poteſt ex ſuis dictis primo ſic argui ad propoſi
nem lib. tū. omne factū poteſt aliquādo nō eſſe. nullū eternū a par
te poſt vel perpetuū poteſt aliquando non eſſe. igitur nul-
lum perpetuū eſt factū: ⁊ vltra. igitur plura entia ſunt nō
facta: ⁊ patet vltima cōſequētia: qm̄ plura entia ſunt per-
petua: ſicut plures celi ⁊ plures intelligētie ⁊ materia pri
ma: qm̄ quodlibet taliū ſemper erit. maior ꝓpoſitio ꝓba-
tur: ſicut ꝓbat philoſophus: ꝙ omne genitū eſt corrupti-
bile: ⁊ per eoſdē terminos ſumendo genitum ⁊ factū in ea
dem ſignificatione: ⁊ ſic corruptibile ⁊ ens potēs aliquan
do nō eſſe ⁊ in eodē ſenſu eoꝝ oppoſita. ſ. ingenitū ⁊ incor-
ruptibile: quod dico ad hoc: vt ꝓbatio ſit vniuerſalis qua
litercūqꝫ ꝓponātur talia entia eſſe facta: ſiue per genera-
tionē ꝓprie dictā: ſiue per creationē: aut aliā factionem:
nā ⁊ quolibet modo philoſophus negat talia entia eſſe fa
cta. ꝓbatur itaqꝫ illa maior ſic: omne incorruptibile eſt in
genitū ⁊ omne ingenitū eſt incorruptibile: igitur omne cor
p.ca.tex. ruptibile eſt genitū: ⁊ omne genituꝫ eſt corruptibile: ante-
Com.122 cedens eſt notū. ⁊ cōſequētia ꝓbatur per illaꝫ regulam. ſi
t.123. fuerint quatuor termini: quoruꝫ duo ſint inuicem contra-
dictorie oppoſiti ⁊ reliqui duo ſimiliter erunt oppoſiti: et
vnus vnius oppoſitionis conuertitur vniuerſaliter cum
vno alterius oppoſitionis: neceſſe eſt reliquū cuꝫ reliquo
vniuerſaliter cōuerti: ⁊ patet regula per primū principiū
huiuſmodi autē ſunt termini premiſſi: ſicut patet: minor
vero probatur: qꝛ ſi aliquod perpetuū poteſt aliquādo nō
eſſe ponatur in eſſe ꝙ aliquādo nō erit: igitur perpetuum
aliquādo nō erit. ⁊ per cōſequens cū perpetuū dicatur il-
lud quod ſemper erit ſequitur ꝙ aliqđ qđ ſemꝑ erit aliqn̄
nō erit: ⁊ ſi ſic. igitur ſimł erit ⁊ nō erit: ⁊ qn̄ nō erit erit: qđ
eſt impoſſibile: ſed ex poſitione poſſibilis ineſſe q̄uis ali-
quando ſequatur falſum: nunq̄ tamē ſequitur impoſſibi-
le: ſicut pꝫ ex diffinitiōe poſſibilis. igitur illud poſitū non
fuit poſſibile: ⁊ ꝑ cōſequēs hec eſt falſa. aliqđ ꝑpetuū pōt
aliqn̄ nō eſſe. igiť eius oppoſita q̄ eſt minor ratiōis eſt ve-
Com.120. ra: poteſt etiā minor illa ꝓbari iuxta intētionē Cōmē. qm̄
t.121. ſi aliquid eſt perpetuū ipſuꝫ poteſt ſemꝑ eſſe: ⁊ ſi aliquod
perpetuuꝫ poteſt aliqn̄ non eſſe: aliquid quod poteſt ſemꝑ
eſſe poteſt aliqn̄ nō eſſe. Et ſic in eodē cōgregātur poten-
tie ad oppoſita immediata: ſiue ideꝫ eſt ſimul in potentia
ad oppoſita immediata: ſed hoc eſt impoſſibile: quoniam
tūc eſſet poſſibile: vt illa oppoſita ſimul eidē ineſſent. Vbi
Com.121. gratia. ꝙ idē ſimul eſſet ⁊ nō eſſet: vnde Cōmen. ſuper illo
verbo philoſophi: nō eīm cōtingit idē ⁊ vnū ſemꝑ poſſe eſ-
ſe: ⁊ poſſe ſemper nō eſſe: ait ꝙ Ariſt. inducit hoc ad demō
ſtrandū: qm̄ ſicut impoſſibile eſt ꝙ contraria inueniantur
ſimul in actu: ita impoſſibile eſt vt due potentie inuenian
tur ſimul ad duo cōtraria. ſ. immediata: ſed potētie ſucce
dūt in ſubiecto: ſicut cōtraria: ⁊ ſubdit: ⁊ ſi impoſſibile eſt
vt cōtraria cōgregentur impoſſibile eſt vt aliquid ſit ſem-
per ens: ⁊ ſit corruptibile in aliqua hora: hoc ideꝫ ⁊ philo-
T.c.136. ſophus infra videtur dicere cum ait. Itaqꝫ ſi exiſtere po-
namus que poſſunt oppoſita ſimul exiſtunt. ¶ Amplius
iſtam minorem ꝓbat infra Philoſophus: qꝛ omne corru- T.c.137.
ptibile neceſſario corrūpetur: ⁊ per conſequens aliquan-
do nō erit. igitur ſi aliquod perpetuū eſt corruptibile/ ſeu
potens aliqn̄ non eſſe: aliqn̄ non erit: ⁊ per conſequens ali-
quid qđ ſemꝑ erit aliqn̄ nō erit. eodē igiť tꝑe erit ⁊ nō erit:
qđ eſt impoſſibile. Ideo ait philoſophus manifeſtū ꝙ im
poſſibile corruptibile exiſtēs non corruptum eſſe qn̄qꝫ: et
hoc ꝓbat Cōmen. ibi. qm̄ contingit inquit ſi nō corrūpať Cō.137.
in aliquo tēpore: vt non ſit in eo potentia ad corruptionē:
hec enī eſt diffinitio eius in quo nō eſt potētia ad aliquid
ſcꝫ vt nunq̄ exeat in actū. ⁊ ſubdit. Et quia cum poſueri
mus aliquid habēs potētiam ad corruptionem abſqꝫ hoc
ꝙ corrumpatur ſequuntur hec impoſſibilia: ſcꝫ vt in eo ſit
potentia et non ſit/ aut in eo ſit potentia ad. 2. oppoſita in-
ſimul. ſ. vt ſit ſemper ⁊ non ſit: neceſſe eſt igitur vt habens
potentiam ad corruptionem corrūpatur in poſtremo. Et
alio in Cōmenta. vbi eādem rationem tetigerat ꝙ ſi in ali- Cō.124.
quo eſt potentia ad corruptionem abſqꝫ eo ꝙ corrūpatur
talis potentia erat in eo ocioſa. Eandē propoſitionem ꝓ-
bat Philoſophus circa principium iſtius tractatus per
inductionem: qm̄ oīa que generantur videntur corrūpi: ⁊
hoc idem Cōmen. ibidem. ¶ Scđa ratio ad idem poteſt Cō.132.
ſic formari: nullum eternū in preterito ⁊ futuro eſt factū.
hec probata eſt ꝺm ipſos in precedenti. q. arti. 1. Sed om-
ne eternum in futuro/ ſiue perpetuū eſt eternum in prete-
rito ⁊ futuro: igitur nullum perpetuū eſt factum: ex quo
vlterius vt prius ſequitur ꝙ plura entia ſunt non facta.
probatur minor: qꝛ detur oppoſitum. ſequitur ꝙ erit infi-
nitum maius infinito: nam tēpus eternum ex vtraqꝫ par-
te ſuper vtrūqꝫ eternum ex altera tm̄ addit reliquū tem-
pus eternum ex aliqua parte: vt ſuper eternū in preterito
tm̄: addit tp̄s eterno ī futuro tm̄: ⁊ ecōuerſo. Cum igiť oē
eternum in futuro ſit ens tēpore infinito. ſequitur ꝙ fuit
etiam ens infinito tēpore preterito. Et confirmatur iuxta
intentionē Cōmen. primo celi. Et item lib. 3. qm̄ omne qđ Cō.133.
habet naturam/ vel potentiā: vt ſit tēpore infinito futuro Cō.52.
habet potentiam infinitā: potentia autē infinita nulla eſt
ior/ neqꝫ finita/ neqꝫ infinita: igitur quod habet potētiam:
vt ſit tempore infinito futuro habet potētiam: vt ſit etiam
tempore infinito preterito: alias quod poſſet eſſe tempore
vtroqꝫ infinito maioris eſſet potētie: ⁊ per ꝯñs eſſet poten-
tia infinita maior potentia infinita: cuius oppoſitū dictū
eſt in antecedēte. hāc rationē tangit Philoſophus in illa T.c.132.
parte: aut enim infinito/ aut quāto quodam determinato
tēpore: quā exponit Cōmen. eam tm̄ etiā ponit ſupra. vbi Cō.133.
ait Cōmen. Et debes ſcire ꝙ īpoſſibile eſt imaginari ens Cō.124.
habere potentiam ad eſſe ⁊ non eſſe infinitā in tēpore pre-
terito abſqꝫ futuro/ neqꝫ in futuro tempore abſqꝫ preteri-
to: niſi infinitum adderet ſuper infinitum: qđ eſt impoſſibi
le. Quāobrem contingit: ſi aliquid inueniatur habēs po-
tentiam infinitam: vt actio. i. actus illius potentie ſit in
toto tēpore: ſi igitur potentia fuit ad non eſſe infinita con-
tinget: vt ſit nonens in toto tempore. Et ſi potētia ad eſſe
fuit infinita continget: vt ſit ens in toto tempore. eandem
ſententiam ponit commento. 131. et in alijs iam allegatis.
Et quantum apparet mihi omnes rationes eorum in pri-
mo celi: quibus nituntur probare mundum non eſſe fa-
ctum ſumendo factionem vniuerſaliter ad has duas re-
ducuntur. ¶ Pro ſecunda via poteſt argui ſic. ex dictis
eorum ſi non eſſent plura entia improducta ſequeretur ꝙ
aliqua eſſent creata/ ſeu ex nihilo facta: conſequentia pa-
tet: quia materia prima et ſubſtātie ſimplices angelorum
eſſent vtiqꝫ ex nihilo facte: ſed falſitas conſequentis pro-
batur per eoſdem multipliciter. primo quidē inductiue:
nam videmus ꝙ omne quod fit ex aliquo fit preexiſtente:
et eius factioni ſubeſt aliquod ſubiectum manens ſub
vtroqꝫ termino factionis: patet in generationibus acci-



dentium. verbi gratia. cum quis fit albus: aut muſicus
preexiſtit ſubiectum muſice et albedinis: et idem eſt de
quibuſlibet alijs qualitatibus. In generationibus quoqꝫ
ſubſtantiarum idem videtur: vnde vegetabilia fiunt ex
ſemine: aīalia ex mēſtruo: ⁊ vniuerſaliter videmꝰ in omni
trāſmutatione/ ſiue ſubſtātiali/ ſiue accidentali: idem ali-
aliquid trāſferri de vna diſpoſitione in aliā. hanc rationē
T.1.c.63. ponit Phs. 1. phy. ⁊ Cōmentator etiā. ¶ Confirmať ra-
tio: qꝛ nullū agens agit: niſi trāſmutando materiā ⁊ dedu
cendo ad actū qđ erat in potētia. igiť a nullo agēte fit ali-
quid ex nihilo. ꝯñа pꝫ. Antecedēs probať inductione: ca
lefaciēs enī trāſmutat corpus potētia calidū ad calidita
tem actualē: ⁊ ſic de ceteris agentibus: ⁊ pōt eſſe ratio: qꝛ
omne qđ ēſt actu tale poſtq̄ nō erat prius fuit potētia ta-
le: qꝛ qđ impoſſibile fuit fieri īpoſſibile eſt factū eē. huius
Cō.4. antecedētis ꝓbationē ponit Cōmen. 8. phyſi. et ipſam ra-
7. meta. tionē. 7. meta. et. 12. eiuſdē. ¶ Scđo ad idē ſic. ſi aliquid
cō.31. poſſet fieri ex nihilo ſequereť ꝙ motus eſſet: ⁊ nihil moue
retur/ vel aliquid eſſet mutatū qđ prius non mouebatur.
12. meta. Vtrūqꝫ hoꝝ eſt īpoſſibile: ⁊ pꝫ īpoſſibilitas primi ex dif-
12. t. 44. finitione motus que eſt actus entis in potētia ꝺm ꝙ in po-
T.c.58. tia. ſcđi aūt ex. 6. phyſi. vbi demonſtrať ꝙ ante quodlibet
mutatū eſſe: fuit aliqđ moueri: ſed ꝯñа probať. Nam ſi ali
quid fiat ex nihilo/ vel fiet per motū ⁊ ſucceſſiue pars an-
te partem: ⁊ ſic motus erit ſine mobili ſubiecto/ ac per hoc
nihil mouebitur: ⁊ ſic habebitur prima pars conſequētis
vel fiat ſubito: vt ſolū habeat factū eſſe: et tūc erit aliquid
factū qđ prius nō fiebat ⁊ mutatū qđ ante nō mouebať: ⁊
Cō.71. hec eſt pars. 2. ꝯñtis. hāc rationē ponit Cōmen. 1. phyſi. ⁊
particulariter cōmēto. 60. ⁊ aliqualiter tangiť. 8. phy. cō-
mēto. 4. ¶ Tertio cū dicimus aliquid fieri ex nihilo. aut
ly ex. eſt nota ſubiecti/ vel materie: aut termini a quo/ ſeu
T.c.58. oppoſiti. hoc ſatis patet. 1. phyſi. primum non poteſt dici:
qꝛ non ens: vť purum nihil: non poteſt eſſe materia/ aut cō
ſtitutiuum cuiuſq̄ entitatis/ nec ſcđm: quia tunc dicēdo
aliquid fieri ex nihilo talis eſſet ſenſus qualis eſt cum di-
cimus ꝙ ex non albo fit albū: ſed hoc eſt tm̄ per accidens
inquātum. ſcꝫ ſubiecto quod fit album accidit ꝙ fuit non
album: et ſic oporteret ꝙ ipſum nihil accideret alicui: ex
quo factum eſſet aliquid. ¶ Confirmatur. qꝛ impoſſibile
eſt naturam vnius oppoſiti mutari in naturam alterius:
vt albedinem mutari in nigredinem. igitur multo magis
eſt impoſſibile ipſum non ens ⁊ purū nihil mutari in ens:
ſi igitur aliquid dicatur fieri ex nihilo/ vel ex nō ente hoc
ſolum erit: quia fit ex aliquo cui accidit iſta priuatio/ ſeu
negatio entis: ſicut ex nigro aliquid dicitur fieri album:
qꝛ fit ex illo: cui contingit eſſe nigrum: ſic aūt dicendo pꝫ:
ꝙ aliquod ſubiectum ſupponitur. igitur pꝫ eſſe impoſſi-
Cō.106. bile aliquid ex nihilo fieri. Et hanc rationem ponit Com-
men. 8. phy. cōmento. 4. ⁊ primo celi. ¶ Ex tertia via po
teſt ſic argui. omne genitum ⁊ factū eſt factum ab aliquo
tranſmutāte ⁊ alterāte: et omne alterans eſt corpus. ergo
non oīa ſunt facta. ꝯñа pꝫ. Tum qꝛ intelligentie non ſunt
facte per tranſmutationem/ vel alterationem. Tum qꝛ ſi
eſſent facte eſſent facte a primo. Ipſum autē non eſt cor-
T.c.86. pus: ſed intelligētia abſtracta: vt probatur. 8. phyſi. ⁊. 2.
T.c.41. meta. antecedēs probať. Tum inducēdo in oīa que fieri/
vel generari videmus. Tum per rationē: qꝛ oīs factio et
generatio eſt a contrario: ⁊ per qualitates actiuas ⁊ paſ-
ſiuas: he autem ſolis corporibus cōueniunt: huius ratio-
Com.20. nis virtutem ponit Philoſophus primo celi ⁊ Commen-
et.33. ta. etiam. et. 7. meta. cōmen. 31. et ſimiliter. lib. 12. et pluri-
bus locis. ¶ Secundo ab alijs arguitur ſic. cuilibet po-
tentie actiue correſpondet propria potentia paſſiua: nam
T.c.17. relatiue dicuntur adinuicem ⁊ mutuo ſe diffiniunt: vt pa
tet. 5. meta. cap̄. de poteſtate. et hoc vniuerſaliter verum
eſt de potentia actiua/ ſiue ſit actiua per motum/ ſiue per
ſimplicē emanationē. igitur non eſt poſſibile aliquid fieri
ex nihilo: pꝫ cōſequentia: qꝛ nihil nō eſt potētia paſſiua.
¶ Ex quarta via poteſt ſic argui. ſi nō eſſent plura nō fa-
cta: tunc primū corpus celeſte eſſet factū patet: ſed hoc eſ
ſe impoſſibile probat philoſophus. tertio celi cuius ratio
nē ſic format Cōmen. ibidē. impoſſibile eſt: vt aliquod cor Com.29.
pus generetur: niſi in loco: ſi igitur mūdus totus fuerit ge
neratus: aut primū corpus neceſſe eſt vt haberet locuꝫ in
quo generabatur priorē ipſo tēpore vel natura: locus au-
tem aut eſt vacuum aut terminus corporis cōtinētis: ſed
ſi totus mundus fuerit generatus nō habuit cōtinens: cū
ante ipſum non erat corpus: ergo ante ipſum erat vacuū:
ſed vacuuꝫ non eſt poſſibile. hoc Cōmen. he ſunt rationes
quibus per philoſophū ⁊ Cōmen. ꝓbatur prefata cōclu-
ſio. ¶ Nūc ſcđo oſtendenda eſt eaꝝ inefficacia et infirmi-
tas. ꝓpter quod ſciendū ꝙ omnes prefate rationes ſuper
quatuor principaliter ſuſtentantur: ſicut patere poteſt vo
lenti aduertere: vnum eſt. ꝙ impoſſibile eſt idem ſimul eſ-
ſe in potentia ad oppoſita: vel ꝙ alijs verbis minus pro-
prijs dicitur: ꝙ impoſſibile eſt in eodem ſimul eſſe poten-
tias ad oppoſita. Aliud eſt: ꝙ quecunqꝫ potentie ſimul
ſunt in aliquo ſimul poſſunt ad actuꝫ reduci. vel ſub alijs
verbis. ad quecūqꝫ aliquid ſimul eſt in potentia poteſt il-
la ſimul habere in actu: ſeu poteſt ſimul actu eſſe vtrumqꝫ
Aliud: ꝙ omnis potentia neceſſario exibit ad actum. vlti
mum eſt. ꝙ impoſſibile eſt aliquid ex nihilo fieri. Hec au-
tem fundamenta prorſus falſa ſunt: ⁊ propterea rationes
inualide. Ad declarationē ergo aſſumpti probo quatuor
concluſiones ⁊ poſtea ad ſingulas rationes factas reſpō-
debo. ¶ Prima igitur concluſio eſt. poſſibile eſt idem ſi-
mul eſſe in potentia ad oppoſita. hanc primam probo ver
bis eorum expreſſis. Philoſophus enim. 4. metaphy. cō T.c.20.
tra Anaxago. quem dicit conuenire cum ponentibus con
tradictoria ſimul vera pro eo ꝙ videbat ex eodē ſubiecto
generari contraria: ac per hoc contraria ſimul preexiſte-
bant in ſubiecto ꝺm ipſum: cū ꝺm eum non poſſet aliquid
ex nihilo fieri: ſi autem contraria ſimul. igitur ⁊ contradi-
ctoria ſimul vera: ſicut patet in illa parte. Venit autē du- T.c.19.
bitantibus. ſoluendo ſtatim poſt oſtendit: quomodo cōtra
ria ſunt ſimul in eodem. d. poteſtate: nam conuenit ſimul
illud eſſe contraria: actu vero non: vbi Cōmen. dicere in- Com.20.
quit ꝙ contraria exiſtunt ſimul in eodem potentia eſt ve-
rum: actu autem eſt falſum. Et infra. Iſti enim homines
errauerunt ⁊ non potuerunt diſtinguere inter potentiam
⁊ actum: ſcilicet ꝙ cum inuenerunt cōtraria eſſe ſimul in
eodem eſtimauerunt ꝙ poſſibile eſt ea inueniri in actu.
Sed in actu eſt impoſſibile: potētia autem neceſſariū pro
pter generationem. hec Commenta. ſi autem contraria ſi-
mul eſſent in eodem in potentia: igitur idē ſimul eſt in po-
tentia ad contraria. ¶ Secundo idem patet ex. 9. meta- T.c.10.
phy. vbi dans differentiam inter potentias naturales et
rationales ait. tales quidē: ſcilicet naturales neceſſe: quā
do vt poſſint paſſiuum ⁊ actiuum appropinquantur hoc
quidem facere illud vero pati. Illas vero: ſcilicet rationa
les non neceſſe: vult igitur ꝙ ſic appropinquatis actiuo ⁊
paſſiuo: vt poſſint agere ⁊ pati non eſt neceſſe hoc agere ⁊
aliud pati in potētijs rationalibus. igitur quādo poſſunt
agere huiuſmodi potentie: poſſunt etiam non agere: et ſic
ſimul ſunt in potentia ad oppoſita contradictorie. Idem
quoqꝫ dicit ibi finaliter Commenta. et iterum Philoſo- Com.10.
phus. 2. periherme. Item infra Philoſophus: ſcilicet in
9. metaphy. ait. omnis potentia eſt ſimul contradictionis
⁊ littera commenti habet. eſt contradictoriorum ſimul.
¶ Item infra in illo capitulo: quoniam autem melior et T.c.19.
honorabilior ait Philoſophus quecūqꝫ enim ꝺm poſſe di
cuntur idem eſt potens contraria: vt ꝙ dicitur poſſe con-
ualeſcere idem eſt et languens ſimul: ſcilicet potentia. Et

paulopoſt.poſſe quidē ꝯtraria ſimul exiſtit. contraria ve-
ro īpoſſibile ſimul exiſtere:vt ſanū eſſe ⁊ laborare. ¶ Itē
Cōmē.19. ꝑ oīa dicit Cōmē. ibidem. Et plura alia ex eoꝝ dictis ad
idē poſſent adduci. Ex qbꝰ etiā ſatis euidēter colligitur
ꝙ in hoc dicto Cōmētatoꝛ ſibiipſi fuerit oppoſitꝰ. ¶ Se
cūdo ꝓbaꝫ ꝯcluſio rōnibꝰ. Prima eſt:qꝛ ſi nō eēt poſſibi-
le idē ſimul eſſe in potētia ad oppoſita: ſeqreꝫ ꝙ nihil eēt
ꝯtingens ad vtrūlibet.ꝯñs eſt falſum etiā ſm ipos: vt ptꝫ
ꝑmo ꝑiher. et ſm veritatē:qꝛ alias ꝑiret libertas arbitrij.
ꝯñtia vero eſt nota. ¶ Tertio. poſſibile eſt idem actu eſſe
ſub vno oppoſito:⁊ ſimul in potētia ad reliquū. igiꝫ poſſi
bile eſt idē ſimul eſſe in potentia ad oppoſita. añs ptꝫ:nā
actu ſedēs poteſt nō ſedere:⁊ ſimiľr in alijs:⁊ ſicut dicit
Philoſophus.9.meta:vbi ꝓbat potētiā ab actu diſtin-
T.c.19. gui. Cōtingit qđ ē poſſibile aliqđ eē nō eē aliqđ: ⁊ poſſibi
le nō eſſe eſſe aliqđ. Siľr aūt ⁊ ī alijs cathegorijs poſſibi-
le vadēs nō vadere:⁊ nō vadēs poſſibile vadere ⁊c. ꝯñtia
ꝓbaꝫ ꝑ locū a minori. Qm̄ minꝰ deberet videri poſſibile
de actu ⁊ potētia ad actū oppoſitū ꝙ̄ de potētijs īſimul.
nā tota repugnātia q̄ eēt in potētijs:ſi qua eēt: eēt ꝓpter
actuū repugnātiā:vnde ſi actꝰ nō eēnt repugnātes: neqꝫ
etiā repugnarēt potētie q̄ ſunt ad illos. ¶ Scđa ꝯcluſio
eſt.ꝙ nō oēs potētie ſimul ī aliquo exiſtētes loquēdo ad
bonū ītellectū ꝑmiſſum pñt ſimul ad actū reduci. hec cō
cluſio ꝓbaꝫ. Primo quo ad hoīem: qꝛ ſeqreꝫ ꝙ cōtraria
poſſent idē ſimul ineſſe actualiter. ꝯñs vt ꝓbatū eſt lib.1.
diſt.17.eſt falſum ſm Philoſophū.et etiā vt pꝫ in aucto-
ritatibꝰ ꝑallegatis. ꝯña nota eſt:qm̄ idē ſimul eſt in poten
tia ad ꝯtraria: vt ꝓbatū eſt etiā ꝑ eūdē in ꝑcedēti ꝯclōne.
¶ Secundo. idē ſm ſe ꝓbaꝫ:qꝛ ſeqreꝫ ꝙ eēt poſſibile cō
tradictoria ſimul eſſe vera. ꝓbaꝫ ꝯña:qm̄ idē eſt in poten-
tia ad vtrūqꝫ oppoſitoꝝ ꝯtradictorie enūtiabilium: ſimul
eñ ſum in potentia vt cras legā:⁊ cras nō legā: et eadem
pars aeris eſt in potentia nūc:vt cras illumieꝫ:⁊ in potē-
tia vt nō illumieꝫ cras:et ſic de multis. ¶ Tertio. ſeqreꝫ
ꝙ materia poſſet ſimul īformari qbuſlibet formis ad q̄s
ſimul eſt in potētia:⁊ ꝑ ꝯñs multis formis repugnātibꝰ ⁊
īcōpoſſibilibꝰ naturaliter:qđ Philoſophus nō concede-
ret neqꝫ Cōmē. ¶ Quarto. ſeqreꝫ ꝙ idē corpus poſſet ſi-
mul moueri ſurſum ⁊ deorſum:ante ⁊ retro:⁊ dextroꝛſum
⁊ ſiniſtroꝛſum:ptꝫ ꝯña. qꝛ idē corpꝰ. vbi grā. lapis hic de-
mōſtratꝰ īdifferēter pōt trāſferri ad has partes ⁊ illas:⁊
tñ nō ꝯcedereꝫ a Philoſopho:ſiľr eadem cera: aut aliud
corpꝰ poſſet ſimul eſſe rotūdū ⁊ quadratū:rectū ⁊ curuū:
qđ īplicat ꝯtradictionē. ptꝫ ꝯña:qꝛ ſimul eſt in potētia:vt
fiat rotūdum:⁊ vt fiat quadratum: ⁊ ſic de alijs diuiſim.
¶ Tertia cōcluſio eſt. ꝙ nō oīs potētia neceſſario exibit
ad actū:nec oē poſſibile eē erit: aut oē poſſibile nō eē non
erit eo mō quo eſt poſſibile. ꝓbaꝫ ꝑmo: qꝛ impoſſibile eſt
aliqđ fieri in aliquo īſtāti vel tpe certo et determiāte. vbi
grā. in tpe vel īſtāti ꝙ ſit a. ⁊ poſſibile eſt etiā nō fieri in a.
et ſi ponatur ꝙ non fiat in a. ſicut eſt poſſibile poni. ſequi-
tur ꝙ potentia fiendi in a. nūqꝫ exibit ad actum: ſiue il-
lud qđ eſt poſſibile fieri in a. nūqꝫ fiet in a. qꝛ nec a. vnqꝫ
erit. ¶ Secundo. pono ꝙ brutum habens viſum habeat
viſibile oppoſitū ſibi:⁊ claudat oculos: cōſtat ꝙ ipē eſt in
potētia ⁊ valde ꝓpīnq̄ ad viſionē vel ſpeciē illiꝰ viſibilis
poſſibilē in ipſo cauſari a viſibili oppoſito: et his omnibꝰ
ſic poſitis poſſibile eſt ꝙ ante apertionē oculoꝝ brutum
moriatur: quo poſito ſequitur ꝙ ſpecies illiꝰ viſibilis: vel
etiam viſio que erat poſſibilis in illo generari nunqꝫ gene-
rabitur: cuius ꝓbatio eſt: quia ſi generabiꝫ vel gñabitur
ex illo viſu: qui ponitur eſſe corruptus: et hoc eſt falſum:
quia ille viſus nūqꝫ amplius erit: immo ſm eos impoſſi-
bile eſt ipſum vnqꝫ de cetero foꝛe: cum corruptus/vel ge-
nerabiutr ex aliquo alio viſu: ⁊ hoc dici non poteſt ſm ip
ſos: quoniā nulla forma naturalis educibilis naturaliter

for^a educib^l de vno ſubj^o nō ex-
de alio educibil.

de aliquo ſubiecto poteſt naturaliter eadē numero edu-
ci de aliquo ſubiecto ſm ipos:⁊ ſm omnes quos vidi. Et
poteſt ratione probari: qꝛ ſi eadem forma numero poſſet
de diuerſis ſubiectis produci / ſiue ab eodem/ſiue diuer-
ſis agentibus: ſequeretur ꝙ poſitis illis ſubiectis oīno ſi-
milibus:⁊ vniformiter propinquis eidem agenti:/ vel ea-
dem forma numero cauſaretur in vtroqꝫ:quod impoſſibi
le reputatur ſm naturā vel in neutro aliquo cauſaretur:
quod caſu poſito eſt naturaliter impoſſibile: qꝛ exiſtenti-
bus actiuo et paſſiuo naturalibus in diſpoſitione debita
neceſſe eſt hoc agere illud pati. et ptꝫ ꝯña:qꝛ non eſt ratio
potius ꝙ ex vno cauſaretur/ꝙ̄ ex alio: niſi hoc forte redu
ceretur in deū: qui vellet coagere agenti ad ꝓductionem
illius forme ex vno ſubiecto/ ⁊ non ex alio. Sed certū eſt
ꝙ hoc Philoſophus non diceret. Ex hoc tñ nō impediꝫ
ratio pꝛincipalis:qꝛ deus ad coagēdum non cogiꝫ:et pōt
non coagere:⁊ per ꝯñs forma illa/ſeu viſio/vel ſpecies ge-
nerabilis pōt nunqꝫ de cetero generari: qđ eſt ꝓpoſitum.
¶ Tertio. pars aliqua ignis exiſtens īmediate iuxta or-
bem lune eſt naturaliter corruptibilis: ſicut et alia ſibi ſi-
milis exiſtens iuxta aerem:⁊ ſimiliter eſt in potētia ad ge
nerādum calorē/⁊ ignem: ⁊ tñ non eſt neceſſe ipſam aliqñ
corrumpi:aut etiam calorem aliquem/vel ignem genera-
re. ergo nec omnis potentia neceſſario exibit ad actū: nec
etiā omne corruptibile neceſſario corrūpetur. cōſequētia
ptꝫ. probaꝫ antecedēs quo ad ſecundā partē. nam prima
clara eſt: qꝛ ſi illa deberet corrumpi / aut corrūperetur in
eodem loco in quo eſt. ⁊ hoc non. tum qꝛ ibi nullū eſt cor-
ruptiuū naturale/nec neceſſe eſt:imo nec naturaliter poſ-
ſibile ibi fore. tū qꝛ nihil in eiꝰ materia poſſet ibi naturaľr
generari: vt notū eſt/aut in alio loco corrūpeꝫ:⁊ ſi ſic opor
teret ꝙ deſcēderet infra ſuā ſpherā:qđ nec neceſſariū ap-
paret:nec naturaliter poſſibile: qm̄ nec motu naturali de
ſcēderet vt certū eſt nec violēto:cum nullū ſit ibi vel natu-
raliter eſſe poſſit aliquod eā violēter deorſuꝫ impellēs: et
ꝑ idē ꝓbatur ꝙ nūqꝫ generabit ignē aliquē vel calorē: cū
nō habeat vel habere naturaliter poſſit ꝓximū paſſiuū ab
ipſa naturaliter tranſmutabile. ¶ Quarta cōcluſio eſt ꝙ
nō eſt impoſſibile aliqđ fieri ex nihilo. i. aliquid fieri ⁊ non
fieri de aliquo. ꝓbo ſic. nam ſi aliquid fit ex nihilo in ſenſu
tacto: nō ſequiꝫ cōtradictoria eſſe vel eſſe poſſe ſimul vera
ergo nō eſt impoſſibile aliquid fieri ex nihilo. cōſequentia
patet ex dictis lib. primi diſt.42.q.1.arti.2. Sed declaro
añs. nā nō ꝑ ſe cōuenit facto inquātū huius: ꝙ ſit factum
vel fiat de aliquo: quinimmo ſi fiat nō de aliquo magis vi
detur fieri: qm̄ quanto minus preſupponiꝫ factioni de re
facta: ⁊ plus ex ea accipit eſſe de nouo: tāto magis ipā fit
vnde ſi quodlibet eius fieret magis fieret ꝙ̄ ſi aliquid fie-
ret ex ea ⁊ aliquid nō fieret: ſed prefuiſſet. nō igitur ſequiꝫ
hoc fit ⁊ nihil eius prefuit. igitur hoc nō fit. ⁊ eodē modo
non ſequitur. hoc fit ⁊ non fit de aliquo. igitur hoc non fit.
Per ſimile etiā pōt declarari aliter. nā cōpoſitū ſubſtan-
tiale nō minus vere dicitur gñari ⁊ fieri ꝙ̄ cōpoſitū ex ſub
ſtātia ⁊ accidēte: quinimmo illud dicitur ſimpliciter gña
ri: hoc autē ſm quid: ⁊ tñ gñationi ſubſtātiali non ꝑexiſtit
de genito niſi materia ſola ſaltē in his vbi non ſunt plures
forme ſubſtātiales. generationi autē accidētali preexiſtit
non tñ materia: ſed etiā ſubſtātialis forma ⁊ ens in actu.
¶ Scđo forma naturalis fit: ⁊ non fit de aliquo. igitur nō
eſt impoſſibile aliquid ex nihilo fieri. ꝓbatio antecedētis
naꝫ quāuis forma nō fiat per ſe tanqꝫ aliquid per ſe ſubſi-
ſtens: nihilominus vere fit: quia vere eſt ab agente poſtqꝫ
non fuit: ⁊ ꝙ non fiat de aliquo certum eſt: quāuis fiat in
aliquo: ſcilicet in materia. ſuppono autem pro nunc ꝙ ni-
hil forme preexiſtat generationi eius in materia diſtinctā
ab illa: quod tamen ſi negaretur non tollitur propoſitum:
qm̄ vltra illud quod preexiſteret adhuc oporteret ponere



aliquid fieri de nouo cuius nihil preexiſteret: vel negare
oēm factionē proprie dictam ſicut forte infra declarabi-
tur. Quāuis tamen forma ſic fiat de nihilo non quelibet
que ſic fit de nihilo cauſatur: vt patebit in quarto libro.
Si dicatur ꝙ licet forma non fiat de aliquo ex quo ipſa
ſit tanqꝫ extrinſeca parte eius: fit tamen de aliquo in quo
ipſa eſt tanqꝫ in ſubiecto. Philoſophi autem dicentes
impoſſibile eſſe aliquid fieri ex nihilo: non intellexerunt
ex nihilo primo modo tantum: ſed vel primo vel ſecundo.
Iſtud non valet nec propoſitum impedit. non valet qui-
dem: quoniam ſi diligenter attendantur dicta ponētium
propoſitionem predictam: indubitanter apparet ꝙ eam
in primo ſenſu tm̄ dixerunt. vnde et Anaxago. vt vitaret
aliquid ex nihilo fieri: et in ſenſu poſuit latitationem for-
marum et alij dixerunt entia generari vel corrumpi per
ſolam congregationem et ſegregationem: ita ꝙ nulla en-
titas ſm ipſos fiebat; cuius non quelibet pars preexiſte-
ret: econtra autem Philoſophus negauit formam fieri
ꝙ ſm ipſum forma non preexiſtit generationi nec fit ex
aliquo ſui alioquin procederetur: vt ait. in infinitum: con
ſtat autem ꝙ nec illi poſuiſſent formam preexiſtere: nec il
le negaſſet eam fieri: ſi ſm eos ſuffeciſſet ꝙ fuiſſet facta
in aliquo ad hoc vt non de nihilo aliquid fieret. ¶ Pre-
terea. Hoc dictum non impedit propoſitum: nam ꝙ for-
ma fiat in ſubiecto non ideo eſt: quia fit. nam et compoſi-
tum ſubſtantiale per ſe vnum vere fit: et tamen non fit in
ſubiecto: nec in aliquo ꝙ̄uis fiat ex aliquo intrinſeco ſibi:
ſed ideo quia ipſa naturaliter nō per ſe ſubſiſtit. vnde etiā
ſi ipſa eſſet nō eſſet facta adhuc eſſet in ſubiecto: ſicut ſm
Philoſophum qualitates celeſtes ſunt in ſubiecto et nō
ſunt facte: et ſi aliqua forma eſſet potens per ſe eſſe illa
poſſet fieri eſto ꝙ non fieret in ſubiecto: ex quo concludi-
tur ꝙ non conuenit per ſe facto inquantum factum eſt ꝙ
ſit factum in aliquo: preterea aliquid fit et non fit in ali-
quo: ſicut compoſitum ſubſtantiale: et aliquid fit et nō fit
ex aliquo in primo ſenſu: ſicut forma ſubſtantialis: nec fie
ri ex aliquo et fieri in aliquo ſunt oppoſita immediata cir
ca factum vel illud quod fit. igitur non apparet impoſſi-
bile ꝙ aliquid fiat et non fiat in aliquo nec ex aliquo: et ꝑ
conſequens vtroqꝫ modo de nihilo. Qꝛ autem illa nō ſint
oppoſita immediata circa factum patet: nam conuenit
aliquid fieri ex aliquo et in aliquo. verbi gratia. in inten-
ſione forme accidentalis et in augmentatione ſubſtātia-
li: vtrobiqꝫ enim forma ſubſtātialis totalis fit ex aliquo.
ſcilicet ex parte eius preexiſtente: et fit in aliquo. ſcilicet
in ſubiecto. Patet etiam concluſio iſta indirecte: quoniā
rationes probantes oppoſitum ſunt inefficaces vt ſoluen
do patebit. ¶ Ad primam igitur rationum Philoſophi
his premiſſis reſpondeo concedendo maiorem et negan-
do minorem que eſt. nullum perpetuum poteſt aliquādo
non eſſe: et ad primam eius probationem cum dicitur: ſi
poteſt aliquando non eſſe: ponatur ꝙ aliquando non erit:
et tunc ſequitur ꝙ perpetuum aliquando non erit ⁊c. di-
co ꝙ non ſequitur: quia cum iſta. perpetuum poteſt ali-
quando non eſſe: nō ſit vera: niſi in ſenſu diuiſo: immo nec
de virtute ſermonis habet alium ſenſum: illud poſſibile
non ſic debet poni in eſſe: vt iſta de in eſſe. perpetuum ali-
quando non erit. ſi eſt debet eſſe vera: ſed vt iſta. hoc ali-
quando non erit. demōſtrato aliquo de quo vere dicitur
ꝙ eſt perpetuum. verbi gratia. celo aut aliqua intelligi-
tur. Exemplum patet in iſta: album poteſt eſſe nigrum.
¶ Ad ſecundam probationem concedo ꝙ aliquid qđ po
teſt ſemper eſſe: poteſt aliquando nō eſſe: et ꝙ idem ſimul
eſt in potentia ad oppoſita: ⁊ cū ex hoc inferꝫ ꝙ eſſet poſ-
ſibile: vt eidē illa oppoſita ſimul ineſſent: nego ꝯſequētiā:
⁊ patet rationabilitas negationis ex ſecunda concluſione
probata contra ipſos: ⁊ ex prima patet non eſſe falſum qđ

Cōmen. iudicat impoſſibile. ſ. potentias ad oppoſita con-
gregari in eodeꝫ ſimul. Et ſi dicatur ꝙ quelibet potentia
poteſt reduci ad actū: ⁊ quodlibet poſſibile poteſt poni in
eſſe: reſpondeo ꝙ verū eſt: nō tamen quelibet potentie poſ
ſunt ſimul ad actū reduci: ſicut ille que ſunt ad actus op-
poſitos circa idē: nec quelibet poſſibilia poſſunt ſimul po
ni in eſſe: patet de contradictorijs contingentibus: ⁊ ideo
ꝙ̄uis potentie ſimul ſint: non tamen poſſibile eſt actus ſi-
mul eſſe: ſeu eas ſimul reduci ad actū. Et hoc ideo: quia
ipſe non ſunt ad actus cōiunctim ſed diuiſim. propter qđ
cū dicitur ꝙ ideꝫ eſt ſimul in potentia ad oppoſita: vel ſi-
mul poteſt oppoſita: ꝯſueuit dici ꝙ intelligenda eſt ſimul-
tas potentie: non aūt potentia ſimultatis ideſt ꝙ ſimul eſt
in potentia ad oppoſitū: non ꝙ eſt in potentia ad oppoſita
ſimul ideſt vt ſimul habeat oppoſita: ⁊ hoc ipſuꝫ dicit phi
loſophus.9.metaphy. vbi ſententia eius eſt ꝙ licet poten T.c.10.
tie rationales poſſint ad oppoſita: ſi quis tamē appeteret
facere ſimul oppoſita non faceret: quia nec eſt ſimul faciē
di potentia ait Philoſophus ⁊ Cōmenta. ſi appetierit in- T.c.10.
quit agere contraria ſimul non poteſt: quia non habet po
tentiā ad illa inſimul. ¶ Ad propoſitū ergo dico ꝙ perpe
tuū aliquod. verbi gratia. celū poteſt ſemper eſſe: ⁊ poteſt
aliquando non eſſe ⁊ vtrūqꝫ horū diuiſim poteſt poni in eſ
ſe: non auteꝫ coniunctim: ſicut etiā ſequitur. ſortes poteſt
tota iſta die ſedere: et etiaꝫ poteſt in alia parte huius diei
non ſedere: quia libere ſedet vt ſuppono: et quelibet pars
diuiſim huius poſſibilitatis poteſt poni in eſſe: non tamen
vtrūqꝫ coniunctim: vt patet: ⁊ ſicut veruꝫ eſt ꝙ qui poteſt
hac die tota ſedere poteſt aliqua huius diei parte non ſe-
dere: ita verū eſt ꝙ illud quod poteſt ſemper eſſe poteſt ali
quando non eſſe. ¶ Ad aliā ꝓbationē qua dicitur. ꝙ om
ne corruptibile neceſſario corrūpetur: patet ex tertia con-
cluſione ꝙ aſſumitur falſuꝫ: ⁊ ſimiliter falſuꝫ eſt quod ad
huius probationē dicit Cōmen. ſcilicet ꝙ diffinitio eius ꝑ.c.137.
in quo non eſt potentia ad aliquid: eſt vt nunqꝫ exeat ad
actū: ſed debuit dicere: vt non poſſit exire ad actuꝫ: mul-
ta autē poſſunt exire ad actū que nunqꝫ exibunt: vt ſupra
monſtratū eſt. quapropter ſi oīs talis potentia vocetur
ocioſa concedendū eſt plurimas potentias eſſe in mundo
ocioſas: quod etiā Cōmen. tanqꝫ inconueniens inferebat
que autē vltra ad eiuſdē probationē adducebātur ex phi
loſopho: ſcilicet ꝙ oīa que generantur videntur corrū-
pi. dico ꝙ iſtud non eſt verū accipiendo generationē vni-
uerſaliter pro omni factione: quomodo accipi oportet: ſi
debeat argui ad propoſituꝫ: nec probatio eius: que vt ibi
dicit Cōmenta. eſt ex inductione: cū non ſit vniuerſalis in
oībus factis. valet ſicut dicetur in ſolutione eiuſdeꝫ ra
tionis ſequentis. Amplius dico. ꝙ nec etiā eſt vniuerſali-
ter natura in generatis materialibus. patet inſtantia de
elemento ignis ſm totuꝫ vel partes vicinas orbi lunari.
¶ Ad ſecundā rationē principalē. nego minorē. ⁊ dico ꝙ
probatio eque militat contra philoſophū qui poſuit tem-
pus eternū in preterito ⁊ in futuro: cū tamē eternū in pre-
terito ſit infinitū: ⁊ ſimiliter eternū in futuro: ⁊ eternuꝫ ex
vtraqꝫ parte vtrūqꝫ cōprehendat. Quod tamen ſm ꝙ in-
ferius dicā poſſibile fuit tempus eſſe eternū: ꝙ̄uis de fa
cto habuit initiū: ac per hoc fuit poſſibile infinitū cōpre-
hendere in ſe plura infinita. dico ꝙ hoc non eſt inconueni
ens: ſicut in primo libro. diſtinctio.44. declaratū eſt: ⁊ ꝓ
nunc ſufficiat exēplum de aliquo continuo: cuius vtraqꝫ
medietas continet infinitas partes proportionales alias
ab his que reliqua continet. ¶ Ad aliā probationeꝫ eiuſ-
deꝫ que accipitur a minore reſpondeo ꝙ quodlibet perpe
tuū ſicut poteſt durare per infinitū futuꝝ: ita ſi fuiſſet ab
eterno potuiſſet durare per infinitū preteritum ⁊ infinitū
futurum. vnde nullum creatum perpetuum aliud exce-
dit quātū ad poſſe: licet de ineſſe vnum fuerit alio prius;

ſicut angeli ꝑus q̄ anima humana:et ſic patet ꝙ illa pro-
batio nullius eſt efficacie contra nos:apparentiam autē
aliquam haberet contra eos qui ponerēt aliquod perpe-
tuum poſſe durare tantum in finito tempore futuro: aut
duraſſe tantum infinito preterito:et aliquod poſſe tā pre-
terito q̄ futuro:quod non ponimus nos chriſtiani:ſed ꝙ
licet poſſe tam in preterito q̄ in futuro: ſicut deo placue-
rit ipſum conſeruare. ¶ Tunc ad rationem que ſecunda
via procedit ad probandum concluſionem Philoſophi
concedo conſequēs illatum.ſ.aliqua eſſe facta ex nihilo
in ſenſu qui ſupra tactus eſt:et ſatis cito magis expone-
tur:tunc ad primam probationem falſitatis conſequen-
tis:que eſt per inductionem: reſpondeo ꝙ ſicut Cōmēta.
Cōmē.3. dicit.8.phyſicorū.inductio in qua non percipitur ꝙ pre-
dicatio eſt eſſentialis nō dat certitudinem vniuerſalem
vel neceſſariam:vt habet alia littera:niſi inducātur in ea
omnia particularia:et ideo dicit ipſe ꝙ iductio ibi facta
per Ariſto.ꝙ omne motum mouetur ab alio non dat cer-
titudinem:cum non inducat per omnia particularia : et
maxime vt dicit in principio commenti apud ponentes
aliquid eſſe:quod moueat ſe:ſicut Plato ponit. Sic in
propoſito dico ꝙ inductio Philoſophi cum non fiat per
omnes particulares factiones:ſed per eas tantum quib⁹
forma educitur de materia aut ſubiectum aliquod trāſ-
mutatur non eſt efficiens : vt ex ea vniuerſaliter conclu-
datur ꝙ omne quod fit fiat ex aliquo : et maxime cū non
percipiatur ꝙ hec predicatio qua dicitur.omē quod fit:
fit ex aliquo,ſit eſſentialis:nō plus q̄ iſta omne quod mo-
uetur mouetur ab alio de qua ibi loquitur Commenta.
¶ Ad confirmationem dico:ꝙ antecedens eſt falſum. et
ad primam eius probationem que eſt per inductionem:
dicendum eſt ſicut ad precedentem. ¶ Ad aliam con-
cedo:ꝙ omne quod actu eſt prius fuit poſſibile eſſe.non
tamen omne quod fuit poſſibile eſſe fuit poſſibile per ali
quam potentiam propriam vel ſibi intrinſecam:ſed aliqd
fuit poſſibile per ſolam potentiam agentis quod ipſum
cauſauit.vnde ex hoc non habetur intentum argumenti.
¶ Si dicatur:ꝙ agens diffinitur per eſſe principiū mo-
tus:⁊ ſimiliter potentia actiua per eſſe principium tranſ-
mutandi:⁊ per conſequens nullum agens agit niſi tranſ-
mutando.vt dicit antecedens premiſſum. dico cū Auic.
Cap.2. primo ſuffi.ꝙ illa diffinitio non eſt agentis vniuerſaliter:
ſed tm̄ naturalis et phyſici. Efficiens inquit in rebus
naturalibus aliquā do dicitur principium motus in alio
a ſe ſm hoc ꝙ eſt aliud : ſed intelligitur motus hic omnis
exitus de potentia ad effectum per formam in materia:⁊
declarata hac diffinitione et poſitis diſtinctionibus de
hoc agente concludit. hoc ergo eſt principium reſpectu
rerum naturalium. Sed cum accipitur principium effi-
ciens non in reſpectu rerum naturalium tm̄:ſed reſpectu
ipſius eſſe:et cōmunioris intētionis q̄ ſit hoc:et erit hoc
quicquid eſt cauſa eſſendi ſed remotū a ſua eſſentia. Et
ideo ſicut Ariſto.dixit ꝙ non omne mouens eſt agens:ita
ſm veritatem non omne agens eſt mouens. ¶ Ad aliam
probationem:dico primo.ꝙ cauſatio que non fit in ſubie-
cto ſiue ſit ſucceſſiua ſiue tota ſimul non eſt mot⁹ neq̄ mu
tatio proprie dicta ſm ꝙ accipitur in argumento :et de
ipſis eſt locutus Philoſophus:ſed large loquēdo de mu
tatione ſm ꝙ non ſolum qd̄ nunc ſe habet aliter q̄ prius:
ſed etiam qd̄ nunc eſt:et non fuit prius:qd̄ poteſt dici eſſe
mutatum.creatio ſit mutatio:quo ſenſu intelligēdus eſt
articulus Pariſienſis.215.di. Q: creatio non debet dici
mutatio ad eſſe.error:ſi intelligatur de omni modo muta
tionis:⁊ ſic ſumendo non omnis mutatio habet ſubiectū.
¶ Secundo dico ꝙ conſequens non eſt īpoſſibile ſm to-
tum:quoniam poſſibile eſt aliquid eſſe mutatum quod
prius non mouebatur:immo frequenter ſic conuenit de

creatō no̅ mutatō.

facto in intellectu et voluntate:et alijs pluribus:in qui-
bus ſunt mutationes indiuiſibiles non ſequentes motum
aliquem ſuorum ſubiectorū. nec Philoſophus.6.phyſi. T.c.58.
probat oppoſitum:nec probare etiam intēdit : ſed hoc tm̄
probat de motu locali continuo:quoniam alias ſequere-
tur:vt dicit et bene: ꝙ cōtinuum componeretur ex indiui
ſibilibus.eodē modo dico etiam ꝙ non eſt impoſſibile ali
quid factum eſſe quod prius nō fiebat. ¶ Ad tertiam di-
co ꝙ cum dicimus aliquid fieri ex nihilo:ly ex.eſt nota
materie. Sed hoc dupliciter poteſt intelligi ſicut docet
Anſel.in monol.vno modo ꝙ ſit nota conſtitutiue ſic:ꝙ
per illam enuntiationem detur intelligi ꝙ ex nihilo.i.ex Cap.8.
eo qd̄ penitus nihil eſt quaſi ex materia aliquid fiat velut
ipſum nihil ſit aliquid et exiſtēs ex quo poſſit aliquid fie
ri:ſicut dicimus ꝙ ex farina fit panis:et in iſto ſenſu pro-
poſito eſt falſa.alio modo vt ſit materie nota:ſed negati-
ue:vt ſcilicet negetur omnis materia:ita ꝙ cum dicimus
aliquid factum ex nihilo:intelligimus quod ait Anſel.fa
ctum:ſed non eſt vnde ſit factum.Cui per ſimilem ſignifi-
cationem dici videtur. cum homo ſine cauſa cōtriſtatus
dicit̄:contriſtatus dicitur de nihilo.verba ſua ſunt:⁊ ſm
hunc ſenſum vt ſubdit intelligendum eſt:ꝙ cuncta a deo
ex nihilo facta ſunt.i.non ex aliquo.hunc ſenſum docet
etiam Augu.ad Oroſium contra priſcilianiſtas.dū que-
ritur inquit.vnde creaturam ſuam deus fecerit.quedam Cap.1.
materies queritur ſicuti eſt fabro lignum vel quodlibet
corpus:quod niſi habuit ea facere que ab eius arte expe
tuntur non poterit omnino facere. Cum ergo reſpōdetur
ex nihilo:quid reſpondetur niſi nullam ei ſubiectam fuiſ-
ſe materiam quā ipſe non fecerit vt haberet vnde faceret
ſi quid vellet:et quod non haberet facere non valeret.Et
ſubdit.cum dicitur deus ex nihilo fecit.nihil aliud dici-
tur niſi non erat vnde faceret:et tm̄ q: voluit fecit:ſm hūc
ſenſum patet ꝙ hec ratio in nullo procedit nec confirma-
tio eius:ſed tātūmodo cōtra primum quem non damus.
¶ Notandum tamen eſt:ꝙ hic terminus nihil.ſicut ſen-
tentialiter docet Anſel.monol.poteſt in enuntiationibus
dupliciter teneri: ſcilicet ſyncathegoreumatice et cathe- Cap.19.
goreumatice. Primo modo equalet in ſignificando huic
complexo nullum ens. Secundo autem modo huic.non
ens.aut quod non eſt. et ſm hanc diuerſam acceptionem
eius multum diuerſantur propoſitiones in veritate ⁊ fal
ſitate et alijs conditionibus earūdem. nam ſi dicatur.ni-
hil poteſt corrumpere deum.et ly nihil.ſtat ſyncathego-
reumatice idem valet quod hoc.nullum ens poteſt cor-
rumpere deum:et tunc eſt propoſitio vniuerſalis et nega
tiua. ſi vero teneatur cathegoreumatice tunc equiualet
huic.non ens ſeu quod non eſt poteſt corrumpere deum:
et tunc eſt indefinita affirmatiua et falſa.ſimiliter diſtin-
guēde ſunt iſte.nihil poteſt ſatiare auarum.nihil docuit
me volare ⁊ cetere ſimiles.Cum itaq̄ Philoſophi dicūt
nihil fit ex nihilo:ſm ipſos ly nihil.non poteſt teneri in
ſubiecto et predicato cathegoreumatice.tunc enim eſſet
ſenſus:quod non eſt vel non ens fit ex nō ente. quod vtiq̄
ſm ipſos eſt falſum. volunt igitur ꝙ teneatur in ſubiecto
ſyncathegoreumatice:in predicato autem poteſt teneri
cathegoreumatice:et eſt ſenſus ꝙ nullum ens fit ex non
ente:et ſyncathegoreumatice:et eſt ſenſus ꝙ nullum ens
fit ex non ente.et vtroq̄ modo ſm ipſos vera eſt propoſi-
tio illa. Scd̄m nos autem in ſecūdo ſenſu eſt falſa:⁊ eius
oppoſita vera:ſcilicet aliquod ens fit ex non ente . ita ta-
men ꝙ equiualeat huic copulatiue: aliquod ens fit et
ipſum ex nullo ente fit:ſiue nō fit ex aliquo ente. et tūc pa
tet ꝙ ſi queratur an fiat ex nihilo per ſe vel per accidens:
queſtio eſt impertinēs : eo ꝙ procedit ac ſi ly nihilo.tene-
retur cathegoreumatice:et eſt propoſitio mere affirmati-
ua:non autem eſt ſic:ſed ratione vnius partis eſt negati-



ua.affirmatur naq̄ quod eſt factum : et negatur eſſe fa-
ctum ex aliquo per ſe vel per accidens . ¶ Ad rationem
qua procedit tertia via reſpondeo negando antecedens:
et dico ꝙ non eſt inductio ſufficiens vt prius dixi. Item
ꝓpoſitio aſſumpta in probatione:ſcilicet ꝙ omnis factiō
eſt a contrario ⁊c̄. falſa eſt. Et ſm eūdem Commēta.tam
antecedens q̄ aſſumpta ſumendo generaliter factum et
factionem habet inſtantiam in factione ſpecierum intel-
ligibilium ab intellectu agente:ꝙ non eſt trāſmutās neq̄
alterans per qualitates actiuas vel paſſiuas. vnde in.7.
Cōmē.31. metaphyſi.dict.ꝙ Ariſtote.coactus eſt ponere agens ſe-
paratum a materia in factione virtutum intelligibilium:
que apud ipſum non ſunt mixte cum materia.et intelligit
hoc de intellectu agente in ſpeciebus intelligibilibus vt
dictum eſt in precedenti queſtione. ¶ Ad ſecundam di-
co ꝙ potentia actiua poteſt dupliciter accipi. Uno mo-
do generaliter vt dicitur vniuerſaliter de potentia ꝓdu-
ctiua. Alio modo contracte prout dicitur tantū de tranſ-
mutatiua. Primo modo non omni actiue ſemper reſpon
det paſſiua:nec dicitur relatiue ad paſſiuam: ſed ad agi-
bile vel producibile. non autem neceſſe eſt producibile
eſſe aliquid. Secundo autem modo actiue potentie cor-
T.c.17. reſpondet paſſiua:⁊ ſic etiā ſumit Philoſophus.5.meta.
potentia autem actiua non eſt inquantum huius mere
tranſmutatiua iuxta intellectum Philoſophi ⁊ Cōmen.
¶ Ad vltimam rationem dico:ꝙ ſicut non eſt neceſſariū
omne corpus eſſe in loco.immo nec de facto eſt: ſicut pa-
tet de primo omnia continēte ſic non eſt neceſſariū omne
corpus quod fit fieri in loco.loquēdo de factione vniuer-
ſaliter vt in precedentibus: et ideo propoſitio aſſumpta.
impoſſibile eſt ꝙ aliquod corp⁹ generetur niſi in loco:eſt
ſimpliciter falſa.ſi tamen debeat aliquam continere ve-
ritatem intelligenda tm̄ eſt de corporibus que generan-
tur per tranſmutationem agētium naturalium:que opor
tet eſſe approximata ſm debitam diſtantiam paſſiuis et
de ineſſe:quia de illis verum eſt de facto ꝙ ſunt in loco:
quicquid ſit de poſſibili.celum autem nō eſt ſic factum.
ideo ratio non valet ad propoſitum.

**Reſtat** modo videre vtrum ratiōibus naturalibus
poſſit oſtendi non eſſe plura entia non habē-
tia principium effectiuum . et dicitur a pluribus theolo-
Sco.2.ſ. gis ꝙ ſic. ¶ Ad qd̄ quidam arguit ſic.quicquid eſt aliud
d.1.q.3. a primo eſſentialiter dependet a primo.hoc patet:tum au
T.c.38. ctoritate Ariſtote.in.2.metaphyſi.dicentis.ꝙ ab ipſo de-
pendet celum et natura.non autem potuit celum depen-
dere pluſq̄ intelligentia:quia ponit celum formaliter ne-
ceſſarium ſicut inteligentia.tum per rationem:quia ſi ali
quid aliud a primo non dependeret eſſentialiter ab eo:il-
lud non eſſet ipſius vniuerſi:quia vnitas vniuerſi eſt ſm
ꝙ omnia alia a primo ordinem habent ad primum:vt pa-
tet.12.metaphyſi.vnde nihil eſt in vnitate ordinis vniuer
ſi:niſi quia habet ordinem eſſentialem ad ipſum primum.
quicquid autem habet ordinem eſſentialem ad primum
ab ipſo dependet. igitur quicquid eſt aliud a primo eſſen
tialiter dependet ab eo. Sed nihil dependet eſſentialiter
ab eo:niſi ꝙ cauſatur ab eo:quia ſi non cauſaretur ab eo
a ſe et ex ſe eſſet neceſſe eſſe . ergo ſibi non repugnaret eſ-
ſe quocūq̄ alio circūſcripto:et per conſequens non depē
deret eſſentialiter a primo.igitur omne aliud a primo eſt
productum ab eo: et per conſequens non ſunt plura en-
tia non habentia principium effectiuum . ¶ Secundo
ex dictis eiuſdem doctoris alibi poteſt argui ſic . ſi eſſent
plura entia talia.eſſent plura neceſſe eſſe.hoc ſatis pa-
tet:quia omne non neceſſe eſſe habet eſſe ab aliquo ſi eſt:
et per conſequens eſt productum : ſed conſequens ipſe-
met probat eſſe falſum ſic.quia ſi ſint duo neceſſe eſſe illa

proprijs rationibus realibus diſtinguunt. et dicantur il-
le a.⁊.b.rationes iſte aut ſunt formaliter rationes neceſ-
ſario eſſendi aut non ſi ſic.et preter hoc illa duo per illud
in quo conueniunt ſunt formaliter neceſſaria.igitur vtrū
q̄ duabus rationibus formalibus erit neceſſe eſſe:quod
eſt impoſſibile:quia cum neutra illarum rationum inclu
dat aliam:vtralibet illarum circūſcripta eſſet neceſſe eſſe
per aliam:et ita eſſet neceſſe eſſe per illud:quo circūſcri-
pto non minus eſſet neceſſe eſſe. Si vero per illas ratio-
nes quibus diſtinguuntur neutrum illorum eſt formali-
ter neceſſe eſſe. igitur ille rationes non ſunt rationes ne-
ceſſario eſſendi: et ita ſequitur ꝙ neutrum includitur in
neceſſe eſſe:quia quecunq̄ entitas non eſt neceſſe eſſe eſt
de ſe poſſibilis:et per conſequens non includitur in neceſ
ſe eſſe:quia in neceſſe eſſe nō includitur aliquid quod nō
ſit neceſſe eſſe et ratio neceſſario eſſendi. ¶ Tertio ad idē
alij ſic:omne quod ſibi derelictum eſt non ens eſt effecti-
ue productum. Sed omnia preter vltimum finem ſibi ip-
ſis derelicta ſunt non entia. ergo ⁊c̄.probatur minor quia
ſi per impoſſibile remoueatur vltimus finis / aut aliqua
remanebunt entia/aut non.non poteſt dici primum:quia
tunc non depēderent eſſentialiter a fine.igitur non rema-
nebunt : et per conſequens ſibi derelicta eſſent non eſſen-
tia. ¶ Quarto ſm iſtos:et plures alios.omne quod ha-
bet cauſam finalem habet cauſam efficientem: quia cau-
ſalitas finis eſt eſſe cuius gratia aliquid fit . ſi igitur eēnt
plura entia non producta eſſent plura non habentia cau- T.c.36.
ſam finalem. cuius oppoſitum ſatis patet ex.12.meta. et.37.
¶ Alie rationes poſſent ad idem adduci:ſed iſte mihi vi-
dentur potiores. Quāuis autem concluſio harum ratio-
num vera ſit. mihi tamen non apparet ꝙ ipſe eam effica-
citer concludant cōtra Philoſophum. vnde ad primam
reſponderet Philoſophus concedendo ꝙ omne aliud a
primo eſſentialiter dependet ab eo: ſed negando ꝙ omne
quod dependet eſſentialiter ab eo cauſatur ab eo: intelli-
gendo de cauſalitate efficiente. nam de facto ponunt in-
telligentias et corpora celeſtia eſſentialiter dependere a
primo fine : et tamen a nullo eſſe facta effectiue. Et cum
probatur:ꝙ ſi nō cauſaretur ab alio:ex ſe eſſet neceſſe eſſe
diceret hanc conſequentiam non valere: loquēdo eodem
modo de cauſalitate. Si autem vniuerſaliter intelligatur
de cauſalitate ꝯcederet eas cauſari a p̄mo tāq̄ a fine:qd̄
magis eſt eſſe ad p̄mū ⁊ ꝓpter p̄mū/q̄ a primo:⁊ ꝓprie ⁊
ſtricte loquendo. ¶ Sed cōtra:omne eſſentialiter depen-
dens ab alio quantum ad ſuum exiſtere/ aut eſt poſſibile
non eſſe/aut neceſſe eſſe. ſi poſſibile non eſſe. igitur eſt fa-
ctum:alias quodlibet poſſibile non eſſe poſſet dici nō eſſe
factum:⁊ ſuperflueret omnino cauſa efficiēs: quia ſi poſ-
ſibile non eſſe eſt ſine cauſa efficiente multo magis quod-
libet neceſſe eſſe eſt ſine cauſa efficiente. omne autem ens
eſt poſſibile non eſſe/vel neceſſe eſſe:⁊ per conſequens nul
lum ens habet cauſam efficiētem:cuius oppoſitum ſatis
ex notis ad ſenſum declarat Philoſophus : tā in primo/ T.⁊.c.31.
q̄ in.12. meta. vbi oſtendit qua neceſſitate Philoſophi
moti ſunt ad ponendum cauſam agentem: et ſimul Com-
menta. ibidem. et etiam.2.phyſico.cōmen.48. ſi vero eſt
neceſſe eſſe/aut eſt ex ſe neceſſe eſſe/aut per aliud. ſi ex ſe.
igitur non dependet ab alio quātum ad neceſſe eſſe:⁊ per
conſequens/nec quātum ad eſſe:quia in neceſſe eſſe clau-
ditur eſſe:⁊ ideo quod ſibi ſufficit ad neceſſe eſſe ſibi ſuffi-
cit ad eſſe. ſi igitur dependet ab alio non eſt ex ſe neceſſe
eſſe.nec poteſt dici:ꝙ per aliud ſit neceſſe eſſe: quia ſi non
eſt ex ſe neceſſe eſſe.igitur ex ſe eſt poſſibile non eſſe:et per
conſequens non eſt per aliud eſſe neceſſe. alias idem eſſet
ex ſe poſſibile non eſſe:et per aliud neceſſe eſſe:quod inclu
dere contradictionem bene declarat Commenta . primo

ce.et.9.ac.12.meta. ¶ Reſpondeo ꝙ Philoſophus poſſet reſpōdere concedendo: ꝙ nullum dependens eſt ex ſe neceſſe eſſe: accipiendo ly ex ſe, vt idem valet quod non per aliud: in quo ſenſu incedit probatio: et tamen negando ꝙ ex ſe eſt poſſibile non eſſe. non enim ſequitur. hoc nō eſt ex ſe neceſſe eſſe. igitur ex ſe eſt non neceſſe eſſe. vel ex ſe eſt poſſibile non eſſe: ſicut non ſequitur. hoc nō eſt ex ſe album. igitur eſt ex ſe non album. Similiter non ſequitur. hoc non eſt ex ſe neceſſe eſſe. igitur hoc non eſt neceſſe. ſicut non ſequitur, hoc non eſt ex ſe album. igitur non eſt album. diceret igitur Philoſophus ꝙ aliquod neceſſarium eſt ex ſe neceſſe eſſe, vtpote primū ens a nullo dependens. aliqua vero alia ſunt vtiqꝫ neceſſaria; non tamen ex ſe: ſed per primum: nec tamen ex ſe ſunt poſſibilia non eſſe. nec etiam ſimpliciter loquendo verum eſt dicere illa eſſe poſſibilia nō eſſe, nec oppoſitum huius adhuc apparet euidenter eſſe probatum. Scoti. ¶ Secunda etiam ratio non valet. nam fundatur ſuper falſo: videlicet ꝙ queſcūqꝫ conueniunt et diſtinguuntur: aliquo ſui cōueniunt: et alio diſtinguuntur: cuius oppoſitum pluries in primo libro dictum eſt. et īfra etiam dicetur. diceret ergo Philoſophus ꝙ illa duo neceſſe eſſe ſe totis primo diſtinguūtur numeraliter et ſpecifice ⁊ conueniūt genere. ¶ Preterea. Ratio poteſt deduci contra arguentem. nam de facto: et deus eſt ſubſtantia et angelus eſt ſubſtantia. ſunt ergo due ſubſtantie proprijs rationibus diſtincte: et conuenientes in ratione ſubſtantie. tunc igitur aut illud per quod deus conuenit cum angelo eſt ratio neceſſario eſſendi: aut non. ſi non, igitur deus non eſt neceſſe eſſe: quia in neceſſe eſſe non includitur aliquid vt dicunt quod non ſit ratio neceſſario eſſendi. Si vero eſt ratio neceſſario eſſendi cum eadem ratione que nunc tacta eſt propria ratio qua nūc diſtinguitur ab angelo ſit etiam ratio neceſſario eſſendi: ſequitur ꝙ deus duabus ratiōibus formalibus neceſſario eſſendi ſit neceſſe eſſe. et tunc vltra. ſicut ipſe deducit ſequitur contra eum. Et preterea cum illa ratio ſit conueniēs etiam angelo ſequitur ꝙ de facto angelus ſit neceſſe eſſe ſicut eſt ſubſtantia et ens: quia rationes entis et ſubſtantie ſm imaginationem illius argumenti ſunt rationes communes deo et angelo. ¶ Ad tertiam ꝗuis maior ſm formam vocis implicet contradictionem. ſumendo tamen eam ad bonum intellectum vt equiualeat iſti. Omne ens quod ſi aliud quid non eſſet ipſum non eſſet effectiue productum. dico ꝙ hec eſt vera ſi illud aliud ſit poſſibile non eſſe. nunc autem ipſum primum ad quod non eſſe quodlibet aliud non non eſſet non eſt poſſibile non eſſe. Si vero illud aliud non ſit poſſibile non eſſe maior non habet euidentiam: et a Philoſopho vtiqꝫ negaretur: et poteſt ei ſatis in ſimili inſtari in duobus veris neceſſarijs: quorum vnum eſt conſequens ad aliud. ac per hoc ſi conſequens non eſſet verum antecedens nō eſſet verum: nec tamen ſequitur ꝙ ipſum ſit poſſibile non eſſe verum. vnde ſi hoc non eſſet vera. nullus homo eſt lapis. hec non eſſet vera. nullum animal eſt lap̄. ⁊ tamen iſta. nullum animal eſt lap̄. eſt ſimpliciter eſt neceſſaria et non contingens: ita ſm Philoſophum ſi intelligentie ſunt ſimpliciter neceſſe et nō poſſibiles non eſſe. dependent tamen a primo neceſſario: ita ꝙ ſi ipſum nō eſſet ipſe non eſſent. maior autem illa ſm intētionem arguētis probatur ꝑ hanc. omne quod ſi aliud non eſſet ipſum non eſſet eſt poſſibile non eſſe: ⁊ ex hoc ſequitur: quod eſt productum. vnde patet ꝙ non eſt efficax cōtra Philoſophum. ¶ Ad quartam dico: ꝙ adhuc illa minorem efficaciā habet. nam ſm Philoſophum hec vtiqꝫ eſt falſa. omne ꝙ habet cauſam finalem habet cauſam efficientem: ⁊ quod additur de cauſalitate cauſe finalis, ſm Philoſophum eſt falſum. dico igitur ꝙ ꝗuis vera ſit concluſio. ſ. ꝙ nō ſunt plura entia improducta. ratiōes tamen ille nec alie quas viderim: illā demonſtrant ſimpliciter. vnde ſola fide ⁊ auctoritate ſacre ſcripture ipſam tenemus. ¶ Ad rationem factam in principio queſtionis patet reſponſio ex ſupradictis.

¶ Diſtinctionis prime. Queſtio tertia.

Quantum ad tertiū: quod tāgit magiſter in hac prima diſtinctione quero vtrum per aliquam potentiā fuerit poſſibile aliquam rem aliā a deo fuiſſe ab eterno ſiue fuiſſe ſine principio ſue durationis. Et videtur ꝙ non: quia non eſt nunc poſſibile aliquā aliam rem a deo fuiſſe ab eterno. igiť non fuit hoc poſſibile. antecedens probatur: quia ſicut eſt impoſſibile ꝙ fuit ante hoc inſtans non fuiſſe ante hoc inſtans: quia hoc ſolo ꝓuatur deus ⁊c̄. ſic eſt impoſſibile vt illud quod non fuit ante hoc inſtans fuerit ante hoc inſtans: ⁊ eodem modo eſt impoſſibile vt illud quod non fuit ab eterno fuerit ab eterno. ¶ Confirmatur: quia omnis propoſitio mere de preterito ſi eſt vera eſt neceſſaria: et per conſequens ſua oppoſita eſt impoſſibilis reſpectu illius inſtantis reſpectu cuius eſt vera. conſequentia vero patet: quia ſicut in hoc inſtanti quelibet talis ſingularis de preterito. hoc non fuit ab eterno: quecunqꝫ res alia a deo demonſtretur eſt vera ⁊ neceſſaria: ſic ⁊ in quolibet inſtanti preterito qđ fuit aut poſſibile fuit eſſe ipſa fuiſſet vera: ⁊ per cōſequēs neceſſaria: ⁊ ſua oppoſita impoſſibilis ſi fuiſſet formata. igitur in nullo inſtanti fuit poſſibile aliquaꝫ talem eſſe veram. hoc fuit ab eterno: quodcunqꝫ aliud a deo demōſtretur. ſequitur autem, in nullo inſtanti fuit poſſibile illaꝫ eſſe veram. igitur non fuit poſſibile ipſam eſſe veram.

¶ Secundo ſi poſſibile fuit aliquam aliam rem a deo fuiſſe ab eterno eadem ratione fuit poſſibile quamlibet que nunc eſt fuiſſe: ⁊ per conſequens totum munduꝫ cū omnibus ſuis ſpeciebus ⁊ naturalibus motibus ⁊ actionibus: conſequens autem eſt falſum: qꝛ̄ ſequeretur ꝙ infinita eſſent ꝑtranſita vt infiniti dies infinite generationes ⁊ multa alia impoſſibilia ſequerentur.

Ad oppoſitū ſic. ſi fuiſſet impoſſibile: aut hoc fuiſſet ex impotentia dei; ⁊ patet ꝙ non. vel quia repugnat cuilibet tali rei vt ſemper fuerit ſine initio. ⁊ hoc etiam non eſt verum. nam nulli tali repugnat vt ſit futura ſemper ſine fine. igitur nec vt fuerit ſemper ſine initio. antecedens patet ſm fidem. cōſequentia ꝓbatur: quia cui non repugnat eternitas in futurū nō repugnat etiā in preteritū vt ſatis poteſt haberi ex primo celi. T.c.15.

In hac queſtione duo erunt articuli. In primo videbitur vtruꝫ fuerit poſſibile aliquā rem aliam a deo fuiſſe ab eterno. ¶ Secundo vtrum fuerit poſſibile ab eterno fuiſſe totum mundum ſm modum quo nunc eſt ⁊ fuit ex quo incepit.

Quantum ad primum articulum dicitur a multis ſollennibus doctoribus ꝙ non fuit etiam per diuinam potentiam poſſibile aliquam rem aliam a deo fuiſſe ab eterno. hec autem quidam probant primo ſic. quecunqꝫ ſunt incompoſſibilia pro eodem inſtanti durationis qualem ordinem habent nature taleꝫ neceſſario habent ſm durationem. Sed eſſe et non eſſe creature ſunt incompoſſibilia pro eodeꝫ inſtanti durationis: et non eſſe prius natura conuenit ei. ergo neceſſario

oppinio eſt et ratō enrrici eſt et oppinio gaufridi f.



prius ſm duratiōnē conuenit ei nōn eſſe ꝗ̄ eſſe: et per cōſequēs nō pōt poni ei conuenire ab eterno eſſe. minor probatur: quod conuenit alicui ex ſe prius ſm naturā conuenit ei ꝗ̄ quod ſibi conuenit ab alio. non eſſe autem conuenit ex ſe cuilibet creature. eſſe autem ab alio tm̄. ergo ⁊c̄. ¶ Secundo. ſi deus produxiſſet rem aliquā aliā a ſe ab eterno. neceſſario produxiſſet illam. conſequens eſt īpoſſibile. igitur et antecedens. probatur conſequentia: quia deus non potuiſſet non produxiſſe illam. nam nō anteqꝫ produxit: quia ante eternum nihil eſt. nec dum produxit: quia omne quod eſt quando eſt neceſſe eſt eſſe: nec poſtqꝫ produxit: quia qđ factum eſt nō poteſt non fuiſſe. 6. ethi. Cap.6. ¶ Tertio. deus ita cito potuit aliquam rem. verbi gratia. equum producere de materia ſicut potuit de nihilo. patet: quia quandocūqꝫ deus potuit producere materiā potuit producere cōpoſitum, alias materia produceretur ſine forma; ſed deus non potuit equum producere de materia ab eterno. ergo nec de nihilo. et per conſequens nullo modo. probatio minoris. nam ſi produxiſſet de materia: aut per motum: aut per ſubitam mutatiōem. ſi per motum. igitur non ab eterno: cum motus duratione precedat terminum; nec per mutationem ſubitam: quia illa fuiſſet menſurata aliquo inſtanti: et per conſequens habuiſſet primum inſtans ſui eſſe: ac per hoc non fuiſſet ab eterno. ¶ Quarto. omne qđ cōmunicat aliquid alicui ꝑ electionem neceſſario preintelligit illud ſub oppoſito illius communicati. Sed deus producēdo creaturā communicat ſibi eſſe per electionem. ergo preintelligit ipſam non eſſe. non intelligit autem niſi verum. ergo neceſſario prius illa non eſt ꝗ̄ producatur: ⁊ per conſequens non potuit produci ab eterno. Confirmatur. quia electio non eſt reſpectu preſentis: ſed tm̄ futuri. 3. ethi. Cap.6. ergo ſi deus elegit creaturam producere illa fuit futura: et non preſens. vnde dicunt iſti ꝙ contradictio eſt dicere ꝙ aliqua creatura ſit libere producta: et tamen ab eterno. ¶ Quinto. arguitur ſic ab alijs: nulla menſurata productio inſtanti tranſeunte poteſt eſſe eterna. Sed omnis productio creature ex vi qua eſt productio creature habet ꝙ mēſuretur inſtanti tranſeunte. ergo. maior patet: tum quia inſtans tranſiens nō poteſt eſſe eternum. alioquin nō eſſet trāſiēs ſed ſtans. et per conſequens nec productio ipſo menſurata. tum quia ante quodlibet inſtans fuit tempus. tū quia in omni menſurato inſtanti tranſeunte productio differt a manutenentia: et inſtās productionis fuit initium temporis menſurantis manutenentiam. igitur tempus manutenentie eſt finitum a parte ante: et per conſequēs productio non fuit ab eterno. igitur nec res producta. minor probatur: quia creatura ex vi productionis ſue non habet ꝙ duret niſi per inſtans. alioquin per aliquam durationem poſſet durare ſine conſeruante: ⁊ pari ratione per totum tempus: qđ eſt falſum: et contra fidem. igitur productio creature menſuratur inſtanti tranſeūte. patet cōſequentia: quia ſi alia menſura. igitur creatura ex vi ſue productionis duraret per aliam menſuram totam: ⁊ non per inſtans tm̄: qđ repugnat antecedēti. ¶ Sexto. ad idē per alios ſic arguitur. omne factum de nihilo: qđ non eſt in continuo fieri in aliquo inſtanti incepit: ſed mūdus vel aliq̄ alia res a deo eſt facta de nihilo: et non eſt in cōtinuo fieri. ergo incepit in aliquo inſtanti: et per conſequens nō ab eterno fuit. premiſſe ſunt neceſſarie. ergo et concluſio. maior patet: quia ſi non incepit in aliquo inſtanti et fit de nihilo ꝗ̄diu eſt ſemper producitur: et per conſequens eſt in continuo fieri. Mi. patet: quia qđ eſt in continuo fieri non eſt factum: ſed eſſe ſucceſſiuum: et fit continue: nō ſic autem mundus et res permanentes. ¶ Septimo. creari aut eſt idē quod habere eſſe ab alio et non de aliquo: aut idem quod habere primo eſſe ab alio et non de aliquo. nō primum: quia creatura ꝗ̄diu eſt habet eſſe ab alio et non de aliquo: ⁊ tū non creať ꝗ̄diu eſt. alioquin eſſet in continuo fieri ſicut dies et agon. igitur opꝫ dare ſcdm. ſ. habere nūc primo eſſe ab aliquo ⁊ nō de aliquo: quod includit nō eſſe ab eterno. igitur impoſſibile eſt aliquā rem fuiſſe creatam ab eterno. ¶ Octauo ſi deus ꝓduxiſſet aliquā aliā rem ab eterno trāſiſſet a cōtradictorio in cōtradictorium. ptꝫ: qꝛ de facto non ꝓduxit ab eterno. igitur fuiſſet aliqua mutatio: ⁊ non in deo. cōſtat. igitur in re ꝓducta: ⁊ ſic illa res trāſiſſet de non eſſe ad eſſe. Sed qđ trāſit a non eſſe ad eſſe nō fit ab eterno. igiť ſi deus ꝓduxiſſet ab eterno nō ꝓduxiſſet ab eterno: quod implicat. ¶ Nono: quicquid eſt in potētia a duo contradictorie oppoſita ſi acquirat vnum illoꝝ neceſſario relinquit reliquū: quoniā nō eſt mediū inter contradictoria: ſed ab eterno verum fuit dicere. mundus vel hec res. verbi gratia. b. poteſt eſſe. ſimiliter b. pōt non eſſe. igitur ſi b. acquiſiuiſſet eſſe reliquiſſet non eſſe. nihil aūt pōt relinquere non eſſe niſi prius fuerit ſub nō eſſe. ⁊ ſi b. fuit ab eterno prius nō fuit: qđ eſt īpoſſibile. ¶ Decimo: quicquid poteſt fuiſſe eternum fuit eternum. Sed nulla alia res a deo fuit eterna. igiť nulla alia res a deo potuit fuiſſe eterna. minor eſt certa. maior probatur: qꝛ potentia que neceſſario coniungitur actui neceſſario infert actum. ptꝫ: ſed potentia ad eſſe eternum neceſſario cōiūgitur actui: quod ꝓbatur dupliciter. primo: quia vbicūqꝫ potentia non neceſſario coniungitur actui: actus poteſt ſequi potētiam ſuam ſm duratione: ſed eſſe eternum a parte ante non poteſt ſequi potentiam ſuā ſm durationem: quia tūc illud non fuiſſet ab eterno. ergo potentia ad eſſe eternum neceſſario coniungitur ſuo actui huic. ſ. eternū. ¶ Secundo per illud Philoſophi. in perpetuis non differt eſſe ⁊ poſſe. T.c.32. ¶ Undecimo: ſi cauſa effectiua naturaliter agens fuiſſet ab eterno non potuiſſet ꝓduxiſſe ſuum effectum ſibi coeuum. ergo ſi cauſa libera effectiua fuit ab eterno non potuit produxiſſe effectū ſibi coeuum. patet conſequentia. antecedēs probatur: quia ſi detur oppoſitum. verbi gratia. ꝙ ſi ignis fuiſſet ab eterno produxiſſet ſplendorem ſibi coeuū. aut produxiſſet illum de nihilo/aut de aliquo/non de nihilo: quia tunc creaſſet et ſic fuiſſet deus/nec de aliqua. quia aut per motuꝫ/aut per mutationem: quia omnis reductio entis de potentia ad actum eſt altero illorum modorum. Sed ſi naturale agens produceret de aliquo effectum: produceret de aliquo quod eſt in potentia ad actum illus effectus. igitur aut per motum/aut per mutationem. non per motū: quia tunc talis effectus non eſſet coeuus ſue cauſe: qđ eſt propoſitum/nec per mutationem. quia omnis mutatio menſuratur aliquo inſtanti: ⁊ per cōſequens ante illud inſtās non fuiſſet talis effectus. ſcꝫ ſplendor; ac per hoc neqꝫ ab eterno. ¶ Duodecimo: ab alijs ſic̄ ſi deꝰ potuit ꝓducere mūdum aut aliquā aliam rem. verbi gratia. b. ab eterno: aut hoc potuit nō cauſando/ſeu de nouo ꝓducendo/aut potuit cauſando/vel non de nouo producendo. non ſecūdo modo: quia b. non fuit ab eterno. igitur non potuit illū producere niſi per nouam productionem: ſicut nunc nullum futurū poteſt eſſe niſi fiat de nouo/nec primo modo: quia hoc includit contradictionem. ſcilicet noua productio alicuius cū eius eternitate. ¶ Decimotertio ſic deꝰ potuit produxiſſe mūdum ab eterno. igitur potuit produxiſſe iſtum mūdum. igitur deus potuit produxiſſe iſtum creatum mundum ab eterno. conſequens includit cōtradictionem: et conſequentia patet ſaltem vt nunc quia termini antecedentis et conſequentis conuertuntur vt nunc et ſunt ſingulares. ¶ Decimoquarto. ſi deus potuit. b. ꝓducere ab eterno: aut antequam produxit. b. potuit ꝓducere. b. ab eterno: aut quando prīo produxit. b. potuit. ⁊c̄. aut poſtqꝫ produxit. b. potuit. ⁊c̄. ſit. b. aliquod ſingulare

agon quinquenal(e) olimpiar(um). ſiue ludꝰ olimpiacꝰ/olimpias ludꝰ quatenial(e). et ſic agon ſignificat tempꝰ 2° ānorum.

de nouo ꝓductum a deo. verbi gratia. iſte equus vel iſte homo. nō poteſt dici ꝙ ante: quia tunc ſequitur: ꝙ in aliquo inſtanti ante potuit. hoc autem conſequēs eſt īpoſſibile: quia tunc in hoc inſtanti poſſet idem facere. ſ. ꝓducere. b. ab eterno: nec poteſt dici: ꝙ tunc quando ꝓduxit: quia accipiatur illud inſtans: et ſic inſtās preſens: ſequitur ꝙ nunc poteſt deus ꝓduxiſſe. b. ab eterno: qđ eſt falſum. tum quia hoc nō poteſt per actionem aliquā ſubitā neqꝫ ſucceſſiuam: tum quia deus non poteſt nunc facere preteritum non fuiſſe. igitur nec poteſt facere non preteritum ante. a. fuiſſe ante. a. et per idem patet: ꝙ nō poſtqꝫ produxit. b. potuit ipſum producere ab eterno. ¶ Decimoquinto et vltimo poteſt argui ſic. ſi aliqua alia res a deo potuit eſſe ab eterno aliquod contingens potuit eſſe neceſſe eſſe. hoc autem eſt falſum: quia oīe quod potuit eſſe neceſſe eſſe fuit neceſſe eſſe: et ſi fuit eſt. igitur ſi aliqđ contingens potuit eſſe neceſſe eſſe. aliquod contingēs eſt neceſſe eſſe: qđ cōſequēs īplicat cōtradictionē. cōſequentia ꝓbatur. quia omnis alia res a deo eſt contingens. Si ergo aliqua huiuſmodi potuit eſſe ab eterno ponatur ꝙ fuerit. tūc ſic. hec res fuit ab eterno. igitur nō potuit annihilari a deo quin prius fuerit tempore infinito. igitur ꝑ tempus infinitū fuit independens a deo ⁊ non poſſibilis non eſſe. igitur tēpore infinito fuit neceſſe eſſe: ⁊ vltra. igitur fuit neceſſe eſſe: igitur de primo ad vltimum ſequitur. hec res fuit ab eterno. igitur hec res fuit neceſſe eē. Si ergo antecedēs eſt poſſibile. igiṫ ⁊ ꝯſequēs. prima cōſequētia ꝓbaṫ: qꝛ ſi nō potuit annihilari: ita ꝙ prius non fuerit tēpore īfinito. igiṫ dato caſu ante inſtās annihilationis non ꝑceſſiſſet niſi tēpus finitū in quo fuiſſet: ⁊ ꝑ cōſequēs nō fuit ab eterno: qđ eſt oppoſitum antecedentis. alie ꝯſequētie ſatis ſunt apparētes. ¶ Hec cōcluſio etiā oſtēdiṫ eſſe de intētione ſanctoꝝ. ait enim Ambroſius in exam. Quid tā inconueniēs qꝫ ꝙ eternitas operis cōiungaṫ eternitati dei? ¶ Itē Dam. lib. 1. Creatio eſt ex dei volūtate opus exiſtēs ⁊ non coeternū eſt cū deo: quia nō aptum natum eſt qđ ex non ente ad eſſe deducitur coeternum eſſe ei qđ ſine principio eſt ⁊ ſemper eſt. ſi igitur nullum opus dei eſt aptum natum: vt ſit coeternum: ſequitur ꝙ nullum potuit eſſe ab eterno. Item Augu. contra Felicianū. diffiniens creaturam: creatura eſt ex eo: quod aut adhuc nō eſt: aut aliquādo nō fuit rei cuiuſlibet corruptibilis quātū in ſe eſt ꝑ omnipotētis dei volūtatē facta ſubſtātia. Ex hac diffinitiōe patet: ꝙ cuiuſlibet creature eſſe preceſſit nō eſſe. Item Hugo. de ſacra. lib. 1. ait. Dei oīpotētis virtus ineſtimabilis nō poterat aliud preter ſe habere coeternū. Hec quidē ſunt qb⁹ efficacius dicta ꝯcluſio roboraṫ. ¶ Hec ꝯcluſio mihi nō apparet vera. pro cuius reprobatione aut aliquoꝝ que ꝓ eius ꝓbatione ſumuntur pono tres cōcluſiones. Prima eſt. ꝙ poſſibile eſt aliquā rem ſimul totā fieri a deo: et tñ nec ipſam nec aliquid eius tūc īcipere eſſe. ¶ Secunda. ꝙ poſſibile eſt aliquā rem totam ſimul a deo fieri ſine aliqua mutatione ſubita vel ſucceſſiua. ¶ Tertia. ꝙ poſſibile fuit aliquā rē aliā a deo fuiſſe ab eterno. ¶ Quarta ꝯcluſio poſſet ꝓbabiliter poni ſi teneretur ꝙ preteritum poteſt ꝑ diuinam potentiam non fuiſſe: ſicut aliqui doctores tenuerunt: et adhuc aliqui tenent. vt in. 1. diſtin. 42. q. 1. tactum eſt. et eſſet concluſio iſta quarta. quā non tamen aſſero: ꝙ poſſibile eſt nunc etiam aliquam rem aliam a deo fuiſſe ab eterno: et loquor ſemper de potentia dei abſoluta.

Cap.9.

Cap.19.

Cap.1.

mam incompoſſibilitatem quorūdam aliorum in eodem
ſubiecto: ſi conſequentia non patiuntur ſe in ſubiecto: nec
etiam illa antecedentia: ſed relationes de ſecundo modo
relatiuorum ſunt incompoſſibiles in eodem: et hoc preci-
ſe propter incōpoſſibilitatem preuiam actionis et paſſio-
nis quas conſequūtur. idem enim ideo non poteſt eſſe pa
ter ⁊ filius: quia idem non poteſt generari a ſeipſo / aut ge
nerare ſe. igitur actio et paſſio non ſunt compoſſibiles in
eodem: ſed paſſio eſt in patiēte: igitur non eſt in eo actio.
¶ Decimo vbi eſt relatio ſubiectiue ibidem eſt ratio fun
dandi relationem illam: ſed relatio agentis ad paſſum eſt
in agente ſubiectiue. igitur in eo eſt etiam ratio fundandi
illam. hec autem ratio eſt actio. nam ideo pater: quia ge-
nuit. 5. meta. ¶ Undecimo aut actio denominat agens T.c.20.
denominatione extrinſeca tantum / aut intrinſeca. non ex-
trinſeca: quia omne quod denominat aliquid denomina-
tione extrinſeca denominat quoddam aliud denomina-
tione intrinſeca: patet de viſione que ſuum obiectum de-
nominatione extrinſeca denominat viſum: et intrinſeca
denominat ſubiectum videns / nec alicubi reperitur in-
ſtantia niſi inſtetur in propoſito ꝙ non licet. queritur er-
go quid actio denominat intrinſece. conſtat enim ꝙ non
paſſum: quia paſſum non dicitur agens. nec poteſt dari
quid aliud denominet intrinſece preter agens. igitur re-
linquitur ꝙ non extrinſeca: ſed intrinſeca denominatio-
ne denominet agens: ⁊ per conſequens: ⁊ in eo ſubiectiue.
¶ Duodecimo omnis forma dat aliquod eſſe formaliter
ſuo ſubiecto: actio non dat eſſe formaliter patienti: igi-
tur: paſſum non eſt eius ſubiectum. igitur ipſa eſt agen-
te. minor patet: qꝛ nō dat ſibi eſſe agēs. patet: nec eſſe paſ-
ſum: quia illud eſt proprium paſſionis: et ad hoc eſſe vi-
detur auctoritas Commēta. 8. metaphy. cōmento. 5. vbi

dicit ꝙ actio forme ignis que ſequitur formā ignis eſt ca
loꝛ maximus ⁊ motus ad ſuperius. caloꝛ igitur in igne eſt
ſicut abſciſſio in cultello: ⁊ actio manus in manu. ¶ Re-
ſpondeo ad iſta. ad primū cū dicitur: ꝙ ſequitur ꝙ actio
fieret ab agēte. cōſequēs illud cōcedo ſicut cōcedūt Gre-
go. naza. ⁊ Dam. vt allegatū eſt ꝓ prima ↄcluſione: ⁊ ſicut
cōcedit etiā Cōmenta. vt allegatū eſt ſupra ꝓ tertia et cū
vlterius infert ꝙ actionis eſt actio: nego cōſequētiā. nam
rei que fit non eſt actio: ſed ipſa eſt actio. ¶ Deinde ad ea
que ſunt cōtra ſcd̄am cōcluſionē. Ad primū cōcedo maio
rē: ⁊ ad minoꝛē dico ꝙ ratio manifeſte cōtradicit ſic argu
enti: nā in eadē. q. arti. 2. ſoluēs ratiōes alterius doctoꝛis
ꝓbātis actionē nō eſſe in paſſo in quo eſt paſſio: qꝛ actio ⁊
paſſio ſunt forme oppoſite. dicit ꝙ actio ⁊ paſſio ī ſuis rea
litatibus nō opponūtur formaliter: ſed in ſuis denoīatio-
nibus: qm̄ actio denoīat agēs a quo egreditur. paſſio vero
effectū qui egredit̄. hec ſunt verba eius: que vt manifeſte
patet cōtradicūt minoꝛi prefate. Scd̄o dico ꝙ illa minoꝛ
eſt falſa. ⁊ eius ꝓbatio nulla eſt: qm̄ fundātur ſup fictione
quadā de illis habitudinibus que nulle ſunt: vt illi imagi
nātur. Sed ipſe actus agētis quod idem eſt ⁊ patiens eſt
actio ⁊ paſſio. Actio inquātū eſt actus agētis vel potētie
actiue qd̄ aliter q̄n̄ꝫ exprimitur. Pro hoc qd̄ dicit̄ vt eſt
ab hoc. ſ. ab agente. nā ideo eſt actus agentis: qꝛ eſt ab eo:
eſt aūt paſſio vt eſt actus potētie paſſiue: qui ideo eſt actꝰ
3. phy. 18. eius: qꝛ in ea. ¶ Ad cōfirmationē ex dicto Cōmēta. dicē-
dū ꝙ cū Cōmē. dicit ꝙ eadē actio in reſpectu mouētis di
citur mouere ⁊ in reſpectu moti dicit̄ moueri: et addit: et
ſunt valde oppoſita: nō dixit ⁊ mouere ⁊ moueri ſunt val-
de oppoſita: ⁊ ſi dixiſſet nō ſumpſiſſet illos terminos noīa
liter: ⁊ ſm ſuppoſitionē pſonalē: ſic ꝙ ſignificaret̄ per oꝛa-
tionē illā ꝙ illa res que dꝛ mouere: ⁊ illa que dꝛ moueri eſ-
ſent valde oppoſite: ſicut argumētū intēdit habere ab ipo
nā ſi ſic intellexiſſet ibidē ſibimet cōtradixiſſet: cū dicat ꝙ
eadē actio dicitur mouere ⁊ moueri. Eadē autē non eſt
res oppoſite. dico ergo ꝙ cū ait: ⁊ ſunt valde oppoſita: vel
refert ſuā intentionē ad illa reſpectu quoꝝ dicitur moue-
re ⁊ moueri: ⁊ tūc debet ſuppleri oꝛatio addēdo ſic ſubie-
ctū verbo: ⁊ mouēs ⁊ motū ſunt valde oppoſita: ⁊ hoc fre
quēter in philoſophia dicūt Philoſophus ⁊ Cōmētatoꝛ
Quod dictū de qua oppoſitione: vel de quibus mouenti
bus et motis ſit intelligēdū alibi ſpecialius ⁊ pertinētius
poterit declarari. vel poteſt etiā ſuppleri oꝛatio ſic: et mo-
uere ⁊ moueri ſunt valde oppoſita: ⁊ tūc illi infinitiui ſtāt
verbaliter ⁊ denotatur ꝙ cōplexa ſignificata ꝓpoſitionū
enūtiantiū aliquid mouere ⁊ illud moueri ſunt oppoſita:
quēadmodū Philoſophus in poſtpredicamētis in. c. de
oppoſitis. dicit ꝙ priuari et habere habitū ſunt oppoſita:
nec priuari ⁊ habere habitum ſunt habitus ⁊ priuatio. et
vtraꝗ oppoſitio ad idem genus oppoſitionis reducitur.
militer ꝙ ſignificata ꝓpoſitionū cōtradictoꝛiarū etiā ſm
cōplexionē dicūtur: vt ſoꝛ. eſſe ſanū: ⁊ ſoꝛ. lāguere: ſic in ꝓ-
poſito dicit Cōmētatoꝛ ꝙ aliquid mouere ⁊ idipſum mo-
ueri ſeu ipſum agere ⁊ ipſū pati aut agens ⁊ patiēs ſunt
oppoſita: ſicut etiā diceretur ꝙ eſſe patrē ⁊ eſſe filiū ſunt
oppoſita: nec tamen intelligēdū eſt talia ſignificatiue ſum
pta ſupponere ꝓ aliquibus entitatibus: ſicut in primo fre
quenter dictum eſt. vnde q̄uis mouens ſit aliqua entitas
⁊ ſimiliter motum: tamen aliquid eſſe mouens non eſt ali-
qua entitas nec aliquid eſſe motū: ſicut nec ſoꝛtem ſedere
vel eſſe ſedentem: quod ſignificatur per hanc. ſoꝛ. ſedet: eſt
entitas aliqua: nec ſoꝛ. non ſedere. vel quod idem eſt non
eſſe ſedentem quod ſignificatur per iſtam. ſoꝛ. non ſedet: ⁊
ſm Philoſophum opponitur ad ſoꝛtem eſſe ſedentem: eſt
entitas aliqua. poſſet etiam tertio exponi Commenta. vt
iſti infinitiui ſupponerent materialiter pro ſuis indicati-
uis vel participijs eoꝛum: ⁊ ſic per dictum Commenta. ſi-
gnificaretur illos terminos mouetur ⁊ mouet. vel hos mo
uens ⁊ motum eſſe oppoſitos eo modo ꝙ termini oppoſiti
ſolent dici: que expoſitio ſatis poſſet alicui ex iſto verbo
dicitur quod ibi ponitur: ⁊ quālibet harum expoſitionū
ſatis credo bonam et iuxta mentem Commen. Secunda
tamen plus placet ſm nullam autem habetur ꝙ entitas
que eſt actio ei que eſt paſſio ſit oppoſita vt argumentum
intendebat. ¶ Ad ſecundum dicendum ꝙ aliqua eſſe idē
ſm ſubiectum: ⁊ differentiā ſm quiditatem poteſt dupli-
citer intelligi ſm ꝙ tam ſubiectum q̄ꝫ quiditas poſſunt ac
cipi dupliciter. nam vno modo accipitur ſubiectum pro
ſubiecto informationis: ſiue quod informatur aliqua foꝛ-
ma: ⁊ quiditas accipitur vno modo pro ipſa eſſentia: quā
explicat diffinitio: ⁊ ſic acceptis his nominibus eſſet ſen-
ſus propoſitionis: quecunꝗ ſunt diuerſe eſſentie in eodē
ſubiecto exiſtentes realiter diſtinguuntur. et ſic concedo
ipſam: ⁊ maioꝛem ⁊ minoꝛē in eodem ſenſu nego. Alio mo
do accipitur ſubiectum pro ſubiecto predicationis: ⁊ qui
ditas ꝓ ipſa diffinitione: ſiue ſit dicens quid rei: ſiue quid
nominis: ⁊ tunc eſt ſenſus propoſitionis: ꝙ quecunꝗ dicū
tur de eodem ſubiecto: quod proprie de ſolis terminis in-
telligitur: ⁊ eoꝝ diffinitiones ſunt diuerſe: illa diſtinguū-
tur realiter ideſt ſupponunt pro rebus diſtinctis: tūc pro-
poſitio eſt falſa. et minoꝛ in eodem ſenſu eſt vera: et ſic ille
ſenſus eſt quem habuit Commenta. vult enim ꝙ iſta no-
mina actio et paſſio ſignificatiue ſumpta de eadem re nu-
mero determinate verificentur. Et ideo ſubdit. ꝙ ſunt ea-
dem ſm ſubiectum: quia tamen ſm aliaꝫ ⁊ aliam rationē.
nam ſm ꝙ illa res eſt actus actiui inquantum huius de
ea vel pro ea verificatur hoc nomē actio: ⁊ ſm ꝙ eſt actus
paſſiui inquantum huius verificatur hoc nomen paſſio:
⁊ ille diffinitiones q̄uis eidem conueniant ſunt tamen di
uerſe. ideo dicit ꝙ differunt ſm quiditatem: ⁊ hic modus
loquendi in iſto ſenſu ſatis vſitatus eſt ab eo ſicut conſtat
his qui ſua dicta viderunt. ¶ Ad tertium dicendum ꝙ
Philoſophus ideo dicit ꝙ non ſunt idem proprie: qꝛ non
ſunt idē ratione et diffinitione: ſed tamen motus cui hec
nomina actio: ſcilicet ⁊ paſſio inſunt: non quidē per infoꝛ
mationem: ſed per predicationem eſt idem numero: ita ꝙ
ipſe non eſt contra: ſed pro. Et ꝙ ita intelligat patet per
probationē ſui dicti quam immediate ſubiungit. ait em̄
ſic. Qꝛ enim huius in hoc ⁊ ꝙ huius ab hoc actum eſſe ra T.c.22.
tione alterum eſt. eſſe autem huius ad hoc: et eſſe actum
huius in hoc eidem motui dicit competere: ⁊ verū eſt. ſic
ergo vult ꝙ idem motus ſit actio et paſſio: ſm tamen aliā
⁊ aliam rationem dicitur vtrunꝗ. ¶ Ad quartum dicen
dum ꝙ Philoſophus falſe allegatur: quoniam nullibi il-
la verba vel eoꝛum etiam ſententiam ponit: ſed bene ſentē
tia eius eſt ꝙ illa negatiua eſt immediata: cuius predica-
mentum vniuerſaliter negatur a ſubiecto et a nullo ſupe-
rioꝛi ſubiecti negatur vniuerſaliter: ⁊ exemplificat ipſe in
terminis generalibus: ſcilicet litteris: talis autem imme-
diata inuenitur ex terminis eiuſdem predicamenti. vnde
ſicut ibi Auerrois dicit: ⁊ verum eſt. hec eſt immediata.
nullus aſinus eſt rationalis. ⁊ ſimiliter iſta eſt immediata
nullus homo eſt irrationalis: foꝛte autem ⁊ aliqua poteſt
eſſe immediata in qua vnum generaliſſimum genus vni-
uerſaliter negatur ab alio: ſicut hec. nulla ſubſtantia eſt
qualitas: non tamen quelibet in qua vnum genum gene-
raliſſimum vniuerſaliter negatur ab alio eſt immediata.
immo nec vera. ¶ Ad quintum cum concluſio ſit inde-
finita poteſt concedi. ſic tamē ꝙ actio ſupponat pro actio
ne aliqua que nō eſt paſſio. verbi gratia. ea que eſt agētis
qd̄ nō agit in paſſum. vt in ſcd̄a cōcluſiōe dictū eſt: ſꝫ ſi lo-
quamur preciſe de actione agētis qd̄ agit in paſſum. cōce
do maioꝛē proprie ſumptā: ⁊ nego minoꝛē. nā q̄uis predi-
camēta actiōis ⁊ paſſionis ſint diſtincta: quelibet tamen



res que eſt actio eſt in predicamento actionis: et in predi
camento paſſionis: et quelibet que eſt in predicamento
paſſionis ⁊ in predicamento actionis: et ideo actio et paſ-
ſio non diſtinguuntur predicamentaliter: ſed eadem res
que eſt actio ⁊ paſſio eſt in diuerſis predicamentis eo mo
do quo res que non eſt ſignum dicitur eſſe in predicamen
to. ¶ Ad argumenta que contra tertiam concluſionē fa
cta ſunt reſtat reſpondere: ad quoꝝ primum q̄uis pa-
tiatur defectum in foꝛma eundo tamen ad difficultatem
quam intendit. dico ꝙ ſi nunc in inſtanti generaretur ali-
quis ignis: nunc quidem eſt ignis genitus et actio ipſius
generantis que non eſt aliud q̄ꝫ ipſe ignis genitus ſeu foꝛ
ma ipſius. Et dico ꝙ ſicut impoſſibile eſt hunc ignem ge-
nitum deſinere eſſe hoc eodem igne non deſinente eſſe: ita
impoſſibile eſt hanc actionem generantis ignem hunc de
ſinere eſſe hoc igne non deſinente eſſe. poſſibile eſt tamen
⁊ hunc ignem: ⁊ hanc actionem deſinere eſſe actionē hoc
igne: ⁊ hac etiam actione non deſinēte eſſe. vnde hec actio
poſt iſtud inſtans erit ⁊ erit ignis: ſed ipſa non erit actio.
Et eſt ratio: quia ad hoc ꝙ aliqua ſit actio requiritur ꝙ
ſit actualiter ab actiuo: ⁊ illud ſit cauſa eius: alioquin nō
eſſet actus eius inquantum huius: et per conſequens ne-
T.c.20. ꝗ actio. Et hoc etiam voluit Philoſophus notare in. 3.
phyſi. cum ait ꝙ actus agentis eſt in quodam alio ⁊ nō de
ciſus: ſed huius in hoc: ⁊ littera Commēta. ſed eſt ex hoc
Cōmē. 20 in hoc. vbi Commenta. exponens ait: ⁊ non dicimus ꝙ a-
ctio agentis eſt in patiente ſecundum ꝙ abſcinditur ab
agente: quoniam ſi hoc eſſet non eſſet agentis: ſed ſm ꝙ
eſt cōtinua ex hoc in hoc ideſt ab agente in patiente. Hec
Commenta. ⁊ quia poſt illud inſtans illa res que nunc eſt
actio non erit a generante illo ipſa: q̄uis erit vere in re-
rum natura: non erit tamen actio: ac per conſequens nec
ignis iſte poſtea generantis nec generans generabit ip-
ſum. ¶ Ad aliam ꝓbationem minoꝛis predicte rationis
cōcedo deum illud poſſe. et ꝙ caſu dato ſolus manutene-
bit radium: ⁊ cum infert ꝙ tranſibit ſm rem habitudo im-
poꝛtata ꝑ eſſe a ſole: ac ꝑ hoc actio ſolis: dico ꝙ nulla res
in mūdo ſiue appelletur habitudo ſiue aliquid aliud tran
ſibit ſeu deſinet eſſet: ſed eadem ipſa res que eſt nunc a ſo-
le ⁊ eſt habitudo vel relatio ad ſolem erit poſtea: ſed non
erit a ſole nec erit habitudo ad ſolem: talis ſcilicet que di
catur actio ſolis: ſed erit a deo: et erit actio dei. ¶ Et vlte
rius dico ꝙ nimis eſt puerilis ⁊ rudis cogitatio. cum dici
tur radius eſt a ſole: ꝙ res aliqua ſignificetur per illā pre-
poſitionem. a. diſtincta a radio et a ſole. cum ipſa prepoſi-
tio ſit purum ſyncathegoreuma: et nihil ſm ſe ſignificans
nec minus rude eſſet dicere ꝙ nec per illam prepoſitionē
a. ſignificatur talis habitudo media: ſed per totam oꝛatio
nem illam: ſicut ex primo libro in pluribus locis patet: et
paulo ſupra recolui. Et preterea iſti hoc ipſū habent cō-
cedere. nam ſuppoſito ꝙ ſit talis habitudo media radij a
ſole quam dicunt actionē. conſtat ꝙ illa ſm ipſos: eſt etiā
a ſole. vnde et in ſolutione illius ratiōis alterius doctoꝛis
de qua ſupra fecit mentionem dicunt ꝙ tam actio q̄ꝫ paſ-
ſio eſt ab agente: ⁊ iterum ꝙ actio egreditur ab agente: et
ſi nunq̄ꝫ hoc dixiſſent hoc eſt verum ꝙ omnis entitas que
eſt in mūdo ſiue magna ſiue parua eſt a deo. ſi ergo per. a.
vel per eſſe ab hoc vel ab illo impoꝛtatur aliqua res me-
dia. igitur vltra illam habitudinem eſt habitudo. et con-
ſtat ꝙ illa non eſt minus ab agente q̄ꝫ prima: et per conſe-
quens adhuc vltra eam eſt alia: ⁊ ſic in infinitum. ¶ Pre
terea. Ex maxima illa theologica quaꝫ aſſumunt ſi actio
ſit talis res ab agēte poterit deus illā actionē qua radius
eſt a ſole per ſeipſū immediate cōſeruare: ⁊ tūc nec radi-
us nec illa habitudo erit a ſole: et tamē illa habitudo ⁊ il-
le radius erit. opoꝛtet igitur etiam eos concedere ꝙ aliq̄d
quod eſt ab aliquo poteſt eſſe et non eſſe ab illo abſꝗ ꝙ
aliqua res magna vel parua deſinat eſſe. ¶ Preterea.
Si ſit talis habitudo diſtincta poterit deus coagere ſoli
ad cauſationē radij non coagēte ſoli/ aut alicui alteri ad
cauſationē illius habitudinis/ nec illam per ſeipſum cau-
ſando: quo poſito adhuc radius erit a ſole. al's ſol nō pro-
ducet ipſum et nulla erit talis media habitudo. ¶ Pre-
terea. ſm eundē arguentē in ratione īmediate poſt ſoluē-
da res que producit̄ depēdet a ſua actione in oꝛdine cau-
ſalitatis effectiue. igit̄ per maximā nunc ab ipſo ſumptā
poterit deus rem īmediate abſꝗ tali actione ꝓducere: et
tunc cōſtat ꝙ erit illa res a deo ⁊ non erit talis ficta habi-
tudo impoꝛtata per. a. Per hoc ptꝫ ſolutio etiā ad ſequē-
tem ꝓbationem. ¶ Ad confirmationē ꝓ dico ꝙ ſi deus
non ſuſpēdiſſet actionē ſolis diceretur ꝙ radius eſſet a ſo
le: qꝛ ſol vtiꝗ eſſet cauſa et principiū eius: ita ꝙ ſi ſol non
eſſet/ nec deꝰ aliter ageret: ceteris poſitis radius nō eſſet:
in caſu autē poſito non dicit̄ radius eſſe a ſole: qꝛ ceteris
vt nunc in caſu ponitur ſe habentibus: eſto ꝙ ſol non eſſet
adhuc radius eſſet/ ac per hoc ſol nō eſt cauſa eius. vnde
et ego etiam quero a ſic arguēte in caſu poſito: cum ſit ra-
dius: ⁊ ſit ſol cū habitudo qua dicitur radius a ſole nō eſt
in radio ſicut in ipſo eſt habitudo qua dicitur eſſe a deo.
puto ꝙ non poterit aliter reſpōdere: niſi ꝙ deus eſt princi
pium ⁊ cauſa radij ⁊ nō ſol. ¶ Ad vltimā confirmationē
nego minoꝛē. dico enī ꝙ entitates radij ⁊ ſolis/ ac dei ſuf-
ficiūt ad veritatē huius: radius eſt a ſole/ nec aliqua alia
eſt opoꝛtuna: non tm̄ ſemper illis poſitis illa propoſitio eſt
vera: ſed tūc tm̄ qn̄ ſol eſt cauſa radij/ ſeu qn̄ radius eſt: et
ceteris vnifoꝛmiter ſe habētibus ⁊ agētibus/ vel non agē
tibus ſi ſol non eſſet. radius non eſſet: et per hoc etiā vide
quod dixi in primo di. 17. q. 1. in ſoluendo tertiā obiectio-
nem cōtra cōcluſionem primā ſcd̄i articuli. ¶ Ad ſcd̄am
rationē contra predictā concluſionē reſpōdeo negādo mi
noꝛem. ¶ Ad tertiā dicendum ꝙ ſi accipit̄ actio ſucceſſi-
ua illa pōt cōcedi via: ſicut ⁊ motus dicit̄ via: lꝫ trāſum-
ptiue: ⁊ ſic non arguitur cōtra ſed pro: vt ptꝫ in reſpōſione
ad octauā obiectionē precedētis queſtionis: ſi vero acci-
pitur actio ſubita/ ſeu que fit tota ſimul: minoꝛ ſimpliciter
eſt negāda: et ſimiliter negāda eſt minoꝛ quarte rationis.
¶ Ad quintū primo pōt reduci argumentū cōtra arguē-
tem querendo cū illa habitudo quā ponit mediā dicatur
eſſe ab agēte ſm ipm̄ quid dicit/ aut habitudinē ipſam et
agens tm̄. aut aliquid aliud ⁊c. ⁊ totaliter ꝓcedit contra
eum. dico igit̄ ſicut ⁊ ipſe niſi ponat infinitatē taliū habi-
tudinum cogit̄ dicere ꝙ preciſe ſignificat̄ radius ⁊ ſol in
telligēdo preciſe ꝙ nulla alia entitas ab illis īpoꝛtat̄: cō-
ſignificat̄ tm̄ cum hoc ꝙ ſi cetera vnifoꝛmiter agerent/ vel
non agerent ⁊ ſol non eſſet radius ille non eſſet. non conſi-
gnificatur aūt pariter ꝙ ſi radius non eſſet ſol non eſſet: ⁊
ideo nō dicit̄ ſol a radio: ſed ecōtra. ¶ Et ꝓpter hoc ptꝫ
ad ſextum ꝙ etiā poſſet reduci cōtra eum de habitudine
illa quam ponit. preterea conſtat ꝙ omnis entitas que eſt
in rerum natura magna / vel parua exiſtit per deū tanq̄ꝫ
per ſuum conſeruās: ⁊ certe ſi de iſta prepoſitione. a. que-
ritur quid ſignificet/ vel cōſignificet: et velit quis conclu-
dere ꝙ aliquam ſm ſe rem impoꝛtat que non impoꝛtatur
per cathegoꝛeumaticam aliquam dictionem non minus
opoꝛtebit dicere: ꝙ etiam illa prepoſitio per. aliquā rem
talem ſignificat: ⁊ conſtat ꝙ illa erit etiam per deum con-
ſeruata tanq̄ꝫ ab ipſa dependens: et per conſequens illud
aliud per aliam ſignificabit: et quia ſignificabit non erit
finis in illa propoſitione: nec erit numerus talium rerum
abigenda eſt. igit̄ talis imaginatio irrationabilis de ſyn-
cathegoꝛeumaticis dictionibus. ¶ Ad illud qd̄ contra
quartā cōcluſionē arguit̄ ex dicto auctoꝛis ſeu ex principio
rum. dicendum ꝙ auctoꝛ accipit eſſe ibi per realem infoꝛ non
mationem. vt capit argumentum: ſed per predicationem:

quod manifeſte ptꝫ.tum qꝛ imediate ſic premittit. Sciendum aũt ꝙ omne qđ in motu eſt actio eſt:⁊ probat: moueri etenim actio eſt. Ecce ꝙ ideo dicit actionem eſſe in motu:qꝛ moueri eſt actio.tum qꝛ immediate poſtꝗ̄ dixit.oīs ergo actio in motu eſt.ſtatim addit. oīſqꝫ motus in actione firmabitur:⁊ ſimiliter cum dicit proprium eſt actionis in motu eſſe:imediate ſubiunxit: ſicut.propriū motus eſt eſſe in actione. conſtat autem ꝙ iſta non poſſunt intelligi de eſſe in.per informationem : quia ſi iſto modo oīs actio eſt in motu:non omnis motus eſt in actione : alioquin vel oporteret ꝙ data vna actione ſimul darentur infiniti motus diſtincti et infinite actiones / vel oporteret ꝙ aliquis motus ⁊ aliqua actio reciproce eſſent in ſeipſis:vnum ſcilicet in alio per informationem et econuerſo.ꝙ nullus ſane mētis diceret. Intelligit ergo ꝙ omnis actio eſt in motu per predicationem:⁊ omnis motus in actione: quia ſcilicet omnis motus eſt actio ſm eum:⁊ omnis actio eſt motus:accipit aũt actionem non ſic vniuerſaliter. vt de ipſa locutus ſum in quarta concluſione: ſed ſpecialiter pro ea que non eſt conſeruatio ⁊ que eſt actus agentis quod illā agit in paſſum:⁊ ſimiliter motum non accipit vniuerſaliter:ſed pro eo tm̄ cuius pars non ſolū poſt partem acquiritur mobili: ſed etiam fit : et ex hoc patet ꝙ eius dictum non eſt contra aliquā partem dicte cōcluſionis. ¶ Nunc ad illa que contra quintā concluſionem arguta ſunt conſequenter eſt reſpondendum.ad primū dicendum ꝙ effectus formalis alicuius poteſt dupliciter accipi. vno modo pro cauſato forme:et ſic non eſt aliud/ꝗ̄ ipſa materia/ vel ſubiectum quod informat/vel cōpoſitum quod ex ipſa forma cōſtat.ſic loquendo de effectu formali quicquid ſit de maiore.nam in aliquo ſenſu concedenda eſſet: tamē minor ſimpliciter eſt negāda. nam agens nec eſt materia actionis ſue/nec ex ipſa cōponitur. alio modo poteſt accipi effectus formalis:lꝫ multum improprie pro denominatione ſubiecti ab aliquo:⁊ tūc eſt ſenſus maioris:ꝙ eſt impoſſibile aliquid denominari tale ab aliquo niſi illud ſit ſubiectiue in eo:et in hoc ſenſu dico ꝙ maior eſt falſa. ptꝫ enim ꝙ viſio qua paries videtur non eſt in pariete:tamen ab ea ipſe denominatur ⁊ dicitur viſus. ¶ Ad ſecundam dicendum ꝙ ſi loquamur de agente quod eſt tantūmodo agens et non patiens : minor eſt falſa. nam ꝗ̄uis actio ſit perfectio et ſit agentis : non eſt tm̄ perfectio perficiens ipſum agens:non enim calefactio ſolis perficit ipſum ſolē: ſed ipſum quod calefit:eſt tm̄ ſignum perfectionis ſolis:et ſic quelibet actio eſt ſignum perfectionis agētis. nam ex eo ꝙ agit arguitur perfectio aliqua agētis. ¶ Ad tertiū ſi accipitur crucifixio pro fixiōe corporis chriſti in cruce proprie loquendo nullibi eſt ſubiectiue : qꝛ crucifixio non eſt aliqua res ſm ſe diſtincta a corpore quod figitur et ab eo cui infigitur. ſi tamē poneretur ꝙ eſſet aliqua talis res alicubi exiſtens ſubiectiue : neſcio quis demens diceret illam fuiſſe in iudeis crucifigentibus:⁊ non potius in corpore chriſti/vel in cruce. ¶ De blaſphenatione aũt dicēdum ꝙ ibi erat vbi erat blaſphemia. ⁊ conſtat quidem ꝙ blaſphemia mentalis non erat in xp̄o:ſed in impijs cordibus iudeorū. vocalis quoqꝫ non erat in xp̄o:ſed potius in aere in quo vox formabat̄. Et ideo ptꝫ ꝙ ꝯña quātum ad vtrāqꝫ partem cōſequentis poteſt negari. poſito tm̄ ꝙ crucifixio fuerit in xp̄o. eſſet dicendū ad probationem falſitatis cōſequētis ſuppoſito ꝙ actio exterior ſit peccatum: de quo ſuo loco videbit̄ ꝙ illa crucifixio fuit peccatū: ſed nō fuit xp̄i:ſed iudeoꝝ. nam tales actiones ſi concedant̄ eſſe peccata non intelligūtur eſſe recte peccata eoꝝ in quibus recipiunt̄:ſed eorum a quibus agūtur:⁊ hoc eſt qđ alij dicere volunt cū dicūt ꝙ crucifixio fuit in xp̄o ſubiectiue ⁊ in iudeis īputatiue. ¶ Ad quartum dicendū ꝙ minor eſt falſa. ¶ Ad quintū dicēdum ꝙ ꝗ̄uis oīs forma denominet ſuum ſubiectum: non tm̄ denominat ipſum ſm quodlibet nomē ipſius forme. verbi gratia. forma que eſt doctrina:vt dicit Philoſophus.3.phyſi.eſt in addiſcente : et tm̄ T.c.22. non denoīat ipſum ſm hoc nomē doctrina:qꝛ non dicitur docēs:ſed denoīat ipſum ſm aliud nomen eiuſdē.ſ. diſciplina:⁊ ideo dicitur ille diſcipulus/vel diſcēs. ſic dico ꝙ forma que eſt actio denoīat vtiqꝫ illud in quo eſt ſm aliquod eius nomē. verbi gra. ſm hoc nomen paſſio vel lux: aut aliud tale ei cōueniēs ſm ꝙ ipſa eſt in eo:non aũt ſm hoc nomen actio/vel agētia : qꝛ ei non cōuenit niſi inquātum eſt ab alio/ ac per hoc ⁊ ſm hoc nomen denoīat illud a quo eſt: ⁊ illud dicit̄ agens. ¶ Ad ſextū concedo ꝙ cuius eſt potētia eius eſt actus:⁊ vlterius concedo ꝙ actio eſt actus agētis: nō tm̄ ſequitur ꝙ ſit eius vt ſubiecti ⁊ potentie paſſiue: ſed eſt eius vt principij actiui. et hoc ideo qꝛ potentia agentis eſt potētia actiua que non eſt inquātum huius ſuſceptiua actus ſed elicitiua et productiua. ¶ Ad ſeptimū dico ꝙ philoſophus non ideo dicit ꝙ mutaretur:qꝛ actio noua eſſet in eo:ſed ideo qꝛ putauit ꝙ nō de nouo ageret niſi propter nouā diſpoſitionem/ vel nouā voluntatem quā haberet ad agēdum cum prius non ageret:ſicut ptꝫ per Cōmen. ibidem. qui totum pene ſuū errorem ibidem fundat ſuper illa radice. Cō.15. ¶ Ad octauū dico ꝙ in illo caſu eſſent due actiones/nec eſt incōueniēs eiuſdem agentis eſſe duas/vel plures etiā actiones in diuerſis paſſis. Et (quod argumētum non petit) dico ꝙ ecōuerſo:ſi duo ignes calefaciunt idem calefactibile primo. puta qꝛ eſſent illi ignes in eodem loco primo virtute diuina ꝙ calor vnus numero produceretur ab eis ⁊ amboꝝ eſſet vna actio tanꝗ̄ vnius agentis totalis. ¶ Ad nonum nego minorem. ¶ Ad probationem dico : ꝙ non ideo idem non poteſt eſſe pater ſui/aut filius / aut etiam vnius alterius pater ⁊ filius:qꝛ generatio actiua et generatio paſſiua non poſſunt eſſe in eodem:ſed qꝛ idem non poteſt eſſe a quo eſt generatio ⁊ qui generatur: nec idem poteſt eſſe is qui eſt genitus et a quo ipſe genitus eſt. ¶ Ad decimum dico ꝙ fortius procedit contra ſuū factorem. nam nō minus:immo plus videtur inconueniens ꝙ relatio ſit in aliquo et ratio fundandi non ſit in rerum natura / ꝗ̄ ſi ſit in alio. nunc autem in patre ſm iſtos fundatur paternitas et generatio qua genuit eſt ratio fundandi:et ſm eos illa generatio ꝗ̄uis fuerit:nunc tm̄ non eſt:ſicut nec ipſe generat/ nunc nec eius filius generatur. dico tamen ad argumentum ꝙ generatio non eſt ratio fundādi huiuſmodi relationem proprie loquendo : ſed bene verum eſt ꝙ qꝛ iſte genuit ⁊ ab eo fuit generatio iſtius:ideo hic eſt huius pater. ¶ Ad vndecimum dicēdum ꝙ denominat agens denominatione extrinſeca. iuxta cōſuetum modum loquendi. Et ad vlteriorem ꝓceſſum argumenti dicēdum:ſicut dictum eſt ad.4.contra hanc eādem concluſionē. Et per idem reſpondēdum eſt ad.12. ¶ Ad auctoritatem Commen. que vltimo inducitur dicēdum ꝙ hoc nomine actio Cōmen. ⁊ Philoſophus etiam vtūtur equiuoce. aliquādo enim apud eos hoc nomen actio idem ſignificat ꝙ hec nomina actus/vel forma: vnde ſatis cito poſt ſm tranſlationem Cōmen. ait philoſophus. omnis materie actio eſt alia ab actione alterius materie:⁊ ſm tranſlationem qua vtimur ait. actus alius alterius eſt materie. ⁊ Cōmē. ibidem exponēs ait. Et idē qđ eſt in actu in omni materia:⁊ eſt forma eius:eſt aliud ab illo qđ eſt in actu in alia materia. Cō.6. Quōqꝫ actio accipit̄ pro principio agēdi/ſeu potētia actiua. vnde.9.meta. vbi Philoſophus dicit. ꝙ potentia actiua eſt in faciente vt calor in calefactiuo : et edificatiua.i.ars edificandi in edificatiuo.i.edificatore vel carpētario ſm litteram Commen. ait Cōmenta. exponendo ſic .i.actio artis carpentarie eſt in carpentario:⁊ actio artis edificatorie eſt ī edificatore. patet autē ꝙ ſi iſta expoſitio T.c.2. Cō.7. debet eſſe ad propoſitum: ibi accipitur actio artis pro ipſa arte:vt ſit intranſitiua cōſtructio. ¶ Et preterea ſic eū accepiſſe patet ex eo quod ſine medio ſequitur. Sequitur enim ſic. deinde dicit.ſ. Ariſt. ⁊ ideo ſunt inſimul. Et quia quedam potentiarum actiuarum ſunt in agente : ideo eſt neceſſe vt agens nihil agat donec ſit inſimul cum patiente ideſt in eodem loco. hec ipſe. quandoqꝫ vero accipitur actio pro operatione in actu potentie actiue : ſicut ſupra dictum eſt:⁊ quandoqꝫ alijs modis. nunc ad propoſitum 8.phi.c.5. dico ꝙ Commenta. accipit actionem in auctoritate allegata altero duorum primorum modorum vel vtroqꝫ:⁊ eſt intentio eius ꝙ calor maximus eſt actus vel forma ⁊ principium actiuum conſequens formā ſubſtantialem ignis: ⁊ iſtud multum conuenit cum ſententia de qua immediate locutus eſt: ⁊ ſimili modo accipit abſciſſionem cultelli pro acutie vel principio ſcindēdi:quicquid illud ſit in cultello:⁊ actionē manus pro principio quo agit manus. non autem accipit actionē tertio modo:⁊ vt de actione eſt queſtio preſens. ¶ Ad argumentum principale queſtio. pro ꝗ̄to arguit actionem diſtingui a re que fit. patet reſpōſio ex dictis ſupra ad auctoritatem de libro ſex principiorū qua probatur ꝙ diſtinguitur a paſſione. dicendum ꝙ auctor ille non ideo dicit ꝙ paſſio eſt effectus actionis: quia efficiatur ab ea ſicut res efficitur a ſua cauſa effectiua:ſꝫ quia ex eo ꝙ aliquid agit loquendo de actione ſicut ipſe loquitur. videlicꝫ ꝙ exigit in quod agens agat cauſaliter infertur ꝙ illud patitur in quod agit : et ꝗ̄uis econuerſo: ex eo ꝙ aliquid patitur inferatur ꝙ aliquid agit in ipſuꝫ: quia tamen non infertur cauſaliter ideo paſſionem dicit eſſe effectum ⁊ illationem actionis:⁊ non dicit econuerſo: ꝗ̄uis eundem loquendi moduꝫ etiam poſſet dici ꝙ actio eſt illatio paſſionis:non tamen effectus. patet. enim ꝙ ꝗ̄uis ſequatur. hoc lignū patitur vel calefit. igitur aliquid agit in hoc lignum ⁊ aliquid calefacit ipſum . non tamen hec cauſalis:quia hoc lignum calefit aliquid ipſum calefacit:eſt vera:ſicut iſta eſt vera:qꝛ aliquid calefacit hoc lignum:hoc lignum calefit. Et propter hanc cauſalem illationem dicit ꝙ paſſio eſt effectus illatioqꝫ actionis. iuxta ſuū conſuetū improprium in toto libro illo modū loquendi.

## ¶ Diſtinctionis prime. Queſtio ſexta.

**V**Ltimo quantum ad iſtaꝫ diſt. Quero vtruꝫ creatio ⁊ conſeruatio ſint entitates diſtincte inter ſe:⁊ a re quam deus creat vel cōſeruat. ¶ Et arguitur ꝙ ſic.⁊ qꝛ idem iudicium ꝗ̄tum ad hoc eſt de omnibꝰ. oſtendo ꝙ creatio huius rei demōſtrate. verbi gratia. huius angeli ſit res diſtincta ab hoc angelo:⁊ ab eius cōſeruatione:⁊ arguo ſic. iſte angelus : ⁊ ſimiliter eius creatio fuit anteꝗ̄ fuit eius cōſeruatio:⁊ iſte angelus nō deſijt cū deſijt eius creatio . igitur iſte angelus eſt entitas diſticta a ſua conſeruatione ⁊ a ſua creatione:⁊ ſimiliter eius creatio a ſua conſeruatione. cōſequentia videtur tenere ex eo ꝙ impoſſibile eſt aliquā entitateꝫ fuiſſe pus ꝗ̄ fuerit aut ſimul deſijſſe ⁊ nō deſijſſe. antecedēs quātū ad primā partē probatur. nā iſte angelus fuit in primo inſtāti quo fuit ⁊ ſimiliter creatio eius:ſed in illo inſtāti nō fuit eius cōſeruatio. nā cōſeruatio eſt cōtinuatio rei in eſſe. oēe autē qđ cōtinuatur prius fuit. Quātū etiā ad ſcđam partē ꝓbatur. naꝫ creatio huius angeli fuit in primo inſtanti in quo fuit iſte angelus ⁊ immediate poſt non fuit:ſicut iſte angelus in primo inſtanti ſui eſſe creabatur:⁊ immediate poſt non creabatur . naꝫ creatio proprie ſumpta eſt productio rei que nunc eſt ⁊ non aliquid eius prius immediate fuit: nec angelus iſte immediate poſt primum inſtans ſui eſſe deſijt. igitur non ſimul deſijt cum ſua creatione.

**Ad oppoſitū** actio et conſeruatio rei qua agēs creatum agit / vel conſeruat non ſunt entitates inter ſe ⁊ a re quā conſeruat/ vel agit diſtincte. igitur nec creatio ⁊ cōſeruatio ſunt diſticte entitates inter ſe ⁊ a re quā deus cōſeruat vel creat. ꝯſequētia ſatis eſt patens:⁊ añcedens probat̄ ex predictis in ꝑcedēti. q. ibi.n. ꝓbatum eſt ꝙ res que fit eſt ipſa actio agētis:⁊ per aliquas earūdē rationū pōt probari ꝙ ꝯſeruatio agentis conſeruātis rē quā ꝓduxit eſt ipamet res que ꝯſeruatur.

**Pro** intellectu huius queſtionis premitto aliquas diſtictiones. ¶ Prima eſt. ꝙ iſte terminus creare dupliciter pōt exponi ſicut ſupra de creari dictum eſt. q. 4. Vno modo creare.i.aliquid de nihilo facere. Alio modo.i.aliquid primo de nihilo facere:vel aliquid quod immediate prius non fuit de nihilo facere. primo modo non accipitur creare:vt diſtinguitur contra cōſeruare:quinimo ⁊ aliquid quod deus conſeruat. verbi gratia angeluꝫ exiſtentem etiā creat ſm iſtam ſignificationem. nam ipm facit:ꝗ̄diu eſt ſicut in. q. ꝑalleg. tactum eſt ⁊ diffuſius in ꝑmo lib.45.⁊ de nihilo etiam ipſum facit. Cū igitur doc. loquuntur de creare diſtinguendo ipſum cōtra conſeruare accipiunt hunc terminum iuxta diffinitionem ſecūdā. et ſic in preſenti. q. vtar eo. Et ſimiliter hoc termino creari correſpondenter:vt creari idem ſignificet ꝙ aliquid qđ immediate prius non fuit de nihilo fieri. Conſeruare autem ſm doc. communiter idem eſt ꝙ rem factam vel que immediate prius fuit in eſſe ꝯtinuare/ vel tenere: ⁊ in hac ſignificatione ego accipio in ꝓpoſito. ¶ Scđa diſtinctio eſt ꝙ ſicut hoc nomen actio accipitur quādoqꝫ pro potentia actiua. aliqñ pro actu / vel operatione potētie actiue: vt dicebatur in precedēti. q. ſic hoc nomen creatio poteſt accipi pro ipſa potentia creatiua. ⁊ hoc nomen conſeruatio pro potentia ſeu principio conſeruatiuo. Et poteſt ſecundo modo accipi creatio pro actu ſeu operatione potētie creatiue:et ſimiliter conſeruatio accipi poteſt pro operatione conſeruatiue potentie. Primo modo non ſumuntur iſti termini in propoſito:ſed ſecūdo. ¶ Tertia diſtinctio eſt. ꝙ conuenit aliquid creari per ſe ſubſiſtens et non in alio. verbi gratia. angelus aut etiam quelibet alia res quam crearet deus non in aliquo ſubiecto:⁊ conuenit etiam aliquid creari in aliquo ſubiecto : ſicut ſm doctores gratia creatur in anima humana ſeu rationali: et anima rationalis in corpore.

**His premiſſis** Pono ad propoſitum ſex cōcluſiones. prima eſt. ꝙ creatio ſuppoſito ꝙ deus aliquid creet eſt entitas a deo diſtincta:et ſimiliter conſeruatio eſt entitas diſtincta a deo. ſecunda ꝙ nulla res creatur a deo creatione a ſe diſtincta. tertia ꝙ nulla res conſeruatur a deo conſeruatione a ſe diſtincta. quarta. ꝙ nulla creatio eſt conſeruatio:nec aliqua conſeruatio eſt creatio . quinta. ꝙ aliqua creatio eſt paſſio ⁊ aliqua non eſt paſſio. omnis autem creatio eſt actio. Et ne fiat calumnia dicendo ꝙ nunc non eſt aliqua creatio vel ſaltem non conſtat nobis aliquam eſſe ſicut nec conſtat ꝙ in illo inſtanti preſente aliquid creet accipiatur iſte terminus eſt pro contingit:vel in predictis locutionibus ſupponatur deum creare aliquid vel aliqua actualiter ⁊ ſic per totum ſequentem proceſſum queſtionis intelligantur tales propoſitiones. ſexta ꝯcluſio eſt. ꝙ aliqua conſeruatio eſt paſſio ⁊ aliqua non. omnis autem eſt actio. ¶ Prima concluſio probatur. quia omne cuius potentia creatiua inquantum huius eſt principium eſt entitas a deo diſtincta. patet. ſed creationis potentia creatiua inquantum huius eſt pricipium. ergo ⁊ cetera. minor probatur: quia omnis potentia actiua inquantum huius eſt principium ſui actus ſeu operationis:ſicut ⁊ omnis actiua tranſmutatiua ſue tranſmutationis ⁊ factiua ſiue factionis.

¶ Secundo oīs operatio non coeterna deo ex dei voluntate exiſtēs eſt entitas a deo diſtincta. ptꝫ. ſed creatio eſt
Cap. 5. hmōi. dicente Dam̄. lib. i. creatio eſt ex dei volūtate opus exiſtēs ⁊ non coeternū eſt deo. Eodē modo pꝛobaꝛ ꝙ conſeruatio eſt entitas diſtincta a deo: quia ſicut creatio eſt actus potentie creatiue: ita cōſeruatio eſt actus potentie conſeruatiue: ⁊ potētia cōſeruatiua inquātum huius eſt eius pꝛincipiū. ¶ Scda cōcluſio pꝛobaꝛ. Pꝛimo qꝛ ſi aliqua res creaꝛ creatiōe a ſe diſtincta. ſit illa. v. g. angelus: aut igiꝛ creatio angeli creaꝛ a deo creatione: alia a ſe diſtincta/ aut nō alia creatione a ſe diſtincta: hoc ptꝫ: qꝛ oīs entitas que nō eſt deus eſt facta a deo: vt ſufficiēter ꝓbatum eſt. di. 45. pꝛimi lib. igiꝛ iſta creatio ſi eſt entitas alia ab angelo: cum etiā ſit diſtincta a deo: eſt a deo facta. ⁊ cōſtat etiā ſm opinantes ꝙ ita de nihilo fit ſicut ⁊ ipſe angelus: ⁊ ꝙ etiā immediate pꝛius nō fuit. igitur eſt creata: et ſi ſic aut alia creatione/ aut non alia. ſi alia eadē ratione ⁊ illa alia eſt creata alia creatione: ⁊ ſic in infinitū. ſi nō alia eadem ratione nec angelus: qꝛ qua ratiōe vna eſt entitas creata abſq; tali creatione diſtincta: eadē ⁊ quelibet. cum nulla ratio/ nec auctoꝛitas plus cogat de vna/ q̄ꝫ de qualibet alia. ¶ Confirmatur: qꝛ ſuperflue ⁊ ſine rōne ponitur in aliquo creationē eius ab ipſo diſtingui: ex quo aliquid ſine creatione diſtincta a ſe creatur. nec euidentia/ vel ratio aliqua/ aut auctoꝛitas cui ſit ſtandū plus in vno ad id cogit/ q̄ꝫ in alio. ¶ Tertio cōſtat ꝙ oēm entitatem coꝛruptam/ vel annihilatā poteſt deus eādem numero reparare ⁊ in eodem ſubiecto in quo pꝛius fuit reponere ſi in aliquo pꝛius fuerit: qm̄ non magis in vno inſtanti repugnat alicui ſubiecto infoꝛmari vna foꝛma/ q̄ꝫ in alio. ſi igiꝛ creatio angeli Michaelis fuit talis quedam res exiſtēs: tunc tm̄ qn̄ pꝛimo creatus eſt Michael poteſt deus illā eādem nūero recreare in aliquo inſtāti pſente/ vel futuro in ipſo Michaele quē ſuppono eſſe: et ex quo creatus fuit ſemꝑ fuiſſe ⁊ foꝛe in inſtāti illo: verū erit dicere Michael creatur. Sequitur autem Michael creatur. igitur Michael immediate pꝛius nō fuit: ſed ponitur ꝙ fuit. igitur fuit ⁊ nō fuit. Quarto aut deus poteſt creare aliquā rem abſq; creatione ab illa re diſtincta/ aut non. ſi ſic. cum nulla auctoꝛitas/ vel experientia habeatur: per quā cognoſci poſſit ꝙ aliquā creet mediante creatione diſtincta: ⁊ per conſequens nec etiam aliqua ratio: ex quo oppoſitum eſt poſſibile. nam omnis talis/ aut ex experientia/ vel auctoꝛitate procederet. ſequitur ꝙ irrationabiliter poniꝛ talis multitudo ſuperflua rerum. ſi vero nō poſſit ſine tali re media cum ipſa non ſit intrinſeca rei que creatur/ aut erit eius effectus naturaliter conſequens/ aut accidens ſibi inherens/ aut aliquo modo per ſe cauſa intrinſeca eiꝰ. non enī apparet ꝙ aliqua alia ratione non poſſit illa res creari ſine iſta: ſed non pꝛimū: qꝛ cuiuſlibet cauſe ſecunde effectū deus poteſt impedire. patet de igne trium puerorum/ nec ſecundum: qꝛ ſine quocunq; accidente rei deus illam poteſt facere: ſicut ex intentione Augu. haberi poteſt in epiſtola ad Conſentium: vbi ait. Quod valet diuina potentia de iſta viſibili/ atq; tractabili natura coꝛpoꝛū quibuſdam manentibus auferre quas voluerit qualitates. vnde poſſet ignem facere ſine caloꝛe: ⁊ ſicut de iſtis: ita de ceteris accidentibus reſpectu ſuoꝛū ſubiectoꝛum eſt ſentiendum. ¶ Preterea. Poteſt facere accidens ſine ſubiecto. ergo ⁊ econuerſo. Nec tertium: qꝛ cuiuſlibet cauſe ſecūde effectum poteſt facere ſine illa: vt cōmuniter cōceditur: ⁊ dicit articulus Pariſieñ. 63. ¶ Tertia concluſio pꝛobatur: qꝛ ſi angelus conſeruaretur conſeruatione a ſe diſtincta: cum quelibet res que non eſt deus cōſeruetur a deo: vt pꝛobatum eſt diſtin. 43. pꝛimi. aut illa conſeruatio conſeruatur a deo conſeruatione a ſe diſtincta: et ſic alia etiā in infinitum/ aut conſeruatur abſq; conſeruatione alia: et eadem ratione angelus ipſe. Secundo ſi conſeruatio ſit res diſtincta ab angelo: cum deus nullo alio a ſe indigeat ad conſeruationem cuiuſq; rei: ⁊ quālibet poſſit facere: ⁊ in eſſe cōtinuare abſq; aliquo alio ab illa: ⁊ quolibet eius intrinſeco et a deo diſtincto: ſequitur ꝙ deus poteſt conſeruare angelum abſq; conſeruatione: ⁊ ſic non conſeruādo conſeruabit. Tertio agens creatum cōſeruat ſuum effectum abſq; conſeruatione ab illo diſtincta. igitur multo magis deus. aſſumptum pꝛobo: ⁊ ſumo gratia exempli coꝛpus quod cauſat ⁊ cōſeruat ſuam imaginem in ſpeculo/ vel ſpeciem in oculo: ⁊ ſuppono ꝙ quilibet effectus de genere permanentium naturaliter pꝛoductus ab agente creato/ ſiue pꝛoducatur ſubito/ ſiue ſucceſſiue: etiā ſi nihil eius ſit pꝛimo pꝛoductum: ipſe tamen in aliquo inſtāti habet pꝛimo eſſe: et hoc eſt certum et cōmuniter conceſſum. Suppono etiam ex dictis ꝙ nulla res conſeruatur in pꝛimo inſtanti ſui eſſe. ſit igitur effectus datus a. ſi eius conſeruatio eſt entitas ab ipſo diſtincta ipſa non eſt in pꝛimo inſtanti eſſe a. vel igitur poſt illud inſtans fiet partibiliter vel tota ſimul: ſi tota ſimul. igitur in aliquo inſtāti poſt inſtans pꝛimum eſſe a. habebit pꝛimo eſſe: ⁊ per conſequēs per totum tempus mediū a. fuit conſeruatum a ſuo agente creato abſq; conſeruatione media. Ex quo vlterius ſequitur ꝙ etiam poſtea non eſt ponenda. Si vero non pꝛoducatur totum ſimul ſed pars poſt partē: aut igitur quelibet illarum partium eſt cōſeruatio/ aut non: ſed omnes ſimul quaſi ipa conſeruatio ſit quoddam totum ⁊ etherogeneum. Si ſecūdo modo dicatur ſequitur ſicut pꝛius ꝙ per aliquod tempus. puta per illud quod pꝛecedit inſtās quo pꝛimo eſt perfecta conſeruatio fuerit a. abſq; conſeruatione. Si autem dicatur pꝛimo modo ſequitur ꝙ conſeruatio eſſentialiter intēditur ⁊ ſuſcipit magis ⁊ minus: et per conſequens ſemper aliquid poteſt intenſius et remiſſius conſeruari: et remiſſius quidem per remiſſioꝛem conſeruationem: ⁊ intenſius per intenſioꝛem. Sed huius oppoſitū ex toto ſequitur in pꝛopoſito: qꝛ non aliter aliq̄d pōt intelligi intenſius/ vel magis conſeruari: niſi qꝛ diutius continuatur in eſſe. conſtat autem ꝙ a. diutius continuabitur per vnam partem ſue conſeruationis: vtputa per pꝛius factam/ q̄ꝫ per totā. nam per totuꝫ tempus quo erit poſt completam creationem ſue conſeruationis conſeruabitur per illam partem: et vltra hoc per tēpus illud pꝛecedens creationem totius et ſequens creationem partis. ¶ Quarta concluſio ꝓbaꝛ ſic. nulla res que creatur cōſeruaꝛ. igiꝛ nulla creatio eſt cōſeruatio. antecedēs ptꝫ qꝛ ex oppoſito ſequitur ꝙ de eadem re ſit ſimul verum dicere. hec res imediate pꝛius fuit/ ⁊ hec res nō immediate pꝛius fuit que ſunt contradictoꝛia. nam ſequitur. hec res conſeruatur. igitur hec res im̄ediate pꝛius fuit. Similiter ſequitur hec res creatur. igitur hec res non immediate pꝛius fuit. igitur ſi hec res ꝯſeruatur ⁊ creatur hec res immediate pꝛius fuit/ ⁊ non immediate pꝛius fuit. conſequentia pꝛobatur: quia ſi aliqua creatio eſſet cōſeruatio: cum quelibet creatio ſit res que creatur: ex eo ꝙ quelibet ſit entitas a de diſtincta: vt patet ex pꝛima concluſione: et nulla res creetur creatione a ſe diſtincta. vt patet ex ſecunda: et ſimiliter quelibet conſeruatio ſit res que conſeruatur: vt ex eiſdem concluſionibus ſimiliter patet. ſequeretur ꝙ aliqua res que crearetur cōſeruaretur: qđ cōtradicit antecedenti. ¶ Preterea. Eſto ꝙ creatio diſtingueretur a re que creaꝛ: ⁊ conſeruatio a re que conſeruatur: tunc omnis creatio eſſet rei que creatur: ⁊ cōſeruatio rei que conſeruatur. igitur ſi aliqua creatio eſſet conſeruatio ipſa eſſet creatio rei que crearetur: et conſeruatio rei que conſeruaretur: et conſtat ꝙ non eſt alterius creatio/ et alterius conſeruatio. igitur eiuſdem. et ſic eadem res crearetur et conſeruaretur.



¶ Sed pꝛima ꝓbatio cōſequētie videtur repugnare concluſioni. nā ſi creatio eſt ipſa res que creatur. verbi gratia ipſe angelus: ⁊ ſimiliter ꝯſeruatio angeli eſt ipſe angelus: videtur ſequi ꝙ cōſeruatio ſit creatio. Tū per illud pꝛincipiū. quecūq; vni ⁊ eidē ſunt eadē inter ſe ſunt eadē. Tum per ſyllogiſmum expoſitoꝛiū ſic arguendo. hic angelus eſt creatio. hic angelus eſt conſeruatio. eodē vtrobiq; demōſtrato ſequitur. ergo cōſeruatio eſt creatio. ¶ Ad pꝛimuꝫ cōcedo illā maioꝛē ad bonū intellectū: ſed minoꝛē ſumendā ſub. ſ. hanc. Sed creatio ⁊ conſeruatio ſunt eidē verbi gratia. angelo eadem. nego. nā angelus nō eſt creatio: niſi quādo pꝛimo eſt: ⁊ tūc nō eſt cōſeruatio: ſicut nec tūc conſeruatur: ſꝫ ſolū poſtq; fuit. Et ideo licet res que fuit creatio fuit conſeruatio: aut que eſt creatio erit conſeruatio: nunq; tamē ea que eſt cōſeruatio eſt creatio: ⁊ ideo ꝓnullo inſtanti hec poteſt eſſe vera. creatio et conſeruatio ſunt eidem eedem. ¶ Ad ſcdm̄ dico ꝙ premiſſe nunq; ſunt ſimul vere. Sed quādo vna eſt vera reliqua eſt falſa: ⁊ ptꝫ ex nunc dictis. ¶ Quinta cōcluſio. q̄ꝫtū ad pꝛimā partē pꝛobatur quia aliqua creatio eſt actus paſſiui inquantuꝫ eſt paſſiuū: ⁊ aliqua nō eſt actus paſſiui. igitur aliqua eſt paſſio ⁊ alia non. cōſequentia pꝛobatur ex dictis in pꝛecedenti queſtio. antecedētis. pꝛima pars patet. Cum gratia creatur in anima aut aliquid aliud ī alio receptū. ſecūda pars patet in creatione alicuius per ſe ſubſiſtētis. ſecūda pars cōcluſionis ꝓbatur: qꝛ omnis creatio eſt actus potētie actiue inquātū actiua eſt. igitur om̄is creatio eſt actio antecedens patet: qꝛ potentia creatiua inquantum huius eſt vere actiua. ¶ Sexta ꝯcluſio. ſimili modo ꝓbatur. nā cōſeruatio gratie in anima eſt paſſio. cōſeruatio vero angeli nō eſt paſſio. Quia vero omnis cōſeruatio dei eſt actus potentie actiue inquantū huius. nā potētia cōſeruatiua agētis inquātū eſt cōſeruatiua eſt actiua: ſic et ipſuꝫ agens cōſeruās inquantū cōſeruat agit: ⁊ vtoꝛ huiuſmodi: inquantū ſpecificatiue. agens eñ cōſeruās alia ratione dicitur cōſeruans reſpectu ſui effectus: ⁊ alia ratione dicitur foꝛma cōſeruare pꝛopꝛiā materiā: ſicut anima dicitur conſeruare coꝛpus. ſcdo de anima per Philoſophū
T. c. 7. ⁊ in de ſubſtātia oꝛbis. per Cōmenta. qꝛ igitur agens non
⁊ 9. conſeruat niſi cōtinue ꝓducendo ſeu agendo effectū ſuū: ideo inquantum conſeruat agit ⁊ per conſequēs potentia conſeruatiua talis inquantum huius eſt actiua.

**Contra** pꝛedicta ⁊ maxime cōtra ſcdam ⁊ tertiam cōcluſiones pꝛeter aliquas ratiōes factas cōtra tertiā cōcluſionē pꝛecedētis queſtio. que ſunt etiaꝫ cōtra has ſunt alie quedā rationes eiuſdē doctoꝛis. vnde pꝛimo cōtra ſecundā cōcluſionē arguitur ſic. omne quod eſt cauſa efficiens alicuius eſt entitas ab illo diſtincta: ſꝫ creatio eſt cauſa efficiens rei que creatur. igitur creatio eſt res diſtincta ab ea que creatur: ⁊ per ꝯſequēs res creatur creatione a ſe diſtincta: cuius oppoſitū dicit ſecunda cōcluſio. maioꝛ eſt nota. ꝓbatur minoꝛ. pꝛimo qꝛ totū eſſe quod habet a deo res que creatur. verbi gratia. lapis habet per creationeꝫ: ⁊ ideo habet eſſe a deo: quia habet eſſe per creationem. igitur ad idē genus cauſalitatis reducetur eſſe per creationeꝫ ⁊ eſſe a deo. Sed eſſe a deo reducitur ad genus cauſe efficientis. igitur ⁊ eſſe per creationē. Et ideo dicit iſte doctoꝛ ꝙ cū dicitur lapis creatur creatione: ille ablatiuus tenetur in ratione cauſe efficiētis: nō foꝛmalis vt quidam putauerunt. ¶ Secundo quia creatio nō eſt aliud q̄ꝫ illud quod impoꝛtatur per eſſe a deo effectiue. hoc autē eſſe effectiue pꝛecedit lapidē cauſalitate oꝛiginis: cuius ꝓbatio eſt: quia non ideo lapis eſt a deo ſiue creatur: quia eſt: ſed ideo lapis eſt: quia creatur. hoc autē non eſt: quia ſuū exire a deo eſt ſibi cauſa vt ſit. igitur quod ſignificatur per eſſe a deo eſt pꝛius lapide pꝛioꝛitate oꝛiginis ⁊ cauſalitatis: ⁊ cōſtat ꝙ non alterius q̄ꝫ efficientis. ¶ Tertio quia ſi deus ſubtrahat actionē ſuā creatura cedet in nihil. igitur cauſa quare creatura erat: erat actio illa. ¶ Secūdo pꝛincipaliter cōtra eandeꝫ concluſionē. creatio non creatur. igitur nec eſt res que creatur. conſequentia patet: quia omne quod eſt res que creatur: creatur. antecedens pꝛobatur. quia alias creatio caderet ſuꝑ creationem ⁊ eſſet pꝛoceſſus in infinitum in creationibus creationum. Tertio poteſt ſic argui. impoſſibile eſt creationem conſeruari. Sꝫ poſſibile eſt rem que creatur cōſeruari. igitur res que creatur non eſt creatio. Maioꝛ patet: quia ſi creatio conſeruaretur: ſequeretur ꝙ ipā eſſet in aliquo inſtanti ante quod immediate ipſa fuit: ⁊ cū quandocūq; eſt creatio aliquid creetur: verū eſſet dicere tunc aliquid creari quod pꝛius immediate fuit: quod implicat cōtradictionē. Minoꝛ autem nota eſt. nam poſſibile eſt ꝙ angelus qui nunc creatur ſuppoſito ꝙ aliquis non creatur duret ⁊ conſeruetur a deo etiam in perpetuum. ¶ Cōtra tertiā cōcluſionē poteſt argui ex eiſdeꝫ fundamentis. pꝛimo quidē: quia conſeruatio ſeu manutenētia creature eſt cauſa eius. ergo diſtinguitur ab ea. aſſumptum pꝛobatur tum quia creatura cōſeruatur per manutenentiā dei nec conſeruatur a deo: niſi per manutenentiā eius. tū quia nō ideo res cōſeruatur: quia durat in eſſe: ſed quia conſeruatur ideo durat. igitur ſuū conſeruari eſt cauſa eius vt ſit. tū quia ſi deus ſubtraheret ſuam manutenentiam creatura cederet in nihil. igitur manutenentia eſt cauſa eius.

¶ Secundo quia impoſſibile eſt cōſeruationē creari vel conſeruari. nā ſi poſſet conſeruari poſſibilis eſſet actualis infinitas cōſeruationū. Si vero poſſet creari poſſet in aliquo inſtanti pꝛimo eſſe: ⁊ per conſequens res aliqua poſſet in aliquo inſtanti pꝛimo conſeruari. hoc autem eſt falſum: quoniam non in inſtanti in quo creatur: quia ante illud non fuit nec in alio ſequenti: quia nullum ſequentium eſt pꝛimum. ⁊ tamen in quolibet conſeruatur. Sed cōſtat ꝙ poſſibile eſt rem que conſeruatur conſeruari et creari: qm̄ poteſt annihilari: ⁊ iterū creari ⁊ cōſeruari. ¶ Tertio cōtra vtrāq; cōcluſionē. nā cōuenientēr dicitur creatio lapidis ⁊ ꝯſeruatio lapidis. nō aūt dꝛ creatio creatiōis aut cōſeruatio cōſeruationis hoc autē nō cōtingeret: niſi tam creatio q̄ꝫ cōſeruatio lapidis aliquid diſtinctū eſſet in lapide. ¶ Ad pꝛimū nego minoꝛē. ¶ Ad pꝛimā ꝓbationeꝫ cū dicitur. lapis habet eſſe a deo per creationeꝫ. dico ꝙ ſi dicta ꝓpoſitio ſumatur ſm ꝓpꝛietatē ita ꝙ fiat vis in vocabulis vt facit ſic arguēs ipſa eſt ſimpliciter falſa. tuꝫ qꝛ per caꝫ denotatur ꝙ eſſe ſit quedā entitas diſtincta a lapide quā habeat lapis a deo: ſicut dicimus aer habet lumē a ſole: quod quidē falſuꝫ eſt etiā ſm iſtū doctoꝛē. Tum qꝛ per eam denotatur ꝙ creatio ſit aliqua entitas per quā ſit lapis a deo: quod vtiq; falſum eſt: ⁊ ideo illā in ſua ꝓpꝛietate ſumptam nego nec ſic accipienda eſt. ſicubi in aliquo auctoꝛe ſcribitur. ſi vero ſumatur tanq; impꝛopꝛia ⁊ loco huius lapis creatur a deo. vel huius equiualentis lapis ſit a deo ex nihilo cum immediate pꝛius non fuerit vera eſt: ⁊ ſic eam intelligunt qui recte ſentiunt nec ex ea ſic accepta trahitur vlterioꝛ deductio. Quod vero addit ꝙ cū dicitur lapis creatur creatione ille ablatiuus tenetur in ratione cauſe efficientis non foꝛmalis. dicendum ꝙ neutro modo ſꝫ veritatē tenetur: nec etiā illud ꝓpꝛie dicitur ſed eſt pꝛopoſitio falſa de virtute ſermonis. ¶ Ad ſecundam pꝛobationem dicendum: ꝙ nec per a. nec per eſſe effectiue a deo impoꝛtatur aliqua entitas in mundo pꝛo qua vel a. vel hoc totum complexum eſſe a deo effectiue poſſit ſignificatiue ſupponere: ſicut imaginatur argumentū. nam nec ſincathegoꝛeumatice dictiones nec oꝛationes poſſunt ſignificatiue ſupponere. Et quia ſuper hoc fundatur argumentum. ideo nihil valet. Credo bene tñ iſtaꝫ cauſalē: ideo lapis eſt: qꝛ eū deus creat. referendo hoc ad

niter ⁊ ꝓpꝛie. Pꝛimo modo ſumpto tempoꝛe omne cōti- Cap.5.
nue motū quocūqꝫ genere motus moueatur eſt tempus:
quodlibet enim huiuſmodi numeratum ab anima poteſt
eſſe menſura moꝛe motus et qetis in alijs ſm ſenſum pꝰus
poſitum. Secūdo autem modo ſola coꝛpoꝛa celeſtia con-
tinue mota dicunt tempoꝛa.vnde ſic ait.cum dominus il
la inſtituit dixit:⁊ ſint in ſigna ⁊ in tempoꝛa: ⁊ in dies ⁊ in
annos. Itaqꝫ ſm ipa tanꝗ̄ ꝑ ea que cōmuniter omnibus
ſunt nota moueri:⁊ ſemꝑ:et etiā regularius ceteris gene-
raliter omnes de quantitatibus moꝛarū motuū ⁊ quietū
ac durationū tēpoꝛaliū rex iudicāt: ⁊ ideo vt dicit Aug.
ipſa vſitata et ꝓpꝛie tēpoꝛa appellant. Verūtamen tam
in pmo ꝗ̄ in ſecūdo modo ſunt gradus:quoniam et alioꝝ
motoꝛū ea que mouentur localiter:⁊ ex his etiam que cir-
culariter:vt hoꝛologia magis pꝛopꝛie dicūtur tempoꝛa:
quoniā verius ſibi cōpetunt conditiones menſure: vtpo-
te tanꝗ̄ manifeſtius ⁊ regularius motis. Item inter coꝛ-
poꝛa celeſtia pꝛimū mobile maxime ꝓpꝛie dicit tempus:
eo ꝙ ceteris velocius ⁊ regularius omniquaqꝫ mouet:et
ideo ꝑ ipm de ceteris iudicat:⁊ ideo dicit Philoſophus
10.meta. Qꝛ menſurat motum ſimplici motu et velociſſi- T.c.4.
mo:paruiſſimum enim hic habet tempus quapꝛopter in
aſtrologia tale vnum eſt pꝛincipium et metrum : motum
enim regularem ſupponunt ⁊ velociſſimum eum qui celi
ꝑ quem alios iudicant . vbi Cōmentatoꝛ exponit.d.id eſt Cōmē.4.
et ponunt motum ſimplicem qui eſt velociſſimus omniū
motuum mēſuram per quem menſurant omnes motus:
et iſte motus eſt motus celi diurnus:tempus enim iſtius
motus eſt minimū omniū tempoꝛū:⁊ ſubdit:et ideo men-
ſurant motum oꝛbium ſtellarum per ipſum motum : qui
eſt pꝛicipiū omnium motuum.per motum autem celi in-
telligunt ipſum celum motum.conſtat enim ꝙ motus ce-
li non poteſt eſſe talis menſura:vt ſupꝛa dictū eſt . Et hic
modus loquendi plurimum vſitatus eſt apud auctoꝛes.
vnde ſcđo de gn̄atione.cap.penul.vbi Philoſophꝰ dicit T.c.55.
ꝙ allatio que circa obliquum circuluꝫ eſt cauſa genera- et.56.
tionis ⁊ coꝛruptionis per allationē intelligit ipſum celuꝫ
allatū:qđ patet ꝑ cauſam quā paulopoſt reddit.ait enim
contingit eīn quādoqꝫ longe fieri: quādoqꝫ ꝓpe:in equa-
li vero diſtantia ente inequalis erit motus . Quocirca ſi
in accedendo et in pꝛope eſſe generat et in recedendo:⁊ in
longe fieri idipſum coꝛrumpit ⁊c̄. conſtat autem ꝙ mobi
le ipſum eſt illud qđ aduenit et fit ꝓpe et recedit et longe
fit ſimiliter per allationem:circa obliquum circulum in-
telligit celum oblique latum : et ad hunc modum multa
dicta ſanctoꝛum et philoſophoꝛum loquentium de motu
et tempoꝛe accipienda ſunt. De inſtanti vero dico ꝙ po-
teſt etiam accipi dupliciter.ſ.cōmuniter et pꝛopꝛie. Pꝛi
mo modo omne qđ mouetur eſt inſtans. Secundo modo
pꝛimum mobile inſtās eſt:ita ꝙ eadem ipſa eſt res inſtās
et tempus:hec tamen duo nomina non ſunt ſynonyma.
nec eādem rem ſm eādem rationem ſignificant. vbi ſcien
dum ꝙ tempus ſignificat mobile cōnotādo ipſum fuiſſe



in loco in quo non eſt:⁊ eſſe in loco in quo immediate non
fuit nec immediate erit:et immediate foꝛe in loco in quo
non eſt : ita ꝙ de nullo vere dicitur ꝙ eſt tempus niſi hec
ſint vera de ipſo. Inſtans vero ſignificat ipſum idem mo
bile connotando locum in quo eſt: et cum hoc etiam con-
notando ꝙ immediate in illo loco non fuit: et immediate
in eo non erit.Et poteſt ſumi inſtās communiter:ſicut de
tempoꝛe dictum eſt: et maxime pꝛopꝛie ſumptum inſtās
eſt ipſum mobile pꝛimū. Qꝛ autem iſtans ſit mobile ipm:
T.c.103. patet per Philoſophum in verbis contra opinionē aliā
allegatis.quibus ait.ꝙ ipſum nunc ſm ꝙ in alio et alio
eſt alterum:inquātum autem quodcūqꝫ ens eſt idem eſt:
cōſtat autem ꝙ ſolum mobile ipſum eſt illud quod idem
ſm ſe exiſtens eſt pꝰus in alio et poſterius in alio. ergo ſm
intentionem Philoſophi ipſum mobile:quod mouetur
eſt nunc ſeu inſtans. ¶ Circa pꝛedicta ſunt dubia:et pꝛi
mo contra pꝛimam concluſionem . videtur enim ꝙ nulla
res ſit tempus:quoniam nulla res cōponitur ex his que
nō ſunt vt aſſumebatur contra aliā opinionem:ſed omne
tempus componitur ex his que non ſunt.ergo ⁊c̄.pꝛoba-
tur minoꝛ: quoniam omne tempus diuiditur in pꝛius et
poſterius:ſiue in pꝛeteritum et futurum:nec pꝛeteritum:
neqꝫ futurum eſt:vel arguitur ſic.nullum tempus eſt.oīs
res eſt.igitur nulla res eſt tempus:minoꝛ eſt nota.pꝛoba-
tur maioꝛ.quia nullum tempus pꝛeteritum eſt.et nullum
tempus futurum eſt . igitur nullum tempus eſt . antece-
dens patet:et conſequētia pꝛobatur.quia omne tempus
eſt pꝛeteritum vel futurum . ¶ Secundo Commenta.
Cō.88. 4.phyſi.dicit.ꝙ nulla pars motus eſt in actu:et ſubdit ꝙ
motus eſt compoſitus ex hoc quod iam deficit : et ex hoc
ꝙ nondum eſt:et idem dicit eſſe de tempoꝛe:ſimile etiam
T.c.103. videtur Philoſophus dicere in illo caplo. Et ſicut mo-
tus.vbi ſoluit rationem pꝛobantem tempus non eſſe : ſed
conſtat ꝙ nulla res componitur ex his que nō ſunt. qua-
re ⁊c̄. ¶ Tertio contra pꝛimam partem ſecunde conclu-
ſionis arguitur : quia poſſibile eſt aliquid moueri et non
eſſe numeratum ſm pꝛius et poſterius ſui motus : igitur
poſſibile eſt aliquid moueri et nullum eſſe tempus.pꝛo-
batur conſequentia ex dictis ſupꝛa . videlicet ꝙ tempus
eſt numerus numeratus ad intellectum ibi datum .
¶ Quarto contra aliam partem eiuſdem concluſionis
arguitur.ꝙ ſit poſſibile tempus eſſe et nullam rem moue
ri:quoniam poſſibile eſt eſſe pꝛius et poſterius : que non
ſunt ſimul:et nullam rem moueri.igitur poſſibile eſt tem-
pus eſſe et nullam rem moueri. conſequentia patet:quia
impoſſibile eſt eſſe pꝛius et poſterius:quin ſit tempus: vt
in pꝛobatione pꝛime partis eiuſdem concluſionis aſſum-
ptum eſt . Sed pꝛobo antecedens tripliciter. ¶ Pꝛimo
quoniam poſſibile eſt ꝙ nihil moueatur:⁊ tamen aliquid
ſubito mutetur:ſed impoſſibile eſt ꝙ aliquid ſubito mute
tur quin pꝛius fuerit ſub vno oppoſito:⁊ poſterius ſit ſub
altero:et per conſequens ſint pꝛius et poſterius que non
ſunt ſimul. ¶ Secundo.nam poſſet deus deſtruere oēm
creaturam:quo poſito poſſet creare vnicam animā: ⁊ illā
creatā poſſet annihilare. His pꝛeciſe poſitis nullus eſſet
motus ſeu nihil moueret. Et tamen illa anima non ſimul
eget:⁊ non eſſet. Sed pꝛius non eſſet ⁊ poſtea eſſet:⁊ iterū
poſtꝗ̄ fuiſſet non eſſet. ¶ Tertio.qꝛ conſtat ꝙ deus crea
uit animā Ade pꝛiuſꝗ̄ animam Abꝛae:⁊ ſi nulla res vnꝗ̄
fuiſſet mota ita potuiſſet hanc et illam creare:ſicut crea-
uit.vcꝫ nō ſimul vtrāqꝫ : ſed illam pꝛius iſtam poſterius.
¶ Cōfirmat.qꝛ caſu poſito deo creāte aīam Ade loquen
do ſtricte de creatione:vt diſtinguit a ꝯſeruatiōe. hec co
pulatiua fuiſſet vera.aīa Ade creatur: ⁊ aīa Abꝛae crea-
bit:⁊ iterū deo creature aīam Abꝛae hec fuiſſet vera.aīa
Abꝛae creat:et aīa Ade creata fuit:⁊ nō creatur: ⁊ ſic da
retur pꝛius ⁊ poſterius:⁊ pꝛeteritum ⁊ futurū ⁊ pꝛeſens.

¶ Quinto contra eandem eiuſdē concluſionis arguitur
ſic. poſſibile eſt oīa mobilia quieſcere. igitur poſſibile eſt
tempus eſſe: et nihil moueri:antecedens:patet loquendo
de poſſibili per potentiam dei abſolutam:vt in oībus pꝛe-
dictis accipitur poſſibile,conſequētia ptꝫ. etiam qꝛ ſicut
illud quod mouetur:mouet in tēpoꝛe:ita ⁊ omne qđ quie-
ſcit in tēpoꝛe quieſcit. ¶ Sexto.contra tertiam cōcluſio-
nem arguitur.ꝙ non omne continue motum ſit tēpus:qm̄
tunc eſſent plura tempoꝛa ſimul: et ſimiliter ꝙ angelus et
aīa eſſent tēpoꝛa quedā:quoꝝ vtrūqꝫ incōueniens videt.
¶ Septimo. Philoſophus repꝛobat:tam opinionē dicē
tem ꝙ tēpus eſt motus totius/ꝗ̄ dicentē ꝙ eſt ſphera ip-
ſa motu.igitur ſm ipſum tēpus maxime ꝓpꝛie dictū non
eſt pꝛimum mobile cōtinue motum. ¶ Octauo ad idem:
quoniā ſequeretur ꝙ quecūqꝫ mouentur in equali: immo
in eodem tēpoꝛe mouētur : ac per hoc nihil velocius alio
mouetur/aut tardius.patet conſequentia:qꝛ omnium eſt
idem mobile pꝛimū. Et per idē ſequitur:ꝙ que hactenus
mouebantur:mouebantur in eodem tempoꝛe: in quo nūc
mouentur:que nunc actualiter mouentur: et ꝙ in eodem
tēpoꝛe vixerunt qui olim fuerunt:⁊ qui poſtea: ⁊ qui nūc.
verbi gratia. Adam/Abel/⁊ Abꝛaam/et Iſaac:⁊ nos qui
actu viuimus:⁊ omnia hec ſunt abſurda. ¶ Nono.ſi pꝛi-
mum mobile eſt tempus/aut eſt dies/aut annus / aut ali-
quod aliud tēpus:⁊ quia nō eſt maioꝛ ratio de vno/ꝗ̄ de
alio. Sequitur ꝙ ipſum eſt oīa hec : ſed iſtud abſurdum
eſt:quoniā tunc nec annus excederet menſem/nec menſis
diē/nec dies maioꝛ eſſet/ꝗ̄ hoꝛa:quinimo non eſſet aliud
annus/ꝗ̄ dies/aut ꝗ̄ hoꝛa:⁊ ſic qui vixit per vnam diem/
vixit etiam per vnum annum:quinimo per mille annos:⁊
vniuerſaliter per omne tempus: quod nullus etiā ſtultus
diceret. ¶ Decimo.pꝛimum mobile mouetur in tempoꝛe
et non mouetur in ſeipo. Item ipſum poſſet nec auctum/
nec diminutum moueri in minoꝛi tempoꝛe:⁊ etiam in ma
ioꝛi:ſicut placeret deo.nā poſſet ⁊ velocius ⁊ tardius mo
ueri:⁊ per conſequens ipſum non eſt tempus. ¶ Vndeci-
mo.ſunt plures auctoꝛitates dicentes ꝙ tempus eſt acci-
dens/et paſſio pꝛimi motus: pꝛimū autem mobile/nec eſt
accidens / nec paſſio alicuius. ¶ Duodecimo arguitur.
ꝙ ipſum non eſt inſtans: quoniā tunc tēpus eſſet inſtās:⁊
per conſequens quecūqꝫ fiunt in inſtanti fierent in tēpoꝛe
et econuerſo:⁊ quecūqꝫ mouerentur in tēpoꝛe mouerētur
in inſtanti. ¶ Tertiodecimo ad idem per rationē Philo-
ſophi.4.phyſicoꝛum.nam ſequitur ꝙ que fuerunt in mil-
leſimū annum fuerūt in eodē inſtanti:cum his que fuerūt T.c.92.
in centeſimū:⁊ per ꝯn̄s fuerunt ſimul: ⁊ ſimiliter ſequitur
ꝙ que erūt cras ſimul erū cum futuris in fine mūdi:⁊ non
pꝛius illis:ptꝫ qꝛ erunt in eodē:amplius ex eodē ſequitur
ꝙ ꝯtradictoꝛia erūt vera ſimul. nā ſi ſoꝛ . nunc eſt albus et
cras erit niger.hec in inſtāti pꝛeſenti eſt va.ſoꝛ.eſt albꝰ et
cras erit vera:⁊ in inſtāti ſoꝛ.non eſt albus:et ſi celū ſic in-
ſtās erit in eodē inſtāti vera:⁊ per ꝯn̄s ſimul. ¶ Quarto-
decimo per aliam rationē eiuſdem:quoniā tūc non eſſent T.c.91.
plura inſtantia in tempoꝛe : ſed vnū tantū.hoc aūt eſt fal-
ſum.nam cuiuſlibet tēpoꝛis finiti ſunt duo termini:⁊ non
vnus tātū. tempus autem inſtantibus terminatur. Con-
firmatur:qꝛ cōmune dictum ꝙ aliquid fit in vno inſtāti:⁊
aliud in alio inſtāti:⁊ ꝙ plura immo infinita inſtātia ſunt
in tempoꝛe que non eſſent vera.ſi pꝛimum mobile eſſet in-
ſtans. ¶ Quintodecimo Auguſt.2.confeſ.expꝛeſſe vide Cap.21.
tur velle. ꝙ nec tempus / nec inſtans ſint extra animam.
Sunt enim inquit hec tria in anima:quedā ⁊ alibi ea non
video:pꝛeſens de pꝛeteritis memoꝛia : pꝛeſens de pꝛeteri-
tis contuitus: pꝛeſens de futuris expectatio. Et quia vt
dixit in capitulo.18.id ſoluꝫ quod omnino indiuiſibile eſt
pꝛeſens poteſt dici:patet ꝙ per pꝛeſens intelligitur inſtās
ſic igitur tam tempus/ ꝗ̄ inſtās in anima ſunt ſm ipſum.

igitur primum mobile quod eſt reſvera extra animã non eſt tempus neqꝫ inſtans. ¶ Reſpondeo ad primum nego minorem. Ad probatiõem cum dicitur. omne tempus diuiditur in prius et poſterius ⁊c̄. Dicendum ꝙ accipiẽdo prius et poſterius que non ſunt ſimul: ſicut videtur aſſumere probatio in ſua proprietate eſt ſimpliciter falſa. vera tamen eſt in ſenſu quem habent ex ea doctores: et qui recte illos intelligunt: vbi ſciendum eſt ꝙ prius et poſterius: aut preteritum et futurum non ſunt cogitanda tãq̃ partes conſtituentes eſſentiam illam que dicitur tempus. nam hoc eſt prorſus impoſſibile: vt ſupra probatum eſt: ſed accipienda ſunt ſm eſſe fuiſſe et fore et negationibus mutuis eiuſdem mobilis continue moti. non dico autem eſſe vel fuiſſe aut fore ſimpliciter: ſed eſſe hic vel ibi aut tale vel tale: ſeu alio modo: ſm quem poteſt dici aliquid moueri. verbi gratia. in eo quod continue mouetur localiter. omne nãqꝫ tale fuit alicubi vbi non eſt: et eſt alicubi vbi immediate non fuit: nec immediate erit: ⁊ immediate erit alicubi vbi non eſt: et loquor de loco primo qui non dicitur locus corporis ratione partis eius: quod ergo dicitur tempus diuidi in preteritum et futurum ſenſus verus eſt: ꝙ mobile continue motum per quod menſuramus moras motuum ⁊c̄. ad intellectum ſupra datum fuit alicubi vbi non eſt: et immediate erit vbi non eſt. Similiter tempus diuiditur in prius et poſterius: id eſt mobile continue motum ⁊c̄. Alicubi fuit prius et alicubi poſterius: et ſimiliter ſuo modo exponendum eſt de mobili moto ſm aliquam ſpeciem motus. Et quia hoc nomen inſtans non connotat iſta: ideo ipſum dicitur indiuiſibile. ¶ Ad aliam formam que fit ad idem. Reſpondeo negando maiorem illam. nullum tempus eſt. ad probationem ſi proprie accipiatur preteritum et futurum. videlicet vt diſtinguuntur contra preſens. concedo antecedens: et nego conſequentiam et illam propoſitionem aſſumptam ad eius probationem. videlicet hanc. omne tempus eſt preteritum vel futurum. nam ſua contradi-
Cap. 21. ⁊ 29. ctoria eſt vera. quinimmo ſm Auguſtinum. xi. confeſ. ſecundo etiam contraria eſt vera. videlicet hoc nomen tempus eſt preteritum vel futurum. dicit enim ꝙ non proprie dicitur tempora ſunt tria. preteritum preſens et futurum: et ꝙ conſuetudo abutitur hoc dicere: et eſt ratio eius: quia nec futura ſunt nec preterita: Mõ autem non eſt: non eſt tempus. ¶ Ad ſecundum dicendum. ꝙ pro tanto Commentator dicit motum et tempus componi ex eo quod iam defecit: et ex eo quod nondum eſt: quia illud quod continue mouetur: et eſt tempus immediate fuit: vbi nunc non eſt et immediate erit vbi nõdum eſt: nec aliud ipſe et Philoſophus intelligendi ſunt voluiſſe dixiſſe. ¶ Ad tertium dicendum: ꝙ numeratum poteſt dupliciter accipi: ſcilicet ſm actum et ſm potentiam proximam et propinquam: et quod iſto ſecundo modo eſt numeratum magis proprie dicitur numerale q̃
T. c. 102. numeratum. vtrũqꝫ tamen ſm Philoſophum. 4. phyſi. numerum dicimus. tempus igitur poteſt accipi vel pro eo quod eſt actu numeratum ſm prius et poſterius: quo-
T. c. 100. modo accipit Philoſophus etiam cum dicit: ꝙ impoſſibile eſt tempus eſſe: ſi anima non ſit: nam q̃uis tempus poſſit eſſe non exiſtente anima: non tamen tempus poteſt eſſe tempus anima non exiſtente. Et ideo hec copulatiua eſt impoſſibilis. tempus eſt. et nulla anima eſt. ſicut et hec. numeratum. i. quod numeratur ab anima eſt. et anima non eſt. Et ſic optime probat argumentum: ſed non ſic accipio in concluſione illa ſecunda: et poteſt etiam accipi pro eo ꝙ anima poteſt ſic numerare: et ſic accipio in concluſione illa: et ita etiam accipiunt auctoritates inducte ad probationem ipſius: ita ꝙ nomine temporis intelligatur aliquid quod poteſt ab anima numerari ſm prius et poſterius motum: et per ipſum ſic numeratum poteſt metiri durationem: ſeu moram alterius: vt ſupra dictum eſt: et contra hunc intellectum non procedit ratio.

¶ Ad quartum nego antecedens: et concedo poſſibile eſſe ꝙ aliquid ſubito mutetur: ⁊ nihil moueatur proprie loquendo: ⁊ ꝙ ſi ita eſſet illud non prius eſſet ſub vno oppoſito q̃ ſub alio: nec tamen ſimul ſub vtroqꝫ: vbi aduertenduꝫ eſt: ꝙ impoſſibile eſt aliqua duo comparari ſm prius ⁊ poſterius: niſi per comparationem ad aliquod tertium. vnde duarum medietatum eiuſdem magnitudinis neutra eſt altera prior: niſi in comparatione ad aliquod aliud cui que eſt propinquior eſt prior: et que remotior dicitur poſterior. In motu etiam nulla pars dicitur altera prior: niſi per comparationem ad illud ex quo incepit motus: ⁊
ſimiliter in tempore: vt dicit Philoſophus. 4. phyſicorũ. T. c. 103.
eſt prius ⁊ poſterius per comparationeꝫ ad nunc: licꝫ ecõ et. 100.
trario in preteritis ⁊ futuris: vt ibi declarat: ⁊ ſimiliter. 5. T. c. 16.
metaphy. capitulo de priori. ſi ergo nulla res moueretur cõtinue ⁊ eſſet lapis aliquis albus ⁊ deus ſubito deſtrueret eius albedinem ⁊ in ipſo cauſaret nigredinem: aut eſſet in oriente et ſubito locaretur in occidente non vere diceretur ꝙ prius fuiſſet albus ⁊ poſterius niger: nec prius in oriente: nec poſterius in occidẽte: eo ꝙ non daretur aliquod aliud: ad quod poſſet ſm predicta taliter comparari: quinimmo ſi talis comparatio deberet eſſe oporteret ꝙ eſſet aliquorum plurium in comparatione ad terminum ex quo mutaretur: ⁊ tunc non eſſet mutatio ſubita: ſed motus continuus ſeu diuiſibilis. ¶ Ad ſecundam probationem eiuſdem antecedentis: dico illo caſu poſito: licꝫ eſſet verum dicere ꝙ illa anima non fuit prius: non tamen vere diceretur ꝙ ipſa prius non fuit: et poſtea fuit: et poſtq̃ fuit non eſt: ſed bene diceretur ꝙ ſi tempus fuiſſet et eſſet ipſa: ipſa prius non fuiſſet ⁊ poſtea fuiſſet ⁊c̄. ⁊ hoc patet: q: non aliud hec ſignificaretur cuꝫ diceretur ipſuꝫ prius fuiſſe: vt in propoſito loquimur de priori: q̃ ſi diceretur fuiſſe in tempore priori: et vtiqꝫ ſi tempus fuiſſet ipſa in illo tempore fuiſſet. Si auteꝫ ponatur tempus non fuiſſe ipſa non fuit in priori tempore: ⁊ per conſequens: neqꝫ fuit
prius huic cõſonat Aug. xi. cõfeſ. vbi ſententialiter negat Cap. 14.
deum prius fuiſſe q̃ creatura: loquẽdo de prioritate temporis: ⁊ hoc ideo quia tempus ante creaturam fuit: vnde etiã dicit ꝙ deus nõ precedit tempore tẽpora: ſed eternitate: huic etiam ſimile eſt. Sicut ſi nullus eſſet locus et eſſent tantum tria corpora. a b c. nullum eſſet prius alio ſm locum. Si tamen eſſet locus eis non mutatis. b. eſſet prius ſecunduꝫ locuꝫ. ipſo. c. in comparatione ad. a. quia eſſet in loco priori: et. c. eſſet poſterius. Et in comparatione ad. c b. eſſet prius et. a. poſterius.

¶ Per idem patet: quid ſit dicendum ad tertiam probationem. Ad confirmationem que ingerit aliqualem difficultatem ex eo ꝙ verbum conſignificare videtur tempus vt dicit Philoſophus primo periher. dico ꝙ ſi verbum in enuntiatione cathegorica ſignificet tempus: vt ex ea inferatur alia ſimilis cũ aduerbio illius temporis. verbi gratia. ſi dicatur ſortes eſt albus. igitur ſortes nunc eſt albus ⁊ ſortes fuit albus. igitur ſortes prius fuit albus: tunc in caſu dato negande ſunt ille copulatiue. Si vero non ſic liceat inferre: ſed conditionaliter tm̃. verbi gratia. ſortes fuit albus. igitur ſi tempus fuit ſortes prius fuit albus: concedendum eſt antecedens: et neganda eſt conſequentia. qua dicitur: et ſic daretur prius et poſterius ⁊c̄. licet daretur verbum preteriti temporis ⁊ futuri.

¶ Ad quintum nego conſequentiam. ad probationem dicendum: ꝙ q̃uis omne quod quieſcit quieſcat in tempore: non tamen eſt conſequentia ſimplex: ſi aliquid quieſcit ipſum quieſcit in tempore: vnde ſi preter deum eſſent tantum corpora ⁊ nullum moueretur. conſtat ꝙ nullum tempus eſſet: et per conſequens nullum quieſceret in tempore: et tamen multa quieſcerent. ¶ Ad ſextum dicendum ꝙ tempus poteſt accipi dupliciter. communiter ſcilicet et ſpecialiter pro eo cui eſſe cõuenit: maxime tempus: primo modo concedo tempora eſſe plura. ſecũdo autem mo-
T. ⁊. c. 132 do non. Et hec eſt expreſſa determinatio Philoſophi. 4.
⁊. 133. phyſicorum. capitulo vltimo: ⁊ Cõmentator ibidem tempus autem maxime proprie dictum eſt primum mobile: vt ſuperius dicebatur: ⁊ hoc notat Commentator cõmen-
Cõ. 4. to. 133. primum tempus: ⁊ dicit ꝙ eſt prius ceteris temporibus ⁊ numerans illa: decimo etiam metaphy. expreſſe ponit tempora plura: ſicut ſupra allegatum eſt. Et ſi dicatur ꝙ tunc ſequitur ꝙ ſi eſſent plures mundi ⁊ plura prima mobilia continue mota eſſent plura tempora ſimul.
T. c. 93. Sed conſequens eſt impoſſibile: vt patet. 4. phyſicorum per Philoſophum qui ad hoc inconueniens deducit. platonem et tamen antecedens eſt poſſibile ſm veritatem. dicendum ꝙ ſm veritatem: tam antecedens q̃ conſequens ſunt poſſibilia ⁊ ſm Philoſophum vtrumqꝫ eſt impoſſibile: tamen ſm platonem: antecedens erat poſſibile: vt innuit ibi. Commentator: cõſequens autem erat impoſſibi-
Cõ. 93. le. Et ideo ratio Philoſophi eſt bona contra hominem.

¶ Preterea. Hec difficultas ita poteſt fieri contra dicẽtes tempus eſſe motum celi aut accidẽs inherens motui: quoniam ſi eſſent plures mundi et primi celi moti: eſſent plura accidentia talia: ſimiliter ſi ponatur res aliqua in anima exiſtens ſubiectiue: in pluribus animabus ſimul poſſunt eſſe huiuſmodi res. Concludo etiam ſubſequenter ꝙ tam angelus q̃ anima ⁊ vniuerſaliter quodlibet cõtinue motum eſt tempus cõmuniter loquendo de tẽpore.
A. t. c. 93. ¶ Ad ſeptimum dicendum ꝙ Philoſophus non inqui-
infra. rit in illo capitulo quid. id eſt que res ſit tempus: ſed que ſit diffinitio temporis communiter ſumpti. In fine autem libri inquirit cui rei conueniat illa diffinitio. Cum igitur vbi inquirit temporis diffinitionem. dicit tempus non eſſe motum totius aut ſpheram. ⁊c̄. non intendit dicere ꝙ res que eſt tempus non eſt hec vel illa. Sed ꝙ hec talia non ſunt vnum vel idem ſm diffinitionem: ſeu nõ habent diffinitionem eandem: vnde ⁊ ſignificant rem eandẽ non tamen ſm eandem rationem ſicut nomina ſinonyma ⁊ hoc ſatiſ patet: quia nec plus probant rationes eius: ſicut patet diligenter conſideranti. ¶ Ad octauum dicendum. ꝙ quecumqꝫ res ponatur eſſe tempus ſm nullam opinionem cũ dicitur aliquid eſſe vel moueri in tempore ſignificatur illud eſſe vel moueri in illa re que eſt tempus. vnde qui nec qui ponunt tempus eſſe accidens ſucceſſiuum celi: ſiue ſit motus ſiue diſtinctum a motu: cuꝫ dicũt equum currere ſpatium aliquod in tẽpore: intelligunt ꝙ currat in aliquo accidente exiſtente in celo: ſed intelligũt ꝙ curſus illius poteſt mẽſurari per illã rem que eſt tem-
Cõ. 114. pus: ⁊ ſic etiã exponit Philoſophus. 4. phyſico. d. ꝙ motui eſſe in tẽpore eſt tẽpore menſurari: quod non eſt aliud q̃ tãdiu moueri q̃diu mobile aliud maxime regulariter motũ mouetur ab hoc vel illo pũcto ad illud / aut totiens vel totiens ab eodẽ in idem: ſicut ſuperius declaratũ eſt. Scḋm igit᷑ hoc aliquid moueri in maiori tẽpore / q̃ aliud idem eſt qḋ moueri dum primũ mobile: loquẽdo de tẽpore maxime proprie dicto: maiorẽ partẽ peragit ſui circuitus / aut pluries totum ſuũ circuitum: ⁊ ecõtra intelligendum eſt per moueri tempore minori: equali vero dicũtur moueri: quorꝫ vnũ mouetur primo mobili peragente tantam partem ſui circuitus / vel totum totiens: quanta / vel quotiens totũ peragit: dum aliud mouetur. Eodem denum tẽpore: illa moueri dicũtur: quorũ vnum mouetur dum celũ tota vice mouetur: quota vice mouetur dum aliud mouetur: qui quidẽ numerus ordinabilis poteſt ſumi per diſtantiam a prima vice ſue verſionis / aut ab aliqua alia determinata preterita: quod dico ꝓpter opinionem Philoſophi negantis primũ mobile eſſe primo vice reuolutũ. Ex his patet: ꝙ non ſequuntur inconuenientia que inducũtur: non primũ: quia non quantũlibet vertitur celũ / aut quotiens: dum vna res mouetur tantum / vel totiens vertitur: dum quolibet aliud mouet᷑. Nec ſecundũ: quia etiã ſuppoſito ꝙ Adam / et Abraam equali tempore vixerint: non tamen ſimul / vel eodem tẽpore dicuntur vixiſſe: quia non quota vice vertebatur celũ cum incepit. Adam viuere / aut cũ deſijt tota vice vertebatur: cũ incepit / aut deſijt Abraam: ⁊ ſimili modo de alijs eſt dicẽdũ. ¶ Ad nonũ dicendũ. ꝙ iſta nomina tẽporalia: hora dies annus ⁊ ſimilia non habent proprie incõpletã ſignificationem: ita ꝙ pro aliqua entitate poſſint ſupponere: ſed cum in enũtiationibus aſſumũtur equiualent in ſignificando vni orationi. verbi gratia. ſi dicat᷑. ſor. vno menſe fuit Pariſius: aut menſis eſt / vel menſis vnus preterijt ex quo ſor. fuit primo Pariſius: non aliud ſignificatur / q̃ ſi diceret᷑. primũ mobile trigeſies cõplete reuolutũ eſt ex quo primo ſor. fuit Pariſius: et ſm hoc patet. ꝙ argumentum non procedit: eo ꝙ in falſa imaginatione fundatur. ſcilicet ꝙ talia nomina talem habeant ſignificationem ꝙ aliqua re demonſtrata contingat vere dicere hic eſt annus: ⁊ ſic de alijs quod vtiqꝫ falſum eſt: et hoc dicere maxime cogitur opinio: ponens tempus eſſe rem aliquam ſucceſſiuam / ſiue motum / ſiue in motu exiſtentem a celo: et alijs permanentibꝫ rebus diſtinctam iuxta intellectum in precedentibus reprobatum: quoniam ſi annus ſignificet aliquam partem talis rei ſucceſſiue includentem: alias minores partes que dicuntur menſes / vel dies: veriſſime dicitur: nullus annus eſt res: ſicut ſuperius probatum eſt: et per conſequens nulla res eſt annus. ¶ Ad decimum dicendum. ꝙ loquendo de tempore cõmuniter vere dicitur ꝙ primum mobile mouetur in tempore: ſicut etiam vere per aliquid inferius motum contingit menſurare motum celi: vt patet. 4. phyſicorum. per Philoſophum: et ſimiliter per communem vſum horologiorum: quorum motu cognoſcimus quanta pars diei / vel noctis tranſierit ex quo incepimus ſcribere / vel legere: aut aliquid aliud facere. id eſt quod gradibus ſol motus ſit: et ſm hunc modum non dicitur celum moueri in ſeipſo / nec dicitur menſurari ſeipſo: et ſicut alio tempore poteſt menſurari: ita in alio tempore dicitur moueri: et ſm hoc patet: quomodo poſſet velocius et tardius moueri. Si vero loquamur de tempore maxime proprie dicto: ſic non recte dicitur primum mobile moueri in tempore: ſed potius eſſe tempus.

¶ Ad vndecimum dicendum. ꝙ in talibus auctoritatibus et dictis concluſionibus termini ſupponunt ſimpliciter / vel materialiter: non autem perſonaliter et ſumuntur accidẽs et paſſio pro predicabilibus quibuſdam non pro rebus aliquibus res alias informantibus: nunc autem non ſequitur. tẽpus eſt paſſio primi motus primũ mobile non eſt paſſio alicuius. igitur primũ mobile non eſt tempus: ſi tẽpus in cõcluſione ſupponat perſonaliter. nam in maiore ſupponit ſimpliciter: alioquin eſt falſa: exẽplum. non ſequitur. riſibile eſt paſſio hominis: homo non eſt paſſio hoīs. igitur homo non eſt riſibilis: ſed eſt fallacia equiuocationis penes tertium modum. ſi maior ponatur eſſe vera: ⁊ cum hoc eſt etiã fallacia accidẽtis: ſimiliter nõ ſequitur creatiuũ eſt paſſio dei. deus nõ eſt paſſio dei. igit᷑ deus non eſt creatiuus. vtrobiqꝫ enim premiſſe ſunt vere: ⁊ cõcluſio falſa. ¶ Ad duodecimũ dico. ꝙ de virtute ſermonis illa eſt cõcedenda: tempus eſt inſtans: pro eo ꝙ ſubiectũ ⁊ predicatuꝫ pro re eadem ſupponunt: quia tamẽ il-

la nomina non ſunt ſynonyma : ⁊ aliquid connotatur per vnum quod non eodem modo connotatur per reliquum: ideo aliud poteſt ſignificari per enuntiationeʒ in qua vnũ eorum ponitur q̃ꝫ ſignificetur per eam in qua ponitur reliquum : et de facto ita admittit vſus communis : vnde cum dicitur aliquid fieri in inſtanti :non intelligunt ꝙ illud fiat in re que eſt inſtans quecunqꝫ ſit illa : vnde ponentes ꝙ inſtans eſt accidens indiuiſibile raptim tranſiens exiſtens in celo : non intendunt ſignificare per huiuſmodi enuntiationem ꝙ in tali accidente fiat res illa : nam talis ſenſus nimis eſſet inſulſus : ſicut nec dicentes aliquid fieri in tempore volunt: ſi recte ſapiunt ſignificare ꝙ illud fiat in ſubſtantia celi : aut aliquo eius accidente: vt ſupra dicebatur. Sed per primam ſignificare volunt ꝙ illud totum fiat duʒ celum: aut aliud continue motum eſt in hoc loco vel illo demonſtrato: in quo nec immediate fuit nec immediate erit: ita ꝙ nihil ipſius factuʒ fuit dum mobile fuit in aliquo loco : nec erit primo factum dum erit in alio loco. nec hic fiat vis quomodo celum eſſe in loco aut moueri dicatur localiter : ſed ad bonum intellectum recipiatur: ⁊ hoc eſt etiam factionẽ alicuius menſurari inſtanti ad bonum intellectum illius cõmunis dicti: ſiue proprie accipiatur menſurari ſiue non. illud autẽ dicitur fieri in tempore : cuius aliquid factum fuit dum celum fuit in loco priori: ⁊ aliquid dum fuit in loco poſteriori: ⁊ aliquid erit factum dum erit in loco poſteriori.

Quãuis igitur eadem res ſit celuʒ tempus ⁊ inſtans: nõ tamen idem ſignificatur cum aliquid dicitur fieri in tempore: ⁊ cum dicitur fieri in inſtanti : aut cum dicitur fieri in celo: ⁊ ideo non paſſim admittuntur ⁊ reſpuuntur.

¶ Ad decimumtertium conformiter dicendum eſt: ſicut dictum eſt ad octauum. nam ad bonum intellectum aliqua dicuntur eſſe in eodem inſtanti : non quia ſunt in eadem ſubſtantia: aut in eodem aliquo accidente celi: ſed qꝛ dum primum mobile eſt in hoc loco vel ſitu demonſtrato in quo immediate non fuit: nec immediate erit: ⁊ ea vel tota vice quota eſt in eo loco vtrũqꝫ ipſorum eſt. Si autem vnum fuiſſet dum primum mobile fuit in vno loco: ⁊ reliquum fuiſſet dum fuit in alio loco: aut ſi vtrunqꝫ fuiſſet dum primum mobile fuit in hoc loco eodem: vnuʒ tamen dum primum mobile fuit in centeſima vice: reliquum vero fuiſſet dum ibi primum mobile fuit vice quinquageſima non diceretur fuiſſe in eodem inſtanti cum illo: ſed in alio priori. Si autem fuiſſet dum primum mobile fuit ibi vice milleſima diceretur fuiſſe in alio inſtanti poſteriori. Et que hoc modo dicuntur eſſe in eodem inſtanti dicuntur eſſe ſimul: que auteʒ in alio ⁊ alio: vnum dicitur fuiſſe prius alio. Ex his patet: ꝙ quelibet conſequentia illarum eſt neganda ad ſenſum in quo conſequens reputatur falſum: nec aliqua probatio procedit ad propoſitum. ¶ Ad decimumquartum quãuis poſſit concedi ꝙ ſunt plura inſtãtia: ſicut ſunt plura mobilia. loquendo tamen circa idẽ mobile ⁊ tempus. verbi gratia. circa primum. dico ꝙ eundo ad vim ſermonis abſolute negandum eſſet plura eſſe inſtantia: ſeu plura ſibi ſuccedere: ⁊ dicendum ꝙ idipſum inſtans quod eſt fuit ⁊ erit: nec vnuʒ corrumpitur ⁊ aliud generatur : quod autem dicuntur plura inſtantia non eſt proprie dictũ: eſt tamen verum ad intellectum recte ſapientium: vbi ſciendum ꝙ quãuis inſtans non ſit alia res q̃ꝫ ipſum mobile. hoc tamen nomen inſtans aliud connotat preter mobile: vt ſupra dicebatur: ⁊ inter cetera connotat hunc locum determinate vel illum determinate: ⁊ per talem connotationem loci huius in quo eſt et illius in quo fuit: vel illius in quo erit : conſueuit diſtingui inſtans per nunc ⁊ tunc: ita ꝙ ſtrictius ſumendo nunc connotet determinate locum in quo eſt: tunc autem non locum in quo eſt ſed in quo fuit aut in quo erit. nam tunc addimus taʒ verbis preteriti temporis q̃ꝫ futuri propter hanc pluralitatẽ locorum in quibus ſucceſſiue eſt ipſum mobile: dicitur ꝙ inſtantia ſunt plura in tempore: ⁊ ꝙ aliud eſt prius: aliud poſterius: aliud preteritum: aliud preſens: aliud futuruʒ: nec eſt ſenſus eorum ꝙ ſint plures res ſibi ſuccedentes in mobili: vt aliqui imaginantur. Iſta eſt expreſſa determinatio Philoſophi.4.phyſicoruʒ. vbi determinat ꝙ nunc T.c.104. ſeu inſtans ſm ꝙ eſt aliquod ens: eſt idem : ſm autem eſſe ⁊ ſm rationem eſt alterum ⁊ alteruʒ. hoc autem declarat d. ſm quidem ꝙ in alio ⁊ in alio alterum eſt. hic vero erit ipſi nunc: ⁊ poſtea adhuc ſubdit exemplum de coriſco qui ſm ꝙ ens quoddam eſt: idem eſt qui fuit in foro: et qui eſt in theatro: ⁊ tamen ſm ꝙ eſt in theatro ⁊ in foro alterum ⁊ alterum eſt. conſtat autem ꝙ ſm rem ipſe coriſcus non eſt alter in foro: alter in theatro. dicitur tamen alter ſm rationem propter diuerſitateʒ theatri ⁊ fori. vnde alia ratio eſt ſignificans coriſcum ⁊ ſignificans forum ⁊ non theatrum ab illa que ſignificat coriſcum. connotando determinate theatrum ⁊ non forum: ⁊ ex hoc ſequitur ꝙ ſit etiam alter ⁊ alter ſm eſſe: non ꝙ per ſe intelligi debeat aliqua entitas diſtincta a coriſco exiſtens in eo : ſed ſenſus eſt ꝙ aliud ſignificatur: cum dicitur coriſcum eſſe in foro ſeu coriſcus eſt in foro: ⁊ aliud cum dicitur ꝙ eſt in theatro : ſeu ꝙ aliud ſignificabile complexuʒ eſt coriſcum eſſe in foro: aliud coriſcum eſſe in theatro. Et breuiter hoc docet Commenta. Cõ.104. exponens predicta: cum ait. ſortem enim eſſe in foro aliud eſt ab ipſum eſſe in domo. Per predicta patet quomodo cuiuſlibet temporis finiti dicuntur duo inſtantia eſſe termini: quoniam: ſcilicet omñe quod finite mouetur ab aliquo loco determinato ad aliquem locum determinatum mouetur: ⁊ ipſum: vt eſt in loco in quo incipit moueri dicitur vnus terminus : et vt eſt in loco in quo deſinit dicitur alius terminus. patet etiam ad confirmationem reſpõſio: ⁊ quomodo intelligendum eſt commune dictum ꝙ in tempore ſunt plura inſtantia ⁊ infinita. ¶ Pro ſolutione vero.15. argumenti eſt ſciendum ꝙ ſicut generaliter nomine menſure intelligimus id quo quanta ſit res aliqua cognoſcitur: ſic et in ſpeciali nomine temporis. communiter tamen loquendo de tempore: intelligimus illud quo cognoſcitur q̃ꝫtum res aliqua mota fuerit vel quieuit: aut etiaʒ durauit : vt ſuperius dicebatur. Nunc autem illud quo hoc cognoſcitur eſt duplex. Nam hoc cognoſcitur aliquo quod eſt eius cognitio: et illud non conſueuit vocari tempus alio modo hoc cognoſcitur aliquo quod eſt precognitum: ⁊ hoc eſt duplex. nam aliquod eſt precognitum in ſe: aliquod autem non in ſe: ſed in ſuo repreſentatiuo: que diuerſitas modi cognoſcẽdi ſatis declarata eſt in primo. diſtinctio. tertia. Exemplum poteſt dari in menſura magnitudinis: aliquis enim ſolitus mediante vlna mẽſurare pãnum: ⁊ ex hoc habens immediate ſpeciem vel repreſentationem quodcunqꝫ ſit illud in quo cognoſcit vlne quantitatem mediante tali repreſentatiuo precognito cognoſceret vtrum pannus maior vel minor ſit vlna: ⁊ etiam quantus eſt : quãuis iſta menſuratio non ſit eque certa : ſicut ſi actualiter vlnam in ſe immediate cognitam panno applicaret. In propoſito cum per celum: aut aliud corpus regulariter motum cognoſcimus quandiu aliud mouetur: cum hoc non poſſimus niſi cognoſcendo a quo puncto ad quem ſit motuʒ continue dum aliud mouebatur: nec hoc poſſumus: niſi cognoſcendo ipſum fuiſſe ſucceſſiue in omnibus locis intermedijs quod fieri non poteſt : niſi mediante aliquo repreſentatiuo. nam non fuit : nec eſt ſimul in omnibus. patet ꝙ in tali menſuratione duo ſunt precognita: vnũ in ſe immediate. videlʒ repreſentatiuũ qd̃ hʒ aĩa apud ſe: aliud p̃cognitũ in alio. ſ. repſ̃entatiuo ſuo.



videlicet ipſum corpus motũ ſm ꝙ de alio iudicamus et vtrũqꝫ iſtoꝝ poteſt tẽpus dici: ⁊ prio modo acceptũ tẽpus eſt in anima: ⁊ ſic accipit Auguſti. 11. cõfeſ. vbi allegatur: ⁊ etiã. c.28. ⁊.29. Scdo vero modo tẽpus eſt res extra animã: ⁊ iſto modo accipit tẽpus idẽ ipſe. 5. ſup Geñ. vbi ait. Cap.7. ꝙ tẽpus eſt creature motus ⁊c̃. i. creatura mota: vt ſuperius exponebatur. ¶ Et aduertendũ ꝙ per tẽpus hoc ſecũdo modo dictũ nõ poteſt quis mẽſurare abſqꝫ tẽpore. primo modo dicto ꝓpter cauſaʒ aſſignatã: ſecus autẽ eſt de menſura magnitudinis. nã per vlnam in ſe ⁊ intuitiue cognitã poteſt pannũ menſurare: eſto ꝙ tunc nulluʒ eius repreſentatiuũ precognoſcat. Et ob hoc etiaʒ forſitan dicũt auctores de tempore ſpecialiter ꝙ habet eſſe ab anima.

¶ Nunc ad rationes alterius opinionis. Ad primam dicenduʒ: ꝙ nec in ludis agoniſticis: nec in aliqua re mundi inuenitur prius ⁊ poſterius ad illum ſenſum quem habet opinionem: ſed vtiqꝫ in talibus ludis aliquis ⁊ aliqui ſucceſſiue plura operantur. Quod etiam continue mouetur localiter ſucceſſiue ſm ſe vel partes ſuas pluribus partibus magnitudinis coexiſtit: et ſimiliter ſuo modo reperitur ad hunc intellectuʒ prius ⁊ poſterius in alijs cõtinue motis: ſed propter hoc: vt patet non eſt neceſſe ponere reʒ aliquã aliam a permanentibus compoſitam ex partibus prioribus ⁊ poſterioribus qualem imaginatur opinio.

¶ Ex hoc patet: ꝙ nec confirmatio: nec ratio ſecunda valet ad propoſitum: quoniam non probant tempus habere prius ⁊ poſterius ad ſenſum quem intendit. nam non ideo vna res dicitur fuiſſe prior tempore alia vel in priori tempore: quia fuit in aliqua priori parte alicuius talis rei: ſed quia fuit dum primuʒ mobile fuit vel coextitit priori vel prioribus locis : aut eiuſdem vice minoris iuxta intellectum expoſitum ſupra in reſpõſione ad octauum argumẽtum: ⁊ etiam ad decimũtertium. ¶ Ad alia que dicit cõſequenter non opus eſt reſpondere: quoniam cetera ſuper hoc falſo fundamento fundantur. Et ſi arguatur: qꝛ tempus eſt per ſe quantitas ⁊ non permanens. igitur ſucceſſiua: prima pars antecedentis patet per Cõmen. vt dicunt Cõmẽ. 18 5. meta. ⁊ ſecũda pars eſt ſupra ꝓbata per eos. dicenduʒ ꝙ licet ſm proprietatẽ ſermonis ſequendo poſſet dici ꝙ tẽpus eſt q̃ꝫtitas vel quantũ ꝑmanẽs: nec tamen res aliqua ſit maior propter tempus: cum non inhereat rei que tempore menſuratur: vt imaginatur opi. nec alicui additur ⁊ vnitur: ita ꝙ ex eis reſultet aliud maius: ſequendo tamen communem vſum loquendi quo dicitur vnũ tempus maius alio: ⁊ vna res maioris eſſe temporis. alia minoris: poteſt concedi ꝙ tempus eſt quãtum ſucceſſiuum ad intellectum illum ſm quem dicitur eſſe maius tempus vel minus: dicitur autem maius: quia ſuper maiori ſpatio regulariter motũ: aut quia pluries ſuper eodem: ⁊ ſm hoc poteſt negari prima pars antecedentis : nec valet probatio: quia q̃ꝫuis Commenta. ibi dicat ꝙ motus ⁊ tempus ſunt quantitates per ſe ⁊ continue: Philoſophus tamẽ expreſſe ibidem dicit oppoſitum : et ſimiliter ipſe idem Cõmen. T.2.c.18. ſtatim poſt exponendo Philoſophuʒ. vult enim vterqꝫ ꝙ motus eſt quantus propter ſpatiuʒ ſuper quo mobile mouetur: ⁊ tempus eſt quantum per motum: ⁊ idem expreſſe dicunt.4.phy. ⁊ ideo vel littera illa eſt corrupta ⁊ deficit T.c.99. ibi vna negatio vitio ſcriptoris. vel Commenta. ſibi ⁊ Ariſtote. expreſſe contradicit: ac per hoc non eſt recipienda in hoc auctoritas eius. ¶ Preterea. Ipſa eſt etiam contra eaʒ allegantes pro ſe in hoc quod dicit ꝙ motus eſt per ſe quantitas: nam cum ſm eos non poſſit dici per ſe quantitas permanens. nam talis habet ſimul partes: motus autem non habet per ſe partes ſimul ſm eos: ſed per accidẽs ſcilicet a mobili in quo eſt. relinquitur ꝙ ſit per ſe quantitas ſucceſſiua: ⁊ per conſequens ex ſe habens prius et poſterius : quod ipſi negant: nec poſſunt dicere ꝙ Commenta. ibi accipit motum pro tempore: vt aliquãdo ſoliti ſunt dicere cum Commenta. ibi vtrunqꝫ nominet ⁊ pluraliter enunciet ꝙ ſunt per ſe quantitates.

**Quantum** ad ſcdm articulũ pono quatuor concluſiones. Prima eſt. ꝙ nullum tempus fuit creatum angelos. hoc patet primo auctoritate Aug. expreſſa.12. confeſ. probatur etiã ratione ſuper au- Cap.12. ctoritatibus fundata: nulla res fuit creata ante angelos. igitur nullum tempus fuit creatum ante angelos. conſequentia patet. antecedens ꝓbatur. tum ex ſententia Auguſt. vbi ſupra proximo. tum ex dicto Hugonis de ſacra- D.5.ca.5. mentis. lib.1. dicentis ꝙ angeli facti ſunt in principio: et prima creatura anteq̃ꝫ nichil factum eſt. huius ſententie fuerunt Grego. nazãzenus/ et Damaſce. lib.2. et genera- Cap.3. liter ſunt hodie omnes doctores ⁊ ſancti tenẽtes ꝙ in principio ſimul creati fuerunt omnes angeli ⁊ materia corporalis : quorum ſententiam confirmat auctoritas dicens. In principio creauit deus celum et terram gloſa. i. ſpiritualem corporalẽqꝫ naturam. hoc etiam expreſſe determinat eccleſia. extra de ſum. trinita. et fide catho. firmiter credimus. ¶ Secunda concluſio eſt. ꝙ ſumpto tempore cõmuniter non ante quodlibet tempus creati fuerunt angeli. hoc probatur, quia demonſtrato aliquo angelo malo qui/ vel actualiter mouetur aliquo motu continue: ſiue ſm qualitates quibus cruciantur: in quibus ſatis eſt credibile viciſſitudines eſſe: vt nunc vna/ nunc alia pena crucientur: ſicut ⁊ de damnatis hominibus legitur : ſiue ſm eorum cognitiones ⁊ prauas affectiones: quas ⁊ forſitan aliquãdo intenſiores/ aliquando remiſſiores habẽt. iuxta illud: ſuperbia eorum qui te oderunt aſcendit ſemper/ vel aliquãdo ſic mouebatur aliquo: in quã tali demonſtrato: et per conſequẽs aliquo qui eſt/ vel fuit tempus: vt ſequitur ex dictis ſupra. vnde verum eſt dicere. ante hoc non fuerũt angeli creati. patet. nam ⁊ hic angelus ſimul cum alijs creatus fuit. igitur non ante quodlibet tempus fuerunt angeli creati : et patet conſequentia. ¶ Tertia concluſio eſt : ꝙ loquendo de tempore primo et maxime proprie dicto: ſi vera ſit opinio que dicit ꝙ ſimul etiã ſm formam ⁊ diſpoſitionem quã habent omnia corpora celeſtia et ſpiritualis/ ſeu angelica natura: fuerunt creata: angeli non fuerunt creati ante tempus. Secus autem ſi vera ſit alia que ponit ꝙ non ſimul: ſed die quarta factum eſt firmamentum: ⁊ ſic cetera deinceps. nec indiget probatione iſta concluſio. ¶ Quarta eſt. ꝙ qualitercunqꝫ ſumatur tempus: angeli fuerũt creati anteq̃ꝫ aliquod tempus fuit tempus: hoc probatur: quia omnes fuerunt creati anteq̃ꝫ de aliquo eſſet verum dicere : hoc mouetur : quia nunq̃ꝫ de aliquo continue moto eſt primo verum dicere ꝙ ipſum mouetur : cum non ſit dare primam partem motus. igitur omnes fuerunt creati anteq̃ꝫ aliquod fuit tempus. Ex hoc ſequitur ꝙ non ſimul tempus fuit et tempus fuit tempus: q̃ꝫuis aliquod tempus ſimul fuit : et incepit eſſe tempus : ſicut ſimul fuit et incepit moueri. verbi gratia. primum mobile: vt ſuppono ſatis probabiliter : ſaltem ſic fuit poſſibile eſſe : vt in multis alijs de facto videmus.

¶ Ad rationes principales queſtionis reſpondeo ad primam. dico ꝙ angelos fuiſſe ſimul creatos cum tempore poteſt dupliciter itelligi. vno modo ſimul. id eſt in aliqua vna menſura communi durationis. verbi gratia. tempore vel inſtanti et ſic nego conſequentiam. Inſtantia patet in ſimili. ſi eſſent duo corpora tantum. a. et. b. non ſequeretur. a. non eſt poſterior ſm locum q̃ꝫ. b. nec ſimul loco cuꝫ b. igitur eſt prior loco/ q̃ꝫ. b. nam antecedens eſſet verum: et conſequẽs falſum : eo ꝙ neutrũ eſſet in loco. Similiter poſito ꝙ preter. a. ⁊. b. nullum eſſet vel fuiſſet tp̃s. Vtrũqꝫ autem/ vel alterum: ſcʒ. a. tm̃ fuiſſet tempus nõ ſequeret̃ b. nõ fuit creatum poſt. a. nec ſimul cũ. a. igitur fuit crea-

tum ante.a.antecedens enim eſſet verum: et conſequens falſum:eo ꝙ nullum ponitur tertium cõmune: quod fuerit tempus/vel inſtans in quo.a.⁊.b.fuerint ſimul:aut alterum prius/vel poſterius altero:alio modo ſimul non in aliqua tali menſura communi: quia forſan nulla eſt: ſed vel quia ſi aliqua talis foret eſſent ſimul in menſura communi: vel quia de ipſis contingit copulatiue vere dicere hoc eſt:⁊ illud eſt:⁊ vtroq; modo nego antecedens. Et dico.ꝙ ſi aliquod fuiſſet tempus/vel inſtans cõmune: tempus ⁊ angeli fuiſſent in eodem inſtanti creata. Quod vero dicitur ꝙ impoſſibile eſt tempus creari in inſtanti falſum eſt:quãuis verum ſit ſuppoſita falſa imaginatiõe de tempore ſuperius reprobata. Iterũ illa copulatiua ſemper fuiſſet vera.angeli ſunt ⁊ hoc eſt demonſtrato aliquo quod eſt/vel fuit tempus. ¶ Ad ſecundum dicendum.ꝙ prima pars antecedentis eſt falſa. Ad dictum Apoſtoli dicendum:ſicut dicit Auguſt.ad Oroſium contra priſcilianiſtas.ꝙ Apoſtolus eterna dicit que ante ſe nullũ habent tempus. Hec autem ſunt tempora prima:que tamẽ non fuerunt eterna proprie ⁊ ad ſenſum cõmunem de eterno:ſed habuerunt durationis initium.

Cap.5.

¶ Diſtinctionis.ij. Queſtio ſecunda.

Circa ſecundam partem eiuſdem diſtin.in qua Magiſter querit ⁊ determinat in quo loco fuerunt angeli creati. Quero vtrũ angelus ſit in loco diuiſibili/aut indiuiſibili. ¶ Et arguitur.ꝙ in loco indiuiſibili ſic.angelus eſt in loco ⁊ non in loco diuiſibili.igitur in loco indiuiſibili.cõſequẽtia patet. ⁊ prima pars antecedentis probatur auctoritate Damaſc.libro primo dicentis ꝙ angelus loco corporaliter continetur. Secunda vero ex.4.phyſico.vbi dicitur ꝙ locus eſt equalis locato:ſed conſtat ꝙ nullum diuiſibile eſt equale indiuiſibili. Angelus autem eſt indiuiſibilis.igitur nullum diuiſibile eſt locus angeli.

Cap.18.
T.c.28.

Ad oppoſitum nam vt habet in littera Strabus ⁊ Beda dicunt ꝙ celum empyreum: mox vt creatum eſt ſanctis angelis eſt repletum. Ex hoc autem ſequitur ꝙ angelus habeat locum diuiſibilem. Nam ſi quilibet fuiſſet in loco indiuiſibili:⁊ celum fuit eis repletum: ſequeretur ꝙ celum cõponeretur ex indiuiſibilibus:quod eſt impoſſibile.

In hac queſtione ſunt duo videnda. Primum eſt. an magnitudo componatur ex indiuiſibilibus:quod tangit in argumento:⁊ vtrum in magnitudine ſit aliquid indiuiſibile:vtrũq; enim horum ſatis eſt neceſſariũ ſcire ad principale queſitum. Secundum eſt quod queritur

Quantum ad primum pono concluſiones tres. Prima eſt:ꝙ nulla magnitudo componitur ex indiuiſibilibus:ex qua ſequitur ꝙ quelibet magnitudo componitur ex magnitudinibus. Secunda.ꝙ quelibet magnitudo componitur ex infinitis magnitudinibus. Tertia.ꝙ in nulla magnitudine eſt aliquid indiuiſibile ſibi intrinſecum. ¶ Primam concluſionem probo ſic.ſi aliqua magnitudo cõponitur ex indiuiſibilibus: aut cõponitur ex infinitis multitudine/aut ex finitis tantum.ſumẽdo infinita cathegoreumatice.non ex infinitis: quoniam tunc ipſa eſſet infinita ſm extenſionem:quod de facto ſuppono eſſe falſum.conſequentia patet.nam haberet in ſe partes inuicem equales ſm magnitudinẽ infinitas multitudine:vtpote infinitas partes: quarum quelibet eſſet ex quatuor indiuiſibilibus/vel.10.indiuiſibilibus conſtituta:quoniam in infinita multitudine indiuiſibiliũ eſſent infiniti quaternarij ⁊ infiniti denarij indiuiſibilium: ⁊ quilibet quaternarius eſſet cuilibet alij quaternario: et quilibet denarius denario dicte multitudinis foret eq̃lis magnitudinis. Nec poteſt dici ſicut cõmuniter dicunt tenentes huius cõpoſitionem ex indiuiſibilibus: ꝙ componatur ex finitis tãtum indiuiſibilibus: quod ego oſtendo rationibus ⁊ mathematicis et phyſicis: primo quidem arguo ſic:ſi magnitudo. verbi gratia.linea cõponatur ex indiuiſibilibus.puta punctis.ſequitur ꝙ in continuo eſt aliquid minus puncto: et ꝙ punctum eſt maius linea. Et linea minor eſt maior maiore ſe. quolibet aũt horum eſt manifeſte impoſſibile.igitur ⁊ poſitum.conſequẽtiam declaro. Sit enim linea aliqua:verbi gratia.ſex pũctorum/vel quotcunq; vt libet: ⁊ ſit hec linea a.a.et ſuper eam per primum correlarium prime primi Euclidis conſtituatur triangulus duorum equalium laterũ: quorum vtrũq; ſit maius linea.a.⁊ ſit vtrũq; gratia exẽpli.15.punctoꝝ que cõſtituãt angulũ in pũcto.s. Cõſtat aũt ꝙ linee a s.ex vtraq; parte nullibi ſunt equidiſtãtes cũ ſint recte et concurrãt in pũcto.s.equidiſtãtes aũt ſi in infinitũ ꝓtrahãtur nunq̃ cõcurrũt.ſumat ergo in vtraq; linea.a s. pars duoꝝ punctoꝝ:⁊ ſit.a b.⁊.a b.cõſtat ꝙ.b.⁊.b.minus diſtant/q̃.a.⁊.a.ſed.a.⁊.a. diſtabãt ꝑ quatuor pũcta tm̃: cum tota ſit preciſe ſex punctoꝝ.igitur.b.⁊.b.diſtabũt ad plus per tria:⁊ eadẽ ratione tertiũ pũctum.vnius minus diſtabit a tertio alterius.ver.gra.c.⁊.c.igitur per duo ad plus:⁊ quartũ vnius.a.quarto alterius ꝑ vnũ tm̃:puta.d a.d.quintũ.igit ⁊ quintũ.vcʒ.e.⁊.e.minꝰ diſtabũt q̃ per punctũ ⁊ ſemꝑ quelibet ſequẽtia vſq; ad.s minꝰ precedẽtibus diſtabũt: ⁊ ſic patʒ ꝯña quãtũ ad primã partẽ conſequẽtis. Rurſus he linee.a s.et.a s.in ſuis pũctis ꝓpinq̃s pũcto.s.aliquãto diſtãt.ſit igit illa.r.r.que ad minꝰ ſtant per punctũ. Itẽ alia que ſequunt.vcʒ.q.q.cũ plus diſtẽt ad minus diſtãt ꝑ duo.⁊ alia puta.p.p.per tria: ⁊ alia.vʒ o.o.ꝑ pũcta quatuor:⁊ iterũ alia ſequẽtis.puta.n.n.plus diſtabũt:ſaltẽ per quinq; pũcta: ⁊ ſic deinceps deſcẽdendo vſq; ad.a.ſemꝑ inter puncta coppoſita erit diſtantia maior et pluriũ punctoꝝ.cũ igitur diſtãtia.d.d.ſit maior diſtãtia.e.e.⁊ qualibet alia ꝓius.s.⁊ ipſa ſit pũctalis tm̃: vt prius probatũ eſt:ſequitur ꝙ pũctũ ſit maius linea: qđ eſt ſecũda pars antecedẽtis. Item q2 linea.c.c. eſt maior






diſtantia qualibet ſuperiore verſus.s.ac ipſa eſt duorum punctorum tm̃: ac per hoc diſtantia.i.i.que eſt punctorum.9.eſt maior ipſa: ſequitur ꝙ linea.c.c.minor eſt maior q̃ linea ſe maior: quod erat tertium illatum.

¶ Secunda ratio eſt:q2 ſequitur ꝙ maior linea cadat inter latera trianguli iuxta angulũ queʒ cõſtituũt q̃ eſt baſis illius anguli: ⁊ ſic latera alicuius trianguli magis diſtãt abinuicẽ iuxta angulũ queʒ cõprehendũt q̃ diſtãt in baſi a qua trahitur:quod ad ſenſum patet eſſe falſum.patet etiã ꝙ ſi ab extremitatibus baſis trahãtur linee equidiſtãtes infra eas cadẽt linee cõſtituentes angulũ:vt patet ad ſenſuʒ.cõſequẽtia declaratur:ſit angulus.c.cuius baſis ſit linea.a b.deinde cõſtituã aliũ triangulũ infra hunc ſuper eandẽ baſim:ſitq; triangulus.a d b.cõſtat ꝙ angulus.d.maior eſt angulo.c.per.21.primi Euclidis. Itẽq; faciã aliũ inter illũ: ſitq;.a c b.ponatur ergo ꝙ linea.a c. ſit.20.pũctoꝝ quot etiã ſit linea.b c.baſis ꝓo.ſ.linea.a b. ſit tm̃ ſex punctoꝝ ſignentur q̃ iuxta.c.duo puncta ꝓxima ei vnũ in linea a c.reliquuʒ in lĩea.c b.ſintq;. f.f. hec nõ poſſunt minꝰ diſtare q̃ ꝑ pũctũ ⁊ ſub illo pũcto ĩmediate ſit angulꝰ.d.q̃ etiaʒ in duobus ſibi ꝓximis ſuis pũctis erit maior ⁊ magis expãdetur q̃.c.⁊ per cõſequẽs ad minus per duo puncta:⁊ per eandẽ rationẽ expãſio anguli.e.in proximis ſuis punctis erit ſaltẽ triũ punctoꝝ:⁊ ſic ſemper deſcẽdendo:et ad quodlibet punctũ cõſtituẽdo angulũ infra precedẽtẽ erit deuenire ad angulũ intra cuius duo ꝓxima puncta laterum cadet linea.15.punctorum ⁊ plurium ⁊ baſis eſt poſita ſex punctorum tm̃.quapropter habetur propoſitum.




¶ Tertio ſit linea recta trium punctorum.a b c.⁊ per primã primi Euclidis erigatur triangulus equilaterus: ſitq;.a d c. puncta quoq; vnius lateris ſint.d e c. reliqui vero.d f a.tunc quero: aut latera cõcurrunt in punctis.f e. aut nõ:ſed tm̃ in puncto.d.ſi ſic igitur non eſt triangulus equilaterus contra poſitum.nam linea.a f.nõ eſt niſi duorum punctoruʒ:⁊ ſimiliter linea.c e.linea vero.a c.que eſt baſis eſt trium:quare ſunt inequales. Si vero non concurrant ſimul illa puncta.f e.aut intercipitur vnum punctũ: aut minus puncto.aut maius puncto. Si vnum tm̃:cum etiam inter.a.⁊.c.cadat ſoluʒ vnũ punctum. ſequitur ꝙ linea.a f.ſit equidiſtãs linee.c e.⁊ cum ipſe ꝓtracte in ſua rectitudine cõcurrãt in puncto.d.ſequitur vlterius ꝙ non ſunt equidiſtantes: quod eſt contradictio. Si minus puncto intercipitur inter puncta.f e.igitur punctum non eſt indiuiſibile.ſi aliquid maius pũcto.igitur ibi plus diſtant ille linee q̃ in ſuis initijs: ⁊ per conſequẽs in directum protracte nunq̃ concurrunt quinimmo quanto longius protrahuntur tanto amplius diſtabunt:ſed poſitum eſt eas concurrere in puncto.d.igitur concurrunt ⁊ non concurrunt.




¶ Quarto ſequitur ꝙ diameter quadrati ſit commenſurabilis coſte:quod eſt manifeſtum impoſſibile:⁊ q̃uis ad hoc inconueniens deducat doctor ſubtilis ⁊ bene:probo tamen conſequentiaʒ aliter q̃ ipſe. Nam ſit quadratum.a b c d.cuius diameter ſit.e.tunc protrahatur in directum linea.d.in partem qua coniungitur linee.a.quantum placet.ſimiliter linea b.in eandem partem:per ſecundam partẽ prime petitionis primi Euclidis.videlicet lineam definitam in continuum ⁊ directum quãtumlibet protrahere. deinde per.31.eiuſdem primi a puncto.f.trahatur linea equidiſtãs linee.a.que eſt coſta quadrati quouſq; ſecet lineam.b.in puncto.g.deinde per primam partem prime petitionis eiuſdẽ volo ꝙ a primo puncto diametri:quod eſt extra lineam.d.ad primũ punctum linee.f g.quod eſt extra eandem lineam.d.trahatur linea recta: tunc conſtat ꝙ hec linea tranſit per aliquod punctum linee.a.que eſt coſta quadrati: aut igitur per punctũ quod eſt in linea.d.⁊ eſt finale linee.a.aut per punctum proximum quod primum eſt eorum que ſunt extra lineam.d.aut per aliquod aliud ſuperius punctum verſus.g.primum non poteſt dici: tum quia tunc mediuʒ huius linee exiret extremitates eius: cum ipſius extremitates ſint extra extremitates linee.d.⁊ mediuʒ ſit in linea.d.que linea.d.vtiq; recta eſt: et per conſequens hec linea non eſſet recta:quod eſt contra poſitum: tum quia cũ hec linea ponatur recta:ſequitur per.13.primi Euclidis ꝙ linea.a.cadens ſuper eam conſtituat cum ea ex vtraq; parte duos angulos equales duobus rectis vel rectos: ſed hoc eſſet manifeſte falſum.nam linea.a.cum linea.d.conſtituit duos rectos:cum vnus ſit infra quadratum:et per conſequens ſit rectus ⁊ linea.d.ſit recta per totum: anguli autem qui comprehenduntur ab hac linea ſic flexa: ⁊ linea.a.ex vtraq; parte eius eſſent partes illorum duorum rectorum:hic iſtius:⁊ ille illius:quoniã hec linea ex vtraq; parte ſua terminatur intra lineam.d.⁊ lineam.a.ac per hoc diuidit vel ſaltem demit de angulo ab ambabus cõprehenſo.igitur tam hic q̃ ille eſt minor recto: et per conſequens ambo non equiualent duobus rectis. Relinquitur ergo ꝙ linea illa prima non tranſit per punctum finale linee.a.quod eſt in linea.d.nec poteſt dici ꝙ trãſeat per aliquod ſuperius puncto.primo extra lineam.d.quoniaʒ ſequeretur ꝙ plura puncta eſſent in coſta q̃ in diametro: ⁊ per conſequens coſta eſſet maior diametro: quod ad ſenſum patet falſum:conſequentia patet:quoniam ſi a tertio puncto diametri ad tertium linee.g.⁊ iterum a quarto ad quartum: ⁊ ſic a quolibet ſuperiore in diametro trahatur linea ad ſuperius coppoſitum in linea.f g.quelibet ſecabit lineam.a.in alio puncto ⁊ nulle in vno concurrent. Si igitur magis diſtent in linea.a.q̃ in diametro vel in linea f g.patet propoſitum. Reſtat itaq; ꝙ illa prima linea tracta a primo puncto diametri extra lineam.d.⁊ terminata ad primum linee.f g.extra lineam.d.tranſeat ſuper primum punctum quod eſt in linea.a.extra lineam.d.et per eaſdem rationes probari poteſt q2 ſi alia trahatur a ſecundo in ſecundum tranſibit per ſecundum linee.a.⁊ ſic de ſingulis: ac per hoc tot puncta erunt in coſta: quot in diametro.igitur ambo erunt equalia ſm viam illam.




¶ Quinto deduco ad aliud inconueniens ad quod etiã et bene deducit idem doctor: alia via tamen ego deducam. Inconueniens autem eſt ꝙ circulus minor erit equalis maiori. conſequentiam declaro. deſcribatur

enim circulus vnus ⁊ ſit.a.⁊ a quolibet puncto circūferē-tie eius ad centrū trahatur linea recta. conſtat ꝙ nulle illarū lineaꝝ ſe ſecabūt: aut ſuperponētur in aliquo pūcto citra cētrū: tūc deſcribatur circa idē centrū alius circulus minor: ⁊ ſit.b. conſtat ꝙ circūferentia.b. ſecabit oēs lineas illas: aut igitur quilibet punctus.b. cadet ſuper punctum vnius line tm̄: aut ſuper puncta plurium. ſi primum habetur propoſitum. nam tot puncta erunt in circūferentia.b. quot ſunt liee tracte a circūferentia.a.⁊ ille ſunt tot q̊t ſunt puncta in circūferētia.a: igiṫ tot erūt pūcta ī.b. quot in a.⁊ pȝ ꝓpoſitū ſi deṫ ſcdm ad minus vni puncto.b. correſpōdebūt duo pūcta duaꝝ linearū: ⁊ tunc circa idē centrū deſcribā aliū circulū minorem. vtputa.c.⁊ quero aut quodlibet punctū.c. ſuperponitur pūcto vnius linee tm̄: aut pūctis duaꝝ tm̄: aut pūctis pluriū. Si primū ſequitur vt prius ꝙ.c. ſit equale.a. quod eſt propoſitū: ⁊ vltra hoc ꝙ.c. ſit maius.b.⁊ ſic circul⁹ minor eſt maior maiore ſe: quod eſt impoſſibile. Si detur tertiū tūc deſcribā quartū circulū minorē: vtputa.d.⁊ per eaſdē rationes oportebit ꝙ quodlibet eius punctū ſuperponatur punctis quatuor linearū ad minus: ⁊ ſic ſemꝑ faciendo minorē circulū erit deuenire ꝙ vnū pūctū ſuperponetur mille pūctis ſitu diſtinctis ⁊ alicui magne linee ⁊ portioni circuli: ac equabitur illi: qđ eſt manifeſtum impoſſibile: ⁊ implicās cōtradictionē: cū puncti nomine velint ſignificare aliquid indiuiſibile.




Cōmē.5. ¶ Sexto poteſt argui per rationē quā tangit etiā Commen.3. celi. nam ſequeretur ꝙ non quelibet linea recta poſſet diuidi in duo media: cuius oppoſitū dicit.10. cōcluſio primi Euclidis. cōſequentia patet: quia linea in numero impari habens puncta. verbi gratia.7. vel.17. non poteſt diuidi in duo media: alioquin punctū eſſet diuiſibile: qđ impoſſibile eſt. ¶ Septimo ſicut arguit vnus doctor linea minor equalis eſſet maiori: declaratur. ſit linea a.1000 punctorum ⁊ conſtituatur ſuper ea triāgulus ⁊ angulus cōprehenſus a duobus alijs lateribus ſit.b. deinde ſupra a. trahatur alia linea ab vno latere ad aliud que ſit.c. illa vtiq; minor eſt.a.⁊ ſit.100 punctorum. Itē ſupra hanc trahatur alia que ſit tm̄.10. punctorū.⁊ ſit d. tunc per primam partem prime petitionis primi Euclidis. a quolibet puncto linee.a. ad punctum angulare quod eſt b. trahatur linea recta. conſtat ꝙ nulle concurrent infra.b. et quelibet ſecabit lineas.c.d.⁊ per conſequens in vtraq; ipſarum tot erunt puncta quot ſunt in.a. ac per hoc quelibet erit ſibi equalis: et ſic linea decem punctorum equalis erit linee.1000. punctorum. Et ſimiliter ſequitur ꝙ numerus denarius erit equalis millenario. ¶ Octauo arguit idem ꝙ ſequitur aliquem circulum eſſe quadratum: et econuerſo qua-




dratum eſſe circulum: quod eſt impoſſibile. declaratur conſequētia. nam ponaṫ ꝙ vna linea recta perpendiculariter cadens ſuper aliam rectā ſecet eam per modum crucis: ſitq; punctus cōmunis b. deinde in quolibet quatuor angulorum circa b. ſignetur punctus proximus. et ſimiliter in qualibet q̄tuor partium linee. hoc facto patet ꝙ circa.b. ſunt.8. puncta immediata. ducatur vna linea per omnia illa: tunc erit circulus: q2 omnes linee tracte ad.b. centrum erūt equales. Item erit quadratus q2 ibi erit nouenarius punctorum qui eſt numerus quadratus. ¶ Nono idē arguit quod ſequitur ꝙ circūferētia ſemicirculi erit equalis diametro circuli: quod eſt penitus impoſſibile. conſequentia patet. trahēdo a quolibet puncto circūferentie lineam perpēdicularem ad diametrum. nulle enim due terminabūtur ad idem punctū diametri.⁊ per conſequēs tot erūt puncta diametri quot circūferētie/ ac per hoc erūt equales. Multe alie rationes mathematice poſſent fieri: ſed hec ſufficiant.





¶ Deinde probo eādem concluſionem rationibus phyſicis.⁊ primo arguo ex virtute rationis Philoſophi 6.phyſico. que meo iudicio euidenter concludit propoſitum ſic. ſi vnum corpus additum alteri corpori ſic contingeret ipſum ꝙ nihil eius eſſet ꝙ non tāgeret alterum/ vel quid alterius/ nec ecōuerſo: illa duo corpora non occuparent maius ſpatium/ nec eſſent aliquid maius/ q̄ʒ alterū tm̄. igitur nullum indiuiſibile alteri additum et cōtingēs illud occupat cum illo maius ſpatiū: aut maius aliquid/ ſeu magnitudinem aliquā cōſtituit. añs eſt euidēs.⁊ ꝯña probaṫ. qm̄ preciſa ratio quare vnū corpus totaliter aliđ contingēs nō occupat cū illo maius ſpatiū ⁊c̄. eſt q2 nihil eius eſſet qđ non contingeret alterū/ vel aliquid alterius. nam hec preciſe ſuppoſita. ſcilꝫ conſtantia vtriuſq; et ſpatij: ⁊ ꝙ mutuo ſe contingat non occupant maius ſpatium. hoc ſolo non poſito occupant. vnde q̄ʒtumcūq; modicum vnius ſit quod non contingat aliquid alterius: mox ſequitur occupatio ſpatij maioris. Si autem indiuiſibile aliquod contingeret aliud nihil eius eſſet quod non contingeret aliud/ vel aliquid eius: alioquin vel ipſum non contingeret: quod eſt contra poſitum: vel ipſum eſſet diuiſibile in aliquid quod contingeret/ ⁊ aliquid quod non cōtingeret: quod eſt impoſſibile. ¶ Secundo arguo ex virtute alterius rationis Philoſophi ſic. ſi magnitudo componereṫ ex indiuiſibilibus ſequeretur ꝙ equales magnitudines/ vel ſpatia in eadem menſura primo pertranſirent mobile velox regulariter ⁊ cōtinue motū: et mobile tardū etiam cōtinue ⁊ regulariter motum. conſequens hoc ⁊ eſt contra ſenſum ⁊ implicat contradictionem: ſicut patet in diffinitionibus horum nominum velox ⁊ tardum. ꝯña declaratur. ſint enim duo ſpatia: quorum vtrūq; ſit.100. punctorum ⁊ ſuper vnū incipiat nunc moueri velox: ſuper alterum vero ſimul incipiat moueri tardū. cōſtat ꝙ ex quo vtrumq; mouebitur continue vtrumq; prius attinget propinquiorem partem ſpatij/ q̄ʒ remotiorē. tunc ſic. In quacunq; menſura velox tranſit primum punctum ſui ſpatij

T.cō.21. 6.phy.

A.t.c.8. infra.



tardum tranſit primū ſui ſpatij: et in quacūq; velox trāſit ſcdm punctū: ⁊ tardū ſimul tranſit ſcdm: ⁊ ſic de ſingulis. igitur in eadem mēſura primo ambo trāſeunt ſpatia illa. conſequētia eſt euidēs.⁊ añs probaṫ: qm̄ dū velox tranſit primum punctū. vel tardū trāſit minus puncto velox preciſe punctū vnū/ vel plus. non minus: q2 tunc indiuiſibile eſſet diuiſibile/ nec plus: qm̄ tunc tardū eſſet velocius veloci. igitur preciſe punctū vnū: ⁊ eodē modo probaṫ ꝙ dū velox trāſit ſcdm: ⁊ tardū tranſit ſcdm: ⁊ ſic de ceteris. nec pōt dici ꝙ dum velox tranſit primū punctū tardum nihil trāſit: ſed reſidet in priori loco: qm̄ tunc nō inciperet ſimul moueri. qđ eſt contra poſitū. preterea ſi adhuc tardum eſt in primo loco dum iam velox acquiſiuit primum punctū. quero cum velox acquiſiuit ſcdm punctū. vtrum tardum ſimul acquirat aliquid ſui ſpatij. ſi nō. igitur adhuc quieſcit: ſed ponatur continue ſimul cum veloci moueri. ſi ſic. igitur aut minus puncto/ aut punctū/ aut plus. non plus/ aut minus. vt probatū eſt. igitur punctum. Et ſi ſic. igitur etiā dum velox acquiſiuit primū/ et tardum etiā acquiſiuit primū. ¶ Ex eadē veritate poteſt argui: vt dicit quidam doctor ꝙ velox inſequēs tardiſſimum nunq̄ʒ perueniet ad ipſum. ſicut arguebat Zeno.6.phyſi. cuius ratio non videtur poſſe aliquo modo ſolui. poſito ꝙ magnitudo ex indiuiſibilibus cōponatur. Ex eadem veritate poteſt probari ꝙ minor magnitudo eſt equalis maiori ſe: quinimo ꝙ eſt etiam maior: nam ponatur ꝙ velox et tardum ſimul moueātur per vnam horam/ vel aliquod tempus ad bonum intellectum qui debet haberi ex tali modo loquēdi. iuxta ea que dicta ſunt in precedēti.q. aut velox acquirit primū indiuiſibile ſpatij in tempore/ vel in inſtanti. non in tēpore. quoniā tunc īmediate illius temporis acquireret partem illius indiuiſibilis: ⁊ ſic indiuiſibile haberet partem. igitur in inſtanti. tunc aut in illo inſtāti tardum acquirit indiuiſibile/ aut minus/ aut plus. non minus/ aut plus. igitur indiuiſibile. et ſimiliter arguatur de ſecundo ⁊ ceteris: ⁊ ſequitur ꝙ tot indiuiſibilia magnitudinis tranſibit velox in illo tempore quod tranſibit etiā tardum: ⁊ per conſequens equalem magnitudinem. apparet autem ꝙ tranſibit minorem. igitur minor maiori erit equalis. verbi gratia. magnitudo cubitalis quam tranſit tardum magnitudini.100. cubitorum quam velox tranſit in tempore eodem. Et ex hoc vlterius patet ꝙ minor maiore ſe erit maior: q2 magnitudo cubitalis erit maior magnitudine.50. cubitorum. nam magnitudo.100. cubitorum eſt dupla ad magnitudinem quinquaginta cubitorum. et probatum eſt: ꝙ magnitudo cubitalis eſt equalis magnitudini.100. ergo ⁊ cubitalis dupla eſt ad eam que eſt.50. conſtat autem ꝙ ea que eſt.50. eſt maior cubitali. ergo cubitalis maiore ſe eſt maior. per hunc modum videntur procedere ille rationes Algazelis quas facit ad hanc concluſionem de motu puncti in circūferētia ſphere/ vel rote exiſtentis et eius quod exiſtit circa axem: que duo in eodem tempore complent ſuos circuitus. ⁊ tamen exiſtens in circūferentia multo maiorem circulum deſcribit. Et de motu linee exeuntis a centro ſolis et tranſeuntis ad terram per ſummitatem baculi quas nō magis explico: quoniam ſunt ſatis cōmunes. nec aliam habent virtutē. potius tamen in forma premiſſa volui arguere: quoniam ei non poſſunt applicari alique ſolutiones que conſueuerūt dari alijs formis. ¶ Tertio ad idem arguo per aliam rationem Philoſophi. nam ſequitur ꝙ indiuiſibile eſt diuiſibile. declaratur. nam ſumptis duobus mobilibus: quorum vnum ſit duplo velocius ad alterum. Si in vna hora velocius trāſeat magnitudinem.50. punctorum in eodem tempore tardius tranſibit puncta et medietatem alterius puncti. ¶ Quarto ſic. ſequeretur ꝙ impoſſibile eſſet aliquod corpus rarefieri naturaliter ſm̄ omnem dimenſionem ſine acquiſitione noue quātitatis ⁊ noue etiam materie. hoc autem falſum eſt ſm̄ communem doctrinam. ⁊ efficaciter probari poteſt. conſequentia probatur. ſit enim corpus quadratum/ ſeu cubitū habens in omnem dimēſionem magnitudinem decem punctorum: et rarefiat vſq; ad magnitudinem centum punctorum. ſi hoc ſit poſſibile ſine generatione noue quātitatis oportet ꝙ vel punctum aliquod ſit extenſius q̄ʒ prius: vel ꝙ idem ſit in pluribus ſitibus: et vtrunq; eſt impoſſibile naturaliter. Idem arguitur de indiuiſibili materie quod ſubijcitur puncto ſm̄ viam iſtā. ¶ Ex his patet ꝙ nulla magnitudo cōponitur ex indiuiſibilibus. et cum omnis magnitudo ex aliquibus componatur: vtpote: quia omnis eſt diuiſibilis. ſequitur ꝙ omnis magnitudo componatur ex magnitudinibus. Huius opi. nō eſt dubium fuiſſe Philoſophum ⁊ Cōmentatorem alicui qui viderit dicta ſua. propterea non allego ad hoc vllas auctoritates eorum. Huius ſententie eſt Auguſti.11. de trini. dicens. Or ratio docet et minutiſſima etiam corpuſcula infinite diuidi. Item in de mortalitate anime: porro inquit corpus minuitur cum ex eo aliquid preciſione detrahiṫ ex quo conficitur: vt tali detractione tendat ad nihilum. et nulla preciſio perducit ad nihilum. omnis enim pars que ex manet corpus eſt. Et quicquid hoc eſt quātolibet ſpatio locum occupat/ neq; id poſſet niſi haberet partes itidē in quas cederetur. poteſt igitur infinite minui. et ideo defectum pati/ atq; ad nihilū tendere: q̄ʒuis peruenire nunq̄ʒ queat de ipſo ſpatio ⁊ quolibet interuallo dici/ atq; intelligi poteſt. ¶ Item in epiſtola ad Nebridium que eſt in numero epiſtolarū.94. vult expreſſe corpora in infinitum poſſe ſecari. et ꝙ nullum eſt minimum. Que oīa falſa eſſent ſi magnitudo ex finitis indiuiſibilibus conſtaret. Item euidētiſſime.2. lib. ſoliṫ. iuxta finem vbi dicit: ꝙ ſi etiam minimum circulum imaginando deſcribamus.⁊ ad centrum duas lineas: circa quas vix quaſi acui pungi poſſit: q̄ʒuis in medio non poſſim⁹ imaginaria cogitatione alias ducere: vt ad centrum ſine vlla commixtione perueniat. tamen ratio clamat innumerabiles poſſe duci/ nec ſeſe in illis incredibilibus anguſtijs vbi centro poſſe contingere ita vt in omni earum interuallo ſcribi: etiā circulus poſſit. his quidem nihil clarius. ¶ Item Auiceñ.6. naturalium iuxta principium dicit. ꝙ puncta ordinari ad faciēdam lineam eſt impoſſibile. Item ex coniunctione punctoꝝ corpus non poſſe cōponi. Algazel quoq; hāc concluſionem in ſua meta. pluribus rationibus nititur demonſtrare. ¶ Contra iſtam concluſionem poteſt argui multipliciter. primo ſic. aut omni parte magnitudinis eſt aliqua minor/ aut non. omni parte magnitudinis ⁊c̄. Si detur ſecundum. igitur per equipollentiā aliqua parte non eſt aliqua minor. igitur aliqua eſt indiuiſibilis: ſcilicet qua non eſt aliqua minor. alioquin aliqua eſſet ea minor. ſcꝫ pars ei⁹. Si aliqua aūt eſt indiuiſibilis. igitur magnitudo vltimate eſt reſolubilis in indiuiſibilia: ⁊ per ꝯñs primo cōponitur ex indiuiſibilib⁹. Si ꝟo omni parte magnitudinis eſt aliqua minor: aut illa eſt diuiſibilis/ aut indiuiſibilis. nō diuiſibilis: q2 tūc non eſſet minor omni parte magnitudinis: qm̄ nō eſſet minor parte ſua. igitur indiuiſibilis.⁊ habeṫ ꝓpoſitū ſicut prius. ¶ Scdo aūt inter primū punctū ⁊ quodlibet aliud eiuſdē linee eſt punctū mediū/ aut nō: nō pōt dici ꝙ ſic: q2 tūc illud pūctū mediū vel eſſet mediū inter primū pūctū ⁊ ſeipm̄. qđ eſt impoſſibile. vel ipſum non eſſet aliquod ex punctis linee illius.⁊ per ꝯñs nō mediaret inter primū ⁊ alia eiuſdē linee: qđ eſt cōtra illud qđ poniṫ. igitur inter primū punctū ⁊ quodlibet aliud eiuſdē linee nō eſt aliqđ punctū mediū. igitur punctum eſt punctō īmediatū. Ex hoc aūt vltra ſequitur ꝙ linea: et per ꝯñs magnitudo cōponitur ex indiuiſibilibus.

Ocham quolibeto.q.9. T.c.19. et.77.

Cap.11. Cap.12.

Pt.5.c.2.

¶ Tertio ⁊ eſt eadē virtus. ſuppono vnū verū et a quoli-
bet fideli cōcedendū .ſ. ꝙ deus videt quodlibet punctum
quod eſt in linea . tunc quero an deus videat ꝙ inter pri-
mū punctū linee huius vel illud demōſtrate: ⁊ quodlibet
aliud punctū ab alio viſum in eadem linea intercipitur li
nea media: aut non: ſi non. igitur videt punctū immediatū
puncto. ſi ſic. igitur contra ſuppoſitū non videt quodlibet
pūctū illius linee. qm̄ in linea illa media ſunt plurima pū
cta. ⁊ nullū ſm hoc eſt viſum a deo. ¶ Quarto ⁊ foꝛtius
aut aliquod punctū eſt mediū inter pꝛimū punctū huius
linee. verbi gratia. a. ⁊ oīa alia eiuſdē: aut nullū pūctū eſt
mediū inter punctum pꝛimū linee. a. ⁊ omnia alia puncta
eiuſdem. hoc patet: quia partes huius diſiunctiue cōtra-
dicunt mutuo. ſi aliquod eſt medium. igitur illud eſt im-
mediatū pꝛimo puncto. Si nullū eſt medium. igitur pꝛi-
mū punctū ⁊ omnia alia ſunt immediata. et per cōſequēs
aliquod alioꝝ punctoꝝ eſt pꝛimo immediatū. ¶ Quinto
poſſibile eſt magnitudinē eſſe ſimul actu diuiſam ſm om
nē diuiſionē poſſibileꝫ in eā. igitur magnitudo cōponitur
ex indiuiſibilibus. cōſequētia patet: qꝛ poſito ꝙ ſic eſſet di
uiſa reſolutio eius aut vltimate eſſet facta in indiuiſibilia
aūt in diuiſibilia. nō poteſt dici ꝙ in aliqua indiuiſibilia:
qm̄ tunc nō eſſet actu diuiſa ſm omnē poſſibilē in ea diui
ſionē. igitur in indiuiſibilia . cū igitur quodlibet ſit pꝛimo
cōpoſituꝫ ex his in que vltimate reſolubile eſt. ſequitur ꝙ
ex indiuiſibilibus ſit magnitudo cōpoſita. antecedēs aūt
ꝓbatur dupliciter. tū quia quecūqꝫ potētie nō ſunt ad a-
ctus incōpoſſibiles nec inter ſe eſſentialē oꝛdinē habētes:
poſſunt ſimul per diuinā potentiā ad actū reduci. non eñ
apparet aliqua ratio impediēs. Sed potentie ad diuiſio-
nēs cōtinui ſunt huiuſmodi cū ſint ad actus eiuſdē ratio-
nis. Que eñ ſunt eiuſdē rationis nec eſſentialē oꝛdinem
inter ſe nec mutuā repugnantiā habent. tū qꝛ alias ſeque
retur ꝙ aliqua vniuerſalis eſſet impoſſibilis: cuius queli
bet ſingularis eſſet poſſibilis: quod videtur incōueniens.
patet cōſequētia: qm̄ demōſtrata quacūqꝫ poſſibili diui-
ſione hec eſt poſſibilis ſm hanc magnitudo eſt diuiſa .

¶ Reſpōdeo ad pꝛimā dico: ꝙ omni parte magnitudinis
eſt aliqua minoꝛ. nulla tamē pars eſt minoꝛ oīmi parte ma
gnitudinis. vnde iſte ꝓpoſitiones. oīmi parte eſt aliqua ps
minoꝛ. et aliqua pars eſt minoꝛ omni parte. nō equipollēt
nec pꝛima infert ſcdam. quinimmo pꝛima eſt vera et alia
falſa: ⁊ illatio ſcde ex pꝛima peccat per figuraꝫ dictionis.
qm̄ in pꝛima ly pars. ſupponit confuſe tm̄: ⁊ in ſcda deter-
minate. Exempluꝫ ſi mūdus duraret perpetuo ⁊ in ſimili
diſpoſitione ſicut de facto ponit Philoſophus. ⁊ de poſſi
bili oēs catholici. hec eſſet vera. omni homine futuro erit
aliquis homo futurus poſterioꝛ. patet. qꝛ quelibet ſingu-
laris eſſet vera. ⁊ tamen hec eſſet falſa. aliquis homo futu
rus erit poſterioꝛ omni hoīe futuro: ⁊ ideo ipſa nō eſſet cō
ſequēs ad pꝛimā. Cōcedo igitur ꝙ omni parte cōtinui eſt
aliqua pars minoꝛ. ⁊ cū vlterius dicitur: aut illa eſt diui-
ſibilis ⁊c. dico: ꝙ eſt diuiſibilis. ⁊ vlterius concedo ꝙ illa
nō eſt minoꝛ omni parte magnitudinis. nec hoc repugnat
vniuerſali cōceſſe. vnde iſta copulatiua eſt vera. oīmi par-
te magnitudinis eſt aliqua pars minoꝛ. ⁊ illa nō eſt minoꝛ
omni parte magnitudinis. Sicut ⁊ in caſu pꝛemiſſo hec
eſſet vera. oīmi hoīe futuro erit aliquis homo futurus po
ſterioꝛ: ⁊ ille nō erit poſterioꝛ omni hoīe futuro. Et ſi ma-
gis explicetur ꝓpoſitio ad ſenſum: quē vt videtur: multi
ſic arguēdo cōcipiūt. Et dicatur ſic: aut illa pars que eſt
minoꝛ omni parte cōtinui eſt diuiſibilis aut indiuiſibilis:
nego iſtā diſiunctiuā ꝓpter falſam implicationē ex par-
te ſubiecti. Implicat eñ ꝙ ſi aliqua pars minoꝛ oīmi par-
te cōtinui: quod pꝛoꝛſus eſt falſum. Simile eſt ſi idē dice-
retur: aut ille homo futurus poſterioꝛ omni hoīe futuro
erit coꝛruptibilis. vel eſt incoꝛruptibilis. que vtiqꝫ ꝓpter
falſam implicationē eſſet falſa. ¶ Ad ſcdm tertiū ⁊ quar
tū poſſem ſimul reſpōdere negādo illud quod cōmuniter
ſupponūt. ſ. aliquod punctū eſſe in magnitudine. hoc eniꝫ
falſum eſt: ſicut patebit in tertia cōcluſione. qꝛ tñ pter hoc
quodlibet etiā aliter deficit. Reſpōdeo ad ſcdm ſuppone-
do ꝓ nunc puncta eſſe in magnitudine ſm ꝙ multi imagi
nātur: ⁊ falſe iudicio meo. hoc tamen ſuppoſito dico ꝙ in
ter pꝛimū punctū: ⁊ quodlibet aliud eiuſdē linee eſt pūctū
mediū. nullū tamen punctū eſt mediū inter pꝛimū pūctū:
⁊ quodlibet aliud eiuſdē linee. ⁊ ideo non ꝓcedit vlterioꝛ
deductio que tota ſupponit ꝙ ad illā vniuerſalē cōceſſaꝫ
ſequatur hec particularis. aliquod punctuꝫ eſt mediū in-
ter pꝛimū punctuꝫ ⁊ quodlibet aliud eiuſdē linee: ⁊ ſuper
hac innititur ſequens argumentatio. Sed hoc non ſequi-
tur ad illaꝫ: quinimmo in tali actione cōmittitur fallacia
figure dictionis pꝛopter ſimilem cauſam ei que dicta eſt
in pꝛecedenti ſolutione. ¶ Ad tertiū dico ſtante pꝛedicta
ſuppoſitione ꝙ deus videt ꝙ inter pꝛimū punctū ⁊ quod-
libet aliud eiuſdē linee intercipitur linea ⁊ infinita etiam
puncta. nō tamē linea nō viſa. nec pūcta nō viſa ab eo. nul
lā tamē lineā deus videt intercipi inter pꝛimū punctuꝫ. ⁊
quodlibet punctū. ⁊ quodlibet aliud punctū ab eo viſum.
¶ Ad quartū dicereꝫ ꝙ nullū punctū eſt mediū inter pꝛi-
mū ⁊ omnia alia eiuſdē linee. ⁊ cū infertur. igitur pꝛimuꝫ
⁊ omnia alia ſunt immediata ſi in cōſequente ly omnia. te
neatur collectiue. cōcedo cōſequēs: quicquid ſit de conſe
quētia. ⁊ nego vlterioꝛē cōſequētiā qua dicitur. igitur ali
quod alioꝝ punctoꝝ eſt pꝛimo immediatū. Inſtantia cer-
tiſſima apud me eſt. qm̄ ſi ſint duo coꝛpoꝛa immediata. a.
⁊. b. diuidēdo. b. in partes ꝓpoꝛtionales ſic ꝙ pꝛima pars
ſit eius medietas remotioꝛ ab. a. ⁊ ſecūda ſit medietas al-
terius medietatis immediata pꝛioꝛi medietati totius . et
tertia ſit medietas reſidui. ⁊ ſic ſemper pꝛocedēdo verſus
a. tunc hec eſt vera. a. et omnes partes pꝛopoꝛtionales. b.
ſunt immediate. ⁊ tamen hec eſt falſa. aliqua pars pꝛopoꝛ
tionalis. b. eſt immediata ipſi. a. cū talium nulla ſit vltima
verſus. a. igitur hec non ſequitur ad pꝛimā. ⁊ ſi hanc inſtā
tiā non admitterent ponentes cōtinuū cōponi ex indiuiſi-
bilibus pꝛo eo ꝙ nō ponerēt infinitatē taliū partiū: ſuā cō
ſequentiam pꝛobare non poſſunt. vnde nec ego illā admit
to. ⁊ adhuc poteſt in ſimili inſtari ſm opinioneꝫ oppoſitā:
quia non ſequitur . huic puncto omnia ala eiuſdem linee
ſunt inequalia. ergo huic aliquod alioꝛuꝫ eſt inequale. nā
antecedens eſt verum ſi ly omnia . ſumatur collectiue. ſic
enim omnia alia ſunt magnitudo ſm illam opinio . Ma-
gnitudo autem inequalis eſt puncto. et tamen conſequēs
eſt falſum. ¶ Ad quintum nego conſequentiam. Ad pꝛo-
bationem dico: ꝙ reſolutionem illā factā eſſe in aliqua vl
timate poteſt intelligi dupliciter. vno modo in aliqua vlti
mate ideſt in aliqua in que alia ſint reſoluta: ⁊ ipſa reſolu-
ta non ſint in aliqua alia. ita ꝙ ipſa ſint vltima in que ſit fa
cta huius reſolutio ſeu diuiſio. Alio modo poteſt intelligi
reſolutionem huius eſſe factam in aliqua vltimate ideſt
totaliter ⁊ complete magnitudinem eſſe in ſuas partes re
ſolutaꝫ: ſeu magis pꝛopꝛie loquendo quelibet que fuerūt
eius partes eſſe actu abinuicem diuiſa ⁊ nulla reſtare di-
uidenda . ſi in pꝛimo ſenſu queratur in que poſito antece-
dente illo in eſſe facta eſſet reſolutio vltimate. an ſcilicꝫ in
aliqua diuiſibilia. an idiuiſibilia. dico ꝙ nec in aliqua di-
uiſibilia nec in aliqua indiuiſibilia: nec in aliqua omnino
vltimate facta eſſet: quoniam nulla eſſent que non eſſent
vltimate reſoluta. vnde ſicut ante huiuſmodi reſolutionē
nulla pars erat irreſolubilis in alias: ſic poſita totali reſo-
lutione nulla eſſet non reſoluta in alias: ſicut ſatis huic ꝓ
pinque dictum eſt in pꝛimo libꝛo. diſtinctio. 35. queſti. vni-
ca. articulo pꝛimo. in reſponſione ad ſeptimum argumen-
tum op. ibi repꝛobate de totali diuiſione continui in ſenſu



diuiſo. Et ſi fieret talis reſolutio actualis tūc etiam eſſet
multitudo aliqua diſcretoꝛum ex multitudinibus pꝛeci-
ſe ⁊ ex nullis vnitatibus ſimpliciter cōſtituta. Sicut etiā
ſuo modo aliqualiter dictū eſt de multitudine continuo-
rum. lib. 1. diſt. 24. q. 1. in ſolutione obiectionis vltime. Si
vero queratur in que vltimate ⁊c. In ſecūdo ſenſu diſtin
guēdum eſt de diuiſibili ⁊ indiuiſibili. diuiſibile enim ali
quādo dicitur ſm actum . et eſt qꝺ actu eſt diuiſum qua-
lis eſt pꝛopꝛie omnis multitudo diſcretoꝛum. aliquando
vero ſm potentiam: ⁊ eſt qꝺ habet in ſe partes non diſtin-
ctas abinuicem. Similiter indiuiſibile dicitur et qꝺ non
habet vllas partes omnino ⁊ qꝺ non habet partes diſtin-
ctas. ⁊ ſic idem ſignificat indiuiſibile qꝺ nō actu diuiſum
ſiue qꝺ non diuiſibile pꝛimo modo ſiue hoc pꝛopꝛie dica-
tur ſiue non. dico igitur ꝙ neutro modo eſſet facta reſolu
tio ad indiuiſibilia: nec etiā ad diuiſibilia ſecūdo modo:
ſed ad diuiſibilia pꝛimo modo. et hec ſolutio magis cla-
ret ex dictis in pꝛimo lib. di. 35. vbi allegatum eſt. ¶ Pꝛe
terea . Quicquid ſit de veritate antecedentis ad bonum
intellectum accepti. qꝛ tamen multi negarēt id: poteſt di
ci ꝙ non ꝓbatur ſufficienter: ⁊ aſſumpta ꝓpoſitio non eſt
vera. quoniam impoſſibile eſt omnes animas poſſibiles
eſſe actu ꝓductas in ſenſu cōpoſito. ⁊ tamen poſſibilitas
animarum: vt eodē modo loquendi vtar cū arguente: nō
ſunt ad actus repugnātes: aut eſſentialiter oꝛdinatos: cū
ſit ad actus eiuſdem ſpeciei . ¶ Item alia pꝛobatio nul-
la eſt. quoniam non eſt inconueniens ꝙ pꝛo inconuenien-
ti recipit. patet enim ꝙ hec vniuerſalis. vtrūqꝫ hoꝛum eſt
verū. demonſtratis duobus contradictoꝛijs contingēti-
bus eſt impoſſibilis. ⁊ tamen quelibet ſingularis eſt poſſi
bilis. Similiter hec eſt īpoſſibilis. omne poſſibile eſſe eſt.
et tñ quelibet ſingularis eius eſt poſſibilis . ¶ Secunda
concluſio eſt: ꝙ quelibet magnitudo compoſita eſt ex infi
nitis magnitudiuibus. verū ꝓpter dicta aliquoꝛū in hac
materia diſtinguēdum eſt de hoc termino infinitum. qui
dupliciter accipi poteſt iuxta cōmune dictū. ſ. ſyncathe-
goꝛeumatice ⁊ cathegoꝛeumatice. pꝛimo modo idem va-
let ꝙ hec oꝛatio. non tm̄ quin maius quo ad continua: vel
non tot quin plura quo ad diſcreta . Sed puto ꝙ magis
ꝓpꝛie diceretur quātocūqꝫ finito maius vel quotcūqꝫ fi-
nitis plura. Cathegoꝛeumatice autem ſi accipiatur in con-
tinuis exponitur per hāc oꝛationem tm̄ ꝙ non maius ſup
ple eſt vel eſſe pōt. quo ad diſcreta vero tot quot non plu-
ra. Sed hec expoſitio non videtur congrua. quoniam ſm
Philoſophū pꝛimū celū vel ſaltem totus mūdus eſt tm̄:
ꝙ eo non eſt nec eſſe poteſt maius: et tamen non eſt infini-
tus. Item ſm multos doctoꝛes modernos infinitis eſſe
poſſunt quinimo etiā ſunt plura. ⁊ ideo melius ſm alios
exponitur infinitum. i. maius ꝗꝫ bicubitum et ꝗꝫ tricubi-
tum: ⁊ ſic de ceteris finitis quātis: ⁊ hoc in continuis. In
diſcretis vero plura ꝗꝫ duo et ꝗꝫ tria et ꝗꝫ quattuoꝛ et ſic
de ceteris multitudinibus finitis . vel aliter licet non ad
ſenſum infinitum illo modo quo ad continua diffinitur ꝑ
hāc oꝛationem maius quātocūqꝫ finito: et quo ad diſcre-
ta plura quotcunqꝫ finitis . Hee autem acceptiones ſatis
differunt. nā infinitum a parte ſubiecti retentū ſyncathe-
goꝛeumatice reddit ꝓpoſitionem vniuerſalem. Sumptū
vero cathegoꝛeumatice non. et aliquādo vno modo ſum-
pto ꝓpoſitio eſt vera. ⁊ alio modo falſa. verbi gratia. poſi
to ꝙ mūdus perpetuaretur in diſpoſitionibus qualibus
nunc agitur. Si diceretur infiniti homines erunt pteriti.
ſi ly infiniti ſumatur ſyncathegoꝛeumatice pꝛopoſitio eſt
vera: quoniā quotcūqꝫ finitis plures erunt pꝛeteriti . Ca-
thegoꝛeumatice aūt eſt falſa. quoniam non plures quot-
cūqꝫ finitis erūt pꝛeteriti. hoc pꝛemiſſo dico ꝙ vtroqꝫ mo-
do ſumpto illo termino quelibet magnitudo eſt ex infini-
tis ſm multitudinem magnitudinibus partialibus com-
poſita ſeu ꝙ in qualibet magnitudine īfinite partes ſunt:
quarum quelibet eſt magnitudo. pꝛobo igitur tria per oꝛ-
dinem. Pꝛimum erit ꝙ cuiuſlibet magnitudinis partes
ſunt actu plures . Secūdum ꝙ cuiuſlibet magnitudinis
ſunt infinite partes : quarum quelibet eſt magnitudo ſu-
mendo ly infinite. ſyncathegoꝛeumatice. Tertium ꝙ cu-
iuſlibet magnitudinis ſunt infinite partes . quarum queli
bet eſt magnitudo ſumendo ly infinite. cathegoꝛeumati-
ce. Et in toto iſto articulo loquoꝛ de partibꝰ ꝓpꝛie: eas. ſ.
vocādo partes magnitudinis: ex quibus magnitudo re-
ſultat: ſeu quarum quelibet eſt pars aliquota totius vel
alicuius partis eius: aut ex talibus cōſtituta: quo modo
pūcta eſto ꝙ ſint non ſunt partes magnitudinis : vt patet
ex concluſione pꝛecedenti. ¶ Pꝛimum pꝛobo ſic. cuiuſli
bet magnitudinis alique partes ſunt diſtātes actualiter.
igitur cuiuſlibet partes magnitudinis ſunt actualiter plu-
res. antecedēs patet: quoniam magnitudo habet partem
⁊ partem ex quibus componitur. ⁊ vt patet ex pꝛecedenti
concluſione. nulla magnitudo componitur ex indiuiſibi-
libus. igitur quelibet pars magnitudinis habet partes.
ſed aliqua pars vnius partis actualiter diſtat ab aliqua
parte alterius partis. verbi gr̄a. extrema medietas vnius
medietatis que eſt quarta totius a parte alterius medie-
tatis totius. conſequentia ſatis eſt euidens: quoniam ne-
ceſſe ſequitur. hoc actu diſtat ab hoc . igitur hoc actu eſt
aliud ab hoc. eiſdem demonſtratis. et vltra. igitur hoc et
hoc ſunt actu plura. Secundo cuiuſlibet magnitudinis
aliqua parte pars aliqua eſt minoꝛ. igitur cuiuſlibet ma-
gnitudinis partes ſunt actu plures. antecedens eſt notū:
quoniam cuiuſlibet magnitudinis medietate medietas
medietatis eſt minoꝛ . conſequentia euidens de ſe eſt.
¶ Pꝛeterea . Idem iudicium quantum hoc eſt de qui-
buſlibet partibus magnitudinis continue. Nunc aut ad
ſenſum videmus ꝙ alicuius magnitudinis aliqua pars
eſt actualiter alba. alia exiſtente actualiter nigra. vna ca
lida alia ſimul exiſtente frigida. vna denſa alia rara. vna
recta alia curua. Item vna poteſt coꝛrumpi alia manen-
te ſalua. que omnia neceſſario cōuincunt illas partes. nō
ſolum actu eſſe. ſed etiā et actu plures et diſtinctas abin-
uicem . Aduertendum tamen ꝙ licet magnitudinis par-
tes ſint actualiter et actualiter partes . ac etiam actuali-
ter plures. ipſe tamē nō ſunt plures partes actuales. ſed
potentiales iuxta differentiam datam de partibꝰ in pꝛi-
mo lib. di. 25. q. 1. vbi etiā oſtendit ſenſus auctoꝛum dicē-
tium ꝙ partes ſunt potentia in toto. et ꝙ non ſunt plures
in actu. et ea que poſſunt argui contra hanc concluſionē
ex dictis ibidem poſſunt ſufficienter ſolui. et ideo ꝓ nūc
hic non arguo contra eam. ſed iam dicta ſufficiāt. ¶ Se
cūdum pꝛobo ſic. cuiuſlibet magnitudinis quelibet pars
habet partem. igitur cuiuſlibet magnitudinis ſunt infini
te partes. antecedens pꝛobatur: quia ſi nō cuiuſlibet ma-
gnitudinis quelibet pars ⁊c. ſequeretur ꝙ aliqua pars
eſſet indiuiſibilis: ac per hoc aliqua magnitudo cōpone-
retur ex indiuiſibilibus. cuius oppoſitum pꝛobatum eſt
in pꝛecedenti concluſione. conſequētia autem nota eſt. qꝛ
ſi cuiuſlibet magnitudinis quelibet pars habet partē. da
to quocūqꝫ numero partium vltra illum ſeu illis plures
erunt partes illarum partium in dato numero accepta-
rum. Et ex hoc patet etiam ꝙ quelibet eſt magnitudo .
¶ Deinde tertium qꝺ etiā ꝓbat ſecundū ſic ꝓbo. cuiuſli
bet magnitudinis quelibet pars habet partem. vt pꝛoba
tum eſt. igitur cuiuſlibet magnitudinis partes ſunt plu-
res quotcūqꝫ finitis: et per conſequens infinite. patet cō-
ſequentia: quoniam quelibet pars partis eſt pars totius
illius partis. igitur omnes partes totius collectiue ſumē
do. et ad bonum intellectum ſunt plures ꝗꝫ quatuoꝛ et ꝗꝫ
centum. et ſic quotcunqꝫ determinati numeri . alias eſſet

infinitū nū componi ex indiuisibilibus
in numero infinito neq. videtur pro
bari hic clare sic 9a ar.

dare maximū numerū earū.et tūc nulla illarum haberet partē ⁊ partē.qđ repugnat antecedenti. ¶ Secundo cuiuſlibet magnitudinis omnes partes ſunt plures et non ſunt finite.igiẗ cuiuſlibet magnitudinis partes ſunt infinite.antecedens patet ſumpto ly omnes.collectiue.nam prima pars ꝓbata eſt in prima parte huius cōcluſionis. Secūda vero ꝓbaẗ.qꝛ ſi omnes ſimul ſumpte eſſent finite tm̄ in quātocūq; numero ponerenẗ oporteret ꝙ quelibet eſſet indiuiſibilis ſeu carens partibꝰ. cuius oppoſitū patet ex concluſione p̄ma. ꝓbaẗ conſequentia.qꝛ deẗ numerus omniū ſimul ſumptarū.⁊ ſit gr̄a exempli.1000. Si aliqua earū habet partes:cū partes eius ſint partes etiā totius magnitudinis.ſequiẗ ꝙ ſint plures.1000.cōſequentia patet:quoniā omnis multitudo vel eſt finita vel īfinita.ſumpto hoc termīo cathegoreumatice. ¶ Tertio oīs multitudo aliquam multitudinem finitam excedens vltra omnem ꝓportionem finitam eſt infinita.patet.ſed cuiuſlibet magnitudinis multitudo omniū partiū collectiue ſumptarū aliquā multitudinē finitā. verbi gr̄a.dualitatem excedit vltra omnem ꝓportiōem finitam ſicut patet ex fundamentis p̄cedentibus. igitur ⁊c̄. ¶ Quarto. cuiuſlibet magnitudinis infinite ſunt partes.igitur cuiuſlibet magnitudinis omnes partes ſunt īfinite.antecedens eſt ꝓbatū ſumpto in eo infinite ſyncathegoreumatice.⁊ conſequentia patet ſumpto in conſequente cathegoreumaicte.⁊ ly omnes collectiue.nā ſi deẗ oppoſitum.videlicet ꝙ omnes ſimul nō ſint ſic infinite.igiẗ omnes ſunt aliquot finite.⁊ vltra.igiẗ non quotcūq; finitis ſunt illius magnitudinis plures partes: quia non ſunt plures q̃ tot quot ſunt omnes ſimul.igiẗ nec eius īfinite ſunt partes: ſumendo infinite ſyncathegoreumatice:qđ repugnat antecedenti.vnde generaliter de quibuſcūq; de ineſſe et de p̄ſenti vere diciẗ ꝙ ſunt īfinita ſyncathegoreumatice.vere etiam diciẗ ꝙ ſunt infinita cathegoreumatice.et econuerſo.vnde quātum ad hoc nō apparet repugnātia ſicut dicūt illi qui concedunt partes magnitudinis eſſe infinitas ſyncathegoreumatice: et negāt ſi ſumaẗ cathegoreumatice. ¶ Aduertēdū tamē ꝙ dicens in p̄dictis omnes partes magnitudinis ſumpto ly oīes collectiue magis ſum ſecutus cōmunem modū loquendi q̃ ꝓprietatē ſermonis.nam magis ꝓprie dicereẗ omnia quorum quodlibet eſt pars. vt frequenter in p̄mo lib.dictū eſt. Et ſic dicēdo pariter cōcludiẗ ꝓpoſitum.quoniā omnia quorum quodlibet eſt pars magnitudinis ſimul ſumpta ſunt infinite magnitudines vt ex applicatione rationū factarum conſiderāti faciliter apparet. ¶ Si dicaẗ contra hoc ſicut aliquos dicere audiui ꝙ iſte terminus omnia vel oēs non poteſt addi termino habēti infinita ſuppoſita ſeu ſtāti ꝓ infinitis ſuppoſitis ſumptis collectiue. Dicendū hoc eſſe falſum ⁊ irrationabiliter dictum.qđ patet.tum quia expſſe oppoſitum patet ex dicto Aug.12.de ciui.dei.vbi

Cap.18. ait ꝙ ſinguli quiq; numeri ſunt finiti.et omnes infiniti. et ſubdit ꝙ omnes numeros nouit deus et non propter eorum infinitatem vſq; ad quādam ſummam numerorum dei ſcientia perueniet:et ceteros ignorat. et patet ꝙ ſumit ly omnes.collectiue:tum ex dicto Philoſophi primo celi.vbi contra Democritum ponentem aliquod cor-

T.c.73. pus conſtitui ex infinitis īdiuiſibilibus eiuſdem ſpeciei arguit ſic.aut omnia eſſent grauia et tūc nullum corpus eſſet leue.aut omnia leuia.⁊ tūc nullum eſſet graue. ⁊ dicit Cōmen.ibi.ꝙ hoc ſequitur ex poſitione eorum ꝙ ſunt

Cōmē.73 infinita.⁊ ꝙ nihil reperitur extra ea.⁊ patet ꝙ vterq; ſumit ly omnia.etiam collectiue. ¶ Preterea. Cōmēta. 3.de anima.dicit ꝙ per intellectum materialem iudica-

Cōmē.19. mus res infinitas in numero in propoſitione vniuerſali. hoc autem eſſet falſum ſi ſignum vniuerſale nō poſſet addi termino habenti ſignificata infinita. ¶ P̄.Officium ſigni.vt dicit Philoſophus.1.periher.eſt conſignare vniuerſaliter, et Boetius dicit ibi ꝙ illud qđ dicitur oīs. id ad quod additur colligit/atq; in vnum corpus adducit.⁊ vniuerſalis cui addiẗ vniuerſalitatē cōſignat.vtrum aūt illud cui addiẗ habeat ſuppoſita infinita/vel non.accidit ſigno. ¶ Premiſſa cōcluſio probatur manifeſte quo ad

ſingula que dicta ſunt ex intentione Aug.2.de lib.ar.vbi Cō.ꝟ. ait:ꝙ quicquid corporis ſenſu attingiẗ nō vnū: ſed multa eſſe conuincitur.corpus eſt enī.⁊ ideo habet innumerabiles partes.Ex quo ptʒ ꝙ ſm eum omne corpus habet innumerabiles partes. alias conſequētia quā innuit per illud.⁊ ideo nulla eſſet. Si autē habet innumerabiles partes.igitur plures ⁊ etiā infinitas. Quod etiā ex declaratione predicti verbi quam mox ſubdit magis apparet.ſed vt minutas inquit quaſq; minuſq; articulatas non proſequar q̃tulūcunq; illud corpus ſit. habet certe aliā partē dextrā/aliam ſiniſtrā/aliam inferiorem/aliā ſuperiorem: aliam vlteriorē/aliam citeriorē / alias finales/ aliam mediam.hoc enī neceſſe eſt q̃tūlibet exiguo corporis modulo ineſſe fateamur. Ecce ꝙ quodlibet corpus et q̃tūlibet parua pars corporis habet multas partes. ⁊ infra ſimiliter ſubdit. cuiuſlibet corpuſculi pars dimidia q̃tis duobus cōſtat:habet ⁊ ipſa dimidiam. Ex his aūt manifeſte ſequitur ꝙ quodlibet corpus habet partes non ſolūm plures:ſed etiā infinitas. qualiter autem nullum tale ſit vnū: et quomodo etiā ſit vnum:declaratum eſt in primo.diſti. 24.q.1. ¶ Contra iſtam concluſionem inquātum ponit in magnitudine eſſe partes infinitas accepto hm̄oi termino cathegoreumatice pulchre ⁊ ſubtiliter arguit doctor quidam probans ꝙ in qualibet magnitudine eſt dare vltimā partem proportionalem/ſeu minimam.et qꝛ conſtat ꝙ eſt dare primam ⁊ maximam.ſequitur neceſſario ꝙ non ſunt infinite.aſſumptum aūt probatur. ¶ Primo ſic.ſint due magnitudines.a.⁊.b.ꝯtingentes ſe:⁊ ſumantur in b. partes proportionales.ſic ꝙ prima ſit medietas eius. ⁊ ſecunda ſit medietas medietatis:⁊ ſic deinceps procedēdo verſus a.tunc arguitur ſic. multitudo harum per.b.coniungitur immediate ipſi.a.igitur aliqua pars huius multitudinis immediate coniūgitur a. antecedens eſt notū. cōſequētia ꝓbatur:quia impoſſi-




bile eſt imaginari ꝙ aliqua magnitudo coniungatur immediate.vel contiguetur alicui niſi aliqua vnitas eius illi coniungatur immediate. ſi ſic.igitur aliqua eſt vltima ſcilicet illa que immediate coniungitur ipſi a.⁊ poteſt cōfirmari: quia ſi magnitudo que eſt b.eſſet actu diuiſa ſm omnes huius partes proportionales retinentes: tamen eoſdem ſitus. ita ꝙ eſſent contigue ſicut nunc ſunt continue aliqua immediate tangeret a.nec poſſibile eſt imaginari oppoſitum.igitur ⁊ nunc dum ſunt cōtinue.cum penitus in nullo ſm propinquitatem/vel diſtantiam/aut ordinem partium aliter tunc ſe haberent / q̃ modo ſe habeant. ¶ Secundo ponatur ꝙ aliquod corpus incipiat in pūcto extremo.a.moueri verſus.b.tunc ſic. In hoc inſtanti illud corpus incepit moueri.igitur aliquis motus vnus futurus incipit in hoc inſtanti : et voco inquit motum vnum qui fit ſuper vnum ſpatium cōtinuum cum ceteris conditionibus poſitis in.5.phyſic. Quicūq; autem T.c.ꝟ. ſit ille motus ſequitur ꝙ fiat ſuper vltimam partem proportionalem, quia aliter non inciperet in hoc inſtanti.



¶ Tertio ponantur duo mobilia.d.⁊.c.moueri ſuper.b. verſus.a.⁊ moueatur.d.in duplo velocius q̃.c.ita ꝙ ſemper cum venerit ad finem alicuius partis proportionalis quieſcat ibi donec.c.veniat illuc:vel ſup eandē lineā: vel ſup equalē aliā.poſſent enim ſup eādem ſi eſſent corpora glorificata.quia tūc non impedirent ſe.ponaẗ etiam ꝙ.c. veniat ad.a.in vna hora in hoc inſtanti terminata gratia exempli.tunc ſequitur ꝙ.c.⁊.d.perueniunt in hoc inſtāti




ad.a.⁊ neutrū prius alio. ſʒ ꝯn̄s eſt ꝯtra poſitum.quia quālibet partē ꝓportionalem p̄us pertrāſibit d.q̃.c.igiẗ omnes p̄us.d.q̃.c.igitur.d.prius venit ad.a. Et primum conſequens ſequitur: quia in hoc inſtanti.c. eſt ad.a.ſi igitur.d.prius fuit ad.a.igitur per aliquod tēpus prius fuit ad.a.ſit autē tempus tale.e.tunc in.e.tempore parte huius hore non mouebatur.d.quia fuit ad.a. toto.e.tempore.vt dicitur.et.c.toto.e.tempore mouebatur. igitur.c.in.e.tempore tranſiuit vnam partem ꝓportionalem tm̄.et per conſequens vltimam . qđ eſt probandum aut plures.ſi plures.igitur non in omni parte proportionali.d.expectauit.c.quod eſt contra poſitum . igitur ex hoc ꝙ ponuntur partes proportionales actu infinite cum alio poſſibili non repugnante:ſequuntur iſta duo contradictoria.ſ.ꝙ.c.et.d.ſimul perueniunt ad.a.et non ſimul perueniunt.igitur illud poſitum claudit contradi-

Piber.li. 2.q.1. ctionem. ¶ Quarto in eodē caſu arguiẗ.ꝙ in hoc inſtanti terminetur aliquis motus corporis.c.quia nullus motus terminatur in hoc inſtāti.niſi per hoc ꝙ aliqua pars eius terminatur . igitur aliquis vnus motus.c.terminatur in hoc inſtāti.et ſequitur neceſſario ꝙ ille fuit factus ſuper vltimam partem proportionalem . quia aliter non eſſet vnus:ſed aggregatus ex multis. ¶ Quinto.in eodem caſu ſequitur idem de.d.ꝙ in hoc inſtanti terminatur aliquis motus eius vel aliqua quies eius . ſi aliquis motus eius ille fuit ſuper vltimam partem proportionalem.quia ille eſt vere vnus ratiōe ſpatij et temporis:cum non ſit aliquis aggregatus motus.d.continuus in tempore per poſitum.⁊ iſta eſt aliqua pars vltima.ſi vero terminetur quies:aut illa eſt finita aut infinita.nō infinita. certum eſt igitur aliquando in aliquo inſtanti incepit : et ſit illud.f.tunc in.f.terminabatur aliquis motus.⁊ ſequitur neceſſario ſicut prius ꝙ ille fuit ſup vltimam partem: ¶ Sexto.ſit ita ꝙ ſup huiuſmodi infinitis partibus proportionalibꝰ ſint infiniti homines habentes corpora glorificata. ita ꝙ corpus vnum terminetur in puncto medio ipſius.b.et corpꝰ ſecūdū termineẗ in fine ſecunde partis. et ſic de infinitis ſuper partes īfinitas ꝓcedendo verſus. a. ita ꝙ non ſint ſimul plures. Sit etiaʒ. c. aliqđ corpꝰ exiſtēs ſup magnitudine.a.diſtās




a magnitudine:b.per pedalē quantitatem.tunc arguitur ſic.aliquis homo eſt propinquiſſimus.c.quia ſi accederet quouſq; perueniret ad homines: aliquem illoꝝ primo tangeret.ille ergo homo propinquiſſimus.c.ſit ſor. aut ſor.tāgit.a.aut non.ſi non. igitur diſtat per certam partem magnitudinis. b. ⁊ ita in illa parte magnitudinis ſunt infinite partes proportionales:⁊ ante illam ſolū finite.⁊ per cōſequēs ante partem illam non ſunt niſi finiti homines nec plures ſuper totam ſm hanc reſponſionem . quod eſt contra poſitū.ſi ſor.tangit.a.igitur aliqua pars proportionalis tangit.a.quia propinquiſſimū extremū ſor.ad.c. eſt ſimul cum termino vnius partis proportionalis.b.per poſitum.illa pars non poteſt poni indiuiſibilis.quia tunc non eſſet pars proportionalis:nec diuiſibilis: qꝛ tunc eſſet aliqua poſterior illa.quod eſt falſum. tum quia neceſſario illa eſſet vltima:quod ſimiliter includit contradictoria.immo vt dicit hoc eſt propoſitum. ¶ Septimo in eodem caſu ſequitur ꝙ annullato ſor. aliquis homo eſt propinquiſſimus.c.⁊ ita ille diſtat ab.a.igitur inter ipſuʒ ⁊.a. ſunt infinite partes proportionales.contra poſitum.quia tūc ibi fuiſſent infiniti homines.immo ſequitur ꝙ ille ſit ſuper penultimam partem proportionalem: quod claudit contradictoria:ſicut ꝙ ſit aliqua vltima : cū vnū inferat aliud et econuerſo. ¶ Propter iſtas rationes quas licet iſte doctor faciat principaliter ad probandum ꝙ non eſt poſſibile eſſe infinitas partes proportiōales in actu ſeparato. qꝛ tamen vt dicit eque procedunt et probant ꝙ nec ſunt infinite partes proportionales in potentia ideſt potentiales ⁊ adinuicem continuate: tenet ſimpliciter ꝙ in magnitudine nō ſunt infinite partes proportionales:tento hoc termino infinite cathegoreumatice . ſi vero teneatur ſyncathegoreumatice:⁊ ponatur a parte ſubiecti precedēdo terminū diſtributū. verbi gratia. infinite partes ꝓportionales ſunt in magnitudine.dicit ꝓpoſitionē eſſe verā ⁊ concedē-

dam. ¶ Octauo arguitur ab alio doctore ſic.in nulla magnitudine ſunt plures q̃ due partes . igitur in nulla magnitudine ſunt infinite partes.cōſequētia patet ex ſignifi- Cluiton ſoꝑ.q.42. cato termini.antecedēs ꝓbatur.qꝛ in nulla magnitudine ſunt plures partes q̃ due medietates.quod probatur: qꝛ due medietates ſunt quatuor quarte ⁊ octo octaue . ⁊ ſic in infinitū:qꝛ totum eſt ſue partes.ſed nullius magnitudinis ſunt plures partes q̃ quatuor quarte ⁊ octo octaue.⁊ ſic in infinitū . cōcedit tamen iſte doctor ꝙ infinite partes ꝓportionales ſunt in magnitudine.ſed ex hoc dicit non ſequi ꝙ infinite partes ſunt in magnitudine:quia arguitur ab inferiori ad ſuperius cum diſtributione. ¶ Nono ab alijs ſic . ſi in qualibet magnitudine ſunt infinite partes. quarum quelibet eſt magnitudo.vt ſupra dictum eſt.quelibet magnitudo eſt actu infinita extēſiue. conſequēs ſenſui patet falſum.conſequentia ꝓbatur:quia quorūcunq; quodlibet additū alteri facit maius:⁊ duo maius q̃ vnū. ⁊ tria maius q̃ duo.⁊ ſic de quolibet in infinitum eiuſmodi ſi ſint infinita faciunt infinitum.ſed conſtat ꝙ quelibet magnitudo q̃tecunq; ſit q̃titatis ſeu magne ſeu parue alteri addita facit maius:⁊ tres maius q̃ due.⁊ ſic in infinitum. ¶ Decimo ſi in magnitudine ⁊c̄.aut in ipſa ſunt infinite partes eiuſdem q̃titatis . aut eiuſdem proportionis. ſi eiuſdem q̃titatis . igitur quelibet eſt infinita . quod eſt falſum.ſi eiuſdem proportionis.idem ſequitur. quoniā ſi ſunt infinite eiuſdem proportionis.ſequitur ꝙ ſunt infinite eiuſdem q̃titatis. quod probatur dupliciter . Primo. quia ſicut due medietates ſunt eiuſdem q̃titatis.ſic ⁊ medietates illarum ſunt eiuſdem q̃titatis . ⁊ iterum medietates illarum ſunt eiuſdem q̃titatis . et ſic quecunq; ſunt eiuſdem proportionis ſunt eiuſdem q̃titatis . Secundo. ſi ſunt infinite eiuſdē proportionis non tot finite quin plures ſunt eiuſdem q̃titatis. Secunda conſequentia patet. et prima probatur: quia vltra omnem finitam multitudinem partium eiuſdem quantitatis ſi ille diuidantur vt prius in partes ſimilis ꝓportionis habentur plures partes que ſunt eiuſdem quantitatis :et quia omnes par-

tes que poſſunt diuidi iam ſunt actualiter in toto. ſequitur ꝙ actualiter in eo ſint infinite partes eiuſdem quantitatis. ¶ Undecimo ſi ſic. igiť in qualibet parte magnitudinis ſunt infinite partes. et per conſequens vel non ſunt plures in toto q̃ in parte. ac per hoc nec multitudo totalis excedit multitudinem partium ſuarum. qḋ eſt contra illud principium. omne totū eſt maius ſua parte. vel vnū infinitum exceditur ab alio. qḋ eſt cōtra ratione infiniti. ¶ Duodecimo. tunc non plures partes eſſent in magnitudine celi q̃ grani ſinapis. qḋ videtur abſurdum. ⁊ conſequētia patet: quia vtrobiq̃ eſſent infinite. Plures alie rationes poſſent fieri ad idem: ſed quia ex ſolutionibus iſtarum et ex his que dicta ſunt in primo. diſt. 44. q. vltima. cetere poſſunt ſolui. ideo pro nunc iſte ſufficiant.

¶ Reſpondeo igiť ad iſtas. et primo dico ꝙ rationes primi doctoris ſi aliquid concludūt. concludūt contra eum. qḋ patet. nam ipſe concedit ꝙ infinite partes ꝓportionales ſunt in magnitudine: ſumpto ly infinite. ſyncathegoreumatice. ſed ex hoc ſequitur ꝙ nulla earum ſit vltima: et econtra. ſi aliqua eſt vltima: igitur non infinite partes ꝓportionales ſunt in magnitudine. conſequentia declarať. quoniā ſi aliqua eſt vltima alicuius ꝓportiōis. cum etiā aliqua ſit prima. igitur omnes ſimul ſumpte ſunt alicuius multitudinis finite. alias cū quelibet precedentiū ſit maior vltima ſi detur ſequereť ꝙ magnitudo ex oībus huiuſmodi ꝓportionibus reſultans includeret infinitas partes equales. ⁊ ſic eſſet extenſiue infinita. quod eſt falſum. ſunt igitur omnes ſimul in aliqua multitudine finita ſeu aliqua multitudo finita. ⁊ cum oībꝰ ſimul ſumptis non ſint in magnitudine plures: ſequitur ꝙ non quotcūq̃ finitis partibꝰ ꝓportionalibus magnitudinis ſint in magnitudine plures ptes. igiť nō īfinite ꝓportiōales ſunt in magnitudine. ¶ Preterea. Si aliqua eſt vltima partiū ꝓportionabilium. vel illa eſt diuiſibilis vel indiuiſibilis. ſi indiuiſibilis. igitur non eſt pars ꝓportionalis. quia indiuiſibilis ad diuiſibile nulla eſt proportio. hāc ipſam cōcluſionem ipſemet facit in. 6. ratione. ſi vero eſt diuiſibilis. igiť aliqua eſt poſterior illa. vt ibidem ipſemet infert. Et ego vlterius infero. igiť ipſa non eſt vltima. et eſt conſequētia euidēs. et ideo multū miror de eo: cū ipſe ponat ꝯtinuū infinite diuiſibile et īfinitas partes ꝓportionales eſſe in eo: ꝙ ipſe ſimul ponit vltimam taliū partiū nec aduertit horum dictoꝝ mutuā repugnantiam. Reſpondeo autem ad primam. ⁊ nego illam conſequentiam. multitudo omniū partiū. b. immediate coniūgitur. a. intelligēdo de partibꝰ ꝓportionalibꝰ: ⁊ ſimilem concluſionem ipē habet negare: ſi ponat pūcta in continuo: ⁊ tamen nullum alteri eſſe immediatū: ſicut manifeſte ſe tenere innuit in eadem queſtione. Cum autem addiť ꝙ impoſſibile eſt imaginare ⁊c̄. dico ꝙ ſi alicui hoc eſt impoſſibile. hoc ideo eſt q̄ imaginanť partes in certo numero. ⁊ aliquam earū vltimam. Qui vero intelligit ſicut vere eſt ꝙ ibi ſunt infinite. ⁊ nulla vltima optime capit ꝙ nulla eſt immediata ipſi a. cum bene videat ꝙ hoc ſequitur neceſſario ad illud. ſimiliter ad cōfirmationem dico ꝙ illa diuiſione data nulla pars erit immediata ipſi. a. ſicut nec ante diuiſionem.

¶ Ad ſecundum dico primo ꝙ ad intellectum quem videtur habere etiam procedit contra eum et contra Philo-
T.c.45. ſophū. 6. phyſicoꝝ. nam ſm hoc ſequitur ꝙ eſt dare pri-
T.c.52. mam partē motus: cuius oppoſitū ponit Philoſophus. et verum eſt. et etiam ipſe ſi velit loqui conſequenter. Secundo reſpondeo ⁊ nego conſequentiam illam: ſicut poſito ꝙ. a. corpus incipiat moueri ſuper magnitudinē. f. hec conſimilis conſequentia eſt neganda. nec ab. a. incipit eſſe acquiſita aliqua pars. f. igitur aliqua pars. f. nunc incipit eē acqſita ab. a. Nam antecedens eſt verū: q̄ vtraq̃ exponens eſt vera. videlicet tā hec ab. a. nūc nō eſt acquiſita aliqua pars. f. q̃ hec. ab. a. immediate poſt nunc erit acquiſita aliqua pars. f. quia nullū tempus erit poſt nūc anteq̃ ſit ab eo acquiſita aliqua pars. f. poſito caſu. et tamen conſequēs eſt falſum. quoniam hec eſt falſa. aliqua pars. f. imediate erit acquiſita ab. a. nā prius erit acquiſita pars eius q̃ ipſa. et ſic tempus aliquod erit anteq̃ ipſa ſit acquiſita. ¶ Ad tertium conceſſo caſu dico ꝙ ſimul in hoc inſtāti. d. ⁊. c. peruenerit ad. a. ⁊ neutrum prius altero. ⁊ cum dicitur ꝙ hoc eſt cōtra poſitum: nego. ad ꝓbationē cum dicitur. quālibet partem ꝓportionalem prius pertranſijt. d. q̃. c. igitur omnes pertranſijt prius. d. q̃. c. et vltra. igitur. d. prius fuit vel venit ad. a. dico ꝙ ſecunda conſequentia non valet. et eſt ratio: quoniam per iſtā. omnes pertranſijt prius. d. q̃. c. non denotatur ꝙ in aliquo iſtanti vno prius fuerunt omnes partes ille complete pertranſite a. d. q̃ a. c. ſed ꝙ in aliquo inſtanti hec pars fuit complete prius pertranſita a. d. q̃ a. c. et ſic de ſingulis. ſicut nec per iſtam. Adam et Noe deus creauit prius q̃ Abraam. denotatur ꝙ in vno aliquo inſtanti prius fuerunt creati Adam ⁊ Noe q̃ Abraam. nam ipſa tunc eſſet falſa. in nullo enim inſtanti illi fuerant a deo creati: ſicut etiā in nullo inſtanti fuerunt. Sed tātūmodo denotatur ꝙ ⁊ Adam in aliquo inſtāti fuit prius creatus q̃ Abraam. et ſimiliter Noe in aliquo inſtanti prius fuit creatus q̃ Abraam. q̃uis Noe in alio inſtāti fuit creatus ab illo in quo fuit creatus Adam. Sed per iſtam. d. prius fuit ad a. q̃. c. denotatur ꝙ in aliquo inſtāti fuit. d. ad a. q̃. c. ad quod ſequitur ꝙ in aliquo inſtanti prius omnes ille partes fuerunt complete pertranſite a. d. q̃ a. c. Et quia non ſequitur. in aliquo inſtanti hec pars fuit prius complete pertranſita a d. q̃ a. c. ⁊ in aliquo inſtanti illa pars prius fuit pertranſita a. d. q̃ a. c. et ſic de ſingulis. igitur in aliquo inſtanti prius omnes partes ille fuerunt complete pertranſite a d. q̃ a. c. ſicut etiam non ſequitur. in aliquo inſtanti Adam fuit prius creatus q̃ Abraam. et in aliquo inſtāti Noe fuit prius creatus q̃ Abraam: igitur in aliquo inſtanti ambo iſti. ſ. Adam et Noe fuerunt prius creati q̃ Abraam. nam manifeſtum eſt. ꝙ antecedens eſt verum. et conſequens falſum. ideo etiā non ſequitur: oēs huius partes pertrāſijt prius. d. q̃. c. igitur. d. prius fuit ad. a. q̃. c. quia qḋ non antecedit ad conſequens non antecedit ad antecedens. forſitā autem non ſequereť prius omnes partes pertrāſijt. d. q̃. c. igitur prius. d. fuit ad. a. q̃. c. quia in antecedente ly prius. nō ſequitur numerum pluralem: nec verbū temporis preteriti. nec aliq̇d aliud: propter quod tollatur quin pro aliquo inſtanti determinate ſupponat. ſed tunc prima conſequentia eſſet neganda. ſ. hec. quālibet partem prius pertrāſijt. d. q̃. c. igitur prius oēs pertranſit. d. q̃. c. ſicut hec neganda eſt. vtrūq̃ eorum. ſ. Adam et Noe deus creauit prius q̃ Abraā. igitur prius deus creauit ambos. ſ. Adā et Noe q̃ Abraā.

¶ Quidam vero doctor alius ſoluit predictam ratiōem Adā. li. 3.
dicendo ꝙ non eſt ſimul dandum ꝙ in continuo ſint hu- diſt. 14. q.
iuſmodi partes proportionales infinite. et ꝙ omnes poſ- 2. dubio
ſint illo modo in certo tempore trāſiri cum talibus quie- ſecundo.
tibus interceptis. Sed illud non ſufficienter dictum eſt: Contra
quoniā ſm ipſummet in continuo ſunt tales infinite par- Adā vbi
tes: nec etiam eſt poſſibile quin ita ſit. et conſtat ꝙ ille ca- ſupra.
ſus non eſt de ſe impoſſibilis: ſed vtiq̃ poſſibilis ſaltem ꝑ potentiam dei. igitur ambo ſunt compoſſibilia. et per cōſequens vtrūq̃ ſimul rationabiliter poteſt dari. ¶ Preterea. Eadem difficultas ex toto poteſt fieri in alio caſu. quem nullus negaret eſſe poſſibilem. videlicet ponendo ꝙ tā. d. q̃. c. mouetur continue ſine quiete intercepta: ſed ꝙ. d. tunc primo incipiat moueri ſuper. b. quando. c. primo pertranſijt medietatem primam ipſius. b. et tunc ſequitur ꝙ ſimul perueniunt ad. a. et tamen quālibet partem. b. prius pertranſit. c. q̃. d. alioquin ſi aliquam ſimul vel prius tranſit. d. q̃. c. reſiduum ſpatij prius trāſibit. d. q̃. c. alias non in minori tēpore equale ſpatium tranſiret velox q̃ tardum. et ſic prius. d. deueniret ad. a. q̃. c. Qꝫ autem iſtud falſum ſit patet. quia poſitum eſt ꝙ. d. eſt in duplo velocius q̃. c. et per conſequens in eodem tempore tranſibit totum. b. in quo. c. tranſibit medietatem tm̄. ſi ergo ſimul incipiunt moueri vt dictum eſt. ſequitur ꝙ ſi-
Que fue mul etiam perficiunt motus ſuos. ¶ Ad quartū et quin-
runt dn̄i tum ſimul dico ꝙ aut per motum vnum et non aggrega-
Pēri. vbi tum intelligunt motum factum preciſe ſuper vnam par-
ſupra. tem proportionalem ſpatij. et tunc dico ꝙ nullus vnus motus. c. aut. d. terminatur in hoc inſtanti: aut intelligūt motum factum ſuper vnū ſpatium continuum cum alijs conditionibus requiſitis: eſto ꝙ in ſpatio illo includātur plures partes proportionales. ⁊ tunc concedo ꝙ aliquis motus. c. immo ipē motus. c. factus ſuper totam magnitudinem. b. terminatur in hoc inſtāti. quod ad verum intellectum non eſt aliud dictu niſi ꝙ totam illam magnitudinem nunc primo. c. tranſiuit complete. ſed ex hoc nō cōcluditur aliqua pars vltima. b. ſicut patet. Sed de ipſo d. ꝙ nō ponitur moueri continue niſi per vnicam partem ꝓportionalem. dico ꝙ nullus eius motus. nec etiam aliqua quies primo terminatur in hoc inſtanti. ſicut nec aliqua eſt vltima pars proportionalis. b. nec illam diſiunctiuam ipſe probat. vnde et conſequenter illo caſu dato concedo ꝙ immediate ante hoc inſtans. d. mouebatur: et immediate quieſcebat et immediate etiam non mouebatur: nec iſte due repugnant: q̃uis iſte repugnent immediate ante hoc inſtans. d. mouebatur non immediate ante hoc inſtans. d. mouebatur.

¶ Item concedo ꝙ poſterius q̃ quieſcebat mouebatur. et poſterius q̃ mouebatur quieſcebat. Sed non poſterius mouebatur q̃ quieſcebat: nec prius quieſcebat q̃ mouebatur. nec tamen ſequitur. ꝙ ſimul mouebatur et quieſcebat. nec etiam ſequitur. immediate ante hoc inſtans quieſcebat: et nō mouebatur ante hoc inſtās poſtq̃ quieſcebat. igitur non immediate ante hoc inſtans mouebatur. nec ex alia parte ſequitur. immediate ante hoc inſtans mouebatur et nō quieſcebat ante hoc inſtās poſtq̃ mouebatur. igitur non immediate ante hoc inſtās quieſcebat. et hoc patet ſi conſiderentur exponentes ⁊ recolatur ꝙ ly q̃. confundit. Sed ſimul cum predictis concedi poteſt et debet ꝙ. d. ſimul deſinit moueri et quieſcere. exponendo ly deſinit. per negationem preſentis et poſitionem preteriti. vtraq̃ enim harum eſt vera. d. non quieſcit in hoc inſtanti: et immediate ante hoc inſtans. d. quieſcebat. que ſunt exponētes huius. In hoc inſtāti deſinit quieſcere. ¶ Itē vtraq̃ harum eſt vera. In hoc inſtanti. d. non mouetur: et immediate ante hoc inſtans. d. mouebatur. que exponunt iſtam. In hoc inſtanti. d. deſinit moueri. ambe iſte vere ſunt. in hoc inſtanti. d. deſinit moueri. in hoc inſtanti. d. deſinit quieſcere. igitur in hoc inſtanti eodem: et per conſequens ſimul. d. deſinit moueri et quieſcere: quod q̃uis ſit verum nō tamen eſt verum: nec eſt conſequens ad illud ꝙ in hoc inſtanti. d. deſinit ſimul moueri et quieſcere. Iungendo ly ſimul. cum ly moueri et quieſcere. et hoc quia non ſimul mouebatur et quieſcebat. Item conſequenter concedendum eſt ꝙ. d. ſimul deſinit et incipit quieſcere. nam in hoc inſtanti incipit quieſcere: vt probatum eſt. Item in hoc inſtanti deſinit quieſcere. probatio. quia in hoc inſtanti non quieſcit: et immediate poſt hoc inſtans quieſcet. per caſum. igitur in hoc inſtanti eodem: et per conſequens ſimul incipit et deſinit quieſcere. hec omnia ſatis patent inſtructis in logica. ¶ Ad ſextum admiſſo caſu. nego primum aſſumptum. ſcilicet aliquis homo eſt propīquiſſimus. c.

¶ Ad probationem nego. ꝙ ſi accederet quouſq̃ perueniret ad homines aliquem primo tangeret: nec hoc ipē ꝓbat: nec certe probare poteſt: ſicut nec ꝓbari poteſt ꝙ aliquod corpus aliquā partem ſpatij primo pertranſeat ſicut demonſtrat Philoſophus. 6. phyſicorum. ¶ Ad ſe- T.c.52.
ptimum non oportet reſpondere: quoniā fundatur ſuper falſo. videlicet ꝙ aliquis ſit propinquiſſimus. c. verbi gratia. ſor. Et per idem patet ad argumētum quaſi ſimile. vt ſi ponatur ꝙ prima pars proportionalis ſit alba. ſecunda nigra. tertia alba. quarta nigra. et ſic alternatim procedēdo verſus. a. ⁊ ꝙ aliquam partem albam/vel aliquam nigram primo tangeret. c. ſi perueniret ad. b. aut ꝙ aliqua alba/vel aliqua nigra eſt propinquiſſima ipſi. c. nā vtrūq̃ eſt falſum. ¶ Ad octauum dico primo ꝙ ſi modus ille arguendi valet ſimiliter pōt probari ꝙ in magnitudine non ſunt infinite partes proportionales. quod eſt contra ipſmet arguentem. primo arguam enim ſic. In nulla magnitudine ſunt plures/q̃ due partes proportionales. igitur in nulla magnitudine ſunt infinite partes proportionales conſequentia tenet eodem modo quo ſua. antecedens probo vt ipſe. quia due partes proportionales ſunt due medietates. et ſi non eiuſdem totius cuius ſunt proportionales. eius tamen magnitudinis que ex ipſis integratur. et ſunt quarte quatuor: et octo octaue. et ſic in infinitum. ſed nullius magnitudinis ſunt plures partes proportionales q̃ due medietates et quatuor quarte: et octo octaue et in infinitum ſunt partes. igitur ⁊c̄. ¶ Preterea. Uidetur ꝙ iſte doctor dicat repugnantiam. concedendo ꝙ in magnitudine ſunt infinite partes proportionales: ⁊ negando ꝙ ſunt infinite partes. nam econtra negatiue in omnibus terminis. valet conſequentia a ſuperiori ad inferius. verbi gratia. bene ſequitur. non ſunt infinita animalia. igitur non ſunt infiniti homines. non ſunt infinita quāta. igitur non ſunt infinita bicubita. non ſunt infinite qualitates. igitur non ſunt infiniti colores. ⁊ nullibi reperitur inſtantia. igitur. ita in propoſito ſequitur. non ſunt infinite partes. igitur non ſunt infinite partes proportionales. et per conſequens ex oppoſito conſequentis inferendo oppoſitum antecedentis ſequitur. ſunt infinite partes proportionales. igitur ſunt infinite partes. nunc igitur ad rationem eius reſpondeo diſtinguendo duplicem ſenſum: qui poteſt haberi de iſta propoſitione. in nulla magnitudine ſunt plures/q̃ due partes. vnus enim eſt ꝙ nulla magnitudo eſt tot partes. quin etiam tot ſint due partes/ſeu ꝙ in nulla magnitudine includuntur tot partes: quin etiam tot partes includantur in duabus partibus. alius ſenſus eſt. ꝙ in nulla magnitudine eſt maior numerus partium dualitate: ita ꝙ nulla magnitudo habet in ſe duas aliq̃s partes ⁊ preter illas. et vtrāq̃ ipſarum aliquam aliā que non ſit pars alterius earū: ac per hoc in nulla magnitudine ſint partes tres ſe totaliter excludētes. In primo ſenſu concedo propoſitionem: ſed tunc nego conſequētiam. nec valet probatio: quoniam cum dicitur ꝙ infinita ſunt plura/q̃ duo ⁊c̄. non eſt ſenſus ꝙ infinita ſint: tot quin etiam aliqua duo ſint tot ſm ꝙ infinita non ſunt duo tātum: nec tria tantum: et ſic de alijs: ſed ſunt duo. et preter illa aliqua alia nō ſunt partes illorum duorum/vel alicuius eorum. et ſimiliter ſunt tria: et aliqua alia. et ſimiliter quatuor ⁊ aliqua alia: et ſic deinceps. Et iſto modo partes ꝓportionales ſunt infinite. Sunt enim plures/q̃ due: quoniam datis quibuſcunq̃ duabus inuicem proportionalibus. verbi gratia. medietate totius et medietate reliqua medietatis totius adhuc preter illas totaliter ſunt alie proportionales partes: et ſimiliter preter tres ſunt alie et preter quatuor alie: ⁊ ſic in infinitum. Et ſi dicatur ꝙ preter medietates duas totius non ſunt alique alie partes non incluſe in eis. dicendum ꝙ verum eſt: ſed ille due me-

dietates non ſunt partes inuicem ꝓportionales. Sed equales. Nõ vero dicit iſte doctor non ſequi infinite partes proportionales ſunt in magnitudine. igitur infinite partes ſunt in magnitudine. patet eſſe falſum ex p̄miſſis. ❡ Ad rationem autem quam aſſignat. videlicet quia arguitur vt dicit ab inferiori ad ſuperius cum diſtributione. dico primo ꝙ falſum eſt: vbi ly infinite teneatur cathegoreumatice ſicut in propoſito: nam ſic ſumptus ille terminus non diſtribuit aliquem terminum cum ſit pure cathegoreuma. et iſtud ſufficit pro argumento. Secundo dico ꝙ ſi ly infinite. teneatur ſyncathegoreumatice adhuc conſequentia eſt bona. ratio eſt: quia q̄uis ab inferiori diſtributo ad ſuperius diſtributum non ſit ſemper bona conſequentia. tamen ab inferiori non diſtributo ad ſuperius non diſtributum eſto ꝙ ipſa precedat ſignum diſtributiuum et ſint propoſitiones vniuerſales eſt ſemper conſequentia bona. verbi gratia. ſequitur. neceſſario quotcūqꝫ hominibus herbe ſunt plures. igitur quotcūqꝫ hominibus corpora ſunt plura. et tamen corpora eſt ſuperius ad herbe. Sed non ſequitur. igitur quotcūqꝫ corporibus herbe ſunt plures res. et eſt ratio que tacta eſt. In propoſito autem cum dicitur. infinite partes proportionales ſunt in magnitudine: quia ſi ly īfinite. teneatur ſyncathegoreumatice equiualet iſti. quotcūqꝫ finitis partibus proportionalibus magnitudinis partes magnitudinis proportionales ſunt plures. Et ly partes magnitudinis ⁊c. non diſtribuitur: ſed tantummodo ly finitis partibus proportionalib⁹ magnitudinis: ideo bene ſequitur. igitur quotcunqꝫ finitis partibus proportionalibus magnitudinis partes magnitudinis ſunt plures licet nõ ſequatur. igitur quotcūqꝫ partibus proportionalibus partes proportionales ſunt plures: quoniam infinitis partibus proportionalibus ſeu multitudine totali partiū proportionalium non ſunt in magnitudine. plures partes ꝓportionales ſunt in magnitudine. igitur infinite partes ſunt in magnitudine. prima tamen ſolutio mihi plus placet. ❡ Ad nonum nego cõſequentiam. ❡ Ad probationē dico ꝙ maior illa eſt vera niſi talia infinita addita ſint infinita equalia vel includentia infinita equalia ſeu infinita quorum quodlibet ſit equale cuilibet. non ſic autem eſt in propoſito vt patet. ❡ Ad decimum dicendum ꝙ infinitas partes eiuſdem quantitatis eſſe in alia magnitudine poteſt intelligi multipliciter. Uno modo ꝙ ſint eiuſdē quantitatis: non ſm omnem dimenſionem: ſed ſm vnam vel duas tm̄. Alio modo ſm omnem dimenſionem: et hoc dupliciter. Uno modo ꝙ ille partes inuicem partialiter ſe includant. Alio modo ꝙ nullatenus ſe includant: ſed quelibet ſit extra quālibet totaliter. Primo modo infinite partes eiuſdem quantitatis ſunt in magnitudine. nam data magnitudine cuius lõgitudo ſit decem palmorum: latitudo vero quattuor: et profunditas quattuor: ſi in ea ſumantur partes proportionales infinite ſm longitudinem: quelibet illarum erit in duabus dimenſionibus: ſcilicet latitudine ⁊ ꝓfunditate magnitudinis totalis quattuor palmorum. ⁊ ſic omnes ſm duas dimenſiones erunt equales: ſm longitudinem vero non. ſed prima erit quinqꝫ palmorū ſecunda duorū et dimidij. et ſic deinceps quelibet erit minor proportionabiliter. Secundo etiam modo in continuo ſunt infinite partes eiuſdem quātitatis. nam in magnitudine. verbi gratia. duorum palmorum: quorum primus ſit. a. ſecūdus ſit. b. ſunt infiniti palmi ſe partialiter includentes. verbi gratia. a. eſt minus. Itē a medio. a. vſqꝫ ad medium. b. eſt alius: ⁊ ſit. c. Item. a. medietate medietatis. c. que eſt inter. a. ⁊. b. vſqꝫ ad medium ſecunde medietatis. b. eſt alius. et ſit. d. et ſic incipiendo a medio illius partis. d. que eſt ante. b. et ſemper a medio reſidui cuiuſlibet palmi ante. b. habebit̄ alius palmus: nec eſt ſtatus ad aliquem vltimum: cum illud reſiduū ſit ſine fine taliter diuiſibile. Sed tertio modo eſſe infinitas partes eiuſdem quantitatis poteſt dupliciter intelligi ſm duplicem acceptionem huius termini infinitum. quoniā ſi ſumatur cathegoreumatice: non eſt concedendū ꝙ ſint infinite: quoniam neceſſario ſequeretur: ꝙ magnitudo illa eſſet actu extenſiue infinita. Si vero ſumatur ſyncathegoreumatice poteſt duplex ſenſus eſſe huius propoſitionis. infinite partes eiuſdem quantitatis ſunt in magnitudine. vnus eſt ꝙ alicui certe ⁊ determinate quātitati. verbi gratia. pedali. infinite ſunt equales: ⁊ iſte ſenſus eſt falſus. alius eſt: ꝙ quotcunqꝫ partes ſunt equales alicui certe quantitati: adhuc plures ſunt equales. verbi gratia. alicui quantitati. non tamen eidem cui pauciores erāt equales. verbi gratia. in magnitudine. 10. palmorum ſunt. 10. decime eiuſdem quantitatis: ⁊ quelibet eſt equalis palmo. Item viginti vigeſime ſunt eiuſdem quantitatis. nā quelibet eſt equalis ſemipalmo. ſed non quelibet vigeſima eſt equalis palmo: ſicut decima quelibet eſt palmo equalis. ⁊ in hoc ſenſu concedendum eſt ꝙ infinite partes eiuſdem quantitatis ſunt in qualibet magnitudine. Et ideo forte ſm proprietatem ſermonis hec eſſet concedenda. infinite partes eiuſdem q̄titatis ſunt in magnitudine. et hec eſſet neganda. eiuſdem quantitatis infinite partes ſunt in magnitudine pro eo ꝙ in ſecūda ly eiuſdem quantitatis. ſupponit determinate ex virtute ſermonis. ⁊ per conſequens facit primum ſenſum qui eſt falſus. in prima autē pro eo quod ſequitur ſyncathegoreuma illam dictionē que habet virtutem confundendi ſupponit confuſe tm̄. ⁊ ideo nõ cauſat quantum eſt ex vi ſua illum primū ſenſum falſum. ❡ Tunc ad formam rationis dicendum ꝙ in magnitudine ſunt infinite partes eiuſdem quantitatis primo modo ⁊ ſecundo: qualitercunqꝫ ſtet ly infinite. nec tamen ſequitur quod infertur. tertio etiā modo ſunt infinite. ſumpto ly infinite. ſyncathegoreumatice. ⁊ in ſecundo ſenſu dicte propoſitionis dato. ⁊ ex hoc non ſequitur quod infertur. ſed non ſunt infinite cathegoreumatice. nec etiam ſyncathegoreumatice in primo ſenſu. ❡ Ad probationes dicēdum ꝙ vtraqꝫ procedit in ſecūdo ſenſu ⁊ neutra in primo. vt ſatis patet. ❡ Ad vndecimū patet reſponſio ex dictis in primo. diſtin. 44. queſtio. vltima. articulo primo. in reſponſione ad ſecundam obiectionem. ❡ Ad duodecimū concedo ꝙ non plures partes proportionales ſunt in celo q̄ in grano ſinapis. ſed vtiqꝫ in celo ſunt maiores nec hoc eſt abſurdum. immo veriſſimum ⁊ clariſſimum. nam clarū eſt ꝙ in celo non ſunt plures medietates totius q̄ due nec plures quarte q̄ quatuor. et certe ita due medietates ſunt in vno paruo corpore ⁊ quatuor etiam quarte. ⁊ vniuerſaliter in quacunqꝫ proportione quot partes habet celum: tot habet quodlibet paruū corpus. nec in hoc eſt differentia inter corpus paruum ⁊ magnum. ſed differentia eſt ꝙ partes eiuſdem proportionis hincinde nõ ſunt eque magne. ſꝫ in maiori maiores: ⁊ in minori minores. ❡ Tertia concluſio eſt ꝙ in nulla magnitudine eſt aliquid indiuiſibile: ſcilicet intrinſecum. dico autem intrinſecum: ne calūnioſe inſtetur de anima intellectiua aut angelo quorū vtrunqꝫ eſt indiuiſibile: ⁊ tamen in corpore: ſed nec anima eſt in corpore vt aliquid ei intrinſecū: ſed vt forma in materia. nec etiam angelus eſt aliquid intrinſecum corporis ſed eſt in eo vt in loco ſm modum inferius explicandum. de talibus igitur indiuiſibilibus non loquor: ſed de qualibus imaginantur ponentes indiuiſibilia ſitualia: vel omnino indiuiſibilia: qualia vocant puncta: vel diuiſibilia ſm vnam dimenſionem tm̄: qualia vocant lineas: vel ſm duas tm̄: qualia vocant ſuperficies. quorum opinionem quia plurimum vulgata eſt non oportet declarare.

❡ Sed contra eam probo concluſionem predictam. primo igitur probo ꝙ in nulla magnitudine ſit aliquod punctum. et quia idem de omnibus eſt iudicium. ſumo gratia exempli magnitudinem vnam: que ſit. a. et arguo ſic. ſi in. a. eſt aliquod punctum: aut vnum preciſe aut plura. ſi vnum preciſe. igitur pars aliqua ipſius. a. erit penitus abſqꝫ puncto. vtpote ea que diſtat ab eo. ⁊ per conſequēs aliqua eſt magnitudo abſqꝫ puncto. igitur et quelibet eſt abſqꝫ puncto. cum idem iudiciū ſit de omnibus. ❡ Preterea. Non eſſet ratio in qua potius parte eſſet illud vnicum punctum: ſi plura puncta ſunt in. a. aut preter ſingula: et quelibet et omnia ſimul puncta ipſius eſt aliqua entitas in. a. aut non. ſi non. igitur. a. conſtat preciſe ex punctis. cuius oppoſitum demonſtratum eſt in concluſione prima. ſi ſic. igitur in. a. eſt aliqua entitas: que nec eſt punctum nec includit punctum. alioquin preter ſingula et omnia puncta daretur punctum. quod eſt impoſſibile. Cum igitur illa non ſit punctum. igitur eſt diuiſibilis: et per conſequens magnitudo aliqua carens punctis et puncto. fruſtra igitur in. a. ponitur punctum. ❡ Confirmatur. quia pono ꝙ deus: ſicut bene poteſt cū ſit omnipotens: deſtruat omnia puncta. a. et preciſe ipſa. tūc aut remanſit aliqua entitas que prius fuit entitas. a. aut nulla omnino. ſi nulla. igitur. a. ex punctis preciſe conſtabat. ſi aliqua conſtat ꝙ illa non eſt indiuiſibilis. quia tunc eſſet punctum. et per conſequens aliquod punctum deſtructum adhuc eſſet. vel non quodlibet punctum. a. eſt deſtructum. quod eſt contra poſitum. igitur eſt diuiſibilis et carens ſimiliter puncto propter eandem rationem. et ſic vt prius habetur aliqua magnitudo carens puncto. ❡ Secūdo. pono ꝙ magnitudo. a. ſuperponatur magnitudini. b. ſibi equali. et deinde ꝙ deus conſeruet omnia puncta. a. nullam aliam entitatem. a. ſi qua eſt conſeruando. et ſimiliter nullum punctum in ſitu alio ſtatuendo. caſus iſte cuilibet catholico et confitenti omnipotentiā dei debet videri poſſibilis. hoc poſito. quero aut illa puncta occupant totam magnitudinem. b. ſicut prius totam occupabat magnitudo. a. aut non: ſed aliqua vel alique partes. b. remanēt vacue ſeu quibus nulle entitates que fuerunt. a. ſuperponūtur. Si detur primum: ſequitur ꝙ pūctum ſit immediatum puncto in ipſa magnitudine. b. et ipſa ſit conſtās ex punctis preciſe. et ſimiliter ꝙ. a. non intra ſe vllam entitatem preter ſua puncta continebat. Si ſecundum. igitur illas partes prius occupabant alique partes. a. que nec erant nec includebant puncta: ⁊ ꝑ conſequens erant magnitudines ſine punctis: quod eſt propoſitum. ❡ Item ſequitur ꝙ vel puncta plura ſint in magnitudine. b. q̄ erant in. a. quod non conueniēter dicitur: eo ꝙ eſſent equales magnitudines per caſum. vel alique partes ſunt in. b. carentes punctis. ex quo infertur propoſitum. ❡ Tertio. nulla experientia vel ratio cogit ponere talia puncta: nec etiam auctoritas q̄ non liceat refutare. igitur talia eſſe non eſt dicendum. conſequētia eſt euidens. probo antecedens: et de experientia quidem ꝙ nulla habeatur de punctis ſatis certum eſt. quinimmo difficillimum ne dicam impoſſibile eſt illa imaginari vel cogitare: auctoritas etiam nulla eſt auctentica de hoc. Sed ꝙ nec ratio cogat declaro: quoniam ſi hac argueretur ex aliquo: hoc: vt apparet per ponentes talia puncta: vel argueretur ex finitate magnitudinis vel ex eius continuitate. i. ex eo ꝙ magnitudo eſt finita vel ex eo ꝙ continua. vnde non ponunt aliquod punctum niſi terminans vel continuans. Sed non propter primum eſt ponendum punctū. probo: quia quero quomodo intelligūt magnitudinem finiri puncto: aut enim intelligunt ſic: ꝙ ex tali pūcto magnitudo eſt certe menſure et protenſionis atqꝫ habens vltimam partem ſui terminate quantitatis: ita ꝙ ſi punctum non terminaret eam ipſa non eſſet certe protenſionis nec haberet vltimam partem ſui: quinimmo vltra quālibet partem tante quantitatis haberet aliam eiuſdē quantitatis et eſſet infinita extenſiue: aut non intelligunt ſic magnitudinem finiri puncto: ſed forte aliquo alio modo. Sed nullus alius modus quo magnitudo dicatur finita eſt euidens. Nec neceſſario ponendus ex aliquibus nobis notis. igitur nec per aliquem alium modum finitatis ponendum eſt punctum finiens magnitudinem. non enim loquor hic de finitate perfectionis: quia non eſt ad propoſitum: nec etiam illam tribueret pūctum magnitudini. quinimmo. magis augeret eius perfectionem. igitur non eſt neceſſarium ponere punctum vt linea ſit finita. hoc eſt ad primum intellectum: ſed ꝙ nec illo modo ſit neceſſarium probo: quoniam ſi ſic. ſequeretur ꝙ ſi pūctū eiuſmodi deſtrueret̄ ⁊ magnitudo remaneret nullo alio puncto ei vice p̄mi addito vel creato: ⁊ nulla etiā magnitudine ſibi nouiter addita. ipſa vtiqꝫ eſſet infinita extenſiue: ſeu protenſa in infinitum. conſequentia patet. ſed conſequens eſt falſum: quoniam nulla magnitudo per ſolam ablationem alicuius a ſe fieret maior. non enim eſt imaginandum ꝙ punctum impediat magnitudinem vlterius protendi: quare eo non impediente ipſa funderet partes ſuas per totum mundum: ſicut id qđ obturat foramē dolij impedit vinum fundi extra dolium per partes dom⁹. igitur caſu illo poſito non eſſet linea infinita: ſed finita. ❡ Ad iſtud reſpondet in veritate quidam doctor dicens ꝙ impoſſibile eſt punctum deſtrui magnitudine remanente. Ratio eſt vt dicit: quoniam quod non eſt niſi virtute alterius preciſe non poteſt annihilari niſi per annihilationē illius ꝑ qđ eſt. vnde cum punctus nõ habeat eſſe niſi entitate linee non annihilatur niſi annihilatione linee. ❡ Hec reſponſio non valet. tum quia cum punctum ſm iſtos ſit res diſtincta a linea ſi habet eſſe entitate linee nõ habet eſſe illa entitate niſi tanqꝫ per cauſam vel intrinſecam vel extrinſecam. conſtat autem ꝙ iſtud falſum eſt: quoniam in nullo genere cauſe linea eſt cauſa puncti. ❡ Preterea. Eſtō ꝙ eſſet cum nihil prohibeat quālibet cām diuina virtute poſſe eſſe ſine cauſato poterit dei virtute magnitudo exiſtere ſine puncto: tum quia maior aſſumpta. ſ. ꝙ nõ habet eſſe niſi virtute alterius ⁊c. falſa eſt prorſus. nam ſic ſequeretur ꝙ nulla creatura poſſet annihilari niſi per annihilationem dei. Sic ergo patet ꝙ nõ ꝓpterea vt magnitudo ſit finita eſt neceſſarium pūctum. ❡ Quod vero non ſit neceſſariū adhuc ꝙ magnitudo ſit continua probatur faciliter: quoniam non minus eſt poſſibile et cognitu facile vnam partem magnitudinis cum alia continuari: et vnam per ſe conſtituere magnitudinem q̄ punctum ipſum cū aliqua vel aliquib⁹ partib⁹ magnitudinis: et tamen non ponunt punctum facere cum partib⁹ magnitudinum per ſe vnum alio puncto mediante. igitur eque faciliter. immo amplius multo vna pars cum alia cum ſint eiuſdem rationis poterunt per ſe vnum conſtituere. ❡ Preterea. Cum due eque prius diſcrete continuantur adinuicem ſi continuantur mediante puncto quero in quo eſt ſubiectiue illud punctum: aut enim eſt in aliquo indiuiſibili materie vnius aque illarum tm̄: aut tam in vno indiuiſibili vnius q̄ in vno alio alterius: aut in aliquo indiuiſibili materie communi ambabus nouiter generato. non poteſt dici primum: quia non eſt potior ratio pro vna parte q̄ pro alia: nec ſecundum: quia tunc haberet duo ſubiecta eque prima: quod non videtur poſſibile naturaliter. Et per iſta duo etiam cõcluditur ꝙ nõ ſit in alia parte diuiſibili alterius vel partibus vtriuſqꝫ. nec etiam in aliquo accidente diuiſibili: quod etiam ex alijs cauſis eſt magis impoſſibile: vt puto ſatis patere attendenti. et ſatis per illos puncta improbantes ſufficienter monſtratum: nec etiam poteſt dici ꝙ ſit ſubiectiue in

aliquo accidēte indiuiſibili: quia etiam de' illi⁹ ſubiecto par queſtio eſſet. Relinquitur igitur ꝙ eſt in aliquo indiuiſibili materie ſeu in aliqua indiuiſibili materia cōmuni nouiter generata. Et vbi tunc eſt vox totius philoſophie clamantis materiam ingenerabilem eſſe et theologie tenentis ipſam a ſolo deo poſſe produci: ⁊ nullā creaturam poſſe niſi preſuppoſita ea aliquid materiale ꝓducere. ¶ Preterea. Cum aliqua quantitas continua diuiditur punctum continuans vel remanet vel corrumpitur. non remanet: quia non in vtraqꝫ parte nec in vna potius ꝙ̄ in alia corrumpitur. igitur. ſed tunc aut indiuiſibile materie qđ prius eo informabatur remanet vel corrumpitur. nō remanet: quia nec per ſe ſeorſum ab vtraqꝫ parte vt certum eſt: nec cum vna parte tm̄: cum non ſit ꝓ vna ꝙ̄ ꝓ altera potior ratio: nec cum vtraqꝫ: cum nō poſſit naturaliter eſſe in pluribus diſtantibus ſitibus. igitur corrumpitur: ⁊ nonne etiam philoſophie vox eſt materiā non eſſe naturaliter corruptibilem: et certe multo magis clamaret non eſſe annihilabilem: qđ in ꝓpoſito tamen ſequeretur. ¶ Deinde hāc eādem concluſionem ꝓbo ꝑncipaliter rationibus phyſicis et fundatis ſuper demōſtra-
T.c.86. et.89. tionib⁹ ⁊ intētione Philoſophi. Ipſe nāqꝫ .6. phyſi: iuxta finem ꝓbat nullum indiuiſibile poſſe moueri: ꝓpterea qꝛ nihil poteſt moueri per ſpatium maius ſe niſi prius moueatur per equale: et per conſequēs ſi indiuiſibile moueretur prius moueretur per equale ſibi ꝙ̄ per maius: et ex hoc inferendo. Quare inquit Philoſophus erit linea ex punctis. ⁊ ꝓbat conſequentiam. d. ſemper enim motum ꝑ equale omnem lineam menſurabit: tunc ſimul arguo. Si eſt aliquod indiuiſibile magnitudinis: ſequitur ꝙ illa mota ſuper aliam magnitudinem: ipſum etiam mouebitur: et continue motum per equale ſibi menſurabit totam magnitudinem illam. igitur illa eſt ex pūctis compoſita. cōſequens reputat Philoſophus impoſſibile: et ita etiam ꝓbatur in prima concluſione ſupra. prima conſequentia nota eſt: quoniam non poteſt moueri magnitudo ſine puncto ſiue continuante ſiue terminante. ſiquidē tale habet: etſi continue mouebitur continue erit in ſitu ſibi equali: ſicut et cetera mota: et ſic ſemper motum per equale trāſibit magnitudinem et menſurabit illam. Secunda vero conſequentia patet per Philoſophum: et ſatis per rationem ſi quis attendat. ¶ Sed huic rationi dicitur ꝙ non valet ꝙ̄uis valeat illa Philoſophi. propterea quia Philoſophus ꝓbat indiuiſibile non poſſe moueri ꝑ ſe: quoniā ſi ſic moueretur: tunc ſemꝑ moueret̄ ꝑ equale ⁊ de equali ad equale: et ſic oporteret totā illam magnitudinem ex equalibus illi conſtitui. Sed non ſic eſt ſi moueatur tm̄ ꝑ accidens: ꝓpter qđ ratio iſta non probat indiuiſibile non eſſe in magnitudine: nec etiā nō poſſe cōtinue moueri ad motum illius. Hec reſponſio penitus nulla eſt. nam pari facilitate poterit negari illud inconueniens ſequi ſi indiuiſibile moueatur per ſe ſicut ipſa negat ſequi ſi moueat̄ per accidens: qđ patet: quia nihil aſſumitur in ꝓbatione illa: qđ non eque verificetur de moto ꝑ accidens: ⁊ de moto ꝑ ſe. nā conſtat ꝙ indiuiſibile motū ꝑ accidens non mouetur ꝑ maius: quin ꝑ̄us moueat̄ ꝑ equale: ⁊ ſic etiā continue motū menſurat magnitudinē ꝑ equalia ſibi: ſicut ſi eſſet ſeparatū ⁊ moueret̄ ſuꝑ illa ꝑ ſe: quare equaliter de vtroqꝫ illud ipm̄ cōcludit̄. ¶ Amplius hoc idē patet ſic. qꝛ cōſtat ꝙ nō ex alio arguit̄ magnitudinē cōponi ex indiuiſibilib⁹ ſi indiuiſibile moueat̄ ꝑ ſe ſuꝑ illa: niſi qꝛ indiuiſibile ſic motū cōmenſurando ſe illi ſemꝑ per equalia ſibi totam perficit et menſurat. illa autem equalia indiuiſibili moto non habet ab illo: ſed prehabet in ſeipſa: ſed conſtat ꝙ indifferenter ipſa habet huiuſmodi indiuiſibilia ſi indiuiſibile moueatur ſuper ea per accidens: ſicut ſi ꝑ ſe ⁊ equaliter vtroqꝫ modo ꝑ indiuiſibie mēſuraret̄. vnde ex hoc formo talem rationem. ſi aliqua magnitudo tota mēſuraretur per indiuiſibile: ſi moueretur ſuper illa per ſeipſa eſſet compoſita ex indiuiſibilibus hoc conceditur. ſed ſi aliqua magnitudo menſuraretur per indiuiſibile motū per accidēs ipſa mēſuraretur tota per indiuiſibile: ſi per ſe moueret̄ ſuper ea. igitur ſi aliqua magnitudo mēſuratur tota per indiuiſibile motū per accidens ipſa eſt ex indiuiſibilibus conſtituta. ¶ Preterea. Qꝛ dicta reſpōſio non ſit niſi fuga verbalis: pꝫ ex alio: quoniam non minus arguitur magnitudinē cōponi ex partib⁹ alicuius determinate ꝙ̄titatis equalibus alicui quāto/ vel parti ꝙ̄titatis mote per accidens/ ꝙ̄ ex equalibus ei quod mouetur per ſe. verbi gratia. ſi ſit magnitudo decem cubitoꝝ: et ſuper ea que moueatur corpus bicubitale. conſtat ꝙ nec cubitus qui eſt medietas huius corporis: nec ſemicubitus qui eſt quarta eius moueat̄ per ſe: ſed per accidens ad motum totius: ⁊ tm̄ quia illa magnitudo mēſuratur tota per cubitum ⁊ ſemicubitū: ſicut ⁊ per cubitū. idcirco ſicut dicimus ipſam cōponi ex decem cubitis: ſic etiā dicimus illam cōponi ex .20. cubitis: et .40. ſemicubitis. ſic igitur erit in propoſito ſi mēſuretur per indiuiſibile motum per accidens non erit minus/ ꝙ̄ ſi mēſuraret̄ per indiuiſibile motū per ſe. ¶ Preterea. Ad cōcluſionē ſi eſſent talia indiuiſibilia in quolibet corpore continue moto localiter eſſet aliquod indiuiſibile ſm̄ ꝙ ipſum eſſet primo mutatū conſequens eſt expreſſe: ⁊ ex intētione Philoſophi reprobatum .6. phyſico. conſequentia patet. quoniam indiuiſi- T.c.46.
bile terminatiuum corporis moti. erit illud ſm̄ quod ip- et.52.
ſum motum primo motum. ¶ Preterea. Idem ſequitur ex parte ſpatij ſuper quod mouetur: quod etiam reprobatur ibidē eſt. patet conſequētia. nam poſitis duabus magnitudinibus bipedalibus contiguis ſm̄ imaginationem predictā de indiuiſibilibus iſte habebunt diuerſa vltima ſua indiuiſibilia: ꝙ̄uis ſimul tunc accipiat̄ aliud corpus bipedale et ſuperponatur vni illarum: ſic ꝙ vltima huius corporis ſint ſuperpoſita vltimis illius magnitudinis: et moueat̄ deinde ſuper aliā contiguā magnitudinē: ⁊ tunc pꝫ ꝙ erit dare primū acquiſitū ex magnitudine illa. et ꝑ ꝯñs ſcđm qđ vel ad qđ motū illud eſt primo motū. vꝫ indiuiſibile terminās magnitudinē illam ſuper quā mouetur: nec poteſt dici ꝙ Philoſophus nō intēdit negare ſimpliciter primū acquiſitū ex ſpatio: ſed tantūmodo primū acquiſitū per motū. illud aūt indiuiſibile nō acquirit̄ per motū: hoc inquā nō valet: qm̄ ipſe intēdit vl̄r negare primū acquiſitū: qđ pꝫ: qꝛ ſtatim poſt ex hoc cōcluſo tāꝙ̄ ex principio. cōcludit vlterius ꝙ ante quodlibet mutatū eſſe precedit moueri: quod non eſſet verū: ſi eſſet primū ad qđ mobile eſſet mutatū. ſic igitur dico ꝙ nulla entitas extra aiam eſt in magnitudine ſimpliciter indiuiſibilis: qualeſ exiſtimāt punctū: nec aliqua indiuiſibilis tm̄ ſm̄ vnā dimenſionē: qualē dicunt eſſe lineam: nec aliqua diuiſibilis tm̄ ſm̄ duas: qualē opinātur eſſe ſuperficiē: que duo vltima poſſent per eaſdē ratione illas applicādo ꝓbari: per quas probatum eſt primū. ¶ Huius intentionis vt puto indubitāter fuit Philoſophus: ſicut ex rationibus ſupra inductis vltimo euidēter apparet. hoc etiā expreſſe dicit in libro ſuo de motibus aialiū. vnde in illa parte. dubitabit aūt aliquis. reprobans eos qui dixerunt celum moueri a polis propter quādam virtutem exiſtētem in eis: adducit rationes contra hoc. prima que eſt ꝙ polorum: vt capiuntur velut indiuiſibilia quedam: nulla eſt eſſentia. igitur in eis nulla virtus ad mouendum. Alia quia vnus motus non eſt a duobus motoribus: ⁊ hec ſunt verba ei⁹. Sed ꝙ polos putant quandam virtutem habere nullam habentes magnitudinem: ſed exiſtentes extrema: et puncta: non bene ſupple putant: ⁊ coniungit probationem ꝙ non bene dicūt. cum hoc enī quod eſt nullā ſubſtātiā eſſe nullius taliū ⁊ moueri vnū motū a duob⁹ impoſſibile. polos autē duos faciūt. In eo autē quod dicit nullā ſubſtātiā eſſe nullius taliū: tāgit rationē primā que eſt ad ꝓpoſitū noſtrū: in reliquis vero verbis aliā. ¶ Huius etiā intentionis expreſſe eſt Auguſti. qui vt paulo infra patebit. vult ꝙ in corpore extra animā nullū omnino eſt indiuiſibile ſiue punctū ſiue linea vel ſuperficies. ¶ Contra concluſionē iſtā dubia plura ſunt. Primo quidem: quoniaꝫ ipſa videtur diſſonare pene toti philoſophie geometrie atqꝫ logice. nā ſm̄ quālibet predictaꝝ ponēda ſunt talia indiuiſibilia. Et de logica quidē patet in predicamētis vbi Philoſopus dicit ꝙ partes linee copulātur ad punctum ⁊ ſuperficiei ad lineam ⁊ corporis ad ſuꝑficiem.

T.cō.2. ¶ In .6. etiam phyſi. in principio dicit ꝙ contigua ſunt
.phy.22 quorum vltima ſunt ſimul. continua vero quorum vltimum eſt idem: que nullatenus vera eſſent ſi nulla eſſent indiuiſibilia. nam conſtat ꝙ nulla indiuiſibilia duorum contiguorum ſunt ſimul: ſed vnum extra aliud. Item geometra ponit huiuſmodi indiuiſibilia et diffinit illa. punctum quidem ꝙ eſt cuius pars non eſt. lineam ꝙ eſt longigitudo ſine latitudine. Superficiē vero dicit que longitudinē ⁊ latitudinē tm̄ habet. Similiter dicit ꝙ pūctus qui in medio circuli eſt centrū dicitur: ⁊ talem demonſtrat in quolibet circulo poſſe inueniri Euclides lib. 3. ꝓpoſitione prima. Augu. quoqꝫ in libro de quātitate anime. talia indiuiſibilia ponit quaſi per totū. ¶ Secundo ſi nulla eſſet
T.c.42. ſuperficies nullus eſſet corporis locus. dicitur eīn. 4. phyſi. ꝙ locus eſt ſuperficies corporis cōtinētis: nec poteſt dici ꝙ corpus cōtinēs eſt locus: et nō aliquod eius indiuiſibile: quod ſit ſuperficies: qꝛ vt ibi dicitur locus eſt equa-
T.c.28. lis locato. corpus autēꝫ cōtinentis: ⁊ quelibet etiam pars eius diuiſibilis ambiens locatum excedit locatum.

¶ Tertio aliqua corpora tangunt ſe: ⁊ conſtat ꝙ non ſm̄ profunditateꝫ coꝝ: alioquin ſe mutuo penetrarent. igitur ſm̄ vltimas eorum indiuiſibiles tm̄ ſuperficies. ¶ Quarto ſuperficies corporis videtur ꝙ non videtur profunditas. igitur ſuperficies aliud eſt a ꝓfunditate. antecedens patet ſenſu: et conſequentia tenet per primuꝫ principium.

¶ Confirmatur quoqꝫ conſequentia per Philoſophum
T.c.128. 2. de anima. in illo capitulo. Qꝛ auteꝫ non ſint ſenſus ꝑ̄ter quinqꝫ. vbi dicit ꝙ quia aliquo ſenſu cognoſcimus magnitudinē quo non cognoſcimus colorem: fit manifeſtum nobis ꝙ aliud eſt magnitudo ⁊ aliud color: ſic in propoſito.

¶ Quinto fortiſſime hoc videtur argui geometrice ſic. ſi nō eſt dare aliquod punctū: ſequitur ꝙ ſi corpus ſphericū poneretur ſuper planū tangeret ipſum ſm̄ aliquid diuiſibile: cōſequēs eſt falſum: ⁊ cōſequētia ꝓbatur: qꝛ certū eſt ꝙ tāgeret ipſum. Si vero nō ſm̄ aliquid diuiſibile. igitur ſm̄ aliquid indiuiſibile: ⁊ ꝑ cōſequēs eſſet aliquod indiui indiuiſibile: quod repugnat antecedenti.

Caton ¶ Sexto arguit doctor quidam ſic. deus poteſt facere lineam indiuiſibilem ſecundum latum: ⁊ ſimiliter punctū omnino indiuiſibile. igitur ex talibus componitur continuum: ⁊ per cōſequēs talia ſunt. cōſequētia probatur. qꝛ vnū indiuiſibile poteſt deus alteri applicare in ſitu immediate: ⁊ tamē diſtincto: ⁊ tūc in ſuperficie plana cui ſic ſuperponeretur correſpōdēt immediata indiuiſibilia neceſſario. igitur ⁊c̄. antecedens probatur: quia tale quid eſſe non apparet euidenter contradictionem includere. igitur poſſe tale facere non eſt negandum ab omnipotentia dei.

¶ Septimo idē ſic. deus poteſt iſtā lōgitudineꝫ quacūqꝫ demōſtrata facere eſſe ſine latitudīe: qꝛ poteſt facere partes eius nō diſtare ſm̄ latū. Similiter poteſt facere angelū in mundo: ⁊ tamen ꝙ non ſit in diuerſis locis. igitur aliquis ſitus eſt indiuiſibilis. ¶ Ultimo ad idē poteſt argui ſic. ſi nō ſit in permanētibus aliquid ſimpliciter indiuiſibile. igitur nec in ſucceſſiuis eſt aliquid indiuiſibile ſimpliciter. verbi gratia. inſtās: ſed cōſequēs eſt falſum: qꝛ tunc generatio ſubſtātie que nō eſt terminus ꝑ ſe continꝫri motus eſſet nihil vel ſaltē in nullo tanꝙ̄ in mēſura: ⁊ ſic nō eſſet in inſtāti. ¶ Preterea. Aug. 11. cōfeſ. expreſſe ponit ta- Cap.16.
le indiuiſibile in tēpore. vnde ait. ꝙ ſi quid intelligit̄ tēp⁹: quod in nullas iam vel minutiſſimas partes diuidi poſſit momentoꝝ id ſolū eſt ꝙ preſens dicat̄ ⁊c̄. Ecce ꝙ vult qđ ex tēpore eſt preſens eſſe prorſus indiuiſibile. hec ſunt maiora dubia que occurrant contra iſtam concluſionem.

¶ Pro ſolutionibus predictorum premitto ꝙ hec nomina linea ſuperficies: et corpus dupliciter accipi poſſunt. vno modo vt ſignificant veras magnitudines extra animam realiter exiſtentes: et ſic eadem magnitudo: ſecūdū diuerſas tamen rationes dicitur linea ſuperficies et corpus. linea quidem inquantum eſt ſm̄ vnam dimenſionem vel ſitualē differētiā extēſa. Inquātuꝫ vero eſt extēſa ſm̄ duas dr̄ ſuꝑficies. Inquātuꝫ vero ſm̄ tres dr̄ corpus: ⁊ qꝛ oīs magnitudo extra animā exiſtēs eſt extēſa ſm̄ vnā ſm̄ duas: ⁊ ſm̄ tres: ⁊ nulla eſt oīno que ſit extēſa tm̄ ſm̄ vnaꝫ vel ſm̄ duas tm̄: vt ex dictis ſupra poteſt ꝓbari: ⁊ ſtatiꝫ ex intētione Augu. confirmabit̄: idcirco oīs linea iſto mō accepta eſt ſuꝑficies et corpus: ⁊ ecōuerſo de ſingulis. Hoc modo accipit Philoſophus ꝑ̄dicta .5. meta. c. de ꝙ̄to. vbi T.c.18.
diſtinguēs ſpecies magnitudinis ait. Magnitudinis ꝓ ꝙ̄ quidē ad vnū cōtinua lōgitudo: que autē ad duo latitudo: ꝙ̄ autē ad tria ꝓfunditas. ⁊ ſubdit. Sꝫ lōgitudo linea ⁊ latitudo ſꝑficies: ⁊ ꝓfunditas corpus: non ꝙ ꝑ iſta velit intelligi diſtinctas magnitudines reales: quarū vna ſit ſolūmodo lōgitudo. alia latitudo tm̄. ſed diſtinctas rationes ſpecificas ꝓpter quas et diuerſe ſpecies dicūtur eſſe magnitudinis. vñ de ratione linee vel magnitudinis īquātū eſt linea non eſt aliud ꝙ̄ eſſe continuaꝫ ſeu extenſam: vt
exponit Commenta. in vnum ideſt ſm̄ vnā dimenſionem. Com.18.
Et ex hoc dicunt auctores ꝙ linea eſt magnitudo in vnaꝫ dimenſionem tm̄ extenſa: que quidem excluſio non ponitur ad ſignificandum ꝙ res illa que eſt linea non ſit extenſa ſm̄ plures dimenſiones ꝙ̄ vna. Sed ꝙ in diffinitione linee non clauditur ꝙ ſit extenſa ſm̄ plures: ſed preciſe ꝙ ſit extenſa ſm̄ vnaꝫ. cum hoc tamen ſtat ꝙ res illa ſit ſm̄ plures extenſa. huic conſimiliter loquitur Auicē. 5. metaphyſi. ſue. cum ait. ꝙ equinitas non eſt aliud niſi equinitas tm̄ ipſa enim ex ſe non eſt vnum nec multa nec exiſtens in his ſenſibus nec in anima per que verba conſtat ꝙ niſi omnino fatuus fuiſſet ꝙ nō intendebat dicere ꝙ equinitas nō eſſet realiter vna nec plures: nec extra animam nec in anima: ſed ꝙ nullum horum ponitur in diffinitione ipſius.

Alio modo poſſunt accipi hec nomina vt ſignificant magnitudines fictas et imaginarias ſeu imagines magnitudinum quas apud ſe non quidem in virtute aliqua ſenſitiua: ſed in ipſo intellectu anima fingit. Et quāuis in re extra non ſit latitudo non profunda nec longitudo non lata experimur tamen nos nobis effingere ⁊ contueri quandā latitudinem non intuendo profunditatem ſeu aliquā magnitudinem protenſam in duas partes tantuꝫ: ⁊ ſimiliter aliquam longitudinem puram abſqꝫ latitudine: et etiam aliquam profunditatem ſeu magnitudinem ⁊ tres ſituales differentias vel dimenſiones extenſam: et huiuſmodi fictas magnitudines vocamus lineam ſuperficiem ⁊ corpus. hoc modo accipit Auguſti. in de quantitate anime. Cap.10.
vbi diſcipulo ſic ait. Euita recogitare longitudinem que adhuc nullam latitudinem aſſumpſerit. D. nihil tale poſſum. ſi enim filum aranee in animo conſtituero quo nihil exili⁹ ſolemus videre. occurrit mihi etiā ineſſe tm̄ ⁊ lōgitudo ꝑ ſe ⁊ latitudo ⁊ altitudo que qualeſcūqꝫ ſint eſſe tm̄ negare poſſum. Aug. nō vſqueꝙ̄ abſurda eſt reſponſio tua.

Sed certe cuꝫ iſta tria eſſe in aranee filo intelligis diſcernis hoc ⁊ quid inter ſe differant noſti. D. aut aliter potui videre nihil horuꝫ deeſſe huic filo. Et tunc concludit Auguſti. quo igitur intellectu hoc diſcreuiſti: hoc potes etiā ſe iunctis illis ſolam longitudinem cogitare nec aliquod corpus voluas animo. nam quodcunq; fuerit his omnibus non carebit. Incorporeum eſt enim quod te intelligere cupio. nam ſola longitudo non niſi intelligi animo poteſt in corpore inueniri non poteſt: ⁊ ſubdit. hāc igitur longitudinem meram ſimplicem: ſi etiam placet lineam vocemus: hoc enim nomine a multis doctis appellari ſolet.

Ex his habemus duo ad propoſitum noſtrum. vnum eſt ꝙ in ipſo corpore non eſt aliqua res que ſit longitudo tm̄: ſed mera longitudo vtiq; eſt incorporea ⁊ in animo ſolum. Aliud eſt ꝙ iſta longitudo incorporea: ⁊ exiſtens in anima a doctis conſueuit vocari linea, ⁊ ita vult a ſe vocari. Et ſicut de longitudine dicit: ita in ſequentibus dicit de latitudine ⁊ puncto. vnde ⁊ multis q̄ʒtum ad hanc materiam pertractatis concludendo principale propoſitum. Dicit queſo te. ait. nunquid nam vera linea eſt que per longum ſecari poteſt aut verum ſignum ideſt punctum quod vllo modo ſecari poteſt. aut vera latitudo que cum erecta eſt: vt dicimus ſectionem per longum deorſum verſus admittat. D. nihil minus ſupple verum eſt quodlibet iſtorum. Auguſti. vnq; ne igitur oculis iſtis corporeis vel tale punctum vel talem lineam vel talem latitudinem vidiſti. D. omnino nunq;: non enim ſunt iſta corporea. ⁊ mox ex iſtis concludit Auguſt. atquin ſi corporea corporeis oculis mira quadam rerum cognatione cernuntur: oportet animaꝫ quo videmus illa incorporalia corporeum corpuſue non
Cap.17. eſſe. ¶ Item. 7. ſuper Geneſ. ad litteram. dicit ꝙ ſi anima eſſet corporea. nullo modo noſſe poſſet tales lieas: que per longum ſecari nequeunt: quales in corpore non poſſe inueniri nihilominus nouit. ¶ Ex his verbis ⁊ medio ad principaliter intentā cōcluſionē eius: que eſt ꝙ anima nō eſt corporea: apparet ꝙ ſm Auguſti. nulla eſt incorporea mere linea vel lōgitudo aut ſuperficies: nec aliqua huiuſmodi videri poteſt oculo corporali: ſed mente cuius oppoſitum etiam dicunt ſaltem de ſuperficie qui extra animaꝫ talia indiuiſibilia ponunt.

¶ His premiſſis reſpondeo ad obiecta: ⁊ pro duobus primis ſciendū ꝙ ſicut patet ex diuerſis ptibus philoſophie Ariſto. Quedā opi. famoſa fuit tēporibus Ariſt. que huiuſmodi indiuiſibilia poſuit non ſolū in anima. verū etiaꝫ extra animā: ⁊ ex eis dicebant cōponi magnitudinē: quā opinio. ⁊ multi hodie ſequuntur quo ad vtrunq; dictum: ⁊ multi quo ad primū tm̄: ſcilicet qui ponunt indiuiſibilia huiuſmodi extra animā in ipſa magnitudine: ⁊ tamen negant magnitudinē cōponi ex ipſis. Huius opinionis non
T.c.14. fuerunt Auguſti. vt ex dictis patet: neq; ꝯPhiloſophus: quinimmo ſecundum in pluribus locis impugnauit. primū autē. videlicet puncta eſſe extra animā. aliquādo ſub dubio poſuit. ſicut patet. 8. metaphy. capi. penulti. vbi ait Quoniā non quedā ſine generatione ⁊ corruptione ſunt ⁊ non ſunt vt puncta ſiquidem ſunt ideſt ſi puncta ſunt. Aliquando vero expreſſe negauit. vt in libro de motibus aīaliū: ſicut ſupra allegatū eſt. nullibi tamē in propria forma exquiſite diſcuſſit: ⁊ ideo ſicut moris ſui fuit anteq; a propoſito materiam tractaſſet: ⁊ vbi etiam non principaliter de illa agebatur loqui iuxta famoſiorem opinionem frequenter de punctis et lineis et ſuperficiebus et contiguis et continuis locutus eſt iuxta opinionem illam famoſam: et non ſecundum propriam. Inter que eſt illud quod allegatum eſt ex predicamentis: quod manifeſte apparet ex eo quod ibidem dicit ꝙ partes loci ad eundem terminum copulantur ad quem et partes corporis. ſ. locati: vt exponit Boetius nec aliter exponi poteſt: ⁊ conſtat ꝙ illud dictum non eſt ſm opinionē ſuam: ſed ſm eam que ponebat ſpatium intra latera continētis eſſe locum: quā ꝯPhiloſophus ex intentione reprobat. 4. phyſi. T.c.37.
¶ Ad illud etiam de continuis ⁊ cōtiguis: dicendum ſimiliter ꝙ ſm illam opinionem locutus eſt: ⁊ propter cauſam ſupradictam: ⁊ etiam quoniā ex talibus deſcriptionibus ab illis datis fortiter arguebat contra eos principale propoſitū. ſcilicet ꝙ magnitudo non componeretur ex punctis. vnde mox ex diffinitionibus aſſumit ꝙ puncta non ſunt continua neq; contigua: vt ex hoc vltra deducat ꝙ ipſa non componunt magnitudinem. ¶ Ad illud quod additur de geometra: dicendum ꝙ ipē non ponit talia indiuiſibilia realia extra animam: ſed tantū ficta in anima et illa diffinit modis predictis: ⁊ ſimiliter Auguſt. vt ante oſtenſum eſt per eūdem. Cauſa autem eſt: quoniā magnitudinum de quibus conſiderat geometra: q̄uis quelibet ſit longa lata ⁊ profunda: quia tamen quedā ſunt paſſiones magnitudinis inquātum eſt longa: quedam alie inquantum eſt lata: ⁊ quedam inquātum eſt profunda volens de omnibus hmōi diſtinctam notitiam tradere: vt facilius capiatur: fingit puram longitudinem: vt ea que demonſtrat de illa intelligant conuenire magnitudini: vt eſt longa/vel longitudo. ſimiliter fingit latitudinē: vt que de illa dicit intelligantur eſſe de magnitudine: vt lata eſt: fingit quoq; puncta. ſed non vt per illa velit intelligi rem aliquā extra animam indiuiſibilem: ſed vt vbi fingit eſſe punctū intelligatur negari omnis magnitudo. verbi gratia. cū dicit aliquas lineas in puncto concurrere. non intelligit ꝙ inter eas interuenit aliquod indiuiſibile: ſed ꝙ nullū ſpatium intercipitur inter eas: ⁊ cum ab aliquo puncto dicit linea trahi/aut ad aliquod terminari: non aliud intelligit q̄ʒ ꝙ ipſa non vlterius protenditur: ⁊ conſimiliter de alijs in quibus vtitur pūctis. Centrum etiam indiuiſibile non ponit niſi fictum ⁊ imaginarium: per quod non vult intelligi aliquod reale indiuiſibile ad quod concurrant linee a circūferentia ducte: ſed tantūmodo ꝙ ipſe nullo manente ſpatio concurrūt. Et ꝙ docet inuenire centrū in circulo non eſt docere inuenire aliquam rem indiuiſibilem extra: ſed potius. vnde ſit equalis diſtantia vndiq; ad circūferentiam: ⁊ pro certo ad nullam veritatem geometricam neceſſaria ſunt aliqua indiuiſibilia/ſeu puncta extra animam: ſicut bene patet cuilibet in illa ſciētia inſtructo. vtitur tamen talibus fictionibus: vt p eiuſmodi veritas quā demonſtrare intendit facilius capiatur. ¶ Ad ſecūdum dicendum ꝙ non ideo dicitur locus ſuperficies/vel vltimum continentis: quia aliqua latitudo carens profunditate ſit locus: ſed quia ipſum corpus continens non eſt locus: vt profundum eſt: ſed inquantum eſt latum: et quia vt ſic non excedit contentum/neq; ab eo exceditur: ideo dicitur ei equalis. ¶ Ad tertium dicendum ꝙ corpora ſe tangere ſm ꝓfunditates poteſt intelligi dupliciter. Vno modo vt ſit ſenſus ꝙ ipſa/vel alique partes ipſorum ſint in eodem loco primo: et tunc bene ſequitur ꝙ ſe penetrēt: et tunc concedo antecedens: ⁊ nego conſequentiam. Alio modo vt ſit ſenſus ꝙ inter eorum profunditates/ſeu inter profunditates que ſunt ipſa/vel eorum partes: nulle alie ſunt cogitande. nullum eſt medium ſm ſitum: et ſic falſum eſt antecedens. ¶ Ad quartum dico ꝙ duplex poteſt eſſe ſenſus antecedentis. vnus eſt ꝙ aliqua res que eſt lata et non profunda videtur: et iſte ſenſus eſt falſus ſecundum Auguſtinum. vt ſupra patet: et ſecundum veritatem. Alius eſt ꝙ corpus ipſum videtur ſcdm̄ ꝙ eſt latum: et non ſcdm̄ ꝙ eſt profundum id eſt viſione qua mediante cognoſcitur ꝙ ipſum eſt latum: et non cognoſcitur ipſum eſſe profundum: et in hoc ſenſu contingit antecedens eſſe verum: ſed ex hoc non ſequitur ꝙ alia res ſit ſuperficies/alia profunditas.



¶ Ad quintum de tactu ſpherici ⁊ plani dixerunt aliqui ꝙ loquendo de ſphera ⁊ plano exiſtentibus realiter extra animam ⁊ de tactu reali: antecedens eſt falſum: quinīmo ſi talia ponerentur tangerent ſe primo ſuper aliquod indiuiſibile. Si vero loquamur de talibus: vt habēt eſſe imaginatum. tactus eorum imaginarius eſt ſuper puncto: et
Cō.32. hec reſpōſio videtur inniti dicto Cōmen. primo celi. Sed ipſa ſtare non poteſt eo ꝙ concedit impoſſibile. nam ad illud quod concedit: ſequitur ꝙ anguli triāguli valēt plus duobus rectis: ⁊ ꝙ pars ſit equalis toti: quorum vtrunq; eſt impoſſibile. conſequentiā declaro. Sit eni circulus. 3. cuius centrum ſit. d. ⁊ ſit linea recta contingens ipſum. k. m. Si igitur hanc tangit circulus ſm aliquā ſui partem quātumcunq; ſit illa oportet ꝙ ipſa ſit recta. Impoſſibile enim eſt aliquod rectū ſm ſe totum tangere aliquod non rectum: vt notum eſt: ſit igitur pars illa circuli ſm quam primo eſt tactus a b. ducam ergo a d. centro lineam rectā ad. a. ⁊ iterum aliam a d. ad b. que vtiq; per diffinitionem circuli erunt equales. igitur ad quintam primi Euclidis anguli ſuper baſi huius trianguli que eſt linea a. b. ſunt

3.




equales. ¶ Deinde diuidam a. b. lineā in duo media in puncto. c. per decimā primi: et tūc a c. ducam aliam rectaꝫ ad. d. fientq; duo trianguli. vcꝫ. a. c. d. et b. c. d. Et quia linea. c. d. exit a centro ad circūferentiā eiuſdem circuli cum reliquis duabus: ideo vtraq; earum eſt equalis: ⁊ per conſequens cuiuſlibet illorum triangulorum anguli ſuper baſi ſua ſunt inter ſe equales. Eſt igitur angulus. c b d. equalis angulo. b c d. Et angulus. a c d. equalis angulo. c a d. quia et angulus. c a d. equalis erat angulo. c b d. ⁊ que eidē ſunt equalia inter ſe ſunt equalia: igitur angulus. a c d. equalis eſt angulo. c b d. et eadem ratione angulus. c b d. equalis eſt angulo. c a d. ex quo vltra ſequitur ꝙ angulus. c b d. equalis eſt angulo. a c d. igitur ambo ſunt recti: cū ſint ex duabus partibus eiuſdem linee: vt patet per diffinitionem rectorum angulorum. Ex his auem ſequitur ꝙ cuiuſlibet illorum triāgulorꝫ anguli qui ſunt ſuper baſi: ⁊ ſunt equales valeant duos rectos: quinīmo vterq; ſit rectus: ⁊ cum in quolibet adhuc ſit tertius angulus circa centrum cuiuſlibet illorum triangulorum tres anguli ſimul tantū valent plus duobus rectis q̄ʒtum eſt angulus circa cētrum: et hoc eſt primum quod erat inferēdum. Secundum autem patet ex dictis. nam angulus. a c d. eſt extrinſecus. b c d. et per conſequens valet duos intrinſecos ſibi oppoſitos: ſcilicet angulum. c b d. ⁊ angulū. b c d. per. 32. p̄. Sed angulo. a c d. vt probatum eſt: eſt equalis angulus. c b d. igitur angulus. c b d. valet ſeipſum ⁊ angulum. b c d. igitur pars valet totum: et eſt ei equalis. Eodem modo poteſt probari de angulo. b c d. et triangulo. a c d. ⁊ patet cōſequentia quo ad ſecundum inferendum. ¶ Preterea. Ad eandem concluſionem: ſequitur ꝙ tota circūferentia circuli ſit vna linea recta: ⁊ per conſequens ꝙ vna linea ſit recta ⁊ curua ſimul: quod implicat contradictionem. conſequentia patet: quia illa pars circuli ſm quam primo eſt contactus totam tangit partem plani: que vtiq; eſt recta: et per conſequens tota coaptatur illi: ⁊ extrema eius tangunt extrema recti: ⁊ medium eius medium recti/ac per hoc eius medium non erit ſua extrema. igitur ipſa eſt retrema per diffinitionem linee recte. Cum autem rectum illud ſm illam eandem partem poſſit ſucceſſiue tangere totum circulum: ſequitur ꝙ tota circūferentia circuli ſit compoſita ex rectis lineis preciſe: et cum ille nullum angulum conſtituant: alias non omnes linee ducte a centro ad circūferētiam eſſent equales. nam maiores eſſent que ducerentur ad angulos: ſequitur ꝙ illa totalis circūferētia ſit vna linea recta: quod eſt propoſitum. Aliter igitur aliquando reſponſum eſt: ſcilicet negando corpus ſphericum eſſe in natura: que reſponſio non niſi fuga eſt: quia etiam dato ꝙ ita eſſet: non eſt tamen impoſſibile aliquod tale eſſe ⁊ applicari plano. Et tunc remanet argumētum.
¶ Preterea. hoc eſt contra ꝯPhiloſophum ſecundo celi. T.c.22. vbi probat a propoſito celum eſſe corpus ſphericum.
¶ Dico igitur ad argumentum ꝙ in duplici ſenſu poteſt dici ꝙ aliqua ſe tangāt. vnus ſenſus eſt quo intelligatur ꝙ inter illa nullum eſt medium: et ſic dico ꝙ ſphericum ſuperpoſitum plano non tangit ipſum: nec econuerſo. Et eſt ratio: quoniā eis ſic diſpoſitis adhuc inter totam vnā medietatem ſpherici: et medietatem oppoſitam plani eſt medium: vt patet: et ſimiliter inter aliā medietatem ſpherici: et ſibi oppoſitam aliam medietatem plani eſt mediū: ac per hoc nihil omnino eſt ſpherici ex vna parte quod ſit immediatum alicui ipſius plani ex alia. Alius ſenſus eſt quo intelligatur illa ſic eſſe propinqua ꝙ illa ſaluis proprijs figuris non poſſunt eſſe propinquiora: nec vnum verſus aliud vlterius protendi: et ſic poſito caſu ſphericum poteſt dici tangere planum: et ſi tunc queratur etiam in hoc ſenſu: vtrum tangat ipſum ſm aliquid diuiſibile ſui primo/vel ſm aliquid indiuiſibile. Dicendum ꝙ neutro modo. non quidem ſm aliquid indiuiſibile quia nullum eſt in eo: nec ſm aliquod diuiſibile: quia nulla pars diuiſibilis eſt eius: cuius quelibet pars protendatur vſq; ad planum. Et per idem patet ꝙ nec ſm ſe totam primo tangit ipſum: hoc tamen non obſtante in infinitis ſuis partibus tangit planum. videlicet ſua medietate et medietate ſue medietatis: et ſic in infinitum diuidendo ſpheram a ſummo in infimum verſus planum: quoniam infinite tales partes protenduntur vſq; ad planum. Et eſt ſimile huic et de duobus planis ſe tangentibus. verbi gratia. a k. nam ſm vnum modum diuidendi in infinitis ſuis partibus ſe contingunt: vtpote incipiendo diuiſionem ab extremo propinquo et procedendo ad aliud ſm partes proportionales: vtputa ꝙ medietas. a. cōtingens. k. ſit. a b. et alia pars ſit medietas medietatis quod eſt. b. et ſic deinceps: nulla tamen harum primo contingit. k. vel aliquid eius: quia nullius quelibet pars protenditur vſq; ad ipſum: quinimmo cuiuſlibet infinite partes non perueniūt ad eum: ſicut patet diuidendo per trāſuerſum: nam medietas prima ipſius a. incipiendo ab extremo alio que eſt. c e. non contingit. k. nec aliquid eius. Item nec medietas ſecunde medietatis: vtpote. e f. Item nec. f g. et ſic ſemper procedendo verſus. a.






¶ Sed tunc quid dicetur ad Philoſophum qui dicit primo de anima. ꝙ ſphera tangit planum ſecundum punctum. Dicendum ꝙ non intelligit ꝙ tangat ſecundum punctum quaſi punctum ſit aliquid ſphere quo tangat planum vel econuerſo. ſed eſt ſenſus ꝙ tangit ſm punctū.i. punctualiter ſeu indiuiſibiliter: quod nō eſt aliud ꝙ̃ ſic tangere planum ꝙ nec ipſuꝫ ſphericū nec aliqua pars eius ſm quācūqꝫ dimenſionē ſumatur: ſꝫ quodlibet ſui tāgat planū: nec ecōuerſo. planū aliqua pars eius ſm quodlibet ſui contingit ſphericū: cuius oppoſitū accidit in planis mutuo ſe tāgētibus: ⁊ ideo nō pūctaliter dicuntur ſe tāgere: ⁊ hoc totū nō eſt aliud ꝙ̃ tāgere ſcdo modo. ⁊ non primo. ¶ Ad ſextum quicquid ſit de antecedente: nego primā cōſequētiā. Ad probationē dico ꝙ nō eſſet impoſſibile vnū diuiſibile applicari alteri in ſupficie plana in ſitu immediato ⁊ diſtincto: vt dicit ſi de ſitu indiuiſibili intelligatur: qm̄ in tali ſuperficie nullus eſt eiuſdē modi ſitus. Et prēterea ſi aliquis eſſet vel illa indiuiſibilia eſſent in eodem ſitu primo vel in ſitibus diſtinctis ⁊ mediatis: ſicut nunc de facto dicerē de duobus angelis qui non poſſunt eſſe in eodē loco indiuiſibili: nec in diuerſis indiuiſibilibus immediatis. ¶ Ad ſeptimū eodē modo dico ꝙ poſito ꝙ deus faceret alicuius coꝛpoꝛis partes ſm nullā dimenſionē diſtare: nō tamen eſſet poſſibile ipſum eſſe in aliquo indiuiſibili ſitu ſeu punctali: ſed vel in nullo eſſet vel eſſet in aliquo diuiſibili ⁊ partibus eius ſimul. ideo patet ꝙ cōſequētia tam quo ad coꝛpus ꝙ̃ quo ad angelum nulla eſt: qꝛ nō ſequitur. nō eſt ſimul in pluribus locis. igitur eſt in aliquo loco indiuiſibili: niſi adderetur ad antecedēs: ⁊ eſt in aliquo loco: ſed tūc antecedēs eſt impoſſibile. ¶ Ad vltimū cōcedo nullū eſſe indiuiſibile ſucceſſiuū ad intellectū ar. ⁊ ꝙ generatio non dicitur eſſe in inſtanti ad illū intellectū: ſed ad illū qui dictus eſt in preſenti queſtione vel ſm familiarioꝛē ſenſum eſſe in inſtanti qꝛ quod generatur totū ſimul generatur ⁊ non pars ante parteꝫ: ſi tamen ad menſurā reducendū ſit: dicit vt ibi dictuꝫ eſt. Qđ vero additur ex Auguſti. nō obuiat. nā Auguſti. talia ſucceſſiua extra animā non ponit nec diuiſibilia nec indiuiſibilia: vt bene patet in precedenti queſtione. Et dictum qđ inducitur non probat oppoſitum cuꝫ ſit mere conditionale: ⁊ hec ſufficiant de iſto primo articulo.

## Secundus

articulus qui eſt de principali queſito: vt patet ſupponit angelum eſſe in loco de quo cōmunis concoꝛdia eſt apud theologicos doctores ⁊ ſanctos: dicunt em̄ omnes cōmuniter ꝙ angelus eſt in loco non quidem dimenſiue ſeu circūſcriptiue iuxta modernioꝛē vſum vocabuli: ſed tantūmodo diffinitiue: vn̄

p.3.c.13. Ugo de ſacramentis lib. primo dicit ꝙ ipſum creatū non ſolū eſſe in loco: ſed ⁊ localē eſſe ſine dubitatione ꝓnuntiemus. ⁊ ſubdit. coꝛpus quod dimenſionem habet loco circūſcribitur: qꝛ ei ſm locū principium ⁊ mediū ⁊ finis aſſignatur. Spiritus vero qm̄ dimenſionē non capit: ſed diffinitione ſola terminatur circūſcriptionē quidē non recipit loci: ⁊ tamen loco quodāmodo cōcluditur: qm̄ cū hoc alicubi preſēns ſit totus alibi non inuenitur: in quibus ꝟbis habetur predicta diſtinctio ⁊ intellectus diſtinctionis.

¶ Sciendū tamen ꝙ circunſcribi loco dupliciter accipi inuenitur. ſ. cōmuniter ⁊ propꝛie. primo modo ideꝫ eſt qđ concludi ⁊ cōtineri a loco: quod coꝛpoꝛi ⁊ ſpiritui creato cōmune eſt. Alio modo idē eſt quod coextendi loco: ita ꝙ totus ſit in toto loco ⁊ pars in parte: nō autē totū in parte ⁊ hoc coꝛpoꝛeis rebus tātūmodo ꝯuenit. vnde Magiſter libro primo. diſti. 37. duobus inquit modis dicitur in ſcriptura aliquid locale ſiue circūſcriptibile: ⁊ econuerſo: ſcilicet quia dimenſionem capiens longitudinis altitudinis ⁊ latitudinis diſtantiā facit in loco vt coꝛpus: vel quia loco diffinitur ac determinatur: quoniaꝫ cum ſit alicubi nō vbiqꝫ inuenitur: quod non ſolum coꝛpoꝛi: ſed etiam omni creato ſpiritui conuenit. Iuxta hunc intellectum ait Damaſcenus. libro ſecūdo per verbum dei creati ſunt omnes angeli: ⁊ ſequitur circunſcriptibiles. Cum enim ſunt in celo nō ſunt in terra: ⁊ cum ad terram a deo mittuntur non remanent in celo. Et infra. Intellectus vero exiſtentes intellectualiter locis ſunt non coꝛpoꝛaliter circunſcripti. nō em̄ coꝛpoꝛaliter ſm naturam figurantur neqꝫ tres habent dimenſiones: ſed quia intellectualiter adſunt et operantur vbicunqꝫ iuſſi fuerint: ⁊ quia non poſſunt ſm idem tēpus hic ⁊ illic eſſe ⁊ operari. Eandem ſententiam ponit lib. primo. Eſt ergo communis ſententia ꝙ quilibet angelus eſt in loco ⁊ non ſolum: ſed ⁊ propꝛie localis eſt: quod dicitur ad differentiā ſpiritus increati: ideſt dei qui vt ibi ſupꝛa ſubdit Ugo. quoniam omni loco preſens eſt. nec tamen vllo in loco cōcludi aut circunſcribi poteſt: veraciter in omni loco eſſe dicitur. nec tamen localis aliquando vlla ratione appellatur. Sed de modo eſſendi angelum in loco non eſt plena conſenſio: quoniam quidam dicunt angelum nō eſſe in loco per ſuam ſubſtantiam: ſed tantūmodo per operationem eius circa locum: ⁊ communis ratio iſtoꝛum eſt quoniam per hoc aliquid eſt in loco quod applicatur ei ſm contactum ſue ꝗ̄titatis vel dimenſiue: vt coꝛpus: vel virtualis vt ſpiritus: contactus autem ille ſpiritualis eſt preciſe per operationeꝫ. igitur ⁊ ſpiritus ſiue angelus preciſe eſt in loco per operationem eius circa locum.

Cap.3. (beside: ma. libro ſecūdo per verbum dei creati ſunt omnes ange-)
c.17.⁊.18. (beside: mo. Eſt ergo communis ſententia)
ſ. Tho. in p. diſt. 37. Egi. in p. d. 37. q. 1. (beside: ne appellatur. Sed de modo eſſendi … rationem eius circa locum)

¶ Pro iſta opinione etiaꝫ adducuntur auctoꝛitates Damaſceni. dicentis libꝛo primo. natura incoꝛpoꝛea vbi nimirum eſt ⁊ operatur: et capitulo ſequenti circunſcribitur: et vbi operatur: ⁊ iterum libꝛo ſecundo. vt ante allegatum eſt. intellectualiter inquit adſunt ⁊ operātur vbicunqꝫ iuſſi fuerint. Conueniunt ergo ponentes iſtam concluſionē in hoc ꝙ angelus eſt in loco per operationem eius circa locum: ita ꝙ non eſt vbi non operatur: et ꝙ ſi circa nullum locum operaretur nuſꝗ̃ eſſet: ⁊ intelligūt de operatione tranſeūte in coꝛpus. Differunt autem quoniam quidam eoꝛū dicūnt non eſſe inconueniens aliquando angelum nuſꝗ̃ eſſe ſicut non eſt inconueniens aliquando angelum circa nullum coꝛpus operari. Alij vero vtrunqꝫ reputant inconueniens. ¶ Contra opinionem iſtam expꝛeſſe eſt articulus iſte Pariſienſis: ꝙ ſubſtātie ſeparate ſunt in loco per operationem: ⁊ ꝙ poſſunt moueri ab extremo in extremū nec in medium: quia poſſunt velle operari in extremo aut in extremis: nec in medio: erroꝛ. Si intelligatur ſubſtantiaꝫ ſine operatione non eſſe in loco: nec tranſire de loco ad locum. Ecce ꝙ dicit erroꝛem eſſe dicere ſubſtantiaꝫ ſeparatam non eſſe in loco ſine operatione. ¶ Preterea. Angeli mox vt primo creatum eſt celuꝫ empyꝛeum fuerunt in eo tanꝗ̃ in loco: ſicut patet per Magiſtruꝫ in iſta diſtinctio. qui hoc probat auctoꝛitatibus Strabi atqꝫ Bede. Sed tunc non operati ſunt: immo nec modo etiam operantur circa ipſum. ergo ⁊c. ¶ Ad hoc tamen aliqui nituntur reſpondere. dicunt enim ꝙ ꝗ̄uis angeli celum empyꝛeū nō tranſmutent: aliquo tamen modo circa ipſum applicant ſuam virtutem ratione cuius ibi eſſe dicūtur. ¶ Contra. aut iſta applicatio intelligitur eſſe per actum aliquem ſecundum ſiue actualem operationem angeli in ipſum celum: aut preciſe per preſentiam virtutis angelice ad illud non primo modo: quia nullam actualem operationem habent in ipſum: cum ipſum nec ſm ſubſtātiam: nec ſm qualitatem: nec ſm quantitatem: aut ſm vbi ſeu locum tranſmutent etiam vt ipſi concedunt: et verum eſt etiam ſi non concederent. Si ſecundo modo. igitur ſunt ibi ⁊ non operantur in ipſum: ⁊ ꝑ conſequens nec per operationē. vnde minus rationabiliter vt videtur loquuntur iſti ꝙ̃ primi.

Cap.17. (beside: ¶ Pro iſta opinione etiaꝫ adducuntur auctoꝛitates Da-)



¶ Preterea. Aut angelus dicitur eſſe in loco ꝑ opatione ⁊ nō ꝑ ſubſtantiā: qꝛ preciſe in loco illo eſt operatio eius ⁊ non ſubſtātia: aut qꝛ etſi vtrumqꝫ ibi ſit. ideo tamen eſt ibi ſubſtantia: quia in eo eſt operatio angeli: ⁊ non econuerſo primū nō poteſt dici. Tū ꝓpter articulū aliū etiaꝫ Pariſieñ. qui dicit ꝙ ſubſtātie ſeparate nuſꝗ̃ ſunt ſm ſubſtantiā erroꝛ: ſi intelligatᷣ: ita. ſ. ꝙ ſubſtātia nō ſit in loco. Tum etiā qꝛ Ugo. vbi ſupꝛa ait Spūs: qm̄ in loco per preſentiā nature ⁊ operationis: cōcluditur localis ⁊ ipſe iure nominatur. vbi non ſolū preſentiā operationis: ſed et nature. i. ſubſtantie ponit. et ſimiliter Dam̄. dicit: vt ſupꝛa habetur ꝙ intellectualiter adſunt ⁊ operātur vbicūqꝫ iuſſi fuerint ⁊ ꝙ circunſcribuntur vbi operātur. per que manifeſte ponit non ſolū angeli operationē: ſed ⁊ eius ſubſtantiaꝫ preſentem eſſe ⁊ circūſcribi ſeu locari loco vbi operātur. Tū quia dicit ꝙ cū mittūtur a deo ad terrā non remanēt in celo: ⁊ cū ſunt in celo non ſunt in terra in quo manifeſte innuit ꝙ ſubſtātia angelica ſit preſentialiter in terra: cū ad terrā mittitur: vbi prius non erat. Tum quia non apparet ꝙ aliqua creatura immediate moueat coꝛpus aliquod localiter abſqꝫ alia actione in ipſum vel aliud coꝛpus mediū: queadmoduꝫ cōuenit vt angeli moueāt: niſi ipſa ſm ſe ſit

T.c.8. preſens illi: ſicut patet ex. 7. phy. nec ſcđm poteſt dici: qm̄ nō ideo quia aliquid operatur in coꝛpus: ideo preſens eſt illi: quin potius prius naturā: ⁊ cōſequētia eſt preſens ꝙ̃ operetur. ¶ Cōfirmatur. qꝛ nō qꝛ aliquid operatur in aliquid: ideo eſt potēs operari in illud: ſed ideo potius operatur: qꝛ eſt potēs ⁊ vult operari ſi ſit libere operatiuū: nec etiā ideo quia poteſt ⁊ vult ideo eſt ꝑſens. immo certe ad hoc vt ſit potēs requiritur ꝙ ſit preſens: ⁊ loquoꝛ de potē

s.t.c.2.p tia ꝓxima ⁊ propinqua ſm modum Philoſophi. 9. meta.
lō. pceſ. ¶ Preterea. Si angelus non eſt in loco niſi in quo operatur. ſequitur ꝙ de facto aliquando angelus nullibi ſit: qđ eſt incōueniēs ſm doctoꝛē ſcđm. ſalteꝫ. ⁊ puto ꝙ ſm veritatē. cōſequētia declaratur. nā cū angelus deſcendit a celo in terrā in illo tēpoꝛe non operatur in celo empyꝛeo certū eſt: nec in intermedijs cū nō ſit motoꝛ alicuius coꝛ: nec etiam aliter moueatur celū aliquod ꝙ̃ prius mouebatur. nec dicenduꝫ ſit ꝙ aliter propter hoc moueat motoꝛ eius vt iſte angelus deſcendens ſimul cum eo moueat. igitur in tempoꝛe illius deſcenſus nō eſt alicubi. ¶ Dico igitur ꝙ non ſolum per operationem angelus in loco: ſed etiam per ſubſtantiam ſuam: ſic intelligendo ꝙ eius etiā ſubſtātia preſens eſt loco ⁊ eo diffinitur: ⁊ concluditur: qđ etiaꝫ contingit etiam ſi non operetur ibi. Ratio opinio. non valet: quoniam ad hoc ꝙ aliquid ſit in loco diffinitiue tm̄ nō requiritur aliquis contactus talis: ſed ſolum ꝙ ipſum ſit illi preſens ⁊ ab eo contineatur: vt ſupꝛa dictuꝫ eſt. auctoꝛitates etiam Dam̄. non ſunt pꝛo eis: quia nullibi dicit ꝙ ſint angeli in loco: quia operantur in eo vel propter operationem eoꝛum in locum: ꝗ̄uis dicat ꝙ vbi operantur ibi ſunt ⁊ econuerſo. Sed aduerte ꝙ non dicit vniuerſaliter ꝙ vbicūqꝫ ſunt ibi operantur: ꝗ̄uis dicat ꝙ adſunt ⁊ operantur vbicunqꝫ iuſſi fuerint ſupple operari vel adeſſe.

¶ Quantum ad illud quod queritur principaliter: dico ꝙ angelus non eſt in loco indiuiſibili propꝛie loquendo de loco ſcilicet coꝛpoꝛali: ſed eſt in loco diuiſibili. Ratio eſt: quia nullum tale indiuiſibile eſt in rerum natura: vt pꝛobatum eſt in primo articulo. ¶ Sed tunc remanet dubium an angelus in quantocunqꝫ loco poſſit naturaliter eſſe vel ſibi determinet magnitudinem loci cui coexiſtere poſſit: et ſic eſt dubium an ſic determinet ſibi magnitudinem aliquantam loci ꝙ nec in minoꝛe eſſe poſſit naturaliter nec in maioꝛe: ꝗ̄uis nullum determinatum locum ſm numerū ſibi determinet: ſicut vnū coꝛpꝰ tāte ꝗ̄titatis. verbi grā. pedalis: ꝗ̄uis nō poſſet eſſe hic nec ibi. nō pōt eſſe in loco maioꝛe vel minoꝛe ꝙ̃ pedalis ꝗ̄titatis. An ꝟo non ſic determinatam mēſuram magnitudinis ſic determinet ſed tm̄ quo ad maximum. vcꝫ ꝙ eſt dare maximū cui poteſt coexiſtere. an etiā quo ad minimū / vel quo ad vtrūqꝫ. Et quātum ad hoc cōmuniter dicitur ꝙ angelus non poteſt eſſe in quātūcunqꝫ loco indifferēter: quinimo determinat ſibi maximum naturaliter. Et eſt ratio: qꝛ angelus eſt naturaliter eſſentie limitate ⁊ finite. Et huic dicto etiam cōſentio: ⁊ addo ꝙ angelus eſt naturaliter determinatus ad maximā loci quātitatem ſm quālibet dimenſionē. i. ꝙ ad longiſſimum ⁊ ad latiſſimū ⁊ ad profundiſſimum / vel groſſiſſimū: quod ꝓbatur: qꝛ alias ſequeretur ꝙ angelus poſſet naturaliter ſimul eſſe in celo et in ſphera ignis ⁊ aeris: ⁊ terre cōtra dictū Dam̄. ſuperius allegatū. ptꝫ ꝯña. qꝛ ſi detur ꝙ angelus non determinet ſibi maximum ſm quālibet dimēſionem iam ſm illam ſm quā nō habet maximum poterit habere: tam magnū locum / ꝙ̃ dictum eſt. Ex hoc ſoluitur argumētum fieri ſolitū. vcꝫ ꝙ ſi angelus poſſit eſſe in aliquo maximo quadrato: poterit etiā eſſe in aliquo quadrāgulo ſibi equali tam longo: vt eſt diameter totius mūdi: et tāto plus ꝓpoꝛtionabiliter ſtricto ꝗ̄to ille quadrāgulus longioꝛ eſt dato quadrato. ¶ Quātum ad aliud dicit quidam doctoꝛ ꝙ angelus determinat ſibi certam mēſuram loci: cui maioꝛi / vel minoꝛi nō poteſt coexiſtere naturaliter per ſe ſeparatus et non vnitus coꝛpoꝛi: ⁊ determinat etiam ſibi ſphericam figuram: ita ꝙ ſi coꝛpus aliquod ſit minus illa ꝗ̄titate angelus nō ſolū erit in eo: ſed etiā in alio extra ipſum ꝓpinquo: cuius tante parti coexiſtet: vt habeat integram ſui loci ꝗ̄titatem: ⁊ idem erit de figura. Quāuis aūt iſtud dictuꝫ ſit ſatis pulchꝛū et probabile: cōmunius tn̄ tenetur oppoſitum: quod ⁊ mihi videtur ꝓbabilius: quod perſuaderi poteſt ex eo ꝙ angelus nō videtur magis limitatus naturaliter ad certam quātitatem loci: cui poſſit coexiſtere / ꝙ̃ ad certam magnitudinem coꝛpoꝛis: quod poſſit aſſumere et ſibi vnire. hoc videtur probabilius: qꝛ maioꝛ vnio videtᷣ inter angelum ⁊ coꝛpus aſſumptum / ꝙ̃ inter angelum et locum. Sed certū eſt ꝙ angelus nunc maius / nunc minus coꝛpus ſi vult poteſt aſſumere: ⁊ nunc vnius figure / nunc vero alterius. igitur ⁊c. ¶ Confirmatur. qꝛ cū angelus aſſumit ſibi aliquod coꝛpus in foꝛma. verbi gratia. humana: nō videtur rationabile ꝙ tunc non ſolum ſit in coꝛpoꝛe illo: ſed etiam in aere circūſtante: ⁊ per conſequens pꝛo tūc non habet figuram menſurā illā loci quā ante aſſumptionē illam habebat. ¶ Ad hoc etiam aliqualiter perſuadet ꝙ videmus in aīa humana: cuius vnio et confoꝛmitas ad coꝛpus eſt multo maioꝛ / ꝙ̃ angeli ad locum: et tn̄ nunc minus / nunc maius coꝛpus infoꝛmat ſm ꝙ illud augetur / vel minuitᷣ naturaliter: ⁊ aliqn̄ etiam per truncationem membꝛi / aut partis. ¶ He tn̄ rationes non ita cogūt: quin oppoſitum poſſet defendi. ¶ Quantum ad vltimum. ſ. vtrum in minimo determinet ſibi locum. diſtinguendum eſt: quia vel hoc intelligitur de loco partibili. Et dicēdum eſt ꝙ non: cuius probatio eſt: quoniam angelus eſt totus in qualibet parte ſui loci: et quia non eſt pars minima loci. igitur et cetera. Et ſicut in qualibet parte continua ſui loci totus exiſtit. ſic dico ꝙ in quacunqꝫ diſcontinua quantumcunqꝫ ſit parua. angelus enim non requirit locum vnius nature tantum: nec magis continuum / ꝙ̃ diſcretum ⁊ contiguum. vnde ita poteſt eſſe in vna tota domo et qualibet eius parte non obſtante ꝙ alique ſint lapides / alique ligna / alique ferrum: et ſic de alijs adinuicem non continue: ſaltem per naturam ſicut in vna parte aeris cōtinui: vel intelligitur de loco totali: qui ſcilꝫ non eſt pars alicuius loci angelici: ⁊ de hoc eſt maius dubium apud doctores quibuſdā dicentibus ꝙ nō eſt dare minimum in quo poteſt eſſe: quinimmo in quantumcunqꝫ paruo ponatur poſſe exiſtere adhuc poteſt eſſe ſi ſibi placet in minoꝛe,

Hiber. li. 1. di. 8. q. 2 in ſolo. ad quartum. (beside: le quadrāgulus longioꝛ … exiſtere naturaliter)

¶ Alijs vero oppoſitum probabilius reputantibus quo-
rum motiua ſunt duo. vnū eſt: q alias ſequeretur ꝙ ange
lus poſſet eſſe in loco quantūcunqꝫ magno ſaltem ſm ali-
quā dimenſionē: ⁊ ſic ſimul in celo ⁊ in terra. cuius oppoſi
tum dictū eſt ſupra. ꝯña probaꝛ. q omne qd poteſt eſſe in
aliquo loco tāto poteſt eſſe in quolibet alio illi equali: ſi ei
figuratio non repugnat. Sed angelo non repugnat figu-
ratio loci. igitur ſi pōt eſſe in aliquo quadrato quātūcūqꝫ
paruo poteſt etiam eſſe in quadrāgulo quātūcūqꝫ ſtricto
illi equali ⁊c̄. vt ſupra. ¶ Secundum eſt ꝙ videretur ꝙ
angelus eſſet infinite potentie: qm̄ maioris potentie vide-
tur angelus: ſi poteſt ſe locare in tāto: et iterum maioris ſi
poteſt eſſe in minore: et ſi in infinitum minori eſt infinite.
Sed iſta motiua non cogūt. non quidem primum: qm̄ ex
aſſumptis: ſi vere ſint probatur oppoſitū eius quod inten-
dit. ſ. ꝙ nō eſt dare minimum locū poſſibilem angelo: et ſi-
militer ꝙ nec maximū: cuius etiā oppoſitum ipē reputat
verum. declaro. nam conſtat ꝙ angelus poteſt ſm iſtū do
ctorem eſſe in aliquo loco quadrato: detꝛ ergo ꝙ ſit in qua
drato pedali. igitur ſi angelo non repugnat figuratio loci
poteſt eſſe in quātolibet quadrāgulo lato / vel ſtricto. lon-
go vel curto equali quadrato pedali: ⁊ tunc ſequitur vlte
rius qd dictū eſt. Et ideo dicendū eſt ꝙ illa ꝓpoſitio non
eſt vniuerſaliter vera. nam ſicut falſificatur: ſi ponatur ꝙ
illud locale determinat ſibi minimum: eſto ꝙ figuram nō
determinet ſibi: vt habet dicere iſte doctor: ſic etiam falſi-
ficatur: ſi determinat ſibi maximū. ¶ Preterea. Simul
ſtant ꝙ angelus determinet ſibi maximum: ⁊ tn̄ non mini
mum: quia quantūcunqꝫ paruo dato poterit eſſe in mino-
re ſm quālibet dimēſionem: nec oportebit ſi ſit in loco ſtri
ctiori: ꝙ ex hoc fiat in loco longiori. ¶ Secundum etiam
non cogit: qm̄ non apparet ꝙ maioris potentie ſit angelus
poſſe ſe locare in loco minore / q̄ʒ in maiore infra maximū
ſibi poſſibilem. Et ideo nec ſi in infinitum minore non ar-
guatur ꝙ ſit infinite potentie: ⁊ mirum eſt de iſto doctore
qui non reputat inconueniēs ꝙ angelus poſſit eſſe in pun
cto: et videtur reputare inconueniens ꝙ in quantūcunqꝫ
paruo poſſit eſſe: et preſertim cum per rationem ſuam ſe-
cundam maxime videatur etiam poſſe argui infinitas po
tentie angelice: ſi etiam in puncto poteſt ſe locare ſicut fa-
cile eſt videre. ¶ Dico igitur ꝙ non video impoſſibilita-
tem alterius partis: nec tamen neceſſitatem. Eligat ergo
quis quod velit: dūmodo nihil affirmet temere. nam hec
materia abſcondita eſt nobis dum hic ſumus: et ſcriptu-
ra diuina nihil tale nobis manifeſtat. ¶ Ad argmentum
principale queſtionis dicendum ꝙ antecedēs eſt falſum.
propter ſecundam eius partem. Ad probationem dicen-
phy. 28. dum ꝙ illud dictum Philoſophi intelligēdum eſt de lo-
cato quod eſt dimenſiue et circūſcriptiue in loco. non au-
tem de eo quod eſt diffinitiue tantum.

¶ Diſtiinctionis. ij. Queſtio tertia.

SEcundo circa eandem par
tem diſtinctionis.
Quero vtrum angelus poſſit ſi-
mul eſſe in pluribus locis. Argui-
tur ꝙ non: quia ſi eſſet in pluribus
diſtaret a ſe. conſequens eſt impoſ
ſibile. conſequētia probatur. quia
quecunqꝫ vni et eidem a ſe indiſtā
ti ſunt ſimul / ſiue indiſtantia inter
ſe ſunt ſimul ⁊ indiſtātia. Sed duo loca diſtātia non ſunt
indiſtātia / neqꝫ ſimul. igitur nō ſunt indiſtātia eidem a ſe
indiſtāti. Cū igitur locus indiſtās. ſit locato. Si in duo-
bus locis ſit eidē locatū illud nō erit a ſe indiſtans. igitur
erit diſtans a ſe: quod eſt conſequens inferendum.

Ad oppoſitum plures angeli poſſunt eſſe in
eodē loco. igitur vnus ange-
lus in diuerſis locis. conſequentia videtur apparens. an-
tecedens ꝓbatur per illud Mar. 5. vbi legitur ꝙ legio de- Cap̄. 5.
monum erat in corpore illius obſeſſi.

Reſpondeo duo articuli ſunt hic: vnus de queſi
to. alter de implicato in argumento
ad oppoſitum: ſcilicet vtrum plures angeli poſſint eſſe in
eodem loco.

Quantum ad primum dico ꝙ pōt intelligi que-
ſito: tam de potentia diuina / q̄ʒ de ꝓ-
pria potētia naturali ipſius angeli. Item pōt intelligi de
locis partialibus ⁊ de totalibus. Si de potentia dei intel
ligatur mihi non videtur queſtio dubia debere eſſe apud
theologum: cum quilibet concedat ꝙ virtute dei vnū cor
pus poteſt ſimul eſſe in pluribus locis ⁊ partialibus ⁊ to-
talibus. patet de corpore chriſti. igitur et vnus angelus
cum nō appareat minus poſſibile / q̄ʒ illud. ¶ Preterea.
Nulla cōtradictio implicatur illo poſito. ergo ⁊c̄. Si ve-
ro intelligatur de potentia ꝓpria angeli: ſtante tamen cō-
muni dei influentia ⁊ de locis partialibus. Dicēdum eſt
ꝙ ſic. quinimo ita de facto contingit. nam quilibet ange-
lus eſt totus in qualibet parte ſui loci. et non diſtinguo
vtrum ille partes conſtituant vnum totalem locum con-
tinuum / vel diſcontinuum: dūmodo omnia talia partibi-
lia loca ſimul non excedāt quātitatem maximi loci natu-
raliter poſſibilis angelo: quoniā non puto vt tetigi in pre-
cedenti queſtione ꝙ ad vnitatē loci angelici requiratur
continuitas / aut hōgeneitas loci: ſed cōtiguitas ſufficit.
Si autem de locis totalibus: ⁊ per conſequens mediatis
et diſtantibus: dico ꝙ non. Quod probatur auctoritate
Dam̄. lib. 2. d. ꝙ angeli non poſſunt ſm idem tempus hic Cap̄. 3.
et illic eſſe / vel operari. Item libro primo non poteſt ange Cap̄. 8.
lus ſm idē in diuerſis locis operari. Solius enim dei eſt
vbiqꝫ ſm idē operari. Si aūt poſſet eſſe ſimul in diuerſis
locis: poſſet etiā ſimul in diuerſis operari. Sed cōtra hoc
videtur dictū Aug. 11. ſuper Geñ. vbi vult ꝙ Eue in ſer- Ca. 36.
pente diabolus loquebatur. In muliere vero occulto in-
ſtinctu adiuuabat interius ⁊ exteriꝰ quod egerat per ſer-
pentem: vbi videtur velle ꝙ diabolus ſimul erat in ſerpē-
te et Eua. ¶ Ad quod dicendum hoc non ſequi ex dicto
Aug. quinimo magis pretendit oppoſitum per hoc quod
ait egerat. non ait agebat. innuit igitur ꝙ prius locutus
eſt per ſerpētem: ⁊ deinde interius Eue ſuaſit ꝙ abſqꝫ im-
perceptibili mora ſua celeritate potuit.

Quantum ad ſcd̄m articulum dico primo ꝙ de
potētia dei plures angeli poſſunt eē
in eodē loco. Probaꝛ primo q duo corpora poſſunt eſſe
in eodē loco. igitur ⁊ duo angeli. añs eſt certū per fidem.
ꝯña ptʒ per locū a minori: qm̄ minus videꝛ hoc poſſibile
de corporibus / q̄ʒ de ſpiritibꝰ. ¶ Preterea. Nulla appa-
ret cōtradictio. igiꝛ ⁊c̄. ¶ Oppoſitū tn̄ huius tenēt qdā Sanctus
doctores: quoꝝ vnius ratio eſt. Impoſſibile eſt duas cau Tho. par-
ſas cōpletas eſſe vnius ⁊ eiuſdē imediate. ſed hoc ſeque- te. 1. q. 52.
retur ſi duo angeli eſſent in eodē loco: q cum nō ſint in lo- arti. 3.
co niſi per operationē vterqꝫ operareꝛ circa idē et vterqꝫ
perfecte. igitur ⁊c̄. ¶ Alij probant idē ſic. nulla que eodē Egi. lib. 1.
modo cōparātur ad locū poſſunt ſimul eſſe in eodē loco. diſ. 3. q. 3.
Sed quicūqꝫ angeli eodē modo cōparanꝛ ad locū. igitur
nulli angeli poſſunt eſſe in eodē loco. minor eſt nota. Ma-
ior probaꝛ inductiue de corporibꝰ nō glorioſis inter ſe: et
de glorioſis: ⁊ de aiabus et multis talibus. ¶ Ad primū.
quicquid ſit de impoſſibilitate ꝯñtis: q de hoc alꝰs: nego
ꝯñam. cuius infirmitas patʒ. Tum q ſupponit angelum
non poſſe eſſe in loco niſi opereꝛ circa idē: cuius oppoſitū
in precedēti queſtione ꝓbatū eſt. Tum q dato ꝙ operan
tur. adhuc nō ſequiꝛ ꝙ eſſent due cauſe totales / ſeu duo



motores perfecti: qm̄ cū ipſi libere moueāt poſſet quilibet
mouere citra vltimum ſue potētie: ⁊ citra illud requirere
tur ad mouendū corpus illud: ita ꝙ vterqꝫ eſſet partialis
motor: ⁊ ambo ſimul equiualerent vni perfecto motori.
¶ Ad ſecundum dico ꝙ maior eſt ſimpliciter falſa: ⁊ om-
nes probationes aſſumpte etiaʒ. nā per potentiā dei duo
corpora nō glorioſa poſſunt eſſe in eodē loco. ⁊ duo etiam
glorioſa: ⁊ due etiam anime ſeparate poſſunt ſimul eſſe in
aliquo vt in loco: nō dico idē ſimul informare: ⁊ oīa hec
Sco. li. 2. patent: qm̄ nulla contradictio implicatur in eis. Si vero
di. 2. pte loquamur de potentia naturali. videtur quibuſdā docto
2. q. 8. ribus: ⁊ mihi etiam cū eis poſſe probabiliter teneri ꝙ ſic.
Ratio vna eſt illa que tacta eſt in argumento ad oppoſi-
tū queſtionis. nā in corpore illius obſeſſi erant plures de-
mones ſimul: vt dicit ſcriptura per quod etiā Ricar. 4. de
trini. arguit ꝙ demones non habent corpora. nā alias nō
potuiſſent ſimul plures eſſe in eodem. ſentit igitur ꝙ ſub-
ſtātialiter demones erant in corpore illius: q̄ʒuis ſubſtan
tialiter illabi anime nō poſſint: vt dicitur in eccleſiaſticis
Ochā qli dogmatibus. ¶ Preterea. Ut alius arguit materia ⁊ for
bc. p. q. 4. ma: quarū vtraqꝫ eſt q̄ʒta ⁊ dimenſiue in loco ſunt in eodē
loco. igitur ⁊ duo ſpiritus qui tn̄ ſunt in vno diffinitiue.
¶ Preterea. Non videtur magis hoc impoſſibile natura
liter q̄ʒ ꝙ in eodē corpore ſit anima humana vt in materia
quā informat: ⁊ angelus vt in loco. Sed iſtud eſt poſſibile
⁊ de facto pluries contingit: vt patet in obſeſſis. ¶ Ad ar
gumentū in oppoſitū reſpondeo negando conſequentiam
Ad probationem dico ꝙ illa maior eſt falſa. patet inſtan-
tia. nā deus ſimul eſt cū multis que a ſe plurimū diſtant:
⁊ anima humana etiā ſimul cū pluribus partibus corpo-
ris a ſe diſtātibus: nec tamē deus aut anima diſtat a ſe.

¶ Diſtinctionis. iij. iiij. ⁊. v. Queſtio prima.

SUper diſtin. 3. ⁊ duabus ſe-
quentibus in quibus
Magiſter inqt quales creati fue
rint angeli ſm bonitatem ⁊ mali
tiā: ⁊ de peccato maloꝝ ac meri-
to bonoꝝ. Quero vtruʒ angelus
potuerit in aliquo inſtāti primo
peccare vel mereri. Et arguitur
ꝙ non. primo ſic. In nullo inſtan
ti primo potuit angelus habere
aliqueʒ actū voluntatis. igitur in nullo inſtanti potuit an
gelus habere actū volūtatis. igitur in nullo inſtāti potuit
angelus primo peccare vel mereri. conſequentia patet. q
in voluntate conſiſtit meritū ⁊ demeritū. Iuxta illud Au-
Cap̄. 14. guſti. primo de libe. arbi. hoc lex eterna incōmutabili ſta-
bilitate firmauit vt in voluntate meritū ſit in beatitudine
quia ⁊ miſeria premiū ⁊ ſuppliciū. antecedens probatur:
quia ſi detur oppoſitū ſequitur ꝙ poſſibile fuit: vt in volū
tate angeli eſſet aliqua mutatio indiuiſibilis que non eſſet
finis alicuius tranſmutationis ſucceſſiue: quod eſt cōtra
Cōmē. 32 Cōmenta. 6. phyſi. conſequentia nota eſt. ¶ Secundo ſi
in aliquo inſtanti potuit primo peccare. igitur in inſtanti
primo ſui eſſe potuit peccare. conſequētia hec patet: quia
in inſtanti illo angelus habuit vel ſaltē habere potuit ſuf-
ficientem cognitionem boni ⁊ mali et libertatem eligendi
tā bonū q̄ʒ malū. igitur ſi in aliquo inſtanti potuit: eque be
ne potuit in primo: ſed cōſequēs eſt falſum: q ſi peccauit
in primo inſtanti non potuit illud vitaſſe: ⁊ per cōſequens
Cap̄. 38. nō peccauit. Iuxta illud Augu. 3. de libe. arbi. Quis em̄
peccat in eo quod nullo modo caueri poteſt. ꝓbatio conſe
quētie. non em̄ prius potuit illud vitare: q ipſe non prius
fuit: nec tūc: q tūc fecit. ⁊ omne qd eſt qn̄ eſt ⁊c̄. nec poſtea
q iam preteritum fuit: ⁊ non potuit non fuiſſe.

Ad oppoſitū arguitur ſic. angelus malus pec-
cauit in primo inſtanti ſui eſſe. er-
go in aliquo inſtanti potuit primo peccare. cōſequētia pa
tet. antecedēs ꝓbatur per illd verbū Saluatoris dicētis
de eo Ioan. 8. Ille homicida erat ab initio et in veritate 8. c.
nō ſtetit. ⁊ hoc ab initio ex quo creatus eſt: vt exponit Au
guſti. 11. ſuper Geneꝛ. ad litteram: ⁊ allegatur in hac di- a. 28.
ſtinctione. 3.

In hac queſtione erunt articuli tres. Pri-
mus erit vtrū angelus po
tuerit in aliquo inſtāti primo peccare vel mereri: quod di-
recte queritur. Secundus vtrum potuerit peccare in pri
mo inſtanti ſui eſſe vel demereri quod implicatur in argu
mento vno queſtionis. Tertius vtrum de facto malus an
gelus peccauerit in pricipio ſue creationis ſeu primo in-
ſtanti quo fuit.

Pro articulo primo ſciendum eſt ꝙ quidam do
ctor modernus opinatur ꝙ nulla
volitio in angelis vel in hominibus eſt tota ſimul produci
bilis: ſed quelibet partibiliter ⁊ ſucceſſiue: ita ꝙ nō eſt ali-
quod inſtans primum in quo voluntas vult aut in quo vo
litio eſt in voluntate: q̄ʒuis quelibet volitio in aliquo inſtā
ti: primo ſit in voluntate: quemadmodum in formis corpo
ralibus que motu continuo acquiruntur. verbi gratia. cū
aliquid calefit motu continuo non eſt dare aliquod inſtās
primum in quo calor ſit in illo: quinimmo ante quodlibet
inſtans in quo calor eſt in eo fuit calor aliquis partibilis
in ipſo. Ueruntamen quilibet calor partibilis vel totalis
exiſtens in ipſo in aliquo inſtanti primo fuit in eo. Et ſm
hoc iſte doctor habet ponere conſequenter: ⁊ etiam expreſ
ſe ponit ꝙ nec angelus nec homo potuit p̄mo peccare vel
mereri. ¶ Hanc concluſionem ſuam vniuerſalem probat
multipliciter. p̄mo ſic. ſi aliqua volitio poſſet fieri in inſtā
ti poſſibile eſſet ꝙ aliquis peccaret in primo inſtanti ſui eſ
ſe. cōſequētia ꝓbatur. vt in ſecūdo argumēto facto ad pri
mā partē queſtionis. ⁊. ſ. 9. ſimiliter. ⁊ preter illā probatio
nē etiā ꝓbatur ſic. ſi hoc ſit poſſibile ponaꝛ in eſſe. tunc ar
guo ſic. illud peccatū eſt vitiū volūtatis. igitur nocet volē
ti. igitur adimit bonū aliqd a volūtate. igitur illud bonuʒ
adēptū prefuit in voluntate: ⁊ per cōſequēs ipſa volūtas
prefuit in qua prefuit illud bonū. igitur hoc nō eſt primū
inſtās ſui eſſe: et ita ex illo poſito ſequūtur ꝯtradictoria. ſ.
ꝙ hoc eſt primū inſtans. ⁊ ꝙ hoc nō eſt primū inſtās. Iſte
eſt ex toto modus arguēdi Augu. 12. de ciui. dei. vbi pro- Cap̄. 7.
bat ꝙ nō poteſt aliqua voluntas mala eſſe mala ab eterno
vide ibi etiā in pluribus locis alijs ſimili vtitur argumen
to. Itē idē. 2. de ciui. dei. reprobat opinionē illoꝝ qui di-
xerūt angelū peccaſſe in primo inſtanti moti auctoritate
beati Ioan. in cano. ſua prima dicētis. quoniaʒ ab initio Cap̄. 15.
diabolus peccat. ⁊ dicit Augu. ꝙ non intelligūt ſi natura Cap̄. 3.
le eſt: nullo modo eſſe peccatū. vbi expreſſe innuit ꝙ ex hoc
ꝙ ponitur eſſe in primo inſtanti: ſequitur ꝙ ſit naturale: et
per conſequens ꝙ non ſit peccatuʒ. ¶ Secundo ſi ſic. ali-
quis poſſet mereri in primo inſtanti ſui eſſe. cōſequēs fal-
ſum: quia nullus poteſt mereri: niſi quādo poteſt iuſtitiaʒ
amittere. ſed nō poteſt iuſtitiā amittere in primo inſtanti:
q tūc eſt. ⁊ omne quod eſt ⁊c̄. nec prius: q prius non fuit.
igitur tūc non poteſt mereri: ita enim arguit Anſel. de ca- Cap̄. 5.
ſu dia. Cur angeli boni potuerunt peccare anteq̄ʒ mali ca-
derent: quia ſi non potuerunt peccare inquit non poteſta-
te: ſed neceſſitate ſeruauerunt iuſtitiaʒ. quare non magis
meruerunt ſeruando iuſtitiā q̄ʒ ſeruando rationabili-
tatem quam perdere nequiuerunt. ¶ Tertio tunc poſito
caſu poſſibili aliquis inuitus et neceſſario peccaret. pro-
bo. quia poſito ꝙ deus in hoc inſtanti creet vnum an-
gelum dando ſibi perfectam cognitionem et libertatem
arbitrij: ⁊ preceptum ꝙ eliciat actuʒ diligendi deum quo

citius poterit:⁊ tamē cū hoc ſuſpēdat actū volūtatis an-
geli per hoc inſtās: preciſe hoc poſito iſte in aliquo inſtan
ti diliget deū: quia talis dilectio ꝓducetur tota ſimul.ſit
ergo illud inſtans.a.tunc ſic. Inter hoc inſtās:⁊.a.erit tē-
pus mediū in quo iſte angelus non diliget deum.igitur in
tempore illo omittet cōtra preceptū:⁊ velit nolit peccabit
Si dicatur ꝙ diliget in tēpore immediato huic inſtanti.
igitur dilectio illa producetur partibiliter ⁊ in tēpore.ſed
tunc contra. ponatur ꝙ alius angelus non impeditus eli-
ciat in hoc inſtanti vnā dilectionem reſpectu dei: iſti tūc
duo actus duorum angelorum erunt eiuſdem ſpeciei. igi
tur ſi vnus ꝓducitur in tempore⁊ alius:⁊ econtra.ſi vnus
in inſtanti ⁊ reliquus:quia neceſſe eſt vt illud quod exiſtit
in aliquo indiuiduorū ſpeciei ex rebus eſſentialibus exi
ſtat in omnibus indiuiduis illius ſpeciei:vt ait Cōmenta.
Cōmē.59. 2.ce. Nec iuuat ſi dicatur ꝙ tale preceptum non poteſt in
illo caſu daria deo: quia non ponatur ꝙ detur adhuc ſe-
quitur ꝙ peccat propter ingratitudinem expectando per
tempus anteꝗ̄ deū diligat. ¶ Quarto vt prius aliquis
poſſet mereri in inſtanti: ⁊ tunc ſequeretur ꝙ poſſibile eſ-
ſet eſſe duo merita equalia:quorum vnum omnibus alijs
paribus exiſtentibus ex parte vtriuſꝗ̄ merētis eſſet in tē
pore:⁊ aliud in inſtanti:quod eſt falſum:quoniam tunc ni
hil prodeſſet continuare meritum.cōſequentia probatur.
quia ponatur ꝙ vnus mereatur per inſtans tm̄ et alius ꝑ
horam ceteris conditionibus ⁊ circunſtantijs paribus in
vtroꝗ̄:tunc meritum factum in vna hora eſt maius⁊ non
in infinitum:quia nullum finitum excedit infinite finitum
ſit igitur gratia exempli ꝙ ſit in duplo maius. tunc pona-
tur alius qui ceteris paribus mereatur per dimidiū vni
us hore tm̄.meritum iſtius tertij erit ſubduplū ad meritū
ſecundi merendi.igitur erit equale merito primi inſtanta
neo.aſſumptum probatur. quia meritum ſecundi pro pri
ma medietate hore eſt ſimpliciter equale merito tertij: qđ
probatur: quia ſi ſecundus habuiſſet interruptionem ali-
quā inter illas medietates hore in qua merebatur:tūc ma
nifeſtum foret ꝙ meritū eius in vtroꝗ̄ merente eſſet equa
le merito tertij:ſed nunc ſuum meritum eſt tantum ꝗ̄tum
foret ſi eſſet interruptum: quia eſt cum cōditionibus ſimi
libus.igitur ⁊c̃. ¶ Quinto ſequeretur ꝙ ꝓ pctō inſtāta-
neo deberetur alicui pena eterna certa. ⁊ vltra. igitur po-
ſito caſu poſſibili alicuius peccatū deus non poſſet ſuffi
cienter punire : quod non videtur conueniens concedere.
conſequentia probatur: quoniam quelibet voluntas crea
ta eſt nature finite:⁊ ꝑ conſequens conuenit aſſignare ma
ximam penam quā poteſt recipere vel ſaltē ita magnā ꝙ
nō poterit eam recipere.ſit ergo aliqua talis quā angelus
nō poteſt recipere.a. cōſtat ꝙ aliqua proportio eſt inter.a
⁊ penam debitā pro peccato inſtantaneo huius angeli: q̄
vtraꝗ̄ finita eſt.ſit igitur decupla: tūc ſit.quocūꝗ̄ tēpore
accepto.iſte angelus poteſt decies peccare ita grauiter ſi
cut fecit in vno inſtanti.igitur in quocūꝗ̄ tēpore finito po
teſt mereri decies tales penas: ⁊ per cōſequēs penā.a.et
non poteſt recipere penam.a.vt poſitū eſt.igitur ꝓpoſitū.
aſſumptū aūt ꝓbatur: q̄ in quocūꝗ̄ tēpore ꝗ̄tūcūꝗ̄ par
uo poſſet ipſe ſtante eadem cognitione ſufficienti dimit-
tere malam volitionem quo ſic peccaret: ⁊ eam reaſſume
re pluſꝗ̄ decies.immo quotienſcunꝗ̄ voluerit habens li-
beram voluntatem ⁊ nondum confirmatus: quia nullam
difficultatem patitur angelus in volendo. ¶ Sexto ſi ſic:
tunc homo vel angelus poſſet habere meritum in inſtan-
ti: vt prius dicebatur: ⁊ tunc vltra ſequitur ꝙ vnam voli-
tionem bonam factam in inſtanti continuans per certum
tempus vniformiter in omnibus conditionibus meretur
premium infinitum intenſiue: ⁊ cum tale premium nō poſ
ſit capere. ſequitur ꝙ non poſſit ſufficienter a deo pre-
miari. conſequentia prima probatur: quia ſicut ꝓ primo
inſtanti extrinſeco illius temporis debetur merenti aliqđ
premiū preciſe:ita pro quolibet inſtāti ſequenti illius tem
poris debet̄ aliquod premium preciſe.igitur vel pro quo-
cūꝗ̄ inſtantiū ſequētium debetur premiū equale ei quod
debet̄ pro primo/ aut pro quolibet ſemꝑ maius ⁊ maius/
aut ſemper minus: ⁊ quodcūꝗ̄ detur ſequitur ꝙ pro om-
nibus ſimul debent̄ premia equalia infinita:q̄ poſt quod
libet inſtās: ⁊ ſimiliter ante quodlibet inſtans illius tēpo-
ris ſunt inſtātia infinita. Et ideo ſi ſemꝑ maius.igitur in-
finita maiora primo. Si ſemꝑ minus.igitur quocūꝗ̄ da-
to in tēpore illo ante ipſum fuerūt infinita pro quoꝝ quo-
libet debetur maius:⁊ ſic ptꝫ propoſitum. ¶ Septimo ſe
quitur ꝙ ſm̄ legē cōmunē poſſet ꝗs iuſte punire grauius
pro finitis peccatis venialibus/ꝗ̄ pro maximo mortali in
eodem tēpore/vel maiori facto:q̄ pro veniali vnius inſtā-
tis debetur aliqua pena ⁊ illa nō exceditur infinite a pe-
na debita pro mortali.igitur totiens poterit ſm̄ multitu-
dinem finitā eque grauiter.⁊c̃. ¶ Octauo ſequeretur ꝙ
in angelo qui peccauit: ⁊ ſimiliter in hoīe primo meritum
⁊ demeritum fuerūt immediata:ita ꝙ non fuit inſtās nec
tempus mediū:⁊ vlterius cū vterꝗ̄ iſtorum ſemper quan
do ſtetit in iuſtitia ⁊ meruit fuerit ſapiens:⁊ qn̄ pecauit
fuerit ſtultus.ſequitur ꝙ inter ſapientiam ⁊ ſtultitiā iſto
rum non fuit mediū.ſ.tranſitus de vno in aliud:qui tran-
ſitus nō fuit ſapiens neꝗ̄ ſtultus:quod eſt contra Augu. Cap.52.
3.de li.ar.vbi querit vtrū primus homo ſtulte vel ſapiēter
receſſerit a deo.⁊ determinat ꝙ nec ſic. nec ſic.ſed eſt da-
re mediū.nam tranſitus ipſe nec ſapiens nec ſtultus fuit.
ſicut etiā declarat ī exēplis alijs.vide ibi. ¶ Nono tūc ꝓ
merito inſtātaneo deberetur augmentum charitatis. Cū
igitur illius augmenti ſit certa proportio ad charitatem
chriſti. ſequitur ꝙ in ipſo ꝗ̄tūcūꝗ̄ paruo poſſet aliquis
acquirere tantam charitatem ꝗ̄tam habuit chriſtus: qđ
eſt falſum probatur cōſequentia.quia in quocūꝗ̄ tēpore
paruo poteſt totiens ſubito velle quotiens illud augmē-
tum cōtinetur in charitate chriſti:⁊ ſequitur cōcluſio in-
ferenda. ¶ Decimo ſequeretur ꝙ obeſſet huiuſmodi con
tinuare actum ſuū meritoriū:quia conſtat ꝙ pro iſto de-
betur ſibi certum premiū:⁊ pro merito inſtantaneo debe-
tur ſibi etiam certū premiū : licet minus ſit igitur gratia
exempli minus in decuplo.cū ergo.10.imo.100.tales actꝰ
ſubitos poſſet producere in illo tēpore quo cōtinuat actū
vnum poſſet acquirere maius premium non' continuādo
eum.igitur obeſt ſibi continuare ipſum. ¶ Undecimo ſe
queretur ꝙ aliquis neceſſario eſſet ocioſus habēdo liber
tatem ſummā arbitrij:quia poſito ꝙ deus ſuſpēdat actio
nem vnius angeli pro vno inſtanti preciſe:tūc ille primo
vellet in aliquo inſtanti mediato:⁊ per conſequens in tp̄e
medio eſſet ocioſus. ¶ Duodecimo ſequeretur ꝙ aliꝗs
habens per vnam horā ſummum meritū ſibi poſſibilē cir
ca aliquod obiectū poſſet in eadē hora in decuplo plus
mereri habēdo diuerſos actus circa diuerſa obiecta: vel
etiam circa idem intercalariter:et ſic expediret non con-
tinuare actum reſpectu vnius: quod eſt falſum:q̄ in hoc
maxime cōmendatur felicitas a Philoſopho.10.ethi.qđ
eſt maxime cōtinua. ¶ Decimotertio ſequeretur ꝙ ſi ali-
quis peccaret venialiter cōtinuādo actū ſuum per tēpus
in cuius fine moreretur. ſequitur ꝙ pro quolibet inſtanti
illius tēporis debetur ſibi aliqua pena in purgatorio:et ſi
peccatū ſuum foret mortale pro quolibet inſtāti ſibi debe
retur pena etiā aliqua in inferno:⁊ per cōſequens infinita
pena intenſiue:ac per hoc nullū poſſet deus punire ſuffi-
cienter. ¶ Decimoquarto ſi ſit dare primū inſtans in quo
volūtas vult/ſiue in quo volitio eſt in volūtate. igitur vel
hoc erit de volitione libere ꝓducta a voluntate/vel de ea
que naturaliter porducitur: que ſi neceſſario ſequitur ad
aliquā apprehenſionem non deliberatam:q̄ oīs mutatio



Cōmē.32 ſubita finis eſt ſucceſſiue.per Cōmen.6.phyſi.ſed cū vo-
lūtas libere ꝓducit volitionē ſua p̄ma ꝓductio ſi aliqua
ſit p̄ma non eſt tunc finis ſucceſſiue mutationis īmedia-
te precedentis. igitur ⁊c̃.nec de volitione naturaliter ſe-
quente apprehenſionē alicuius. verbi gratia.beatitudi-
nis aūt alterius alicuius placibilis : quia ſi eſt dare pri-
mū inſtans in quo intellectus cogitet de tali volito ſit il-
lud.a.igit̄ nec primū inſtans in quo voluntas vult illud.
aſſumptū ꝓbat̄:q̄ cogitatio noua vel libere cauſaret̄:et
tunc non eſſet finis mutationis ſucceſſiue contra prealle-
gatam auctoritatem Cōmen:aut illa cogitatio actualis
generaretur naturaliter ab aliqua ſpecie imaginatiua.
Et tūc vel eſt aliqua ſpecies debiliſſima ⁊ minima ip̄ius
a.in virtute imaginatiua que poteſt agere in intellectu:
vel eſt maxima que non poteſt:nō poteſt dici primū;quia
ſi ſic ſit illa minima que poteſt.b.et intētio quā poteſt cau
ſare ſit.c:igitur aliqua alia ſpecies in imaginatiua debi-
lior ꝗ̄.b.poteſt cauſare in intellectu aliquā intentionem
debiliorem ꝗ̄.c.ſic enim eſt in alijs actionibus naturali-
bus:ꝙ ſi aliqua virtus poteſt mouere aliquid aliqua ve-
locitate:virtus minor poteſt mouere illud tardius:quod
probatur ex hoc ꝙ illud motum poteſt moueri tardius a
virtute debiliori:et ſic ſequitur ꝙ non ſit aliqua debiliſſi-
ma et minima ſpecies in imaginatiua potens cauſare in
intellectu cogitationem actualem de.a.relinquitur ergo
ꝙ ſit alia maxima que non poteſt et quelibet intenſior po
teſt agere in intellectum. Ex hoc ꝓbatur ꝙ nullū eſt pri-
mum inſtans in quo ſpecies imaginatiua agit in intelle-
ctum:⁊ per conſequens nec cogitationis in ītellectu ſi co
gitatio ſimiliter a ſpecie imaginatiua cauſetur:quia ſi ſit
aliquod tale primum inſtans:ſit inſtans preſens.tunc ſic.
ſpecies imaginatiua agit nunc in intellectu naturaliter ⁊
nō libere. igitur nec primo eſt iſta ſpecies ſatis fortis ad
agendū:quia ſi prius fuiſſet ſatis fortis prius egiſſet. igi
tur eſt aliqua ſpecies minima ſeu debiliſſima in imagi-
natiua que poteſt agere in intellectum:cuius oppoſitum
iam ꝓbatum eſt. igitur non eſt aliquod primum inſtans
in quo ſpecies et imaginatiua agit in intellectum: ac per
hoc non eſt aliquod primum inſtans quo intellectus co-
gita cum ſua cogitatio ſit naturaliter a ſpecie imaginati-
ua:⁊ ſequitur principale ꝓpoſitum. ¶ Hec opinio mihi
non apparet vera:ideo ꝓpter ipſam et ꝓpter reſponſionē
ad argumentum pono concluſiones tres. Prima eſt. ꝙ
poſſibile eſt aliquā volitionē indiuiſibiliter ſeu ſimul to-
tā ꝓduci. Secunda eſt.ꝙ poſſibile eſt aliquā volitionem
ſucceſſiue et partibiliter produci. Tertia ad articulum
directe ꝙ angelus potuit in aliquo inſtāti p̄mo peccare.
¶ Primā ꝓbo rationibus quibuſdā alioꝝ ſatis ꝓbabi-
libus:vt mihi videtur primo ſic.poſſibile eſt charitatem
alicuius ſimul totā corrūpi.igitur poſſibile eſt aliquam
volitionem ſimul totā ꝓduci.antecedens ꝓbat̄. nā poſſi
bile eſt ꝙ aliquis habens charitatē peccet primo morta-
liter.peccato aūt mortali tota charitas ſimul corrūpitur
vt omnes concedūt.conſequentia patet:q̄ non prius per
peccatū corrūpit̄ charitas ꝗ̄ peccatū illud ſit vt certum
eſt.alias pena p̄cederet culpā: nec p̄us peccatū illud eſt
ꝗ̄ ip̄a corrūpat̄.cū nō ſe cōpatiant̄ in eodē de lege cōmu
ni.ſimul ergo charitas p̄mo non eſt ⁊ culpa mortalis eſt:
⁊ habet̄ ꝓpoſitū. ¶ Secūdo.poſſibile eſt notitiā tā ſen-
ſualē ꝗ̄ ītellectualē totā ſimul ꝓduci.igit̄ ⁊ volitionem.
conſequentia patet.tū q̄ non eſt magis potēs ītellectus
aut ſenſus reſpectu ſui actus ꝗ̄ voluntas reſpectu ſui.tū
q̄ poſita ſufficiēti notitia de obiecto placibili ſimul poni
poteſt volitio circa illud. Antecedens ꝓbo ex eo ꝙ aliqđ
viſibile exiſtens in tenebris ſi ſubito lumen cauſet̄ in me-
dio:ſicut poſſibile eſt.ſubito cauſabit viſionē in viſu.poſi
to ꝙ ſit aliquis ꝓximus et diſpoſitus. ¶ Ad hoc etiā eſt
auctoritas expreſſa Cōmen.3.de anima.vbi ait.ꝙ ſentire Cōmē.28
eſt ꝑ ſe actio ꝑfecta ⁊ ſine tēpore ⁊ abſꝗ̄ eo ꝙ p̄cedat ip̄m
actio diminuta:⁊ idē ſtatim dicit de intelligere: ⁊ conclu
dit ꝙ Ariſto.intēdit ibi declarare cauſam ꝓpter quā in-
tellectus intelligit ſine tempore. ¶ Ad hāc auctoritatem
rn̄detur.d.ꝙ intellectus Cōmen.in p̄dicta auctoritate et
alijs ſimilibꝰ eſt ꝙ ꝗ̄uis huiuſmodi actiones.ſ.ſentire et
intelligere intēdant̄ ex aliqua cauſa ꝑ aliquod tēpus.in
termino tm̄ illius tēporis ⁊ in omnibus inſtātibus ſequē-
tibꝰ dicunt̄ eſſe ꝑfecta in ſua ſpecie quando eſt in anima
ꝑfecta quies:nec tūc requirūt actionē ſucceſſiuā imme-
diate precedētem. et hoc intelligit per hoc qđ ait.ꝙ illas
actiones non precedit actio diminuta.ſ.neceſſario ⁊ ime
diate. Sed hic gloſa nullo modo eſt ad mentem Cōmen.
aut Philoſophi quē exponit Cōmen.ibidē.qđ patet.nā T.c.28.
Philoſophus ibi vult dare differentiā inter tranſmuta-
tionem ſenſus.cū de non actu ſentiente fit actu ſentiēs:et
intellectus:cū de non actu intelligēte fit actu intelligēs:
⁊ tranſmutationē rerū materialiū.nō ergo accipit actio-
nēs illas ſm̄ ꝙ ſunt iā ꝓducte ⁊ in quiete: ſed ſm̄ ꝙ fiunt
in ſenſu vel in intellectu ⁊ acquirunt̄ poſt:ꝗ̄uis fuerunt:
⁊ hoc manifeſte patet ex v̄bis Philoſophi ſm̄ lrām quā
Cōmen.exponit.ſunt enim hic.⁊ videmus ſenſatū facere T.c.28.
ſentiēs in actu poſtꝗ̄ erat in potētia nō patiendo altera-
tionem:⁊ in hoc qđ dicit non patiendo alterationē innuit
differentiam quā intendit:vnde et ſine medio ſubdit. Et
ideo iſte alius modus motus eſt.motus eñ eſt actio.non
aūt ꝑfectio.actio aūt ſimpliciter eſt alius motus et actio
ꝑfecti.vbi Commen.exponens.videmus inquit ⁊c̃.i. Et Cōmē.28
q̄ videmus ſenſibile facere ſentiēs in actu poſtꝗ̄ fuit in
potētia nō ita ꝙ ſentiens apud exitū de potētia in actum
trāſmutetur aut alteret̄ ⁊c̃. Item infra. Et cauſa ꝓpter
quā iſti motui conuenit trāſmutatio.illi aūt non:eſt q̄ il-
le motus cui accidit traſmutatio eſt actio non perfecta ⁊
via ad cōplementū. Ille aūt eſt actio ꝑfecta:imo cōple-
mentū. Ex his aūt patet.primo ꝙ ſicut dicebatur loquit̄
de talibus actionibus:nō ſm̄ ꝙ ſunt prius facte ⁊c̃.vt di
cit reſponſio:ſed ſm̄ ꝙ fiunt et exeunt ad actū poſtꝗ̄ non
fuerūt. ¶ Secūdo.q̄ ſic non ſunt actiones imperfecte ⁊
ſucceſſiue:ac quaſi vie ad cōplementū: ſed ꝑfecte ⁊ com-
plete:⁊ per conſequens indiuiſibile ⁊ ſimul tote:⁊ ſm̄ hūc
intellectum.loquitur etiam Philoſophus.10.ethi.vbi di Cap.4.
cit.ꝙ viſio ⁊ delectatio ſunt de numero totoꝝ et ꝑfectoꝝ.
¶ Aduertēdum tamen ꝙ ꝗ̄uis talia cōtingat fieri ſimul
tota.nihilominus tamen contingit etiā vt aliquādo fiant
partibiliter:vt patebit in concluſione ſequenti:ſed hoc nō
ꝑ ſe conuenit eis:neꝗ̄ ſemꝑ.et hoc etiam notauit Cōmen.
ſubdens.vbi ſupra.3.de anima. Et cum ita ſit inquit.ſ.ꝙ Cōmē.28
ſentire ⁊ intelligere ſunt actiones ꝑfecte:eſſe in intellectu
actionem īperfectā accidit ei ꝓpter materiā.nō ſm̄ ꝙ eſt
actio: ⁊ cū accidit hoc actioni neceſſe eſt aliquā actiōem
eſſe liberatā ab hoc accidente. Ex quo vt patet etiā con-
cludit ꝙ neceſſe eſt aliquā actionem eſſe vel eſſe poſſe nō
imperfectā et diminutā:qđ eſt ꝓpoſitū. ¶ Huic etiā cō-
cordat Philoſophus.10.ethi.per cuius dictum ibidem Cap.4.
ꝓbatur etiam preſens concluſio.cum ait.ꝙ contingit de-
lectari in non tempore:⁊ in ip̄o nunc:⁊ ꝙ delectatio eſt to
tum aliquid. ¶ Tertio ſic.chriſtus habuit ſm̄ animam
actum meritorie dilectionis que per nullū tempus aucta
fuit.igitur habuit volitionem totam ſimul: ⁊ non partibi
liter ꝓductam. conſequentia patet:quia ſi ſucceſſiue et
partibiliter fuiſſet dilectio illa ꝓducta maior vel inten-
ſior in eo dilectio fuiſſet in fine illius temporis ꝗ̄ in me-
dio.antecedens vero ꝓbatur auctoritatibus magiſtri.d.
lib.3.diſt.18.ꝙ chriſtus ab ipſa cōceptione meruit ꝑ cha-
ritatem iuſtitiam et alias virtutes:et ſequitur ꝙ tāta ple
nitudo cariſmatum in eo fuit ꝙ in eis proficere non po-

tuit: et ideo melior ipſius anima fieri non potuit q̄ ab ini
tio ſue conditionis extitit. Item Grego. quem ibidem al-
legat magiſter. d. non habuit omnino chriſtus iuxta ani-
me meritum quo potuiſſet proficere. igitur nec eius meri
tum vel meritoria volitio augeri. ¶ Ad iſtud doctor iſte
reſpondet ꝙ illud meritum non habuit chriſtus a volun-
tate humana: ſed per creationem: et ideo nō ex hoc ſequi-
tur ꝙ actus volitionis naturaliter ꝓducte fiat in inſtāti.
¶ Contra. hoc non poteſt ſtare ſm dicta eius: quia ſm
ipſum nullus actus eſt alicuius meritum a quo non effi-
citur. igitur ſi non ab anima chriſti ille actus productus
fuit non fuit meritum anime chriſti. eſto ꝙ poſſet dici ꝙ
fuiſſet meritum chriſti propter eius diuinitatem a quo
fuiſſet productus: vt ipſe videtur velle dicere. nūc autem
auctoritates predicte dicunt ipſum meruiſſe ſm animā.
igitur ſm iſtius doctrinam ab anima productus fuit.
¶ Preterea. Chriſtus meruit: et conſtat ꝙ non ſm diui-
nitatem. igitur ſm humanitatem. et ſi ſic igitur ſm ani-
mā: ⁊ ꝑ ꝯñs illud meritū fuit ab aīa eius. ¶ Secundam
concluſionē ꝓbo primo ſic. contingit volitionē itēdi: igit
ꝯtingit volitionem partibiliter produci. ꝯñtia patet. nam
intentio forme non fit niſi per additionem noue partis for
me: vt probatum eſt in p̄mo. diſt. 17. antecedēs probatur:
quoniam contingit in aliquo intendi notitiam vel eſtima
tionem de bonitate rei alicuius quā deſiderat: vtpote co
dicis per diligentiorem examinationem ſue pulchritudi
nis vel veracitatis: aut equi per maiorem experientiam
ſue fortitudinis aut ſue velocitatis. igitur et cōtingit de-
ſiderium de ipſa intendi: et patet conſequentia. quoniam
Cōmē. 36 vt dicit Commenta. 12. metaphyſi. et nos ita etiam expe-
rimur. quanto magis quod deſideratur eſtimatum fue-
rit maius bonum: tanto deſideriū maius erit. ¶ Secun-
do contingit aliquam volitionem partibiliter corrumpi:
igitur contingit aliquam partibiliter produci. conſequen
tia patet. antecedens probatur per experientiam. experi
tur enim quis ꝙ aliquando intenſe ⁊ feruenter deſiderat
aliquam rem non habitam: aut in habita delectatur et
complacet: et paulatim tepeſcit et reuertitur talis com-
placentia vel deſiderium et tādem ceſſat: talis autem re-
miſſio non contingit abſq̄ ſucceſſiua corruptione dicto-
rum actuum. ¶ Tertio. poſſibile eſt viſionem corpora-
lem et etiam intellectualem partibiliter acquiri. igitur et
volitionem. conſequentia patet: tum quia non magis ap-
paret repugnantia ex parte volitionis q̄ viſionis: ⁊ maxi
me intellectualis: tum quia frequenter ad clariorē ⁊ per-
fectiorem notitiam rei ſequitur intenſior volitio: vt ſupra
tactum eſt. antecedens patet: cum aliquid primo viſum
a remotis appropinquat videnti et ſm maiorem appro-
pinquationem clarius videtur. Item cum viſibile remiſ-
ſum actu viſum continue intenditur et clarius ac perfe-
ctius videtur in quo caſu euidentius poteſt argui ꝙ vi-
ſio fiat partibiliter. nam cōtinue noue partes coloris ſm
intenſionem generantur in eodem ſubiecto primo cū pre-
cedentibus: et illo vtiq̄ ſicut et alie videntur ⁊ non prius
videntur q̄ ſint. certum eſt: nec prius ſunt q̄ videātur. pa
Cap. 10. tet per Augu. 14. de trini. dicentem quedam cognoſcibi-
lia ſimul cum cognitiōe eſſe incipiunt: velut ſi aliq̄d vi-
ſibile quod omnino non erat ante oculos noſtros oriatur
cognitionem noſtram vtiq̄ non precedit: aut ſi ſonet ali-
quid vbi adeſt auditor ſimul ꝓfecto incipiūt eſſe ſimulq̄
deſinunt et ſonus et eius auditus: et iſtud qđ vltimo poſi
tum eſt optime valet etiam ad principale propoſitum. nā
ſicut locutio exterior ſucceſſiue formatur ſic et auditus
ſucceſſiue generatur. patet etiam huius ratiōe. nā alias
actiuum naturale ſtaret per tempus in ſufficienti diſpo-
ſitione ad paſſum ſufficiens ceteris requiſitis concurren
tibus anteq̄ ageret. ſimul ergo dum ille partes coloris

fiunt videntur: ⁊ ſicut ſucceſſiue fiunt ſic ſucceſſiue vidē-
tur. ⁊ conſtat ꝙ non ea viſione preciſe qua priores videbā
tur: ſicut ptz ex auctoritate preallegata. et etiam ratione:
quoniā viſio vnius rei non poteſt naturaliter fieri viſio al-
terius. igitur aliqua viſione partiali. non autem preexiſtē
te: q2 nulla viſio naturaliter precedit rem viſam cū queli-
bet a re viſa cauſetur ſm Aug. 11. de tri. Et ſimiliter lib. Cap. 5.
14. vbi ſupra proximo. ¶ Item in alio exēplo efficaciter
idem cōuicitur. Si enim ad magnum viſibile cuius par-
tem tantū quis videat per aliquod foramē moueatur mo
tu continuo ante foramen illud. verbi gratia. a dextro in
ſiniſtrum: pars prima viſa ſucceſſiue exibit oppoſitionem
oculi ⁊ occultabitur ſibi: ⁊ alia prius non viſa ſuccedet: ⁊
q2 conſtat ꝙ ſuccedens non videbitur viſione precedētis:
nec ipſa tota ſimul ſuccedat: ſed per partē ante partem: ſe-
quitur ꝙ noua viſione partibiliter et ſucceſſiue acquiſita
videbitur: quod eſt probandum. ¶ Contra iſtam conclu-
ſionem ſunt rationes aliquorum tenentium ꝙ actus dili-
gendi ſit impartibilis oīno: quarum prima eſt: quoniam ſi
eſſet partibilis: ⁊ per conſequens in infinitum diuiſibilis
in remiſſius. ſequitur ꝙ in dilectiōe qua quis diligit deū
contineatur aliqua pars remiſſior ⁊ imperfectior actu di
lectionis: qua quis diligit muſcā. ⁊ cum quelibet pars di
lectionis ſit dilectio: ſequitur ꝙ aliqua dilectio dei ſit im-
perfectior / vel ſaltē minus perfecta dilectione muſce: qđ
videtur abſurdum. ¶ Secūdo ſequeretur ꝙ quis ſimul
idem obiectū diligeret perfecte et imperfecte: toto ſiqui-
dem actu perfecte: et parte actus imperfecte. Et ſic bea-
ta virgo ita imperfecte deū diligeret: ſicut vnus alius mi
nime deo carus. ¶ Tertio ſumantur due dilectiones di-
uerſarum rationum: et quero an quodlibet indiuiduum
vnius illarū ſpecierum eſt perfectius quolibet indiuiduo
alterius ſpeciei / aut non. ſi non. igitur ſpecies non ſunt ſi-
cut numeri. contra Philoſophū. 8. metaphy. ſi ſic. igitur T. c. 10.
vnius illaruz dilectionū quelibet pars perfectior eſt alia
dilectione. ⁊ vlterius cum quelibet pars habeat in ſe par
tes ꝓportionales infinitas. ſequitur ꝙ quelibet continet
in ſe partes infinitas: quarum quelibet eſt perfectior alia
certa dilectione: vtpote illa altera primo ſumpta: et ſi ſic:
quelibet igitur eſt infinite perfecta: qđ eſt falſum. ¶ Ad
primum dicendū ꝙ in vltimo conſequente cōparatio po-
teſt accipi ſm ꝓportionalitatem: vt ſit ſenſus: ꝙ aliqua di
lectio dei eſt minus imperfecta in ſua ſpecie / q̄ ſit aliqua
dilectio certa data muſce in ſpecie ſua. ⁊ in illo ſenſu cōſe
quens non eſt incōueniens: ⁊ poteſt ſcđo accipi ſm ꝓpor-
tionem vnius ad alteram: ⁊ tunc nego conſequentiam: lo-
quendo de perfectione naturali: non de gratuita. dico enī
ꝙ quelibet q̄tumcunq̄ remiſſa dilectio dei perfectior eſt
q̄tūcunq̄ intenſa dilectione muſce: ſicut quelibet q̄tum-
cūq̄ remiſſa intellectio albedinis perfectior eſt q̄tūcūq̄
perfecta / vel intēſa de nigredine. ¶ Ad ſecundum dicen-
dum ꝙ ly. iperfecte poteſt capi dupliciter. vno modo ne-
gatiue: ita ꝙ ly in. equiualeat negationi: vt ſit ſenſus ꝙ
quis perfecte diligeret deum non perfecte diligeret deū:
et tunc conſequentiam nego. nec probatio valet ad hunc
ſenſuz: vt patet. alio modo poteſt capi remiſſe vt ſit ſenſus
ꝙ perfecte / vel intenſe ⁊ remiſſe diligeret deum: et ſic ad-
huc poteſt negari conſequētia: q̄uis poſſit concedi ꝙ in-
tenſa ⁊ remiſſa dilectione diligit deum: ſicut etiam conce
di poteſt ꝙ idem ſubiectum eſt calidum calore intenſo et
calore remiſſo: qui eſt pars intēſi: ⁊ tamen ex cōmuni vſu
non cōceditur ꝙ idem eſt intenſe ⁊ remiſſe calidum: quic-
quid concedendum foret de virtute ſermonis: ſicut dictū
eſt in primo di. 17. vbi queritur an intenſio corporalis for-
me fiat per acquiſitionem noue partis forme. articu. 2. in
reſponſione ad ſextam rationem alterius opi. ſi quis au-
tem velit primam in eūdem ſenſum facere cum ſecunda de



quo nolo contendere: tunc concedo conſequentiam: ⁊ con
ſequens tā primū q̄ ſecundū: nec tamen ex illo ſecūdo ſe-
quitur ꝙ beata virgo non ꝑfectius diligat q̄ ille minime
deo carus: q̄uis etiā ⁊ illa ſecūda. conſequentia non va-
leat de vir. ſer. propter ly ſicut. qđ habet vim confunden-
di: ⁊ ideo hec eſt falſa. aliqua dilectio virginis eſt ita re-
miſſa vel parua: ſicut dilectio illius minime deuoti: quo-
niā qualibet dilectione vel parte dilectionis virginis eſt
aliqua pars dilectionis minime deuoti remiſſior: ⁊ ꝓpter
eādē cauſam non eſt etiā econuerſo cōcedendū ꝙ aliqua
pars dilectionis illius ſit ita remiſſa ſicut pars dilectio-
nis virginis. ¶ Ad tertiū dico ꝙ quodlibet indiuiduum
ſpeciei ꝑfectioris eſt ꝑfectius quolibet indiuiduo imper-
fectioris ſpeciei. et vlterius concedo ꝙ quelibet pars di-
lectionis ꝑfectioris ſpeciei cōtinet infinitas partes: qua-
rū quelibet eſt ꝑfectior ⁊c. ſed nego conſequentiam qua
infert. igit eſt infinite ꝑfecta: et ratio eſt: q2 cōparatio ſit
inter ea que ſunt alterius rationis: in quibꝰ nō valet talis
conſequētia: ſicut declaratum eſt in q. prime allegata in
reſponſione ad octauā rationē opi. alterius. vnde ſimiles
rationes poſſunt fieri ꝙ nulla corporalis forma ſit parti-
biliter acquiſibilis loquendo de partibilitate intenſiua:
cuius oppoſitū: vt puto: eſt in p̄mo. di. 17. ſufficiēter oſtē-
ſum. ¶ Tertiā concluſionē ꝓbo ſic. poſſibile fuit ange-
lū anteq̄ peccauit habere charitatē. et p̄mū eius pecca-
tum fuiſſe mortale. igit poſſibile fuit vt in aliquo inſtāti
p̄mo peccaret. conſequētia patet: q2 antecedēte poſito in
eſſe ſequit ꝙ in inſtanti aliquo p̄mo peccauit. ſ. in eo quo
p̄mo eius charitas nō fuit. antecedēs ſm oēs verū eſt et
ꝑſertim ſm docto. opi. oppoſite. cū etiā teneat ꝙ de facto
angelus fuit creatus in charitate et eā ꝑ peccatū ꝑdidit:
ſicut patet lib. ſuo. 2. di. 3. ꝙ aūt illud fuerit p̄mū peccatū
quo ꝑdidit charitatē certū eſt ſm oēs. ¶ Secundo ali-
quā volitionē malā potuit angelus ſimul totam de nouo
elicere et anteq̄ illā eliceret nullo modo alias peccaſſe.
igit potuit in aliquo inſtāti p̄mo peccare. conſequētia eſt
euidēs: ⁊ antecedēs quo ad p̄mā partē patet. tū ex prima
concluſione: tū q2 volitioni ſiue bone ſiue male non repu-
gnat totā ſimul eſſe etiā ſm opi. oppoſitā que concedit ꝙ
poſtq̄ eſt perfecta durat ſine motu ⁊ augmentatione nec
agenti repugnat totā ſimul ꝓducere: cū nec naturali agē-
ti repugnet: q̄nimo vbi nō eſſet repugnantia qđ ſucceſſiue
facit faceret totū ſimul: ⁊ poſſibile fuit in volūtate angeli
nullā reſiſtentiam eſſe reſpectu male volitionis. igitur et
ipſe potuit producere totam ſimul. Nunc eſſet reſpondē-
dum ad rationes op. alterius: ſed quia plures ex eis ipli-
cant difficultatem pertinentem ad arti. ſequeñ. ideo vſq̄
tunc differantur.

Quantum ad ſecūdum articulum eſt etiam di-
uerſitas opi. et vtriq̄ parti fauent
multi. mihi autem videtur ꝙ probabilius dicant tenen-
tes ꝙ angelus potuit in primo inſtanti mereri et potuit
etiā peccare. ratio que mouet me eſt: quoniā omne qđ ha-
buit angelus quando pecauit neceſſario requiſitum ad
hoc ꝙ poſſet peccare habuit vel potuit habere in primo
inſtanti. igitur et in primo inſtanti potuit peccare: ſimili-
ter omne quod habuit angelus quando meruit requiſi-
tum ad poſſe mereri habuit vel habere potuit in primo
inſtanti. igitur et poſſibile fuit ipſum mereri. conſequen-
tia vtraq̄ clara eſt: et antecedens faciliter declaratur.
nam ex parte intellectus equalē et eādem habuit notitiā
vel habere potuit cum notitia ſit ꝓducibilis in inſtāti: vt
prehabitum eſt: et cuiuſlibet talis omnes per ſe cauſe po
tuerint eſſe in primo inſtanti: ſicut patet diſcurrendo: ſi-
militer eque potens et libera fuit voluntas in principio
ſicut tunc: et gratiam potuit ita deus tūc infundere ſicut
poſtea. Quod dictū eſt de notitia confirmat ex intētione

Auguſt. 2. de ciui. dei. vbi dicit. ꝙ nullo modo ſm ſpatiū Cap. 10.
tēporis prius erant ſpiritꝰ illi tenebre quos angelos dici-
mus: ſed ſimul vt facti ſunt: lux facti ſunt: nō tm̄ ita creati
vt quoquo modo viuerē: ſed etiaz illuminati vt ſapienter viuerent
beateq̄ viuerent. ab hac illumiatione auerſi quidā ange-
li non obtinuerūt excellentiā ſapientis beate vite que ꝓ-
culdubio non niſi eterna eſt: eternitatiſq̄ ſue certa atq̄ ſe-
cura. Ex his patet ꝙ eam ſapientiā et notitiā a qua mali
ceciderunt ipſi in ſuo initio habuerūt. Quod vero dictū
eſt de poteſtate ac libertate ſue volūtatis non cadit in du
bium. ¶ Secūdo chriſtus ſm animā meruit in primo in-
ſtanti ſue creationis. igit poſſibile fuit ꝙ angelus in p̄mo
inſtanti meruerit: ⁊ ſimiliter ꝙ peccauit. conſequētia ptz.
antecedēs ꝓbatur ex intētione magiſtri. 3. ſen. diſt. 18. vbi
vult ꝙ chriſtꝰ ſm animā ab initio ſue cōceptionis meruit
nec ꝓficere in meritis potuit: ſicut ꝓbat ibidē auctoritate
Greg. nec poteſt gloſari ab initio. i. immediate poſt initiū
quia vel meruiſſet imediate poſt in inſtanti: ⁊ tunc inſtāti
immediatū fuiſſet inſtans: aut in tēpore imediato: ⁊ tunc
profeciſſet in merito ꝯtra magiſtrū. ¶ Contra iſtā partē
plures ſiunt rōnes. due tamē ſunt potiores: ⁊ arguit pri- Sanctus
ma ſic. ſi peccaſſet in primo inſtanti deus fuiſſet cauſa ſui tho. 1. pte.
peccati: ſed conſequēs eſt ipoſſibile. ergo ⁊ antecedēs. cō- q. 63. ar. 6
ſequentia ꝓbatur: quia oīs operatio que ſimul incipit cū
eſſe rei eſt ei ab agente a quo hz eſſe: ſicut moueri ſurſum
eſt igni a generāte. ¶ Secūdo angelus nō potuit in p̄mo
inſtāti habere perfectā deliberationē. igitur nec in primo
inſtāti peccare. antecedēs probat: tum quia deliberatio
requirit conſiliū ⁊ ſyllogiſmū practicū qui non poteſt eſſe
niſi circa futura ⁊ ex ꝓpoſitionibus de futuro: tū quia ad
talē deliberationē neceſſario reqritur determinata ſentē
tia intellectꝰ ſequens oppoſitas eſtimationes. nā perfecta Aureolꝰ
deliberatio eſt diſcurſus accipiens vtrāq̄ partē contra- li. 2. di. 4.
dictionis. ⁊ hinc eſt ꝙ bruto nō imputat actus: q2 eſtima- q. 2.
tiones de vtraq̄ parte cōtradictionis habere non poteſt.
angelus aūt non potuit habere in p̄mo inſtāti ſententiam
ſequētem eſtimationes oppoſitas vt intelligat concluſio-
nem affirmatiuā vt in vno principio ⁊ negatiuam in alio.
alias illas habuiſſet ſimul: ⁊ per cōſequens ſimul habuiſ-
ſet oppoſitos ſyllogiſmos. ¶ Ad primū ſi conſequens in-
telligatur ſic ꝙ deus fuiſſet cauſa immediata et totalis
illius peccati: aut fuiſſet angelo cauſa eliciēdi illū actum
malū: in quorum altero ſenſu ipſum debet incōueniens re
putari: ⁊ in quo ſenſu nō conceditur deū eſſe cauſam pec-
catorum: nego conſequentiam illam. Et ad probationem
dico ꝙ quicquid ſit de operatione naturaliter conſequen-
te de qua etiam non eſt vera propoſitio aſſumpta: vt alias
videbitur. de libere tamē elicita non habet apparentiā.
¶ Confirmatur reſponſio: quoniam vt dicit quidam do- Sco. i re
ctor hanc conſequentiā ſententialiter Auguſtinꝰ videtur porta li. 2.
negare. 2. de ciui. dei. vbi dicit. ꝙ illi qui dicunt ꝙ diabo- di. 4. c. 4.
lus nunq̄ fuit cum ſanctis angelis beatus. illa. ſ. beatitu-
dine imperfecta non excellenti ⁊ eterna de qua in princi-
pio proxime allegate auctoritatis locutus eſt. ſuo recu-
ſans ſubditus eſſe creatori ⁊c. non conſentiūt manicheis
qui ſentiunt ꝙ diabolus ſuam quandam propriam tanq̄
ex aduerſo quodam principio habeant naturam mali: ita
ꝙ ſm Auguſtinū. non ſequitur ꝙ ſi peccauit ab initio fuit
ex aduerſo ⁊ malo principio: ac per hoc ſtant ſimul ꝙ pec-
cauit ab initio: ⁊ tamen fuerit productus a deo bono: qui
nō fuerit cauſa modo predicto ſui peccati. Et hoc expſſe
confirmatur ex eo quod ait. 2. ſuper Geñ. ꝙ putat inquit Cap. 32.
nunq̄ diabolus in veritate ſtetiſſe nunq̄ cū angelis bea-
tam duxiſſe vitam: ſed ab ipſo ſue conditionis initio ceci-
diſſe: non ſic accipiendum eſt vt non a propria voluntate
deprauatus ſed malus a bono deo creatus putetur alio-
quin non ab initio cecidiſſe diceretur: neq̄ enim cecidit ſi

talis eſt factus:ſed factus ꝯtinuo ſe a luce veritatis auertit ſupbia tumidus ⁊ ꝓpe poteſtatis dilectione corrupt⁹: vnde beate atq3 angelice vite dulcedinem non guſtauit. Quā nō vtiq3 acceptā faſtidiuit:ſed nolendo accipe deſeruit et amiſit. Et ſubdit. nō ex eo ꝙ accepat cecidit:ſed ex eo ꝙ acciperet ſi ſubdi voluiſſet deo; ꝙ ꝑfecto:quia noluit ⁊ ab eo ꝙ accepturus erat cecidit ⁊c̄. apparet eñi ꝙ iſta verba clauderēt ꝯtradictoria:ſi neceſſario ſequeretur diabolū eſſe creatū a deo malū poſito ꝙ in pmo inſtāti peccaſſet ⁊ fuiſſet malus. ¶ Preterea. Sicut idem doctor dicit:et bñ:ſi ratio illa valeret:ita poſſet argui ꝙ nūc de facto deus ſit cauſa cuiuſlibet peccati:qm̄ non ſolū cū pmo creat animā:ſed ⁊ ſemꝑ poſtea donec illā ꝯſeruat eſt cauſa eius:ꝙ ſi nō ſequit̄ ipm̄ ex hoc eſſe cauſam peccati:ſic non ſequit̄ ſi angelus tunc in pmo inſtāti peccaſſet.

Ocham in qli.2.q.6. ¶ Ad ſecūdū diſtinguendū eſt de deliberatione: vt quidā alius doctor diſtinguit. nā duplex eſt deliberatio. vna que eſt cū ꝑfecta inueſtigatione alicuius dubij: ꝓ quo habet argumētū ad vtrāq3 partē ꝯtradictionis: alia que eſt ꝑfecta cognitio vel aſſenſus reſpectu ꝓncipij practici vel ꝯclusionis: pma non requirit̄ ad actū meritoriū neq3 ad demeritoriū:ſed ſufficit ſecūda cum libertate arbitrij ad conformiter eliciēdum volitionē ⁊ non eliciendū. et talis vtiq3 eſſe poteſt in inſtāti: ex hoc patet ad argumētū: qm̄ ſi antecedens ſumat primo modo deliberationem: conſequētia nō valet. Si autē ſecūdo modo ipſum eſt falſum. ¶ Ad primā ꝓbationē dicendū ꝙ nō requiritur tale cōſiliū: cū habet̄ ſufficiens cognitio concluſionis: immo ſuperfluū foret cū non ꝓpter aliud habeatur conſiliū. Et ſimili modo dicendū eſt ꝙ non ſemꝑ requiritur talis ſyllogiſmus de futuro: nec ꝙ eſtimationes ille oppoſite precedant/ vt in ſecunda ꝓbatione ſumebatur: quinīmo in homine ꝑfecte virtuoſo nō ꝑueniūt tales eſtimatiōes: q̄uis in non ꝑfecte habituato velut in incōtinente preueniant.

¶ Nunc ad rationes opi. in p̄cedēti articulo reprobate.

¶ Ad primā q̄uis cōſequētia negaret̄ a multis quicqd ſit de ea. dico ꝙ conſequens non eſt falſum; vnde dico ꝙ angelus potuit peccare in pmo inſtāti: ⁊ ſi aliq̄s nō crearet̄ cū ſufficienti notitia ⁊ arbitri libertate poſſet in pmo inſtāti peccare. cū ꝓbat̄ ex modo arguendi Aug. ꝙ cōſequens ſit falſum. dico ꝙ ad intentionē Augu. ſufficit ꝙ illud bonū ꝙ vitiū corrumpit vel minuit p̄ceſſerit natura: nec oportet ꝙ p̄ceſſerit tēpore: illud autē bonū diminutū eſt aptitudo ad beatitudinē conſequendā: quoniā ꝑ peccatū redditur natura bona min⁹ apta et idonea ad illā. Et iſtud eſſe intentionis ſue patet ex principio illius capituli ⁊ argumentationis: vnde querens cauſam miſerie malorum angelorꝝ. d. ꝙ fuit auerſio ab eo qui ſumme eſt. addit hic primus defectus et pma inopia et primū vitiū eius nature: que ita creata eſt vt nec ſumme eſſet: ⁊ tamē ad beatitudinem habēdam: eo ꝙ ſumme eſt frui poſſet a quo auerſa: non quidem nulla ſed tm̄ minus eſſet atq3 ob hoc miſera fieret: vnde et cum poſtea in ꝓſecutione probat ꝙ mala voluntas non potuit alicui nature eſſe ſempiterna intelligit ꝙ nō potuit eſſe ei ſempiterna quaſi cōnaturalis ſeu ꝯſequens ipſam naturaliter. ſicut Manichei opinati ſunt de quibuſdam naturis: tunc enim nō vitiaſſet eam nec minuiſſet bonum eius priuando aliquo bono habito aut reddendo minus aptam ad habendum. Jam enim non fuiſſet apta ad aliquid incompoſſibile mali voluntati: ſicut nulla res naturaliter apta eſt ad aliquid incompoſſibile ei ꝙ ſibi naturaliter ineſt. oportet ergo ſi ſibi noceat ꝙ vel actualiter aliquod bonum habuerit quo priuatur: vel habuiſſet: aut nata fuiſſet habere ꝙ nō habet: ⁊ ad ꝙ minus potens eſt non q̄3 fuerit ſeu q̄3 fuiſſet ⁊ potuit eſſe ſi non peccaſſet: ⁊ ad hoc vt dictum eſt: non requiritur preceſſio temporis: ſed ſufficit preceſſio nature: alijs etiā modis poteſt intelligi peccatū adimere bonū: ſicut in pmo. diſt. 17. vbi agitur de diminutione charitatis in ſolutione cuiuſdā ratiōis eſt dictū: ſed ad propoſitum iſta ſufficiant. ¶ Ad aliam ꝓbationem dicendū ꝙ Aug. nec intendit nec innuit ꝙ ſi angelus peccauit in primo inſtanti ſequatur peccatū illi fuiſſe naturale: cū expreſſe: vt antea allegatum eſt: dicat in precedenti. c. ꝙ dicentes illud non conſentiunt manicheis qui ſentiunt ꝙ diabolus habeat quādā ꝓpriam naturā mali ⁊c̄. ſed ſicut clare patet legenti ſtatim ꝓſequens errorem manicheorum ⁊ auctoritates ſcripture: quas ad ſuū errorē extorquere nitūtur exponēs dicit ꝙ etiā ꝑ ſe illā allegatā canonice Joā. inducunt: ⁊ tunc addit ꝙ non intelligūt ſi natura talis eſt nullo modo eſſe peccatū. Ex quo dico: vt manifeſtum eſt ꝙ vult ꝑ auctoritatē ab eis inductā contra eos inferre ꝙ non naturaliter diabolus peccat vel malus eſt: non autē contra eos qui dicebant ipſum ſponte et propria voluntate peccaſſe. ¶ Ad ſecundū etiā concedo conſequēs ſi haberentur ſufficientes notitie. ¶ Ad ꝓbationem dico ꝙ aliq̄s poteſt dupliciter dici amittere iuſtitiam. Uno modo quia quā habuit nō habet. Alio modo quia nō habet quā haberet. hāc diſtinctionem in ſimili innuit Augu. 2. ſuper Geñ. vbi proſequens illam opi. ꝙ diabolus ab initio ſuo peccauit: ⁊ docens quomodo tunc intelligendum eſt cecidiſſe inquit. beate ⁊ angelice vite dulcedinem non guſtauit quā non vtiq3 acceptā faſtidiuit; ſed nolēdo accipere deſeruit et amiſit. et ſubdit. ꝙ non ex eo ꝙ acceperat cecidit: ſed ex eo ꝙ acciperet ſi ſubdi voluiſſet deo: vt etiā ſuperius recitatū eſt. Tunc cum ſumitur. nullus poteſt mereri: niſi quando poteſt iuſtitiam amittere. dico ꝙ ſi accipiatur amittere determinate in pmo ſenſu: propoſitio abſolute non eſt vera: nec eam ꝓbat dictum Anſel. talis enim eſt in propria forma ratio eius. ſi non potuerunt peccare non poteſtate: ſed neceſſitate ſeruauerunt iuſtitiam: quare ſi non poteſtate ſed neceſſitate ſeruauerūt iuſtitiam: non magis meruerunt gratiam a deo: quia ſteterunt alijs cadentibus q̄3 quia ſeruauerunt rationabilitatem quā perdere nequiuerunt. hoc autem conſequēs habet Anſel. pro inconuenienti ſupponens eos habuiſſe iuſtitiam ante caſum malorum: et per conſequens ex oppoſito conſequentis ſicut vult inferre angeli boni meruerūt ſeruādo iuſtitiam quā habebant. igitur illam non neceſſitate ſed poteſtate ſeruauerunt. igitur eam nō ſeruare potuerunt: ⁊ vltra. ergo peccare potuerunt: ꝙ eſt intentum: nunc autem patet ꝙ conceſſo hanc conſequētiam eſſe bonam. angeli potuerūt iuſtitiam non habitam ſeruare vel potuerunt amittere. igitur potuerunt peccare. non eſt cōſequens vt concedatur hanc eſſe bonam conſequentiam. angeli non potuerūt iuſtitiam habitam amittere. igitur non potuerunt peccare: cum argumentatio ex oppoſito antecedentis non teneat gratia forme: et per conſequens nec illa eſt ſimiliter vera. nullus qui non poteſt iuſtitiam quam habet amittere poteſt mereri. ¶ Preterea. Anſel. non infert. ſi non poteſtate ſed neceſſitate ſeruauerunt iuſtitiam. igitur non meruerunt abſolute: ſed nō meruerūt inquit: quia ſteterunt. i. ex hoc ꝙ ſteterūt et perſeuerauerunt in iuſtitia habita: nunc autem non eſt conſequēs. nō meruerunt ex eo ꝙ ſteterunt. igitur non meruerunt. Sed econtra bene. ſicut etiam non ſequitur. non meruerunt: q2 ſeruauerunt rationalitatem. igitur non meruerunt. Sed econtra. non oſtenditur igitur ex dicto Anſel. ꝙ hec ſint incompoſſibilia. angeli meruerunt. angeli non meruerūt ſeruando iuſtitiam quam habuerunt: nec etiam iſta. angeli meruerunt. igitur potuerunt amittere iuſtititiā quā habuerunt; ac per hoc vt illa vniuerſalis aſſumpta non probatur ex dictis eſſe vera. ſi vero accipiatur amittere communiter et indifferenter ſm̄ primum vel ſecundum

Cap. 32.



ſenſum. quicquid ſit de maiore. dico ꝙ minor eſt falſa: nec probatio valet: quia procedit in primo ſenſu tantum.

¶ Ad tertium nego conſequentiam: et ad probationē poteſt dupliciter dici. Uno modo vt ibi dicitur. Et cum arguitur cōtra. dico ꝙ non ſequitur ſi ſunt eiuſdem ſpeciei. et vnus producitur in inſtanti ꝙ alius producatur in inſtanti. nam eſt poſſibile ꝙ vna lux producatur in inſtanti eiuſdem rationis cum alia que producta eſt in tempore: et ſimiliter eſt poſſibile de alijs formis partibilibus: nec probatio valet: quoniam nec acquiri in inſtanti nec acquiri in tempore eſt ex his que conueniunt eſſentialiter huiuſmodi ſpeciebus: cū tam hoc q̄3 illo modo poſſit acquiri. Secundo poſſet dico ꝙ illo caſu dato: qui tamen non eſt poſſibilis: niſi per potētiam diuinam: illa dilectio producetur ſeu erit producta tota ſimul: ⁊ tamen in nullo inſtanti erit primo producta: et nullum tempus erit anteq̄3 ſit producta: ſicut in ſimili declaratum eſt in primo. diſt. 17. parte. 2. q. 1. arti. 2. ¶ Ad quartum concedo primum conſequens. et ad ſecundum quod infertur etiam vlterius dico ꝙ aliud eſt actum meritorium eſſe in inſtanti vel per tempus: et aliud eſt actum meritorium eſſe meritorium in inſtanti ſeu per inſtans vel per tempus. nam per aliquod tempus et in aliquo inſtanti in quo prius nō fuit actus meritorius eſt in quo non eſt meritorius: aut ſi eſt meritorius nō eſt meritorius alterius premij q̄3 prius fuit: q̄uis enim voluntas poſſit elicere virtuoſe actum meritorium in inſtanti: non tamen in quolibet alio inſtāti ſequente poteſt iam elicitum ſcienter et libere quantum eſt ex ſe deſerere aut alium elicere: ſed eſt dare aliquod tempus ita breue: infra quod nullo modo poteſt deſiſtere ab actu iam elicito aut nouum elicere: quantum eſt ex ſe dico et ſcienter: licet cauſaliter forte aut ſupernaturaliter immiſſa aliqua notitia aliud contingere poſſet. infra tempus autē huiuſmodi q̄uis in quolibet inſtanti actus ſit et in quolibet ſequente diutius fuerit q̄3 in aliquo precedentium: nō tamen in quolibet eſt magis meritorius q̄3 fuit in primo: imo nec forte meritorius: aut ſi meritorius: non tamen noui ſeu diſtincti premij: et ex hoc ſequitur ꝙ non ex quantalibet continuatione actus meritorij actus eſt maius meritum ſeu maioris premij meritorius q̄3 fuerit in primo inſtanti ſui eſſe. Cum ergo ſecūdo infertur ꝙ poſſent eſſe duo merita equalia: quorum vnum eſſet per inſtans aliud per tempus. ſi intelligatur ꝙ vnum eſſet per inſtans: et aliud per tempus: non video hoc eſſe inconueniens. ſi vero intelligat̄ ꝙ eſſent equalia. i. eque ſeu equalis premij meritoria: et vnum tamen eſſet meritorium tm̄ per inſtans: aliud vero eſſet meritorium per tempus ceteris paribus. hoc poteſt itelligi dupliciter. Uno modo ꝙ eſſet continue meritorium per tempus et nō maioris premij q̄3 aliud quod eſſet meritorium tm̄ per inſtans: ⁊ tunc nego conſequentiam propter falſam implicationem conſequentis. videlicet aliquem actum eſſe meritorium per aliquod tempus continue: vel poteſt eſſe ſenſus ꝙ vnum meritum per aliquod tempus non eſſet maioris premij meritorium q̄3 aliud eſſet per inſtans: et hoc ego concedo ſicut ego concedo ꝙ per aliquod tempus idem actus nō eſt magis meritorius q̄3 fuit in inſtanti primo quo fuit. ¶ Sed tunc contra hoc eſt: quia tunc videtur ꝙ continuatio actus meritorij nihil proſit: quinimmo obſit et ꝙ expediret frequenter interrumpere actum ⁊ deſerere primum et nouum elicere. ¶ Ad hoc dico ꝙ nec omnis continuatio actus prodeſt: vtputa illa que nō eſt libera: et cū ſcientia vt eſt ea que eſt per tempus illud breue non perceptibile: nec etiā nulla prodeſt ſed aliqua: vtpote ea que ex ſcientia et libertate procedit: ſicut cū quis ſcienter poteſt et libere ex ſe deſiſtere ab actu elicito et alium elicere: quod conuenit in eo qui vltra tempus ſibi imperceptibile continuat actum et de tali continuatione dico ꝙ non minus meretur ſic continuans actum/ q̄3 ſi nouum eliceret: et magis expedit ſic continuare / q̄3 interrumpere: vt nouum eliciat: quoniam qui ſic interrumperet exponeret ſe periculo non reſumendi actum tam cito: ⁊ tamen ſi pluries reſumeret non plus mereretur/ q̄3 ſi equalem actum ſponte continuaret per tantum tēpus in q̄3to totiens poſſet nouū actum elicere. ¶ Dices. ponatur ꝙ deus in quolibet inſtanti illius temporis imperceptibilis infunderet ſufficientem notitiam/ aut in aliquo vno infunderet tam perfectam ꝙ ipſe angelus in quolibet inſtanti illius temporis poſſet ſcienter illum actum deſerere et alium elicere: tunc ſequitur ꝙ in quolibet tantum merebitur nouum premiū q̄3tum in primo inſtanti: et per conſequēs in qualibet parte temporis merebitur premium infinitum.

¶ Reſpon. ꝙ conſeques non eſt minus poſſibile / aut minus concedendum/ aut magis impoſſibile / vel negādum q̄3 caſus qui datur; et ideo quicunq3 caſum admitteret tanq̄3 poſſibilem. conſequenter poſſet concedere conſequens. nec pro nunc video inconueniens ſequi. preſertim cum non ſit impoſſibile deo creare premium infinitum intenſiue: vt ex dictis in primo. diſtinct. 44. patere poteſt. ¶ Ad quintum patet: quia ſecunda conſequentia non valet: ad eius probationem aſſumitur falſum. videlicet ꝙ in quocunq3 tempore poteſt pluries tam grauiter peccare: ſicut in primo inſtāti peccauit. nā infra illud tempus breue de quo dictum eſt: non ſolum pluries: ſed ne ſemel poſſet nouum peccatum demeritorie elicere: ſicut nec nouū meritum: vt eſt dictum. ¶ Et per idem patet ad ſextum. nam ſuper eadem falſa imaginatione fundatur ſcilicet ꝙ pro quolibet inſtanti temporis in quo actus durat ſit meritorius noui premij. ¶ Ad ſeptimum dicendum ꝙ puniri grauius poteſt intelligi dupliciter: ſcilicet intenſiue et extenſiue ſm̄ durationē pene. ſi primo modo conſequens non videtur negandum: vnde forte vt dicit quidā doctor: quibuſdam qui eternaliter puniuntur in inferno aliquid ad tempus intenſius puniuntur in purgatorio. ſi vero ſecundo modo tunc nego conſequentiam et aſſumptum in probatione ſimiliter. nam q̄3tum ad extenſionem pena debita mortali infinite excedit penam veniali debitam: cum huic eterna illi temporalis debeatur. ¶ Ad octauū concedo conſequens: ſicut etiam ipſe arguens ⁊ quilibet habet concedere niſi velit ponere medium inter totum tempus in quo eſt in charitate et quo caret charitate: ac per hoc in quo vtraq3 contradictoria ſint falſa. Tunc ad probationem dicendum ꝙ non intendit Auguſti. ponere tale medium ſm̄ durationem quale imaginatur ar. ſed ſolum vult dicere ꝙ talis trāſitus ab vno oppoſito in aliud: ſiue potius ſit tranſiēs non denominatur ab alltero oppoſitorum: quemadmodum conſueuimus denominare operationes ab habitibus dicentes hominem taliter operari quando ſm̄ habitum quem habet elici operationem. verbi gratia. vt dicit Philoſophus. 2. ethicorum. tunc dicimus grammaticum quid grammatice fieri quādo fit ſm̄ eam quam habet grammaticam. nūc autem cum quis ex vno oppoſito tranſit in aliud. verbi gratia. in exemplo Auguſti. cum a ſapientia in ſtultitiam non ſm̄ ſapientiā quā habet tranſit: vt patet: ideo neq3 ſapienter. Item nec ſm̄ ſtultitiam: quia in eo non erat ſtultitia qua mediāte trāſiret: et ideo neq3 ſtulte dicitur tranſire: ac per hoc concludit Auguſti. ꝙ eſt dare medium inter facere aliquid ſapienter et facere ſtulte: quia ſcilicet conuenit facere aliquid neq3 ſtulte/ neq3 ſapienter: nec tamen ex hoc concluditur ꝙ ſit aliquod tempus vel inſtās medium inter tempus ſtultitie et ſapientie: in quo neq3 ſtultus ſit ille nec ſapiens: vt intendit ar. ¶ Ad nonum et decimum patet ex reſponſione ad quartum. ¶ Ad vndecimum dicēdum ꝙ

Cap. 4.

mereret.

aliqui intensius puniuntur in purgatorio ad tempus quam alii in inferno.

de necessitate actus continuatione per imperceptibile tempus jo. major. 3o. di. 17. q. 5. almain. 3o. tractatu mora. c. 9. idem quod ego tenuit 3o. adam 1. di. 1. q. 9.

volet in tēpore īmediato et in nullo inſtanti primo volet.
¶ Ad duodecimum patet ex dictis ad quartum. ¶ Et
per eādē patet ad decimūtertiū. ¶ Ad decimūquartum
dico primo ꝙ de volitione libera. et cum probatur ꝙ non
5. phyſi. ex auctoritate Cōmenta. dicendū ꝙ Cōmen. loquitur de
Cōmē. 32 mutationibus corporalibus: non autē ſpiritualibus: et il-
lud patet ibi tā ex exēplis ꝗ etiā ex cauſa quā ptractat,
videlicet de ſaluando demonſtrationē Ariſto. ad proban-
dū ꝙ omne mobile eſt diuiſibile: eſſe vniuerſalē ad omnē
mutationem. Conſtat autem ꝙ Philoſophus non loqui-
tur ibi niſi de corporalibus mutationibus nec ſue proba-
tiones poſſunt ſpiritualibus adaptari: tum etiam quia
Cōmē. 28 3. de anima. vt ſupra habitū eſt Cōmen. expreſſe dicit op-
poſitū de intellectione: et ſimiliter Philoſophus. Secū-
do dico ꝙ in caſu etiā eſt poſſibile dare primū inſtans vo-
litionis naturaliter ſequentis apprehenſionem: vtputa ſi
ſubito cauſaretur talis apprehenſio: qđ ſaltē a deo poſſe
fieri nullus catholicus vt puto negaret.

**Quantum** ad tertium articulum pono quattu-
or concluſiones. Prima eſt perti-
nens ad diſt. 5. videlicet ꝙ omnes angeli tam boni ꝗ ma-
li fuerunt creati in gratia et charitate. Secunda ꝙ non
fuerunt creati cum beatitudine perfecta. et hoc pertinet
ad. 4. diſtin. Tertia ꝙ malus angelus non peccauit in
primo inſtāti ſui eſſe: que pertinet ad diſtin. 3. Quarta ꝙ
non peccauit īmediate poſt primū inſtans: ſed mora fuit
Huiꝰ op. inter creationem et lapſum. ¶ Primam concluſionem
ē. ſ. Tho. probo. primo auctoritate Dam. qui ait in lib. 2. cap. 3. per
pt. 1. q. 62. verbum dei creati ſunt omnes angeli: et a ſpiritu ſancto
articu. 3. per ſanctificationem perfecti facti ſunt ſm proportiōem
Ites ppo. dignitatis et ordinis illuminatione et gratia participan-
Hyber. et tis. hic vt patet manifeſte de omnibus loquitur. ¶ Se-
multi alij cundo idem probatur auctoritate Auguſt. 12. de ciuita.
tñ dicunt dei. cap. 9. vbi ait, ꝙ angeli ſimul vt facti ſunt ei a quo fa-
oppoſituz cti ſunt amore cum quo facti ſunt adheſerunt: eo ꝙ ſunt
Egi. ⁊ pe. iſti ab illorum ſocietate diſcreti ꝙ iſti in eadem bona vo-
de taran- luntate manſerunt: illi ab ea deficiendo mutati ſunt. Et
taſia. de quali amore loquatur infra explicat. Et iſtā inquit bo-
nam voluntatem quis fecerat niſi ille qui eos cum bona
voluntate: id eſt cū amore caſto quo illi adhererent crea-
uit ſimul eis condens naturam et largiens gratiam. ecce
ꝙ cum amore caſto creati ſunt. amor autē caſtus eſt qui
a charitate procedit. ¶ Preterea. Expreſſe dicit. et lar-
giens gratiam: ⁊ ne aliquis eſtimet eum hoc de bonis tm̄
velle intelligi. propterea quia immediate ſequitur. vnde
ſine bona voluntate hoc eſt dei amore nunꝗ ſanctos an-
gelos fuiſſe credendum eſt. Attēde quid ſequitur ſtatim.
Iſti autem īquit qui cum boni facti eſſent mali ſunt pro-
pria mala voluntate aut minorem acceperunt amoris di-
uiniꝰ gratiam ꝗ illi qui in eadem perſtiterūt: aut ſi vtriꝗ
boni equaliter creati ſunt iſtis mala voluntate cadenti-
bus illi amplius adiuti ad eam beatitudinis plenitudi-
nem: vnde ſe nunꝗ caſuros certiſſime ſcirent peruene-
runt. Ecce ꝙ illam gratiam omnibus aſſerit collatam:
ꝗuis vtrum equaliter relinquat in dubio. ¶ Tertio glo.
et videtur eſſe Hierony. ſuper illud Oſee. 30. diligant vi-
nacia vuarū. per vinacia inquit demones qui creati ſunt
in magna pinguedine ſpiritus ſcti. magna pinguedo ſpi-
ritus ſancti nō eſt niſi charitas. Multe alie auctoritates
poſſent adduci: ſed iſte ſufficiant. ¶ Contra iſtam cōclu-
ſionem ſunt Hugo. de ſacramen. lib. 1. parte. 5. Item ma-
giſter hic. diſtin. 5. ¶ Contra hoc etiam videtur Auguſt.
Cap. 19. 1. lib. ſuper Geñ. c. 2. diſt. 1. ſuper illo verbo. In principio
et. 23. creauit deꝰ celū et terrā. vbi dicit ꝙ ſpūalis ⁊ corporalis
creature in formis materia dicta eſt ce. et ter. ſpiritualis
videlʒ vita ſicuti eſſe poteſt in ſe non cōuerſa ad creatorē:
tali eñ conuerſione formatur atꝗ perficitur. ex hoc ptʒ:

ꝙ primo creata eſt non conuerſa neꝗ perfecta: et per con-
ſequens abſꝗ charitate. Itē libro. 4. dicit. ꝙ ſpiritualis Cap. 28.
creatura poſt tenebras facta eſt lux vbi intelligit a ſua ꝗ-
dam informitate ad creatorē conuerſa atꝗ formata ⁊c.
¶ Arguitur etiā ratione: quia tunc angeli fuiſſent in ſta-
tu merendi: quod nō videtur verū. tum qr in angelis ante
peccatū nulla erat difficultas ad bene volendū. meritum
autem nullū eſt vbi nulla difficultas. Et ppter hoc dicit
infra magiſter. diſt. 24. ꝙ quia nihil erat quod ad malū
impelleret primū hominem in ſtatu innocentie: ideo non
fuiſſet illi meritū non conſentire tentationi ſicut ⁊ angelis
dicit ipſe qui nō ceciderunt nō fuit meritū ꝙ ſteterunt: tm̄
etiā quia videtur incōueniens ꝯcedere ꝙ diabolus nūꝗ
actualiter meruerit. ¶ Ad primū dicendum ꝙ nec magi-
ſter nec Ug. in hac pte tenēdus eſt cū ſancti dicāt oppo-
ſitum. ¶ Ad ſecūdum dicēdum ꝙ Auguſt. non intelligit
ꝙ prius tempore fuerit informis ꝗ formata: ſed natura:
ſicut manifeſte patet per eundē ſeipſum exponentē lib. 5. Cap. 8.
nō itaꝗ inquit tēporali: ſed cauſali ordine prius facta eſt
informis formabiliſꝗ materia eꝰ ⁊ ſpiritualis ⁊ corpora-
lis: de qua fieret quod faciēdū eſſet ⁊c. Et ſequitur ꝙ for-
mationē ſuam preceſſit non tempore: ſed origine.
¶ Ad tertiū concedēdum eſt cōſequens. ¶ Ad ꝓbatio-
nem primā ſue falſitatis poteſt dici ꝙ ſalua reuerētia ma-
giſtri etiā vbi non ſit difficultas actus dilectionis mediā-
te charitate elicitus poteſt eſſe meritorius: qđ efficaciter
confirmaꝛ ex eo ꝙ ſi primus homo nō peccaſſet ⁊ habuiſ-
ſet gratiā gratum facientē potuiſſet mereri vitā eternam
nec puto ꝙ hoc aliqs negaret. ¶ Preterea. Anſ. expreſſe Cap. 5.
in de caſu dia. dicit, ꝙ angeli boni meruerūt gratiā: quia
ſteterunt ⁊ ſeruauerunt iuſtitiā: ⁊ tamen in eis ſm Ma.
non fuit talis difficultas: alij ad idē reſpondent ꝙ et ſi in
eis nō erat difficultas ex cōtrarietate vel inclinatione vo-
luntatis in oppoſitū. poterat tamen eſſe difficultas ex ar-
duitate operis excedētis veritatē nature qualis forte eſt
diligere deū ſuper omnia. ¶ Ad ſecūdam ꝓbationē ſine
temeraria aſſertione videꝛ poſſe ꝓbabiliter dici ꝙ pro ali-
qua morula meruerit: non tm̄ perſeuerare. Et huic fauet Cap. 15.
dictū Auguſtini. 2. de ciui. dei. vbi dicit. ꝙ illud verbum
Saluatoris dicentis de diabolo ꝙ in veritate non ſtetit.
Sic accipiendū eſt ꝙ in veritate fuerit ſed non permanſe-
rit: ⁊ idem etiam dicit de correc. et gratia circa medium.
Item vt ſupra allegatū eſt ipſe habuit amorem caſtum ⁊ Cap. 28
gratiam: ideo videtur ꝙ meruerit. Item in Eze. ſcribitur
in medio lapidum ignitorum ambulaſti perfectus in vijs
tuis a die conditionis tue donec inuenta eſt iniqtas in te.
Que verba cōmuniter ſpiritualiter intelligūtur de luci-
fero. non videtur autem ꝙ perfectus ambulauerit: quin
meruerit ſuppoſito ꝙ tunc eſſet in charitate vt ſcti dicūt.
¶ Secunda concluſio probatur primo quo ad malos:
quoniam ſi fuiſſent creati cum perfecta beatitudine nūꝗ Cap. 12.
illam perdidiſſent. nam vt dicit Auguſtinꝰ. 2. de ciuita.
dei. vtroꝗ coniuncto efficitur beatitudo ꝗ recto propo-
ſito intellectualis natura deſiderat vt ⁊ homo incōmuni-
cabili bono quod deus eſt ſine vlla moleſtia perfruatur:
et in eo ſe in eternum eſſe manſurum nec vlla dubitatione
cunctetur: nec vllo errore fallatur. Ita ꝙ ſm eum ibidem
et precedēti. c. et in. 13. de trini. et alijs locis pluribꝰ et ſm Cap. 7.
veritatem ad perfecte beatū eſſe requiritur certitudo de
perpetuo ſic formaꝛ: quam impoſſibile eſt aliquem habe-
re qui aliquādo futurus ſit miſer. Et ob hoc Auguſtinus
immediate ſubiungit. hanc habere. ſ. perfectam beatitu-
dinem angelos lucis pia fide credimus: hanc nec anteꝗ
caderent habuiſſe angelos peccatores: qui ſua prauitate
illa luce priuati ſunt conſecuti ratione colligimus. Quo
aūt ad bonos probatur ſic. angeli boni potuerunt ex pro-
pria libertate deū non plus ꝗ ſe diligere et peccare. igiꝛ

non fuerunt creati in perfecta beatitudine. conſequentia
patet: quia ſi ſic non fuerunt certi nunꝗ ſe peccatores fu-
turos: et per conſequens ſemper in dei dilectione: ac per
hoc in beatitudine vera fore manſuros. igitur nec beati
perfecte fuerunt vt conſequens eſt ex dictis. antecedens
Cap. 3. probatur auctoritate Aug. de fi. ad Pe. vbi ait, ꝙ deus
ſuperiores ſpiritus eternos creauit et eis facultatē atꝗ
intelligentiam cogitande cognoſcende diligendeꝗ diui-
nitatis inſeruit: quos tamen ita creauit: vt etiam pre ſe-
ipſis illum diligerent: cuius ſe tales creatos opera: vel
ſm aliam litteram opere: cognouiſſent. vt autem hec di-
lectio haberet iuſtam et congruam laudem: voluntatis
quoꝗ eis tribuit libertatem: vt eſſet eis poſſibile ſiue ad
eum qui ſuper eos eſt intentionem ſancte dilectionis eri-
gere: ſiue ad ſe vel ad ea que infra eos ſunt praue cupidi-
tatis ſemetipſos pōdere declinare. Item paulopoſt. Ita
eis diligendi facultatem voluntatemꝗ donauit: vt eam
vnuſquiſꝗ et habere poſſet et perdere. Ecce ꝙ vniuerſa-
liter loquitur de omni ſpiritu creato. ¶ Quod etiam cō-
firmatur ex eo quod ſubdit. ꝙ pars eorum a deo volunta-
ria auerſione diſceſſit: et ipſis cadentibus ceteros in ſue
dilectionis eternitate firmauit. patet etiam antecedens
per Anſel. qui in de caſu diaboli. ex intentione probat ꝙ
ante caſum malorum etiam boni peccare potuerunt. Re-
linquitur ergo ꝙ nullus angelus fuit creatus in beatitu-
dine perfecta: et ita communiter tenent omnes doctores.
Cap. 5. Et ideo ꝙ frequenter ſancti inueniūtur dicere eos in bea-
titudine et felicitate fuiſſe creatos: ſicut Augu. multipli-
citer in vtriuſꝗ libri capitulis proxime allegatis et alijs
locis pluribus: non eſt accipiendum de perfecta beatitu-
dine. ſed de quadam excellentia et nobilitate ſtatus: qui
quodammodo felicitas dici ſolet: ſm quem modum etiā
in hac vita multos mortales conſueuimus vocare bea-
tos: ⁊ primus homo in ſtatu innocētie beatus dictus eſt.
Et ſic expreſſe docet intelligere Auguſt. in. 2. de ciuita.
dei. vbi ſupra. ¶ Tertiam concluſionem probo ſic. Ma-
lus angelus in primo ſui eſſe inſtāti fuit in gratia. igitur
non peccauit in primo inſtanti. conſequentia patet: quia
peccatum eius non ſecum cōpatiebatur gratiam. antece-
dens probatum eſt in prima concluſione. ¶ Preterea.
Extra de ſumma trini. et fide catho. ca. firmiter cred. di-
citur. ꝙ diabolus quidem et alij demones a deo quidem
natura creati ſunt boni et ipſi per ſe facti ſunt mali. et in
eccleſiaſticis dogmatibus ſcribitur. ꝙ et ipſe diabolus
Cap. 54. bonus a deo creatus eſt. Item Auguſt. 3. de libe. arbi. de
ipſo dicit. ꝙ ex bono angelo diabolus eſt factꝰ. Et Anſel.
Cap. 3. de caſu diabo. inquit ꝙ ipſe bonam volūtatē expulit ma-
la ſuperueniente: et inde per totum vult ꝙ ipſe accepit iu-
ſtitiam: ſicut et angelus bonus: ſed non perſeuerauit in il-
la. Ex his omnibus patet manifeſte ꝙ ipſe non peccauit
in primo inſtanti: et ita tenēt concordanter omnes docto-
Cap. 13. res catholici. Et Auguſt. 11. de ciuita. dei. d. ꝙ angeli ha-
buiſſe aliquam beatitudinem et vitam agere ante pecca-
Cap. 15. tum profecto credendi ſunt: et poſtea exponit omnes au-
ctoritats ſcripture que pro parte opini. ſonare videntur.
¶ Quartam cōcluſionem probo ſic. angelus fuit in gra-
tia. igitur non immediate poſt primum inſtans peccauit.
antecedens probatum eſt. conſequentia probatur: quia ſi
fuit in primo inſtanti in gratia. igitur et poſt primum in-
ſtans: cum non ſit dare vltimum inſtans in quo fuit gra-
tia: et poſt nihil eius fuit: ſicut nec cōuenit in alijs rebus
ſm potētiam naturalem creatam: quicquid ſit ſm dei po-
tentiam abſolutam. ¶ Ad hoc etiā eſt auctoritas Orig.
ſuper Ecce. quam Ma. recitat in. 3. diſt. preſenti. ſerpens
inquit eſt hoſtis contrarius veritati: non tamen a princi-
pio nec ſtatim ſupra pectus ⁊ ventrem ſuum ambulauit:
ſicut Adam et Eua non ſtatim peccauerunt: ex qua au-

ctoritate concludit magiſter ꝙ aliqua morula licet bre-
uiſſima cecidit inter eius creationem et lapſum.
¶ Contra concluſionem iſtam eſt opinio vnius doctoris Cōtra cō-
qui tenet ꝙ nulla media mora fuit: ſuppoſito ꝙ in primo cluſiōem
inſtanti habuerit actum libe. arbi. ſicut ego concedo ſu- ſ. Tho. p.
perius. Et etiam fuit creatus in gratia. vt iſte doctor te- pma. q. 59
net: et ego ſimiliter. ratio eius eſt: quoniam ſequitur tunc arti. 6.
ꝙ habuiſſet aliquod meritum. igitur conſecutus fuiſſet
ſuam beatitudinem perfectam: qđ eſt falſum. conſequen-
tia probatur: quia angelus per quemlibet actum meri-
torium conſequitur ſuam beatitudinem: quod proba-
tur: quoniam gratia perficit naturam ſm modum natu-
re. eſt autem proprium nature angelice ꝙ naturalem pfe-
ctionem nō acquirat per diſcurſum: ſed ſtatim per natu-
ram habeat: ſicut autem ex natura angelus habet ordi-
nem ad perfectionem naturalem: ita ex merito habet or-
dinem ad gloriam: et ideo ſtatim poſt meritum beatitu-
dinē conſequitur. ¶ Meo iudicio iſte doctor dicit incō-
poſſibilia et dictis eiuſdem repugnantia: qđ oſtendo ſic.
ſi angelus malus habuiſſet in primo inſtanti aliquē actū
libe. arbi. aut habuit tunc actum meritorium aut deme-
ritorium. hoc patet per eum. Si meritorium igitur ſm
eum fuit beatus: qđ tamen vitare intendit tanꝗ falſum.
Si demeritorium igitur tunc non habuit gratiam: quia
cum demerito illo non ſtat gratia. non enim fuit veniale
peccatum: ſed mortale. ¶ Preterea. Angelus in aliquo
inſtanti primo peccauit: vt iſte doctor habet cōcedere: cū
ponat ꝙ angelus producit actum ſuum in inſtanti: vt ibi-
dem patet articulo precedenti. aut igitur peccauit in pri-
mo inſtanti: aut in aliquo alio. non in primo: quia tunc in
primo inſtanti fuiſſet malus: quod eſt erroneum: et ipſe
etiam negat: et conſequentiam ipſe concedit in eodē pre-
cedenti articulo. igitur in alio inſtanti ſequēte primo pec-
cauit. Sed inter quelibet duo inſtantia cadit tempus et
mora. igitur ⁊c. ¶ Ad hanc rationem ipſe reſpondet. in
alio inſtanti a primo peccauit. Et ad probationem aſ-
ſumptam dicit: ꝙ habet veritatem inquātum tempus eſt
continuum. vt probatur. 6. phyſi. Sed in angelis qui nō
ſunt ſubiecti celeſti motui: qui primo per tempus conti-
nuum menſuratur: tempus accipitur pro ipſa ſucceſſio-
ne operationum intellectus vel affectus. primum igitur
inſtans in angelis reſpondet prime operationi mētis an-
gelice qua in ſeipſam conuertit: et hic in omnibus bona
fuit. Sed ab hac operatione quidam ad laudem verbi
ſunt conuerſi quidam vero non: ſed in ſeipſis timuerunt:
et in iſta fuerunt diſcreti: et ideo in primo inſtanti omnes.
fuerunt boni: et in ſecundo diſcreti. ¶ Hec reſponſio ni-
hil valet ad propoſitum. quero enim ſuppoſito ꝙ tūc fuit
tempus celi continuum ſicut fuit poſſibile: aut celū fuit
in eodem loco primo cum angelus primo fuit creatus: et
cum primo peccauit aut in alio et alio: ſm ꝙ dicimus ce-
lum nunc eſſe in vno loco nunc in alio. Si in eodem. igi-
tur in eodem inſtanti temporis fuit creatus et fuit ma-
lus: et fuit malus et non fuit malus: quod eſt impoſſibi-
le. Si in alio. igitur tempus medium lapſum fuit. Si igi-
tur menſurentur operationes angelice tempore vel inſtā-
ti temporis continui ſine non: non coexiſtunt tamen ei ſi
illud ſit: et per conſequēs ſi tempus tale fuiſſet inter crea-
tionem angeli et eius peccatum tempus aliquod defluiſ-
ſet: quod eſt propoſitum. ¶ Cōfirmatur. quia pari ratio-
ne poſito ꝙ nunc aliquam notitiam nouam habeat ange-
lus malus vel etiam bonus poſſet dici immediate poſt
eius creationem habeat eam et nulla mora vel tempus
fuerit inter eius creationem et notitiam hanc: quod nul-
lus diceret. ¶ Ratio eorum non concludit: nego enim cō-
ſequentiam ſecundam et propoſitionem aſſumptam ad
probationem eius: tūc ad probationem dico ꝙ quicquid

angel² dubiū ex
hoc q. ſ. th. non
pon. actū mediū
deliberatū int. ma-
lū. et bonū. n
ind. merito. et de-
merito. in hente
v. cum modo nō eſt
ꝓbabile actū
v eli fuiſſe inde
liberatū.

ſit vtrum angelus naturalem perfectionem acquirat per
diſcurſum vel non:beatitudinem tamen ſupernaturalem
non ſimul acquirit cũ merito:⁊ ꝗuis gratia perficiat na-
turã:nõ tamen facit ꝙ premium ſupernaturale naturali-
ter conſequatur quodlibet meritũ : nec etiã ex diſpoſitio-
ne diuina quodlibet meritũ ſequiẜ beatitudo illa:ſed me-
ritũ perſeuerans ⁊ durans iuxta diſpoſitionẽ diuine vo-
luntatis.quale quod meritum non fuit in angelis malis:
Cap.6. fuit autẽ in bonis. Et hec eſt ratio Anſel.de caſu diabo.
quare iſti conſecuti ſunt beatitudinem perfectam: nõ au
tem illi:ſed dãnationem perpetuam . ¶ Ad rationem.q.
principalem reſpondeo negando antecedens. ¶ Ad pri-
mam probationem reſponſum eſt in precedenti articu.
¶ Ad ſecundam dico ꝙ quando ipſe peccauit potuit nõ
peccare . Et ad illud quod dicitur.omne quod eſt quan-
do eſt ⁊c.dicendum patet:ſicut alij dicunt et bene ꝙ non
valet probatio quoniã per idem probaretur ꝙ deus nul-
lum ab eterno predeſtinatum potuit ab eterno non pre-
deſtinare:quod eſt erroneum.quid autem dicendum ſit
ad probationem illam : et in quo ſenſu habeat veritatem
nec impediat propoſitum noſtrum.patet ex predictis in
diſt.38.1.q.1.

¶ Diſtinctionis Sexte.
Queſtio Prima.

Q Uia magiſter in.6.q. loqui-
tur de locali caſu angelorum ma
lorũ a celo empyreo in hunc aerẽ
caliginoſum ⁊ de quotidiano de-
ſcenſu in infernum:quo ducunt
animas cruciandas:idcirco de
motu locali tam bonorum ꝗ̃ ma
lorum angelorum cõmuniter ali
qua ſunt querenda. Quero igi-
tur primo vtrum angelus poſſit moueri localiter a ſeipſo.
Et arguitur ꝙ non. Primo ſic. Angelus non poteſt loca-
liter moueri. igitur non poteſt moueri localiter a ſeipſo.
conſequẽtia patet.antecedens probatur auctoritate Au-
guſti.8.ſuper Geneẜ.vbi ait.ꝙ corporalis creatura mo-
uetur per tempus et locum:ſpiritualis vero per tempus
et non per locum . Creator autem ipſe neqꝫ per tempus
neqꝫ per locum.probatur etiam ratione:quia omne quod
mouetur localiter acquirit continue aliud et aliud vbi:
vnde motum localem Philoſophus vocat motũ in vbi:
Cap.29. et ad predicamentum ipſius dicit pertinere.5.phyſicoꝝ.
T.c.18. Sed angelus non poteſt acquirere aliud vbi:cum non ſit
vbicabilis:ſicut nec loco circũſcriptibilis. vbi autem eſt
circũſcriptio corporis a circũſcriptione loci procedens:
vt dicit auctor.6.principiorum. ¶ Confirmatur ex inten
tione eiuſdem ibidem.probat enim ꝙ anima non habet
vbi:co[illegible] non implet locum nec circũſcribitur eo:eadem
autem ratio eſt de angelo:vt patet . ¶ Secundo ſic. Si
angelus poſſet a ſeipſo moueri localiter : vel a ſeipſo per
ſe vel per accidens.non per ſe : quoniam nulla res poteſt
T.cõ.p̃. ſeipſam per ſe primo mouere. vt.7.phyſicorum.probat
ex intentione Philoſophus:nec per accidens:quia tunc
moueretur ad motum alicuius moti ab eo per ſe:illud au
tem non videtur poſſe eſſe niſi corpus : aut igitur corpus
naturaliter vnitum angelo:et hoc non:quia ſm commu-
nem opini.ſanctorum et doctorum:angeli ſunt naturali-
ter incorporei : aut corpus voluntarie ad tempus aſſum-
ptum:quod etiam dici non poteſt:quia talem aſſumptio-
nem oporteret preuenire motum localem ipſius angeli ad
corpus ſumendum et preſertim ſi preceſſet in loco vbi non
eſt corpus aſſumptibile verbi gratia. in celo empyreo: et
tunc remanet eadem queſtio:vtrum in illo motu preueni
ente moueatur per ſe vel per accidens.

Ad oppoſitum arguitur ſic . aliqua corpora mouentur/ vel cõueniunt moue
ri a ſeipſis localiter. ergo angelus poteſt ⁊c. conſequentia
patet per locũ a minori. antecedens probatur de corpori-
bus ſimplicibus grauibus ⁊ leuibus.nam talia naturali-
ter mouentur ad ſua loca.⁊ ſi naturaliter. igitur a princi-
pio intrinſeco.patet per diffinitionem nature.2.phyſico. T.cõ.3.
et per differentiam naturalis ⁊ violẽti.3.thicorum. Cap.2.

In iſta queſtione duo implicãtur.vnum eſt vtrũ angelus poſſit locali
ter moueri.aliud vtrum a ſeipſo. Et ꝗ̃tum ad vtrunqꝫ ex
argumentis etiam aliquid implicatur. Nam circa primũ
implicatur vtrum vbi ſit aliqua res exiſtẽs formaliter in
locato : ſed quã moueatur illud quod localiter mouetur.
Circa ſecundum vero implicatur vtrum corpora ſimpli-
cia a ſeipſis moueantur: et hoc etiam duo implicita ſatis
conferunt ad declarationem principaliter queſitorum.
Erunt ergo in hac.q.quattuor articuli. Nam primo vide
bitur vtrum angelus poſſit localiter moueri. Secundo
vtrum ipſe vel aliquid aliud dum mouetur acquirat aliꝗ̃
rem in ſeipſo formaliter que dicatur vbi:et que res eſt vbi
angeli vel alterius rei. Tertio vtrũ corpora ſimplicia mo
ueãtur localiter a ſeipſis. Quarto vtrum angelus poſſit
localiter a ſeipſo moueri.

Quantum ad primum dicunt communiter do. ꝙ ſic ⁊ hoc propter dicta ſcripture et
ſanctorum.legitur enim Luce primo. Qꝛ miſſus eſt Ga-
briel angelus a deo in ciuitatem galilee ⁊c. et ſequitur ꝙ
angelus ingreſſus a virginem.i.ad locum vbi erat virgo.
dixit. Aue gratia ple.⁊c. Item actuum . 12. ſcribitur.ꝙ
angelus miſſus eſt ad Petrum in carcerem: et ꝙ Petrꝰ
eductus inde ſequebatur angelum:et ꝙ tandem angelus
diſceſſit ab eo : et in multis alijs locis ſcripture tam noui
ꝗ̃ veteris teſtamẽti habetur ꝙ angeli miſſi ſunt ⁊ iuerũt
de loco ad locum. Item Iſa.6. ait propheta. volauit ad
me vnus de ſeraphin.ſuper quo verbo dicit Ambro.in li.
de ſpiritu ſancto.⁊ allegatur a Mag.lib. p̃mo.di.37. Et
ſpiritus quidam ſanctus miſſus dicitur. ſed ſeraphin ad
vnum ſpiritꝰ ſanctus ad omnes:ſeraphin mittitur in mi-
niſterio:ſpiritus ſanctus operatur miniſterium.ſeraphin
de loco ad locum tranſit.non enim complet omnia:ſed ip-
ſe repletur a ſpiritu. Ecce ꝙ expreſſe dicit:ꝙ ſeraph de lo
co trãſit ad locum.igitur mouetur localiter Item Dam. Cap.pe.
libro primo.angelus inquit quoniam velocitate nature:⁊
quia parate.ſcꝫ cito pertranſit operatur in diuerſis locis
⁊ ante premiſerat ꝙ angelus nõ põt ſm idẽ.ſ.tp̃s in diuer
ſis locis operari vult igitur ꝙ velociter de loco ad locum Cap.3.
mouetur. Item libro ſecũdo dicit : ꝙ angeli cũ ſunt in ce-
lo non ſunt in terra:⁊ cum ad terram a deo mittuntur non
remanent in celo.igitur tunc vere localiter mouentur hoc
idem patet per magiſtrũ in littera:qui dicit ꝙ demones
ceciderunt de celo ⁊ ꝙ deducũt quotidie aĩas in infernũ.

Quantum ad ſecundũ articulum pono conclu- ſiones duas. Prima eſt.ꝙ nec ange-
lus nec aliqua alia res ; dum mouetur acquirit aliꝗ̃ talẽ
rem de genere permanentium a ſe diſtinctam in loco ſibi
formaliter inherentem:qualem multi opinantur ⁊ vbi ap
pellant. Secundo ꝙ vbi non eſt res alia a loco et a loca-
to diſtincta. ¶ Primam concluſionem probo ſic.et vt
clarior fiat probatio ꝓbo eam de corpore ꝙ localiter mo-
uetur:de quo magis videretur etiam ſm opinantes talia
ꝙ talem rem deberet acquirere: et arguo ſic. ſi corpus lo-
caliter.motum inquantum ſic mouetur acquirit nouum:



vbi:intelligendo per vbi aliquam rem illi formaliter inhe
rentẽ:ſiue ſit abſoluta:ſiue reſpectus eius ad locatuꝫ vel
alia aliqua vt diuerſimode aliq̈ putãt.igitur ꝑdit etiã ali
qđ vbi ita ꝙ ab aliq̈ vbi moueẜ ad aliud vbi ſicut ab vno
loco ad aliũ:⁊ ita ꝓcedũt q̈ talia ponũt.ſi ſic vel moueẜ de
vno vbi ad aliđ in tp̃e vel in inſtãti.neutro modo ergo.⁊c.
Qꝛ autem nõ in tempore probo:quia ſi ſic.igitur partibili
ter ⁊ ſucceſſiue.i.prius ſm vnam partem ⁊ poſterius ſm
aliam partem ꝗ̃ ſm totum.vel igitur ſm partes mobilis
vel ſm partes ipſius vbi:⁊ hoc vel ſm partes dimẽſiona-
les ſeu quas habet ſm extẽſionem mobilis:vel ſm partes
eſſentiales intrinſecas ſm intẽſionem queãdmodum po-
nitur forma que intẽditur habere ꝑtes tales nõ ſitu diſtã
tes:ſi dicatur primum:ſcilicet ꝙ mobile prius ſm vnam
partẽ ſui moueẜ ab vbi qđ habet ꝗ̃ ſm aliã:⁊ ꝗ̃ ſm totũ.
Quero tunc de alia parte mobilis ipſius:aut enim habet
ſuum adhuc vbi totũ vel partem quã prius habuerat:et
tunc ſequitur ꝙ ipſa quieſcit alia parte mota actualiter:
quod eſt impoſſibile:ſuppoſito ipſuꝫ eſſe continuũ totum
perfecta ꝯtinuitate:aut habet aliꝗ̃ partem vbi primi:nõ
tamẽ illam quã prius habebat:quod nõ poteſt eſſe niſi ha
bendo aliꝗ̃ quam prius habebat alia pars mobilis ⁊ tũc
ſequitur ꝙ illa pars vbi quã habet migrauit de ſubiecto
in ſubiectũ:quod eſt impoſſibile naturaliter.ſi vero detur
Secũdum videlicet ꝙ mobile ideo ꝑtiabiliter moueẜ ab
vbi:quia prius ab vna parte dimẽſionali ipſius vbi ꝗ̃ ab
alia:tũc quero de alia parte vbi:in qua ꝑte mobilis rema-
net ſubiectiue per tẽpus illud in quo ab alia moueẜ mo-
bile vel ſiquidẽ in ea in qua primo erat:⁊ per conſequens
illa pars mobilis quieſcit ⁊ parte vna quieſcẽte mouetur
totum:quod nõ conuenit naturaliter vel in alia parte mo-
bilis:⁊ tunc ſequitur ꝙ de ſubiecto in ſubiectũ tranſierit.
Si dicatur tertiũ puta ꝙ totum ip̃m mobile ſimul prius
mouetur ab vna ꝑte eſſentiali ipſius vbi ꝗ̃ ab alia.cõtra
prime:qꝛ vbi ſm ipſos tales ꝑtes nõ habet:alioquin ſuſci-
peret magis ⁊ minus cuius oppoſitũ dicit auctor ſex p̃n-
cipiorum. ¶ Preterea. Hoc patet eſſe falſum rõne.nam
nunꝗ̃ corpus aliqđ dicitur eſſe magis in vno eodẽqꝫ pri-
mo loco toto ꝗ̃ fuit:nec minus vno tẽpore ꝗ̃ alio. Scđo
quia ſm hoc ſequeretur ꝙ quelibet pars mobilis habet
aliꝗ̃ eandem ꝑtem primi vbi quã habuit prius:licet non
omnẽ habeat:nec vbi ita intenſum:⁊ per ꝯſequẽs adhuc
eſt in eodẽ loco in quo prius:nõ enim mutat vbi:niſi mutã
do locũ etiam ſm opinionẽ illam:⁊ ex hoc ſeqˀtur ꝙ queli-
bet pars quieſcit.eodẽ modo poteſt argui ꝙ non acquirit
nouum vbi ꝑtibiliter:qꝛ vel hoc eſſet ſm partibilitatem
mobilis:ita ꝙ vna pars eiꝰ prius acquireret nouũ vbi ꝗ̃
alia:⁊ tunc ſequitur ꝙ vna mouetur alia nõ mota:vel ſm
partibilitateꝫ vbi preciſe:ita ꝙ totum mobile ſimul prius
acquirit vnã partem eſſentialem vbi noui ꝗ̃ aliam : quia
de parte dimẽſionali nõ poteſt accipi:⁊ tunc aut ſimul cũ
ſecunda parte vbi remanet prima:aut nõ:ſi ſic igitur per
tempus habet eandẽ partem vbi:⁊ per cõſequens totum
eſt in eodẽ loco primo in quo prius fuit.igitur dum moue
tur quieſcit.ſi nõ.igitur in quolibet inſtanti habet nouum
vbi:⁊ perdit aliud:⁊ per conſequens nõ partibiliter ⁊ ſuc-
ceſſiue mouetur ab vbi in vbi:cuius oppoſitum dabatur.
Relinquitur igitur ꝙ mobile localiter motum non moue-
tur in tẽpore ſeu ꝑtibiliter ⁊ ſucceſſiue de vbi vno in aliud
Qꝛ autem nec in inſtanti probo:et exempli gratia ſit p.ali
quod corpus quieſcens in aliquo loco determinato et ha
bens.vbi quod ſit a.et incipiat p.moueri continue.ſi ergo
in aliquo inſtanti p.mouetur ab a.ſit illud inſtans b.tunc
ſic.aut p.in inſtanti b.eſt in eodẽ loco primo ip̃m ⁊ omnes
partes eius in quo erat tẽpore quietis aut nõ.ſi ſic.igitur
habet idem vbi a.in inſtanti b.et per conſequens ſimul eſt
mutatum ab a.et nõ eſt mutatum a. Si non.igitur eſt mu-
tatuꝫ ad aliquid noui loci vel magnitudinis:aut ergo ad
aliquid diuiſibile . aut aliquid indiuiſibile preciſe : non
primũ:quia in motu continuo cuiuſlibet partis diuiſibi-
lis prius acquiritur pars:et nulla tota ſimul acquiritur:
vt patet ex.6.phyſicoꝝ.nec indiuiſibile:quoniam tunc ſe- T.c.73.
quitur ꝙ in motu locali continuo ſit dare primũ magnitu et alibi.
dinis ad ꝙ mobile eſt mutatũ.et iuxta conſuetũ modum
loquendi eſt dare primũ mutatum eſſe:quod nullum mo-
ueri vel mutatũ eſſe preceſſit:que reprobata ſunt.6.phy- T.c.50.
ſicorum. Secũdum hoc etiam tollitur omnis motus cõti 52.et.54.
nuus.nam oportet dicere ꝙ ſemper mobile eſt totũ in ter- et alibi.
mino a quo:vel totum in termino ad quem.
¶ Secũdo ſic.ponatur ꝙ p.moueaẜ cõtinue:⁊ ſit a.vnũ
vbi a quo moueẜ ſeu quod ꝑdit in inſtanti b.tũc ſic.aut p
acquirit in inſtãti aliquod vbi aut nõ:ſi nõ.igitur nec in b.
inſtanti perdit a.vbi:ſimul eñ in motu locali mobile ꝑdit.
terminum a quo:⁊ acquirit terminũ ad quem. Si vero in
inſtanti b.acquirit aliquod vbi nouũ ſit illud c.et tũc etiã
quero vtrum p.ꝑdit c.in inſtanti b.aut in alio. Si in alio.
igitur p.habet vbi c.per tempus.⁊ per cõſequens vel illo
tempore ſimul moueẜ et quieſcit:vel moueẜ ⁊ nullã talem
rem perdit.ac per hoc nec etiã acquirit:qđ eſt ꝓpoſitum.
Si vero in inſtãti b.ergo in eodem inſtãti perdit ⁊ acqui-
rit vbi c.⁊ ſimul eſt mutatũ ab ipſo c.⁊ ad ipſum:⁊ vlteriꝰ
ſeqˀtur ꝙ in illo inſtãti habet c.et nõ habet c.qđ eſt impoſ-
ſibile.cõſequentia patet ꝑ illam concluſionẽ demonſtratã
in.6.phyſicoꝝ.omne qđ mutatum eſt quãdo primo muta T.c.40.
tum eſt:eſt in eo ad qđ mutatum eſt:⁊ ſimiliter verum eſt
ꝙ nullum quod mutatum eſt quãdo primo mutatum eſt:
eſt in eo a quo mutatum eſt.
¶ Preterea. In eodem inſtanti primo p.eſt mutatum ad
vbi c.⁊ ipſum c.eſt primo genitũ:et eodem inſtanti eſt p.
primo motum a c.et ip̃m c.eſt primo corruptum.igitur ſi
eodem inſtanti p.eſt motum a c.⁊ ad c.eodem inſtanti c.
eſt genitum ⁊ corruptum:et eſt ⁊ non eſt.
¶ Preterea. Secũdũ hoc generatio ⁊ corruptio eiuſdeꝫ
rei numero demõſtrante ſine medio ſibi ſuccedũt ⁊ conti-
nuanẜ:quod philoſophꝰ reputat impoſſibile.8.phyſicoꝝ. T.c.63.
et ſiliter Cõmẽta. ¶ P̃. Si in inſtãti b.perdit vbi c.igiẜ vt
prius in eodẽ inſtanti acquirit aliud vbi.puta.d.et vltra
arguendo vt prius ſeqˀtur ꝙ multa:imo omnia vbi acqui-
rit in inſtãti b.⁊ per cõſequens totus motus continuus ip
ſius p.fit in vnico inſtanti:quod eſt impoſſibile. Tertio ſi
a quolibet vbi p.mouetur vel mutatur nõ curo ꝓ nunc in
inſtanti ⁊ ad qđlibet mutatur in inſtãti.ſequitur ꝙ totus
motus cõtinuus ipſiꝰ p.cõponatur ex mutatis eſſe preci-
ſe et tẽpus menſurãs illum ex inſtãtibus.iuxta cõmunẽ
modum loquendi.cõſequens improbatum eſt.6.phyſico
rum.conſequentiã probo:ſicut in primo di.17.q.4.arti.2. A.t.c.p̃.
et eſt quarta ratio cõtra opinionẽ que ibi reprobatur. infra.
¶ Secũda ratio ad cõcluſionem eſt iſta.celum primum
ſm philoſophũ vere moueẜ localiter:⁊ tamen nullum vbi
acquirit:cum ip̃m nõ circũſcribaẜ neqꝫ cõtinuaẜ a loco:⁊
per cõſequens ſm viam illam nõ habeat in ſe aliqđ vbi.
¶ Et cõfirmatur per auctorem ſex principiorum qui ex-
p.eſſe dicit vltimam ſpherã non habere vbi:eo ꝙ nihil cõ
tineat ipſam.igitur non omne quod localiter mouetur ta-
lem rem in ſe acquirit. Ex quo vlterius infero ꝙ cum in
nullo alio moto experiamur rem taleꝫ acquiri:nec aucto-
ritas aliqua digna hoc dicat:irrõnabiliter in aliquo alio
fingiẜ talis res. Tertio ſi qđlibet mobile cõtinue motũ ⁊c.
ſequeretur ꝙ localiter motũ ſimul moueretur duobꝰ moti-
bus diſtinctis:⁊ eſſet dare.5.genꝰ motuũ preter illa q̈ttuor
que poſuit philoſophus in.5.phyſicorũ.et que cõmuniter T.c.7.
ponũtur.conſequẽtia patet.nam quod mouetur localiter
de loco ad locũ acq̈rit ꝑtialiter locuꝫ ⁊ mouetur ſm locũ.
ſi ergo ſiẜ acq̈rit ꝯtinue vbi moueẜ etiã ſm vbi ⁊ ſic duo-

bus motibus diſtinctis: quod erat primum inferendum. Rurſus ſm iſtos mot⁹ ad vbi pertinet ad predicamentū vbi. motus autem ad locū: cum locus per iſtos nō ſit vbi. non pertinebit ad idem predicamētum: ⁊ conſtat ꝙ nō ad predicamentum ſubſtātie vel qualitatis: nec etiam q̄titatis: cum nō ſit augmentum nec decrementum nec mobile mutetur ſm propriam q̄titatem. igitur opꝫ dare quintū predicamentum in quo motus ille ponitur: ⁊ certe difficile ne dicā impoſſibile erit reperire ſaluato cōmuni numero predicamētorum. ¶ Quarto ſi ſic. igitur poſſibile eſt aliquid eodem tēpore primo moueri continue ſm vbi alicuius loci: ⁊ quieſcere ſm locum illum: ⁊ econtra quieſcere ſm vbi ⁊ moueri ſm locum. hoc autem falſum eſt. nam quieſcere ſm vbi nō eſt aliud q̄ ipſum ⁊ omnes ptes eius eſſe in eodem loco quo pri⁹. ſi ergo aliquid quieſceret ſm vbi quieſceret ſm locum: ⁊ econtra. cōſequentia declaratur: quia ſm iſtos vbi eſt res diſtincta eſſentialiter ac etiā ſubiecto ⁊ ſitu ab iſto loco nec aliq̄ cauſalitatē habēt alterum ſuper reliquū: quam deus non poſſit plene ſupplere. poteſt ergo deus locatū transferre partialiter de ſuo loco conſeruādo totaliter vbi in ipſo locato: ⁊ ecōtra poterit in locato innouare cōtinue vbi: ⁊ ipſum in eodem loco adequato ⁊ primo retinere. ¶ Secūda cōcluſio ꝓbari poteſt ex eodē: quoniaꝫ ſi vbi ſit talis res poſſibile erit ꝑ potentiā dei idem locatū eſſe in loco eodem in quo prius: et nō eſſe vbi prius: ⁊ econtra eſſe vbi prius ⁊ non in eo loco in quo prius: que nō ſunt intelligibilia. ¶ Preterea. Si vbi eſt talis res annihilet de⁹ vbi: quod habet ſor. exiſtēs in loco iſto demōſtrato. vbi grā. a. et nullā mutationē aliā faciat in ſor. aut in nulla alia re: qđ eſt bene poſſibile ſue oīpotētie: quo facto quero vtrū ſor. ſit in a. vel nō. ſi non. igit̄ ſor. eſt mutat⁹ ſm aliā mutationē: quia prius fuit in a. quod eſt contra poſitū. ſi ſic. igitur ad hoc ꝙ ſor. ſit in a. non requiritur aliqua alia talis res: ⁊ cum nulla experentia de illa habeat̄: nec dei reuelatio: nec ratio alia ꝓpter quam deberet poni ſequitur ꝙ irrōnabiliter ⁊ inutiliter ponit̄.

¶ Preterea. Si eſt talis res aut eſt res aliqua abſoluta: aut reſpectus ſm ponentes reſpectus. nō abſoluta. nō eñ ſubſtātia nec q̄titas nec qualitas: ſicut ptꝫ: nec reſpectus quia vt videtur nō eſſet niſi vel reſpectus locati ad locuꝫ: vel econuerſo loci ad locatū. vel tam hic q̄ ille. Secundū non poteſt dici neq̄ tertiū ſm viam illam: alioquin locus haberet vbi: ⁊ poſſet cōuenienter queri vbi eſt iſte locus: et vltra etiā loci eſſet locus: quod ipſi non cōcederēt: nec primū poteſt dici ſm viam ſuam: qđ tamen ipſi dicūt probo: quia reſpectus loci ad locatū eſt de genere relationis. igitur ⁊ reſpect⁹ locati ad locum. patet antecedens. nō enim ad aliud predicamētum: vt videtur ſm doctrinam eoruꝫ Cap. 1. reduci poteſt. conſequentia probatur: vt dicit Auguſt. 7. de trini. ⁊ philoſophus etiam in predicamētis. omnia relatiua dicūtur ad conuertentiam: ⁊ per conſequens ſm viam illorum habēt reſpectus mutuos. omnes autē mutui reſpectus pertinent ad idem predicamentum. igitur ſi vnus eſt de predicamento relationis ⁊ alter: ſed ſm iſtos vbi non eſt res predicamenti relationis. igitur vbi non eſt talis res a locato ⁊ loco diſtincta.

¶ Preterea. Omnis queſtio facta per interrogatiua ꝑtinentia ad predicamentum vbi querit de loco: et omnis reſpōſio data ꝑ predicabilia dicti predicamēti ad hmōi. q. reſpondet de loco. igitur vbi eſt locus: ⁊ econuerſo. conſequentia patet: ⁊ añcedens ꝓbatur quo ad primā ptem. nam iſte interrogationes equiualent in ſignificando. vbi eſt ſor. et in quo loco eſt ſor. et iſte ſimiliter. quo iuit ſor. vel vnde venit. et ad quem locuꝫ iuit vel a quo loco venit: nec aliud quis per vnam intelligit q̄ per aliam vt puto quēlibet confiteri: quo etiam ad partem ſecundam patet. nam idem penitus reſpondet qui dicit eſt hic. ⁊ qui dicit eſt in iſto loco: et qui dicit illuc iuit vel illinc venit: et qui dicit ad illum locum iuit: vel ab alio loco venit.

¶ Confirmatur. ſi quis interrogat de ſor. vbi eſt. ⁊ reſpondeatur eſt in eccleſia/ vel in ſcholis conuenienter reſponderetur et bene ſi vere ibi ſit. igitur in eccleſia ⁊ in ſcholis ſunt termini pertinentes ad preſentum vbi: alioquin non conuenienter ſic reſponderent. igitur eiuſdem eſt interrogatiuum hoc aduerbium vbi: quod iſta ſignificāt. ſignificant autem loca ipſa extrinſeca ⁊ non aliquam re formaliter loco inherentem. ergo nec vbi de re aliqua tali interrogat: ⁊ per conſequens nec aliqua res talis eſt vbi. hoc ptꝫ etiam auctoritate Cōmen. 5. met. vbi dicit. ꝙ ſm quod di- Cō. 28. citur locus habet locatū eſt preſentum vbi. Item. 4. phy. Cō. 14. pluries dicit locuꝫ corporis locati eſſe vbi eius: vnde ait. ꝙ Philoſophus intendit diſtinguere inter locatū eſſe in corpore quod eſt vbi eius: ⁊ inter partem eſſe in toto: ⁊ eadem verba repetit in eodem contento. igitur ſm eum corpus in quo eſt locatum eſt vbi eius. Iſta etiam intēſio eſt Boe. in lib. de trini. vbi ait. vbi vel de homine/ vel de deo predicari poteſt. de hoīe vt in foro. de deo vt vbiq̄: ſed ita vt non. q. ſit ipſa res illud quod predicat̄ de qua dicitur. non enim homo ita dicitur eſſe in foro: quēadmodum eſſe albus/ vel longus: nec quaſi circūfuſus et determinatus proprietate aliqua qua ſignificari ſm ſe poſſit: ſed tātū ꝙ ſit alijs informatum rebus. per hanc proprie predicationem oſtēditur: que verba ſic exponit Cōmen. ibidem. i. locus. poteſt quidem predicari ⁊c̄. et ſequitur. Sed ita dicitur homo eſſe in foro/ vel deus vbiq̄: vt q̄uis in predicando ea dicatur eſt. non tamen ita dicitur. q. ipſa res de qua dicitur ſit id. id eſt habeat eſſe eo ꝙ predicatur. Et infra. ſic igitur per hoc ꝙ dicit̄ homo eſſe in foro nequaq̄ homini inherens qua ipſe vere ſit proprietas grammaticorum/ vel dialecticorum proprie ſignificatione notatur: ſed per hanc predicationem hoc tantum conſequēs oſtenditur: ſcilicet ꝙ illud circunfuſum et determinatum per eſſe in foro dicitur rebus alijs/ q̄ ſit circunfuſio et determinatio vere ſit informatum: et hoc quidem ſenſu locus de homine predicatur. Hec Commentator.

¶ Ex his euidenter apparet ſm intentionem Boetij ꝙ vbi ſignificat locum: et ꝙ per propriam predicationem illius predicati nulla proprietas/ vel res ſubiecto inherens denotatur: ſed tātum extrinſeca que eſt locus. Si autem aliquis calumnietur ex hoc ꝙ ait informatum alijs rebus: et velit ex hoc inferre ꝙ per huius predicationē importetur aliquid quod proprie loquendo informet locatum et inhereat illi: attendat quid ſubdit infra Boetius. ait enim ſimul de actione habitu vbi: et quādo omnis hec predicatio exterioribus datur omniaq̄ hec quodāmodo referuntur ad aliud. Commenta. hec omnia. i. habitus et actiones de quibus nunc loquimur et loca ⁊ tempora de quibus prediximus quodāmodo referuntur ad aliud. id eſt alijs q̄ his quibus ſuſtinens eſt aliquid. et infra. ſic igitur predicatio aliqua eſt vere inherens inherere predicatur. alia que q̄uis forma inherentium fiat: tamen ita exterioribus datur: vt ea nichil alicui inherere ſubiecto: ſed res extrinſeca tantum.

¶ Contra iſta primo poteſt argui: quia ſequi videtur ꝙ vbi ſit ſpecies predicamenti quātitatis. ⁊ per conſequens non ſit. 10. predicamenta. conſequentia patet: quia quātitatis ſpecies eſt locus: ſm Philoſophum in predicamentis. ¶ Secundo auctor ſex principiorum dicit ꝙ vbi eſt circunſcriptio corporis a loci circunſcriptione procedens. conſtat autem ꝙ locus non eſt circunſcriptio corporis procedens a loci circunſcriptione loci. alias a loco eſſet locus in infinitum.

¶ Preterea. Ipſe ſubdit. non autem in eodē eſt locus et vbi: ſed locus quidem eſt in eo qđ capit. vbi vero in eo qđ



circūſcribitur et cōplectitur: ex quibus patet ꝙ nō ſolum eſſentialiter: ſed etiā ſubiecto diſtinguuntur locus et vbi.

¶ Ad primum primo nego conſequentiam/ nec probatio valet: quia non ſequitur. locus eſt ſpecies quātitatis. vbi eſt locus. ergo vbi eſt ſpecies quantitatis. ſicut non ſequitur. diſciplina eſt ſpecies relationis/ ſeu predicamenti ad aliquid. grammatica eſt diſciplina. ergo grammatica eſt ſpecies relationis. nam ſm Philoſophū in predicamen- T. c. 20. tis. c. de qualitate. et ſimiliter in. 5. meta. c. de ad aliquid. antecedens eſt verum. et conſequens falſum. vnde in tali conſequētia peccatur per equiuocationem ex varia ſuppoſitione medij. Secundo dico ꝙ eſto: ꝙ locus ſit quātitas. non tamen locus eſt ſpecies quātitatis qualitercūq̄ ſupponat iſte terminus locus: ſed dico: ꝙ eſt paſſio quātitatis: et tunc ſupponit materialiter/ vel ſimpliciter: et ita Cō. 18. expreſſe dicit Commenta. 5. meta. c. de quanto. vbi etiam dicit ꝙ Philoſophus in predicamentis enumerando illas ſpecies locutus eſt ſm famoſitatem tm̄. Quāuis igitur eadem res ſit locus ⁊ quātitas/ ſeu ſuperficies. non tamen ſm eādem rationem dicitur ſuperficies et locus: ſed inquātum eſt diuiſibilis ad duo/ ſeu ſm duas dimenſiones: dicitur ſuperficies. inquātum vero eſt id in quo aliud eſt tali modo eſſendi in. dicitur locus. ⁊ ideo non obſtante idētitate rei ſignificate. predicabilia tamē illa propter talem diuerſitatem conceptuum ad diuerſa predicamenta per ſe reducuntur. ea vero magis proprie ad tale predicamentum pertinent per que conuenienter reſpondetur ad interrogationem factam per vbi. vt ad interrogationem loci/ ſiue illa ſint aduerbia/ ſiue prepoſitiones cum caſualibus/ vel obliqui nominum localium: ⁊ ſimilia. ¶ Ad ſecundum dicendum ꝙ ille auctor multum īproprie ⁊ figuraliter loquitur in illo libello: ꝓpter quod multi accipientes verba eius ad proprietatem falluntur in ipſis. dicendum ergo ꝙ non intēdit dicere ꝙ vbi ſit aliqua res diſtincta a loco ⁊ locato exiſtens in eo quē vocet circūſcriptionem: ſicut nec per circūſcriptionem loci qua dicit circūſcriptionem corporis procedere intelligit aliquā rem a loco diſtinctam: qua circūſcribatur locus vel circūſcribat. non enim poteſt fingi que res ſit illa: ſed per illa verba vult ſolum dare intelligere que ſit propria ratio predicamētalis ipſius vbi. ⁊ quid importatur per tales predicationes. ſor. eſt in foro vel in ſcholis: ⁊ ſimiles que formātur ex predicatis particularibus ad predicatum vbi: et vult dicere ꝙ non aliud importatur/ q̄ ꝙ illud continetur ⁊ circūſcribitur: loco illo: ita ꝙ ſm ipſum idem eſt eſſe alicubi/ vel in aliquo loco quod eſt illo circūſcribi ⁊ contineri: et hoc ſatis manifeſtat ex eo quod immediate addit: eſt ergo in loco quicquid a loco circūſcribitur et complectitur. ¶ Ad aliud dicendum: ꝙ accipit eſſe in. non pro inherentia: ſed per predicationem ⁊ actum exercitum pro ſignato: et eſt ſenſus ꝙ nō de eodē dicitur/ ſeu predicatur locus ⁊ vbi. i. predicabilia de predicamento vbi. nam locus dicitur de continente: ſed talia predicabilia de contento. vnde nō dicitur. forum eſt in foro: ſed bene dicitur. ſor. eſt in foro. et ratio eſt que iam dicta eſt: quia eſſe in foro eſt contineri a foro: ⁊ forum non continetur a foro. ſor. autem continetur a foro. ⁊ ideo bene dicitur eſſe in foro. In foro aūt eſt predicabile predicamenti. vbi econtra bene dicitur ꝙ continens eſt locus: ⁊ non bene dicitur ꝙ ſor. vel aliud quid cōtentum a loco eſt locus: et hec eſt intentio eius. vtrum tamen verum ſit ꝙ de eo tātum predicet̄: vbi ſeu predicabilia dicti predicamenti quod loco circūſcribitur et cōplectitur: ⁊ ꝙ illa ſit ratio vbi vel loci non curo pro nūc. nam mihi ⁊ alijs eſt cōmunis iſta difficultas.

Quantum ad articulum tertium. vtrum videlicet corpora ſimplicia moueantur localiter a ſeipſis: ⁊ intelligo de motu non quidem violento: neq̄ etiam de mixto qualiter mouet̄ graue deorſum cum ab aliquo ſic propellitur: vt velocius deſcendat/ q̄ deſcēderet nullo ipm̄ propellente: ſed de motu naturali mero ⁊ ſimplici: quia de hoc maior eſt queſtio. ¶ Ad excludendum quoſdam modos dicēdi: tam veteres/ q̄ modernos pono cōcluſiones aliquas. prima eſt ꝙ talia corpora non mouentur immediate a celo. hanc pono ad excludendum quandam antiquam opinionem que poſuit ꝙ motus celi erat cauſa deſcenſus terre ad medium: et fuiſſe dicitur Empe. 2. ce. ſicut dicitur a Philoſopho et Commenta. T. 2. c. 85. cui etiam nōnulli moderni concordant qui volentes concedere huiuſmodi corpora a ſeipſis moueri/ nec aliū motorem valentes aſſignare reducunt huiuſmodi motus in corpus celeſte: tanq̄ in actu principium et immediatum motus illorum: q̄uis ſi iſti dicant ꝙ mouentur naturaliter: et illi vero dicerent ꝙ violenter. ¶ Hanc concluſionē probo ſic. ſi huiuſmodi corpora mouerentur a celo immediate: ſequeretur ꝙ quāto graue eſſet magis elongatum a celo: tanto tardius deſcenderet. conſequens eſt falſum: vt percipit ſenſus. velocius enim videmus ipſum moueri in fine motus/ q̄ in principio. conſequentia patet. quia quāto magis motum diſtat a motore: ceteris paribus: minus poteſt motor ſuper illud: et per conſequens tardius mouet ſi mouet. hoc etiam patet ad ſenſum in omnibus alijs motibus/ ſiue localibus/ ſiue alijs. ¶ Secūdo ſic. ſi ita eſſet ſequeretur ꝙ non velocius deſcēderet graue maius/ q̄ graue minus eiuſdem rationis ⁊ ſimilium diſpoſitionum omnium preter magnitudinē ⁊ paruitatem. conſequens etiam patet falſum ad ſenſum. conſequentia probatur: quia vbi mobilia ſe habent mere paſſiue. ſicut ſupponitur in propoſito ⁊ cetera ſunt paria: nunq̄ maius citius tranſmutatur ab eodem agente naturali/ q̄ minus. patet in motibus localibus violentis: patet etiam in alterationibus. nam ſtante vniformi diſpoſitione paſſi non citius alteratur ab eodem agēte maius paſſum/ q̄ minus: etiam ſi eſſet ſumma diſpoſitio abſq̄ alia vlla contrarietatis reſiſtentia. ¶ Has duas rationes ponit Philoſophus primo celi et Cōmenta. contra memoratam opinio- T. 1. c. 89. nem antiquā: q̄uis hanc ſecundam in alia forma quam non tenui: vt abſq̄ calūnia euidentius concludant etiam contra illum modum dicēdi modernum. ¶ Tertio ſi ſic. tunc grauia mouerentur a celo per expulſionem/ vel impulſionem: ⁊ leuia per attractionem: ſicut patet ex deſcriptionibus predictorum. 7. phyſicorum. ⁊ ſi ſic ſequeretur T. c. 10. ꝙ quandocūq̄ graue deſcēderet celum expelleret ignem ſibi proximum ⁊ aerem conſequentem: ⁊ vniuerſaliter cetera corpora media vſq̄ ad graue: ⁊ tandem mediātibus illis graue ipſum: ſed hoc eſt falſum. tum quia ſm hec ad cuiuſlibet grauis deſcenſum ignis violenter moueretur. tum quia ſi tunc ſimul aliquis ignis aſcenderet perpendiculariter per eandē lineam per quam deſcenderet graue: celum traheret ad ſe ignem ſibi proximum ⁊ cetera corpora media vſq̄ ad ignem aſcendentem: et per conſequens omnia illa media ſimul aſcēderent ſm eandem lineam rectam: ac per hoc contrarijs motibus mouerentur. Tum quia etiam/ vel in tali expulſione ipſum celum/ aut pars eius ſequeretur ignem proximum quem expelleret: ⁊ tūc ſequitur ꝙ vel totū celū deſcēderet/ vel pars eius abſcinderetur ab que ignē ſequeret̄: aut in tali expulſione/ nec celum/ nec pars eius ſequitur ignē: ⁊ tūc ſequit̄ ꝙ vacuū remaneat iuxta celum/ vel dicatur ꝙ alia pars lateralis ignis rarefiat quouſq̄ impleat locū expulſe. qđ non videtur poſſibile naturaliter: cum ille ignis habeat ſummam raritatem ſibi poſſibilem naturaliter: aut abſq̄ rarefactione per motum localem ſibi ſuccedat: et tunc eadem ratione tertia veniat ad locum ſecūde: ⁊ quarta ad locum tertie: ⁊ ſic deinceps: et per conſequens tota ſphera ignis

immutabitur:que omnia reputo nimis abſurda.

¶ Preterea. Deriſibile eſt dicere ꝙ ſi lapillum habeo in manu mea ⁊ dimiſero illū cadere: mox tota regio ſuperior agitetur: quod tamē ſequeretur ſm predicta. conſequentia ſatis patet: quoniā vt videmus nunꝗ aliquid expellit aliud niſi illud ſit ſibi proximū: aut expellendo aliquid ſibi proximū: et illo mediante expellendo aliud: et ſic deinceps vſqꝫ ad vltimū expulſum. hoc etiā appet p philoſo-
T.z.c.10. phū.7.phyſicorū.et Cōmenta. ¶ Confirmatur inſup ex
Cō.42. intentione Cōmenta.2.ce.vbi ait. poſſibile eſt vt aliquid moueat ab aliquo in loco mediante aliquo nō moto a primo mouēte: et ex hoc infert ꝙ pars aeris oppoſita ſoli nō poteſt localiter moueri. ſcilicet motu recto per expulſionem ab ipſo ſole: quia pars celi media inter aerem ⁊ ſolem ſic non poteſt a ſole moueri. vnde ait. ſi igitur pars aeris que opponitur ſoli mouetur a ſole mediāte parte celi que eſt inter aerem ⁊ ſolem motu locali neceſſe eſt vt illa pars celi moueatur a ſole motu locali: quod eſt īpoſſibile. Hec Cōmenta. ¶ Secūda cōcluſio ꝙ huiuſmodi corpora nō mouētur actiue a locis ad que tendunt: ſicut opinati ſunt quidam antiquorum. hanc probo primo: quia tunc velocius moueretur graue minus verſus centrum ꝙ maius ceteris paribus: quod patet falſum: ⁊ conſequentia probatur vt ſupra. ¶ Secūdo quia talis motus eſſet attractionis: vt patet: et quia in tali motu non poteſt moueri aliquid diſtans a mouente niſi moueātur omnia media vt notum eſt. ſequitur ꝙ quādocūqꝫ modicus ignis hic genitus aſcēderet: omnia corpora media vſqꝫ ad concauum celi aſcenderent: ⁊ ſi tunc ecōtra aliquod graue perpendiculariter deſcenderet etiā omnia media ſimul deſcenderent: quod eſt inconueniens. ¶ Preterea. Pars ignis tangens celū deberet aſcendere vel condenſari ⁊ conſequēter tota ſphera illa. ¶ Preterea. In omni attractione vera neceſſe eſt attrahens cum attracto moueri vt habetur.7.phyſicorum.
T.c.10. et ſenſu patet. ⁊ per conſequens oportet ꝙ celum aſcenderet: que abſurda ſunt penitus. Et ſi dicatur ꝙ quedam attractio eſt ab attrahente quieſcente. vt eſt attractio ferri a magnete: dicēdum ꝙ nunꝗ attrahens quieſcens mouet proprie ⁊ actiue: ſed potius metaphorice per modum
Cō.10. finis. vnde Cōmenta.7.phyſicorū. ad hoc inquit queritur: quoniam plura attractiua videntur attrahere ſine tractu: et ſine motu. dicēdum ꝙ hic dicitur attractio equoce. attractio enim in rei veritate eſt illa in qua attrahēs mouetur cum attracto. ⁊ ſubdit. attractio autem in quo attrahens eſt quieſcens: ⁊ attractum motum non eſt attractio in rei veritate: ſed attractum mouetur ex ſe ad attrahēs vt perficiat ſe vt lapis mouetur inferius ⁊ ignis ſuperius: ⁊ ſimiliter oportet hoc intelligere de motu ferri ad magnetem.
T.z.c.22 Hec Cōmenta. vnde Philoſophus.4.celi.et Cōmenta.
et.25 ibidem nunꝗ cauſalitatem actiuam talium motuū attribuit locis: ſed vult illa eſſe cauſas per modū finis tantū.

¶ Tertia concluſio eſt ꝙ non mouentur a medijs in quibus ſunt. probo primo: quia tunc idem actiuum naturale per ſe moueret ad plures differentias poſitionis et ſm cōtrarios motus. hoc autem repugnat actiuo naturali: quia eſt ex ſe determinatū ad vnum. ergo ⁊c. conſequētia probatur. nam per eandem partem medij per quam leue aſcendit contingit graue deſcendere ⁊ econuerſo. ⁊ ſimul dum per vnam aſcendit leue per aliam ſimilem penitus et propinquam contingit graue deſcendere.

¶ Secundo ſi ſic. aut eadem pars medij continue moueret corpus motum a principio motus vſqꝫ ad finem. aut alia poſt aliam: ſicut multi dicunt accidere in motibus proiectorum. primū non poteſt rationabiliter dici: quoniā tunc ſequeretur ꝙ cum graue generatum ſuperius in aere. verbi gratia. grādo vel nix deſcenderet aliqua pars aeris ab illa ſuperiore regione vſqꝫ ad terram deſcēderet: quod non conuenienter poſſe dici videtur. nec ſecundum. ſi ſic. tunc quanto illud magis deſcēderet tanto tardius moueretur: quod eſt falſum. conſequētia patet: quia in tali motu ſecūdum mouens minus mouet ꝙ primū: et tertium ꝙ ſecūdum: ⁊ ſic deinceps vt patet in proiectis.

¶ Tertio aut mouetur a medio tanꝗ a motore primo ſeu non moto ab alio: aut tanꝗ a motore ſecūdario ⁊ moto ab alio. Non poteſt dici ſecūdum quia tūc oporteret aſſignare quis eſſet ille motor prior nec cōtingit: preterea nos hic de tali motore primo inquirimus. nec primum etiam dici poteſt: quoniā a quacūqꝫ parte medij ponatur graue ſuperius genitum moueri ſiue ab ea que eſt ſupra ipſum: ſiue ab ea que eſt ſub ipſo: ſeu a laterali. ſequitur ꝙ illa ex ſe moueatur deorſum: ⁊ per cōſequens ex ſe moueatur contra ſuā naturam quod repugnantiā videtur includere.

¶ Preterea. Sequitur: ꝙ motus violentus ⁊ contra naturam: vtputa ipſius aeris deorſum eſt per ſe prior cauſaliter motu naturali grauis deorſum: ⁊ ꝙ non eſt aliquis motus naturalis non precedente ſaltem cauſaliter motu violento: quod non videtur conuenienter dictū: et expreſſe eſt contra Cōmenta.12.metaphyſice.

¶ Preterea. Si tale graue eſt preciſe in potētia paſſiua vt moueatur: ⁊ ipſum mediū eſt totalis cauſa immediata particularis mouens ipſum. mirū eſt ꝙ ipſum non mouet tale graue potius ad ſuperius quo aptum eſt moueri naturaliter ipſum medium vel ſaltem non retinet ipſum ibi: vbi ipſum medium naturaliter quieſcit ꝙ ipſum moueat in ſuperius: quo non niſi violente medium mouetur. non igitur videtur rationabiliter poſſe dici talia moueri a medijs: propter quod Philoſophus.3.ce. dicit ꝙ aer eſt tanꝗ organum in vtroqꝫ motu. ſ. ad ſuperius et inferius: et per conſequens non primus motor. Cō.30. T.c.28.

¶ Quarta concluſio eſt ꝙ talia non mouentur immediate a generante. probo primo: quia cum graue generatur ſuperius in aere generans eſt vel aer in quo generatur vel celum: ſed a neutro ipſum mouetur localiter vt ſupra probatum eſt: ⁊ ſi aliquod aliud aſſignetur generans: de quo nolo diſceptare: per eaſdem rationes probatur ꝙ non mouetur ab illo. ſimiliter cum ignis generatur hic inferius ex refractione radiorum ad ſpeculum aut ex percuſſione ſilicis ad ferrum: nullum poteſt generans aſſignari a quo immediate moueatur ſurſum: ſicut patet volenti rōnes ſupra factas: quodcunqꝫ fuerit aſſignatū generans applicare.

¶ Secundo conſtat ꝙ lapis hec inferius genitus et poſt per tempora ſurſum latus: cum deſcendit non mouetur actualiter a generante: nec ſane mentis quiſqꝫ oppoſitum diceret: cum contingat ipſum moueri a loco maxime diſtante ab ipſo generante.

¶ Tertio ⁊ fortius: quoniam contingit olim dudum corrupto generante huiuſmodi corpora ad ſua loca moueri ſi fuerint extra ipſa delata. conſtat autem ꝙ tunc non mouentur ab eo quod non eſt in rerum natura.

¶ Sed tunc quid dicendum eſt ad Philoſophum qui dicit ꝙ per ſe mouetur a generante: per accidens autem a remouente prohibens.

¶ Reſpōdeo ꝙ Philoſophus ſicut patet diligenter attēdenti dicta eius.8.phyſicorum et Commenta. ibidem. et iterum.4.ce.et Commenta. etiam ibidem. Cōmento.25. T.z.c.32. vbi hoc videtur expreſſius dicere: non intendit ꝙ moueātur a generāte immediate: ſed mediate tantum: quia ſcilicet generans cauſat in genito formam: per quam immediate ipſum genitū niſi impediatur mouetur ad proprium locum: motus tamen illius immediatum principium non eſt generans: ſed forma geniti. vnde.4.ce. in illa parte. cum quidem igitur fiat ex aqua aer. habet littera commenti ſic. T.c.25. reuertamur et dicamus ꝙ cum aqua tranſmutatur in aerem. tunc tranſmutabitur de grauitate in leuitatem:



Cō.25. deinde mouebitur ad ſuperius: quod exponens Cōmenta. inquit: per hoc ꝙ dixit: deinde mouebitur ad ſuperius: non intendit deinde ſm tēpus: ſed ſm cauſam et cauſatū. i. ꝙ motus eius ad ſuperius eſt cauſatus a ſua leuitate. Hec Cō-
Cōmē.28 mēta. Item tertio ce. ait. ſed quia motus nō exiſtunt a generante niſi mediante generato: ⁊ motus primo ⁊ eſſentialiter non fit niſi a motore: ⁊ nullo alio mediāte: propter hoc iſte motus nō eſt primus neqꝫ eſſentialis. i. primo et eſſentialiter a motore extrinſeco: ſed a forma moti. hoc ipſe.

¶ Item.8.phyſicorū. Et cū iſta inquit ſit queſtio. vtrum
Cōmē.32 iſta corpora ſimplicia moueātur in loco a motore extrinſeco aut ex ſe. diſtinguendum eſt in reſponſione ad iſtam. quoniā motus qui eſt in potentia naturali: ⁊ eſt in potētia que eſt in re ex qua generatur corpus ſimplex in quo inuenitur motus neceſſario indiget motore eſſentialiter. ⁊ eſt illud quod eſt extrinſecum. ſ. generans. generās enim eſt illud quod corpori ſimplici generat formā ſuam: ⁊ omnia accidentia cōtingentia forme: quorū vnum eſt motus in loco. et ideo cū fuerit forma cōpleta in eo cōplebitur vbi ſuum debitū et alia accidentia niſi aliquid impediat. potentia vero ad motū que accidit inueniri in corpore ſimplici quādo impeditur in tempore ſue generationis: quin moueatur ad ſuum locum naturalē ab aliquo impedimento quādo generatur in loco extraneo: aut quādo exit a quo naturali ab aliquo extrahente nō indiget in hoc ꝙ exeat in actum motore extrinſeco eſſentialiter cum ſit potētia accidentalis. Hec Cōmenta. ſtat igitur determinatio eius in hoc. etiam Philoſophi quā ibi exponit. Quoniā corpus aut eſt in potentia eſſentiali ad motum: quēadmodum. verbi gratia. terra aut aliud quodlibet corpus nō actu leue eſt in potentia ad motū ſurſum: ⁊ tale indiget motore extrinſeco. ſ. generāte dante ſibi formā que ſit principium motus ſurſum. et per conſequens motore niſi impediatur dante motum ſurſum. aut corpus eſt in potentia accidentali tm̄ ad motum: quēadmodum eſt corpus actu leue quādo generatur extra locum proprium vel extrahitur de loco proprio: ⁊ tunc nō indiget motore extrinſeco per ſe. nunc autē non eſt queſtio ad preſens de corpore: quod eſt in potētia eſſentiali ⁊ ad formā elementi a quo moueatur motu proprio illi elemento: ad cuius formam eſt in potentia: nec de elemento quod generatur in loco naturali. illud enim nō mouetur. Sed eſt queſtio de elemento actualiter habente formam talis motus: quod quidem nō eſt in loco naturali: et de tali dicit ꝙ non indiget motore eſſentiali. i. per ſe extrinſeco ſed vt dicit ibi ⁊ in de ce. et mun. ſufficit remouens prohibens et ab illo non per ſe: ſed per accidens tantum mouetur. verūtamen non ſemper eſt opportunum remouens prohibens diſtinctum ab ipſo: quinimo ipſummet quandoqꝫ ſua vi propria remouet prohibens. Sicut ſi corpus valde ponderoſum debili funiculo ligetur ſurſum: et propter ponderoſitatem nullo alio frangēte rupto tandem funiculo deorſum ruat.

¶ Quinta concluſio. ꝙ talia ex ſeipſis immediate mouētur. non excludendo: tamen primū et vniuerſale mouens: quod eſt deus. hoc probatur ſic. hec mouentur ab aliquo motore īmediate: ⁊ nō ab aliquo extrinſeco. igitur ſeipſis. conſequentia patet: et ſimiliter antecedens quo ad primā partem. nam omne motū ab aliquo motore īmediate mouetur. Quo ad ſcdam vero probatur: quia ſi motor eorum eſſet extrinſecus: vel ille eēt celum: vel mediū: vel aliquid aliorum: que in precedentibus concluſionibus ſunt excluſa: cum non appareat quis alius motor valeat inueniri.

¶ Hec concluſio probatur etiam ex auctoritate Augu-
Cap.1. ſtini tertio de li. ar. vbi expreſſe dicit ꝙ motus lapidis nō quo eum nos mouemus vel aliqua vi aliena mouetur: veluti cum in celum iacitur: ſed cum ad terram niſu ſuo vergit: et cadit eſt motus eius. conſtat aūt ꝙ non ſolum intelligit ꝙ iſte motus eſt proprie lapidis tanꝗ moti: quoniam et ſic etiam eius eſt motus quo iacitur ſurſum. igitur intendit ꝙ eſt eius tanꝗ motoris. ¶ Ad hoc etiam ſunt plures auctoritates Commenta. ſupra allegate. Item.2. phyſicorū. ait. non dubitamus ꝙ iſta mouentur ex ſe non Cō.3. ex motore extrinſeco. ſcilicet quatuor elementa. Utrum autem motor in eis ſit alius a moto perſcrutatus eſt in alio loco: et plures auctoritates eius ad eandem ſententiam poſſent adduci. ¶ Item Auicen. primo ſufficiētie. Cap.5. Dicemus inquit ꝙ corporibus que apud nos ſunt: adueniunt actiones ⁊ motus: et inuenimus ꝙ quedam eorum veniunt ex cauſis que ſunt extra ea: ex quibus fiunt in eis ipſe actiones et motus: ſicut caliditas aque et aſcenſus lapidis: et inuenimus ꝙ quibuſdam eorum actiones et motus ſunt ex ſeipſis: non ex cauſa extrinſeca: ſicut aqua calefacta cum dimittitur per ſe frigeſcit ex ſua natura: et lapis in altum proiectus cum relinquitur deſcendit ex ſua natura: et infra etiam ſubdit alia ad propoſitum.

¶ Sexta concluſio eſt ꝙ huiuſmodi corpora mouent ſeipſa per ſe et non per accidens tantum. Hanc autem pono maxime propter opinionem Cōmenta. qui.3.celi vult Cō.28. ꝙ talia mouent ſe niſi per conſequens. nam ꝗuis ſm eum ſint per ſe mouentia: non tamen per ſe mota. per ſe motum eſt tantummodo ipſum medium. vnde ait ꝙ lapis non eſt motus per ſe et eſſentialiter / neqꝫ mouet ſe eſſentialiter. cum ita ſit. et omne quod mouet ſe eſſentialiter neceſſe eſt vt moueat ſe: quia eſſentialiter mouet aliud motum a ſe. verbi gratia. quia homo non mouet ſe accidentaliter in naue: niſi quia mouet nauem eſſentialiter: et cum ita ſit. lapis igitur non mouet eſſentialiter niſi aerem in quo eſt: et mouet ſe: quia ad hoc ꝙ mouet ſe ſequitur motum aeris ſicut de homine cum naue: et idem ex toto dicit in.4. Cō.22. Sed huius oppoſitum probo. primo quia conſtat: et ex ꝫ Cōm. verbis etiam ſuis idem colligitur: ꝙ in tali motu aer non mouetur niſi pulſus a lapide. cedit igitur lapidi: et per conſequens prius cauſaliter: licet ſimul tempore mouetur lapis ipſe / ꝙ aer: et non quia aer mouetur lapis mouetur: ſed econtra: quia lapis mouetur aer mouetur: et iterum quia lapis mouetur. ideo mouet aerem et nō econtra. Et eſt quantum ad hoc ſimiliter ſicut ſi aliquis impelleret lapidem. tunc enim ꝗuis ſimul mouerentur lapis / et aer: et lapis etiam moueret aerem. nichilominus prius cauſaliter lapis moueretur / ꝙ aer moueretur. et prius etiam lapis moueretur / ꝙ moueret aerem. moueret enim quia motus ſic in propoſito. ideo mouet quia motus. licet non ab alio: ſed a ſe. non igitur mouetur per accidens ad motum aeris. ¶ Preterea. Si aer totus qui eſt inter lapidem et terram tolleretur. ita ꝙ inter lapidem et terram eſſet vacuum: et lapis remaneret ligatus debili funiculo: et relinqueretur ſue nature. non eſt dubium ꝙ tandem fracto funiculo ille lapis / vel ſubito mutaretur / vel in 4.celi. tempore moueretur ad terram. ꝗuis ipſe Commenta. di- Cō.22. cat commento preallegato. ꝙ ſi auferimus medium: ita ꝙ vacuum eſſet: non eſſe poſſibile in iſtis corporibus: vt mouērentur econtrario illi. quod putatur a quibuſdam. ſcilicet ꝙ citius mouerentur in vacuo: quia aſſimilauerunt ea eis que per ſe mouentur eſſentialiter. ſcilicet animalibus: ſed hec verba ſentiendum eſt eum dixiſſe accipiendo moueri proprie: vt diſtinguitur contra ſubito mutari: quomodo ſcilicet proprie animalia mouerentur in vacuo ſm ipſum.4. phyſicorum. in fine. ſi tamen intellexerit de Cō.71. moueri ſimpliciter: vt cōmuniter ſumptū dicitur de ſubito mutari: falſum dixit. Nam cōſtat ꝙ cauſa tota propter quā lapis ⁊ quodlibet ſimilium corporum remanet extra locum proprium eſt: quia impeditur per medium niſi aliquod aliud impediens ſit ne ſit in loco proprio: vnde ⁊ quādo tollitur medium illud venit ad proprium locum: ⁊ quāto ci-

tius tollitur citius venit: propter quod et ſi ſubito tollere-
tur totum medium ⁊ nullum adeſſet impediens: ſubito il-
lud eſſet in proprio loco: et oppoſitũ ſentire eſt exiſtimare
contra naturã. ¶ Rurſus ſi ſtãte medio lapis non moue-
retur/nec aliquid aliud moueret aerem: vtiqꝫ aer non mo
ueretur. nec etiam lapis moueret aerẽ: vt notum eſt. igi-
tur nunc de facto lapis non mouetur per accidẽs ad mo-
tum lapidis. neqꝫ qꝛ mouet aerem ipſe mouet: ſed ecõtra
qꝛ lapis mouetur: mouet aerem. ¶ Preterea. Si graui
deſcendẽti ſit alligati aliquod leue/aut minus graue: qđ
ſecum trahat/aut tiret inferius motu velociori motu na-
turali illius tracti. conſtat ꝙ ipſum non mouetur per acci
dens ad motum corporis tracti: nec ideo deſcẽdit quia il-
lud trahatur: ſed ideo ſecum trahit illud ⁊ illud trahitur:
qꝛ ipſum deſcendit. igitur nec ad motum aeris quem im-
pellit violenter ipſum mouetur per accidens/nec etiã de-
ſcendit: quia ille pellitur ⁊ pulſus deſcendit: ſed econtra.
Exemplum Cõmenta. non eſt ꝓpoſito cõgruum: qm̃ aer
non vehit lapidẽ inferius: vt imaginatur. Sed pulſus ce-
dit: ſicut ⁊ cum ignis aſcendit ⁊ aſcendẽdo mouet aerem
non trahit/vel vehit aer ignẽ: ſed pellitur ab igne qui aſcẽ
dit. ¶ Preterea. Aliqualiter eſt contra eum ſi ex toto de-
bet eſſe exẽplum: qm̃ nũqꝫ nauta mouet nauẽ: quin prius
cauſaliter moueat ſe ſm totum/vel aliqua mẽbra ſua: qui
bus motis mouet nauẽ: ⁊ ideo ꝫ conſequenter moueatur
ad motum nauis. vno modo motus. ſ. vectionis. prius tñ
cauſaliter mouet ſe et motus mouet nauem motu pulſio-
nis. ¶ Ex his directe ad concluſionem poteſt argui hu-
iuſmodi corpora cum naturaliter mouẽtur. mouẽtur per
ſe et non ab extrinſeco. igitur per ſe mouentur a ſeipſis.
¶ Contra cõcluſionẽ iſtam poteſt argui: tam auctoritate
T.c.27. ꝙ multiplici ratione Philoſophi: ſi quidem. 8. phyſic. in
illo capitulo. Mouentium igitur ⁊ eorum que mouentur
⁊c. ponens quaſdam diuiſiones motorum inter cetera di-
xit quedam moueri ab alio naturaliter: quedam moueri
ab alio extra naturã. Et poſtea ſubdit ꝙ prima ſunt gra-
uia ⁊ leuia. igitur ſm eum talia in motu naturali mouen-
tur ab alio ⁊ non ex ſe. ¶ Preterea. Statim ſubdit hec
verba: Et naturam ipſam a ſeipſis dicere: ſupple moueri
T.c.29. impoſſibile eſt. ¶ Preterea. Adhuc immediate adducit
rationes per quod indubitanter apparet intentio eius. et
eſt prima. Qꝛ moueri a ſe eſt proprium viuentium. talia
T.c.29. vero non viuũt. ¶ Secunda: quia tunc poſſent ſiſtere ſe-
ipſa: quod patet falſum. ¶ Tertia: quia poſſent ad diuer
ſas poſitionis differentias: vt ignis ferri ſurſum et deor-
T.c.30. ſum: quod etiam non videmus. ¶ Quarta: qꝛ nullũ con-
tinuum ⁊ vnum non ſm tactum tantũ ⁊ conſimilium par-
tium mouet ſeipſum. hoc patet. quia nihil eius eſt deter-
minate aptum natum facere: aut pati magis/vel potius/
Cõ.30. ꝙ aliud. Et ideo dicit Commẽtator ibi. ꝙ neceſſe eſt illa
que mouentur ex ſe diuidi in motorem ⁊ motum que ſint
diſtincta/aut ſm diffinitionem et eſſe ſimul: vt eſt in his
que mouentur ab extrinſeco/aut ſm diffinitionem tantũ.
vt eſt in animalibus in quibus ſunt anima et corpus: que
diſtinguuntur ſm diffinitionem ⁊ eſſentiam: licet non ſm
eſſe. quia impoſſibile eſt animam eſſe ſine corpore: ſed ta-
lia corpora ſunt contigua vere: ⁊ non tantũ cõtigua ⁊ ſunt
T.c.34. et.35. ſimilium partiũ. ergo ⁊c. ¶ Quinto poteſt argui ex his
que infra in illo. c. Neceſſe eſt igitur omne quod mouetur
⁊c. dicit ſic. Si talia mouerent ſe/aut ſic ꝙ pars eorũ mo
ueret partem/aut totum moueret totum. non primo mo-
do: quia non eſt ratio ꝙ vna moueat aliam potius ꝙ ecõ-
uerſo. cum ſint omnino ſimiles. nec ſecundo modo. Tum
quia tunc idem ſm eandem diſpoſitionem motus moue-
ret ⁊ moueretur/vel ferret ⁊ ferretur: ⁊ pari ratione idem
alterabit ⁊ alterabitur: et docebit et docebitur ſimul: que
ſunt inconueniẽtia. Tum quia idem eſſet ſimul in actu et

potentia tale: quod eſt impoſſibile. patet conſequentia: qꝛ
omne quod mouetur eſt in potentia. vt patet ex diffinitio
ne motus: ⁊ omne quod mouet eſt in actu. vt calfacit ca-
lidum ⁊ omnino generat habens ſpeciem. id eſt formam.
¶ Tum tertio per rationem eiuſdẽ in ſeptimo. quia ſi ſic. T.c.1.
tunc moueretur a ſeipo primo: ſed hoc eſt falſum: qꝛ tunc
non quieſceret in quieſcendo aliquod aliud: et per conſe-
quẽs: non ſi pars quieſceret ipſum quieſceret. hoc autem
falſum eſt: vt ibidem probatur. ¶ Sexto Philoſophus 7.phyſi.
probat ibidem ex intentione ꝙ omne quod mouetur: mo- T.cõ.p.
uetur ab alio: quod vtiqꝫ falſum eſſet ſm dicta: ⁊ eo nega 8.phyſi.
to non remaneret ſibi per quod probaret primum motorẽ T.c.35.
immobilem. ¶ Septimo potẽtia actiua. 5. meta. ⁊. 9. dif- T.c.17.
finitur per eſſe principium tranſmutandi aliud. nihil igi- T.cõ.2.
tur tranſmutat ſeipſum. ¶ Octauo arguit quidã doctor Aure.2.
ſic. ſi idem moueret ſeipſum primo. idem ſm idem ſimul ſententia.
eſſet ſub oppoſitis diſpoſitionibus. conſequens eſt impoſ di.25.q.1.
ſibile: conſequentia probatur: quia ſemper mouens eſt in
oppoſita diſpoſitione ad motũ ⁊ econuerſo. nam mouens
ſibi aſſimilat motum ⁊ trahit eum ad diſpoſitionem ſimi-
lem ſibi. igitur motum eſt ſibi diſſimile dum mouetur: et
ideo primo de generatione dicitur ꝙ agẽs et paſſum ſunt
diſſimilia in principio ⁊ ſimilia in fine. ¶ Nono idem ar- T.c.50.
guit ſic. ſi talia corpora mouerẽt ſe per ſe et primo: eadem
ratione ⁊ celum moueret ſe per ſe ⁊ primo. non enim appa
ret ratio propter quam celum non poſſit ita moueri circu
lariter a ſeipſo ſicut illa mouẽt recte. ¶ Decimo idem ſic
arguit. ſequitur ꝙ in eodem tempore per equale ſpatium
moueretur graue maius et minus. vt verbi gratia. ma-
gna mola et medietas eius: quod eſt falſum. vt patet ad
ſenſum. conſequentia declaratur per regulã Philoſophi
7. phyſicorũ. ſi tanta virtus mouet magnitudinem in ali- T.c.56.
quo tempore media virtus mouebit medietatẽ illius ma-
gnitudinis in equali tempore: ⁊ ratio eſt: qꝛ qualis eſt pro-
portio totius virtutis ad totum motum: talis eſt medieta
tis virtutis ad medietatem moti. Si ergo tota virtus mo
le mouet totam molam in tanto tempore: medietas virtu-
tis mole mouebit medietatem mole in equali tẽpore. Et
per eũdem modum poteſt probari quelibet grauia equa-
lia/vel inequalia equaliter moueri: ⁊ ſimiliter leuia queli
bet. alias etiam plures rationes adducit: ſed quia ſpecia-
liter procedunt de motu ad formam: et de hoc infra erit
ſpecialis perſcrutatio: vbi videbitur de actiuitate volun
tatis: illas pro nunc non diſcutio. ¶ Pro ſolutione illorũ
premitto ꝙ aliquid moueri ex ſe/et non ab extrinſeco po-
teſt dupliciter intelligi. vno modo per excluſionem extrin
ſeci motoris particularis per ſe et immediate ipſum mo-
uentis. Alio modo pro excluſione talis motoris et per ex-
cluſionem etiam cuiuſlibet alterius: cuius motio neceſ-
ſaria eſt ad hoc: vt ipſum moueri poſſit. primo modo cor-
pora ſimplicia ex ſe mouent: ſed non ſecundo modo. nam
vt ipſa moueri poſſint: cũ nõ ſint apta nata moueri in pro-
prijs locis: neqꝫ ab eis ad alia loca: neceſſe ẽ ſi moueri de-
beant ea eſſe extra propria loca. ⁊ ibidem non ĩpedita: im-
pedimento: ſcilicet ꝙ ex ſeipſa remouere non valeant. in
tali autem diſpoſitione ipſa ſe ponere non poſſunt: ſed hoc
eis conuenit vel ab aliquo generante ipſa extra loca pro-
eſt in motu corporū celeſtiū:et eſſet in motu animaliū per vacuū: ſed vtraqꝫ ſimul eſt in motu animaliū per mediū plenū:angelus autē dupliciter poteſt moueri.ſ.in corpore aſſumpto ꝛ in tali motu apponitur tempus:tā propter reſiſtentiā mobilis ad motorē: quoniā eſt diſtinctū ab eo: et in alio loco ꝗ vult eū eſſe et mediȷ ad mobile. Et poteſt angelus moueri per applicationem virtutis ad diuerſa ſpatia:et hoc eſt etiā quedā reſiſtentia pro quanto ipſum applicans eſt alibi diſtinctum ab eo:cui debet applicare virtutē ſuā:et propter talē reſiſtentiā cadit tēpus in motu angeli:ꝗuis tempus alterius ratiōis ab eo qđ eſt paſſio motus celi. ¶ Hec reſponſio continet falſitatē:vt mihi apparet in eo quod dicit ꝙ quotienſcunqꝫ mobile eſt diſtinctū a motore ibi eſt reſiſtentia:ratione cuius requiritur tempus:ſi enim hoc eſſet verum.ſequeretur ꝙ deus nihil poſſet mutare in inſtanti:qđ non reputo bene theologice dictum.patet conſequentia:quia omne quod mutaret eſſet ab eo diſtinctū. ¶ Preterea.ſequeret ꝙ quodlibet corpus equaliter reſiſteret omnibus angelis: cum ab eis moueretur:quia equaliter diſtingueretur a quibuſlibet: et per conſequens nullus poſſet corpus aliquod mouere in non tempore:nec idem corpus per idem ſpatium in minori tempore ꝗ alius:nec fortiſſimus angelorū poſſet mouere ſpherā lune velocius ꝗ poſſet is qui actu mouet:cum tamen ille ſm reſponſionem nō poſſit niſi in tempore mouere:et cum ſit virtutis finite: et per conſequens oportet dare minimum tempus in quo illam mouere poteſt. ¶ Preterea.ſequeretur ꝙ poſito vacuo ſi vnum animal eſſet in cacumine alte turris:et inde ſe proȷceret ad terram per vacuū non deſcenderet in inſtanti: ſed in tempore:eſſet enim mobile diſtinctum a motore ꝛ alibi ꝗ vbi vellet ipſum motor eſſe:nam eſſet in turri et vellet ꝙ eſſet in terra. Sed cōſequens eſt falſum etiam ſm opi.nam dicunt ꝙ tota cauſa:quare in motu corporum ſimplicium: et ſimiliter in motu naturali animalium qualis eſt cū animal de alto cadit requiritur tempus eſt reſiſtētia mediȷ. medio igitur ſublato non mouebuntur in tēpore: conſtat autem ꝙ ſi animal vltra vim naturalem deſcendendi.ſcilicet grauitatem applicat vim animalē ad deſcenſum nō ex hoc apponetur tempus:cum eſſet in pleno non ex hoc tardius:quinimmo velocius moueretur: quod autem dicitur ꝙ animal moueretur in tempore per vacuum non de naturali motu aut mixto: ſed de voluntario ſeu animali intelligendum eſt. ¶ Preterea. Si ſola diſtinctio mobilis a motore ſufficit ad reſiſtentiam propter quā requiritur tēpus in motu locali:ita deberet eſſe in aliȷs motibus:et per conſequens nullum alteratū poſſet alterabile quātūcūqꝫ diſpoſitū:a ſe tamen diſtinctum alterare in inſtāti:cuius oppoſitū patet etiā ſm eos in eadē queſtione in illuminatione mediȷ ꝛ cauſatione ſpeciei in medio ꝛ viſionis in oculo. ¶ Secundū etiā quod dicit ſcilicet ꝙ in motu angeli per applicationē virtutis diſtinctio eius a loco:cui virtutem vult applicare eſt ſufficiens reſiſtentia:propter quā tēpus requiritur non eſt bene dictum:tū quia ad equalē diſtantiā omnes angeli eque velociter ſe poſſent mouere:nec vnus alio velocius:quod eſt incōueniēs:ſuppoſito ꝙ nullus poſſit moueri:niſi in tpe: vt vult iſte doctor:tū qꝛ etiā in vacuo āgelꝰ nō poſſet ſe niſi in tpe mutare de loco ad locum:qđ nullus niſi abſurde videtur poſſe concedere cū dicat ꝙ graue deſcenderet in nō tempore: tū etiam quia non minus talis diſtinctio loci cui ſe vult applicare animal:debet eſſe ſufficiens cauſa: vt in eius motu requiratur tēpus ꝗ in motu angeli:et ſic in caſu poſito prius animal de turri ad terram non in inſtanti: ſed in tēpore deſcenderet.ſic igitur patet.ꝙ reſponſio non eſt ſufficiens. ¶ Secundo ad concluſionē ſic.ſi totū mediū contentū in domo iſta eſſet corpus glorificatum dote ſubtilitatis qua vnū corpus alteri non reſiſtit: et aliquod graue poneretur ſuperius ſibi relictū deſcenderet nō minus ꝗ nunc de facto quando mediū non eſt glorificatū:ꝛ non deſcēderet in tempore: ſed in inſtanti eo ꝙ nulla eſſet reſiſtentia.igitur angelus poteſt ſe de loco ad locum mutare in inſtanti.patet conſequētia:quia nullā omnino patitur reſiſtentiā:ſicut nec illud pateretur. ¶ Tertio.ſi homo vel angelus haberet vnitū corpus glorificatū tā gloria ſubtilitatis ꝗ agilitatis poſſet illud de loco ad locū mutare in inſtanti.igitur angelus nūc de facto poteſt ſic ſe mutare.antecedens probatur:quoniam omnis cauſa propter quā requiritur tēpus deeſſet: nā propter dotem ſubtilitatis non reſiſteret mobili mediū:et propter dotem agilitatis mobile non reſiſteret motori:et per conſequens nulla remaneret cauſa propter quā tēpus apponeretur.
¶ Probatur ſecundo.quia ſm veritatē qui habebūt tales dotes poſt reſurrectionē poterunt in inſtanti tranſire de loco ad locū:alioquin ſi non niſi in tēpore.igitur neceſſario maius tēpus apponerent ad tranſeūdum ſpatium maius ꝗ ad tranſeundū minus: quod eſt expreſſe contra Augu.in queſtionibus de reſurrectiōe vbi ait.ꝙ corpus glorioſum vtraqꝫ interualla pari celeritate pertingit. vt radius ſolis:et per exēplū ſuū etiā patet antecedens.conſequentia principalis nota eſt: eo ꝙ in motione angeli ad ſe nulla reſiſtentia ſit omnino. (Sic allegat.ſ.tho.i.4.vbi qrit de dote agilitatis.) ¶ Secūdā concluſionem probo ſic. corpus Chriſti exiſtens in celo mutatur ad hoſtiā ſacramentalē mutatione acquiſitiua:ꝗuis nō deperditiua:non tranſeundo per mediū.igitur deus poſſet vnū angelū exiſtentē in vno loco ponere in alio diſtante abſqꝫ eo ꝙ eum portaret per mediū: patet quia non minus hoc eſt poſſibile ꝗ illud.igitur pari potentia poſſet angelū ſic mutare de loco ad locum nō per mediū ꝙ nouum locum acquireret:et primū deſereret.videtur enim magis ſupra naturā mutari acquirēdo nouū locum et retinendo priorē ꝗ ſimul nouū acquirendo et priorē deſerēdo:quinīmo quecūqꝫ naturaliter mouentur ſm locū dum vnū acquirunt alium deſerunt. Utrum autē taliter propria virtute poſſit angelus ſe mutare: ꝗuis aliqui ſolēnes doctores dicant ꝙ ſic:mihi tamen dubium eſt:nec bene clarū:ideo de hoc nihil ad preſens.

**Contra** predicta multipliciter poteſt inſtari. Et primo contra concluſionem primam arguit quidā modernus ſic. ſi angelus poſſet per ſe ſubito mutari localiter poſſibile eſt ꝙ angelus ſit in iſta domo ꝛ non extra:et ꝙ in inſtanti a.mutetur ſubito:vt ſit in celo vel alio loco extra domum iſtam:quo facto hec eſt vera: in a.iſte angelus mutatur ab iſta domo. igitur in a.exit iſtam domum: patet quia ſi non exit ante a.nec poſt a.vt patet per poſitum:et non exit in.a.igitur nunꝗ exiret domum:et ita foret extra domum poſtꝗ fuit intra:ꝛ tamen non exiret:quod non eſt intelligibile. Sed probatur ꝙ cōſequens ſit falſum in caſu poſito: quia ſi exit iſtam domū in a.vel exit per hoſtium vel per aliam partem:et per conſequēs ibi fuit:hoc autem falſum: quia non fuit ibi in inſtanti: quia tunc eius mutatio non fuiſſet ſubita contra poſitum. igitur videtur īpoſſibile ꝙ angelus ſubito mutetur ab iſta domo. (S. Tho. et Sco. et Hibernicus. di.8. in.q.3.) ¶ Secundo ſi ſic.tunc poſſet aliquid mutari ab extremo in extremum non per medium contra
Philoſophum et Commenta. quinto phyſicorum. (T.c.22.)
¶ Tertio.tunc angelus quandocunqꝫ vellet eſſe in aliquo loco tunc ibi eſſet: et ita angelus non poſſet eſſe alibi ꝗ eſt.et ita per conſequēs non haberet libertatem voluntatis:quod eſt falſum. ¶ Quarto.nō eſſet difficilius angelo ſe mouere ſubito ad magnam diſtantiam ꝗ ad paruam:ſed ex ſola volitione eſſet vbicūqꝫ vellet:et ita diabolus ſi non impediretur poſſet eſſe ſubito in celo empyreo: et inter homines:quod non videtur verum. ¶ Quinto.

ſi ſic ſubito mutetur angelus: tunc in iſtanti mutationis eſt in loco quem intendit. igitur in illo inſtanti non vult eſſe alibi q̃ tunc eſt: et per conſequens in illo inſtanti non vult mutari localiter: quia velle mutari localiter eſt velle eſſe alibi q̃ eſt: ⁊ ita ſequitur ꝙ in illo inſtāti eſſe nō mutatur voluntarie. ¶ Sexto. angelus exiſtens in celo in celo in aliquo inſtanti poteſt velle in illo inſtāti eſſe in terra q̃ citius poterit: ponatur igitur ꝙ ſic velit: et ſequitur ꝙ ſubito erit in terra: et per conſequens in aliquo inſtanti erit mutatus ad terram: et non in aliquo inſtāti mediato huic inſtanti: quia tunc non mutaretur q̃ citius poſſet. igitur in inſtanti īmediato poſt hoc: et ita inſtans erit immediatum inſtanti: quod eſt impoſſibile. ¶ Septimo contra vnum dictum in prima ratione dicte cōcluſionis: ſcilicet ꝙ poſito vacuo graue deſcenderet in inſtanti, arguit: quia ſi ſic ponatur ꝙ ſuperius ſit aliquod graue: et in hoc inſtāti deus annihilet totum medium: quod eſt infra ipſum vſq; ad terram: igitur in hoc inſtanti illud graue erit in terra: ponatur ergo ꝙ ſimul cū hoc deus in hoc inſtanti creet vnum corpus īpenetrabile et ponat in medio inter illud graue et terram ſm rectam lineam: et ſequitur adhuc ꝙ in illo inſtanti illud graue eſſet in terra quod eſt impoſſibile. vnde et pari ratione ſi crearet vnum corpus implens totum medium adhuc in illo inſtāti graue eſſet in terra: et vlterius eadem ratione ſtante illo medio graue deſcenderet in inſtanti: quod eſt falſum. conſequentia probatur: quia poſito illo corpore impenetrabili: vt dictum eſt. ſi graue non eſſet in iſto inſtāti in terra hoc eſſet: quia impediretur ab illo: non poſſet autem impediri: niſi ipſum ſit in hoc inſtanti in aliquo ſitu: per quē oportet graue tranſire ſi debeat venire ad terram: et ſi ſic. igitur etiam non poſito illo corpore adhuc illud graue eſſet in illo ſitu medio in hoc inſtāti: et per idem probatur ꝙ eſſet in quolibet ſitu medio inter illud et terram: quod omnino claudit contradictionem de exiſtentia naturali. ¶ Octauo. contra aliud aſſumptum in ſecunda ratione eiuſdem concluſionis: nam ponatur ꝙ totum mediū non ſit glorificatum: ſed in eius medio ſit aliqua pars non glorificata: et vnus angelus velit mouere graue ſuperius exiſtens q̃ citius poteſt ad terram: tunc ſequitur ꝙ illud graue immediate diuidet illam partem medij: et ita non prius tanget illam q̃ diuidet: quod non videtur intelligibile. ¶ Preterea. Ponatur ꝙ illud graue ſit quadratum et ſit in illa parte medij non glorificata: ita tamen ꝙ nihil illius non glorificate partis ſit ſub graui: tūc ſequitur. ſi in inſtāti deſcendet ꝙ ſitus illius replebitur in inſtāti per illud corpus circūſtans. igitur latera naturaliter concurrent in inſtanti. ¶ Preterea. Poſito toto medio glorificato et graui ſuperius ponatur cum hoc ꝙ hic inferius ſit ignis ſm rectam lineam oppoſitus illi graui. conſtat ꝙ ſicut illud deſcendit: ita iſte aſcendit: et per conſequens obuiabunt ſibi mutuo. Sed hoc eſt falſum: quia non eſt ratio propter quam obuient ſibi in vno ſitu medij potius q̃ in alio. nec debet dicere ꝙ obuiant ſibi in medio ſi ſint equalis potentie aut in alio ſitu proportionato proportioni illorum in virtute: quoniam tunc poſito ꝙ ignis eſſet maioris potentie. ſequitur ꝙ obuiaret ſibi ſupra medium totius diſtantie. hoc autem falſum eſt: quia quādo nihil reſiſtit poteſt minus corpus mutari eque faciliter ſicut maius. ¶ Ad primum concedo vltimum cōſequens. videlicet ꝙ in caſu illo angelus fuit in hoſtio: ſi per hoſtium exiuit in inſtanti a. et cum arguitur contra: quia tunc fuit in celo: concedo et dico: ꝙ ex hoc non ſequitur ꝙ non fuerit in hoſtio: in eodem enim inſtanti fuit in omnibus locis intermedijs et in termino. Tunc ſi dicatur ꝙ non eſt poſſibile naturaliter idē ſimul eſſe in pluribus locis. Rn̄. ꝙ aliquid eſſe ſimul in pluribus locis poteſt dupliciter intelligi. Uno modo ꝙ permanenter et quiete: et ſic non eſt poſſibile per naturam. Alio modo in raptu et tranſitu ſubitaneo: et ſic eſt poſſibile naturaliter ei quod in ſuo tranſitu non inuenit reſiſtentiam: ſicut eſt de angelo et corporibus glorificatis: ⁊ etiam de graui poſito in valido. ¶ Ad ſecundum quicquid ſit de conſequēte. nego conſequentiam quam ipſe non probat. ¶ Ad tertium accepto conſequēte in bono intellectu ipſum poteſt concedi: ſicut cōcedit Auguſti. de habituris corpora glorificata. d. ꝙ vbicūq; voluerit ſpiritus ibi erit et corpus: et quia vlterior conſequentia eſt logicalis preciſe concedo conſequens etiam. videlicet ꝙ angelus non poteſt eſſe alibi/q̃ vbi eſt: et ita de quolibet demonſtrabili concedendum eſt ꝙ ipſum non poteſt eſſe alibi/q̃ vbi eſt: nam quocunq; demoſtrato hoc eſt impoſſibile. hoc eſt alibi q̃ vbi eſt: hec tamen eſt vera. alibi q̃ vbi eſt angelus poteſt eſſe. Si enim angelus eſt in a. tantum: et poteſt eſſe in loco. b. tunc illa eſt vera. nec huius oppoſitū ſequitur ex illo conceſſo: nec ſic ſequitur ꝙ non habeat libertatem volūtatis. ¶ Ad quartum concedo totum: et ſi conſequens videretur abſurdum primo aſpectu, conſideret ꝙ tota abſurditas conſurgeret ex eo preciſe ꝙ diabolus miſceretur beatis: et tam nobili ſocietati: ⁊ certe hoc ipſum eque videretur abſurdum: ſi nō in inſtanti: ſed etiam in tempore illuc accederet: quod tamen eum poſſe niſi impediretur quilibet concederet. ¶ Ad quintum concedo primum conſequens: et etiam ſecundum: ſed nego vlteriorem conſequētiā: accipiendo mutari indiuiſibiliter: nā qđ ſic mutatᷣ dū mutatur eſt mutatum: quod autem eſt mutatū: nō eſt mutatum ad locum vbi non eſt: ſed ad locum vbi non immediate prius fuit: ſi tunc primo ſit illuc mutatum: et ideo tunc angelus vtiq; vult mutari ⁊ mutatus eſſe localiter: quia vult eſſe vbi non immediate prius fuit. ¶ Ad ſextum ſi concedatur ꝙ voluntas eius poſſit eſſe impoſſibilium: quod forte de diabolo poteſt concedi dico caſum eſſe poſſibilem: ſed tunc nego conſequentiam: non enī ſequitur. diabolus vult poſt illud inſtans eſſe in loco a. q̃ citiꝰ poteſt. igitur erit in loco a. q̃ citius poterit: ſicut etiā non ſequitur: ꝙ ipſe poſt hoc inſtans poteſt producere vnam volitionem in inſtanti q̃ citius poteſt: ⁊ tamen poteſt hoc velle. ¶ Ad ſeptimum dico ꝙ in illo caſu graue non erit in illo inſtanti in terra: ſed ſuper illud corpus impenetrabile a quo impedietur ne ſit in terra: ⁊ vlterius concedo ꝙ illo non poſito graue illud erit in illo inſtanti in quolibet ſitu medio: ſicut dictum eſt ad primum argumentum. ¶ Ad octauum dico ꝙ nec immediate diuidet complete illam partē medij: nec in illo inſtāti erit in terra. Ad aliud contra idē poteſt rationabiliter dici ꝙ ille ſitus non replebitur in illo inſtanti: ſed in tempore immediate ſequente: ⁊ per aliquod tempus paruum a terra diſtaret: ⁊ eſſet ibi vacuum/ſeu inter ea non eſſet medium: quod tamen ipſis non appropinquatis poſſet eſſe: nec iſtud mihi facit maiorem difficultatem/q̃ ſi abſolute poneretur ꝙ deus in inſtanti annihilaret vnum montem magnum: quod eum poſſe nullus catholicus negaret: hoc autem poſito/vel oportebit dare vacuum per aliquod tempus/vel concedere latera circunſtantia corporis in inſtanti concurrere: rationabilius autem puto concedi primum/q̃ ſecūdum. Si tamen concedatur ſecundum ita in caſu noſtro poterit concedi. ¶ Ad vltimum dico ꝙ in illo caſu q̃tuſcūq; ſit ignis et quantuncunq; ſit graue obuiabunt ſibi in medio diſtantie. ratio eſt: quia non velocius vnum aſcendet q̃ aliud deſcendet: vel econtra: eo ꝙ vtrumq; mutabitur in inſtanti. Et ſimile eſt in illo caſu q̃tum ad hoc: ſicut ſi vtrūq; moueretur in tempore eque velociter: in quo caſu conſtat ꝙ ſibi mutuo obuiarent in medio diſtantie.

imo in quacūq; pte medii erūt ſimul in hoc inſtanti q̄re nō magis obuiabūt ſibi in medio q̃ alibi.

¶ Ad argumentum principale. q. dico ꝙ angelus tranſibit per medium: nec tempus prius tempore vel duratione veniet ad medium q̃ ad extremum.

¶ Ad probationem dico ꝙ q̃uis ad bonum intellectum loquendo prius et poſterius ſint in motu ex priori et poſteriori in magnitudine: non tamen ex illo preciſe: vnde ſicut non poſita magnitudine tantum ponitur motus: ſed preter illam alia plura requiruntur: ſic non ea tantum poſita et partibus ſuis prius et poſterius ſituatis ponitur prius et poſterius in motu: id eſt non prius ſuper vnam partem eius aliquid mouetur q̃ ſuper aliam. Sed vltra hoc aliud requiritur vel aliqua reſiſtentia vel ꝙ mouens ſic velit ſucceſſiue illam tranſire ſuppoſito ꝙ in eius poteſtate ſit illam tranſire tam ſubito q̃ ſucceſſiue. Item dico ꝙ de potentia dei poterit mutari ad extremum non per medium: et tunc dico ꝙ illud erit medium ſm ſitum non tamen ſm tranſitum.

4.c.22. ¶ Ad probationem dicendum. ꝙ Philoſophus deſcribit ſic medium: medium eſt in quod aptum natum eſt primum pertingere mutans q̃ in quod vltimum mutat ſm naturam cōtinue mutans: vbi patet ꝙ loquitur de eo qđ mouetur continue et naturaliter quod non eſt in propoſito. Item ait. quod eſt aptum natum ⁊c. et hoc adhuc bene ſibi conuenit: eſto ꝙ de facto non prius mutaretur in ipſum: et ſic nulla contradictio.

¶ Diſtinctionis Septime.
Queſtio Prima.

CIrca primam partē. 7. diſti. In qua magiſter agit de confirmatione bonorum angelorum et obduratione malorum. Queritur vtrū angelus obduratus poſſit virtute propria ſtante cōmuni influentia dei elicere aliquod bonum velle. Arguo ꝙ ſic: quia habet liberum arbitrium. igitur poteſt bene velle. patet conſequentia: quia libe. arbi. eſt potentia rationa-
4.c.3.⁊.10 lis que valet ad oppoſita. 9. metaphyſi. et vt dicit Hierony. et habetur in littera. in ceteris a deo in vtrāq; partem flecti poteſt. antecedens patet: q2 ſm Diony. de diui.
Cap. 5. nomi. Bona angelica ſunt integra: et intelligendum eſt de bonis naturalibus de quibus eſt libe. arbi.

**Ad oppoſitum** angeli confirmati nō poſſunt elicere aliquod malum velle. igitur nec angeli obdurati poſſunt aliquod bonum velle: antecedens patet per Magiſtrum in littera. conſequentia probatur: quia facilius eſt male agere q̃ bene: igitur ſi obdurati in malo poſſunt bene. multo fortius confirmati in bono poterunt male.

**In queſtione iſta** primo videbitur de queſito. Secundo queretur cauſa confirmationis bonorum et obdurationis maloꝝ.

Sco. li. 2
diſ. 7. q. 1.
**Quantum** ad primum eſt vna opinio que ponit circa hoc duas concluſiones. Una eſt ꝙ angelus obduratus poteſt non habere aliquē actū malum ſeu eſſe ſine aliquo actu malo. Secunda. ꝙ poteſt habere aliquem actum bonum non bonitate gratuita: ſed morali nō tantum ex genere: et ex circūſtātia obiecti: ſed etiam ſm omnes circūſtātias que faciunt actum moralem eſſe perfectum bonum moraliter.

¶ Primā concluſionem probat. quia voluntas eius poſſet ex libertate ſua nullum actum habere. igitur et nullū actum malum. probatur antecedens. quia ſm Auguſtinum primo retrac. nihil tam in poteſtate voluntatis q̃ ipſa voluntas eſt quod non intelligitur de voluntate q̃tum ad eius eſſe primū: quia q̃tum ad illud magis eſt in poteſtate eius non voluntas q̃ volūtas: ſed intelligitur q̃tum ad operari. igitur voluntas magis in poteſtate eius quātum ad operari q̃ aliqua potentia inferior. Sed voluntas poteſt aliq; potentiam inferiorem ſuſpendere ab actu quolibet. igitur ⁊ ſeipſam. Cap. 22.

¶ Secūdam concluſionem probat ſic. homo exiſtens in peccato ⁊ in vitio mortali poteſt ex puris naturalibꝰ ſuppoſita generali influētia dei habere velle perfecte bonum vel omnes circunſtantias. igitur multo magis hoc poteſt angelus obduratus ex puris naturalibus. conſequentia probatur per auctoritatem Auguſt. de fi. ad pe. vbi ait. ꝙ ſi poſſibile eſſet vt humana natura poſtq̃ a deo auerſa bonitatem perdidit voluntatis: ex ſeipſa rurſus eam habere potuiſſet: multo poſſibilius hoc natura haberet angelica: que q̃to minus grauatur pōdere terreni corporis: tanto magis hac eſſet predicta facultate. In repor. diſt. 7. q. 3 — Cap. 3.

¶ Secūdo in angelis manent naturalia integra ⁊ ſplendidiſſima ſm Dioñ. Sed bene velle ſm nullam circūſtantiam moralem in actu excedit naturalem facultatem voluntatis: ſicut nec ſm ſubſtātiam actus: quia ille circūſtātie nate ſunt naturaliter conuenire tali actui: quia per rationem naturalem cōcluditur talis circunſtantia debere ineſſe tali actui: ſicut patet per rationes philoſophorum: quia hoc ratione naturali ꝓbauerunt: illud autem naturaliter conſequitur aliquid qđ probatur ſibi debere ineſſe per rationem naturalem. igitur ſicut actus volendi ſm ſubſtātiam actus non excedit voluntatem angeli: ita nec ſm aliq; circūſtantiam. igitur cum angelus poſſit in actū qui nō excedit eius facultatem naturalem: ſequitur ꝙ poteſt in actum perfecte bonum moraliter.

¶ Tertio intellectus angeli non eſt ita excecatus ꝙ erret circa principia practica: quia ſunt nota ex terminis: ſicut et principia ſpeculatiua: ⁊ ideo cum angelus poſſit terminos apprehēdere ⁊ eos cōponere: poteſt veritati illius pn̄cipij aſſentire. Ex illo autē principio poteſt deducere concluſionem practicā neceſſariam: ⁊ ſi nō cognoſcat diſcurrendo poteſt concluſio videri ab angelo in principio ſicut a nobis ex principio demōſtratiue deducitur: igitur ſicut voluntas noſtra de tali cōcluſione deducta ex tali principio poteſt habere volitionem rectam: ita angelus ſequēdo dictamē intellectus ſui poteſt habere volitionem bene circunſtantionatam.

¶ Quarto tenetur cōmuniter ꝙ angelus ex puris naturalibus poteſt deū diligere ſup omnia: ⁊ ad hoc teneretᷣ ſi eſſet in puris naturalibꝰ in ſtatu vie: ⁊ per conſequens ad hoc eſt inclinatio naturalis ipſiꝰ. Cum igitur natura ſua maneat integra: ⁊ ſimiliter inclinatio ſua naturalis. ſequitur ꝙ adhuc poteſt deū diligere: ſed actꝰ diligendi ex hoc ꝙ tranſit ſup illud bonum eſt ſine omni mala circūſtantia: quia non poteſt minus intēſe diligi. ergo circa deū poteſt habere actum diligēdi bonum moraliter.

¶ Hec opinio q̃tum mihi apparet multa cōtinet repugnantia dictis ſanctoꝝ: primū eſt ꝙ angelus obduratus ex ſe pōt omni actu volūtatis carere. Secūdum ꝙ poteſt nullum malū velle habere. Tertiū ꝙ poteſt habere aliqđ velle pfecte bonū moraliter. Quartū ꝙ ſua bona naturalia remāſerunt ſibi integra. hoc quippe ſi intelligatᷣ ꝙ ſint integra. i. eque pfecta ⁊ potētia ſicut fuerūt ante peccatū ſicut oportet doctorē hunc intelligere: eſt etiā contra intētionem ſanctoꝝ. Ideo contra primū arguo primo ſic. diabolus non poteſt ſe omni pena ſenſus priuare: igitur nec poteſt ex ſe omni actu voluntatis carere. antecedens patet: tum expreſſa determinatione Auguſt. de fi. ad Pe. vt ſtatim allegabitur contra dictum ſm opi. Tum quia ſi Cap. 3.

poſſet non eſt dubitandum ꝙ ea ſe priuaret: et ſic aliquando finiretur ſupplicium eius: quod eſt contra ſacram auctoritatem dicentem. Ibunt hi in ſupplicium eternum: et iterum. ignis eorum non extinguetur et vermis eorum non morietur. ¶ Preterea. Hoc peius eſt ꝙ̃ dictũ Origenis: nam ille dicit finienda aliquando ſupplicia dãnatorum ex miſericordia dei: peius autem diceretur ꝙ ex propria libertate et poteſtate damnati: et tamen dictum Origenis erroneum reputatur. conſequentia probatur: quia ſi poſſet omni actu voluntatis carere poſſet per conſequens non habere diſplicentiam ſue damnationis: et vniuerſaliter nolitionem reſpectu alicuius ſibi inflicti: ac per hoc nullum inflictorum ei eſſet ſibi pena. ¶ Secundo. ſi diabolus poſſet omni actu ꝛc. poſſet etiam eſſe ſine dolore et triſtitia. patet conſequentia: quia omnis eius dolor vel triſtitia eſt actus voluntatis vel ſine actu voluntatis eſſe non poteſt. ¶ Contra ſecundum per aucto-
Cap. 3. ritatem expreſſam Auguſt. de fi. ad Pe. vbi dicit. ꝙ partem angelorum que a deo voluntaria auerſione diſceſſit deus ſic totam in eterno precepit remanere ſupplicio: vt etiam ignem ei eternũ pararet in quo illi omnes preuaricatores angeli nec mala poſſint vnꝙ̃ voluntate carere nec pena: ſed permanente in eis iniuſte auerſionis malo permaneat etiam iuſte retributionis eterna damnatio. Ex hac auctoritate patet: ꝙ non poſſunt carere mala voluntate quod eſt contra concluſionem. ¶ Contra tertium ar-
Cap. 3. guo primo per auctoritatem Augu. de fi. ad Pe. vbi ait. ꝙ bone voluntatis initium ⁊ cogitationis non homini ex ſeipſo naſci: ſed diuinitus et preparari et retribui in eo deus euidenter oſtendit: ꝙ neqꝫ diabolus: neqꝫ aliquis angelorum eius ex quo ruine illius merito in hanc inferiorem detruſi ſunt caliginem: bonam potuit: aut poterit reſumere voluntatem. Et paulopoſt oſtẽdit inquit deus: vnde bona voluntas hominibus detur quam ſic amiſerunt angeli cum haberent: vt amiſſam deinceps habere non poſſint: nec poteſt dici ꝙ tantummodo loquatur de voluntate bona bonitate gratuita gratia gratum faciente: quinimmo de voluntate bona ſimpliciter ſm quam bonus a prauo et infidelis a fideli diſtingui conſueuit: que vtiqꝫ bonitas moralis dicitur. nam et taliter bonam voluntatem hominem non poſſe a ſe habere Augu. expreſſe intendit: ſicut expreſſe patet in lib. de predeſtinatione ſanctorum: et etiam in innumeris alijs locis: vt infra prolixius oſtendetur: et talem ex ſe hominem non poſſe habere probatur hoc per hoc ꝙ nec angelus: de quo tamen magis videretur: quod etiam confirmatur per eũdem in epiſtola ad vitalem vbi ait. nec ipſe diabolus arbi. habet libe. ad benefaciendum: ſed in maximam maliuolẽtiam pena ſui ſceleris obduratum. Ex hoc etiam patet ꝙ non poteſt habere actum bonum moraliter: cum dicat eum obduratum in maliuolentia: que vtiqꝫ non niſi mala volitio eſt. ¶ Secundo ſic. quicunqꝫ poteſt elicere aliquod bonum velle moraliter poteſt diligere iuſtitiam et habere bonitatis affectum. Sed nullus angelus malus hoc poteſt. igitur ꝛc. maior patet: quoniam nullum velle poſſibile eſt eſſe perfecte bonũ moraliter niſi ſit velle iuſti: ſeu recte inquantum iuſtum et rectum eſt: vnde et ſi quis velit aliquod iuſtum: non tamen qꝛ iuſtum: ſed qꝛ vtile vel commodum: aut alia ratione: ⁊ ſi bonum vult: non tamen
Cap. 9. bene: propter quod Philoſophus. 3. ethi. ca. de fortitudine. dicit ꝙ omnis finis operationis virtuoſe eſt: quia ſm habitum et fortis aut fortitudo bonum. i. finis: et ſubdit ꝙ boni vtiqꝫ gratia fortis ſuſtinet et operatur que ſm fortitudinem: ita ꝙ ſm ipſum fortis operatur opera fortitudinis propter ipſummet fortitudinis bonum. Et in ſe-
Cap. 10. quenti. c. dicit. ꝙ q̄ propter verecũdiam: aut timorem pene operantur non fugientes turpe: ſed triſte non ſunt vere fortes: oportet enim inquit non propter neceſſitatem fortem eſſe: ſed quoniam bonum. minor probatur. nam quantum ad hoc idem iudicium eſt de hominibus damnatis et ipſis angelis: quoniam ꝗuis angelus ſit in natura preſtantior: non tamen in hac conditione pro ſtatu ſue damnationis potior eſt: ita ſcilicet vt ipſe poſſit bene velle: homo vero non poſſit: quinimmo par ſententia cõſtringit vtrũqꝫ. vnde Auguſt. de fi. ad Pe. in cap. preallegato Cap. 3.
de vtroqꝫ ait. ꝙ deus eius ita cognoſcendi atqꝫ diligendi ſe facultatem voluntatẽqꝫ donauit: vt eam vnuſquiſqꝫ habere poſſit et perdere. Si quis tamen ſponte perderet ſuo deinceps arbitrio reſumere non valeret: quantum igitur ad hoc conditio horum et illorum vna eſt: ſed talem affectum iuſtitie homĩes damnati non poſſunt habere: ſicut expreſſe ponit ibidem infra Augu. in eodem cap. vbi Cap. 3.
dicit. ꝙ et ſi tales tunc habebunt penitentiam: non tamen conſequentur veniam. et aſſignat rationem. Quia et ſi erit inquit ibi ſtimulus plenitudinis: nulla tamẽ erit correctio voluntatis: et talibus enim ita culpabitur iniquitas vt nullatenus poſſit ab eis vel diligi vel deſiderari iuſtitia: voluntas enim eorum talis erit: vt habeat in ſe propter malignitatis ſue ſupplicium: nunꝙ̃ tamen poſſit recipere bonitatis affectum. In quibus verbis ſi bene inſpiciantur etiam ponitur probatio maioris rationis facte.

¶ Tertio. angeli boni ſic ſunt confirmati: vt nullam poſſint habere malam voluntatem: igitur mali ſic ſunt obdurati: vt nullam queant habere bonam. conſequentia patet: quia quantum ad hoc talis eſt comparatio angelorum ad angelos qualis hominum ad homines: de hominibus autem ad homines ſimilis. conſequentia bona eſt. igitur ꝛc. aſſumptum patet per Auguſti. qui ſubdit ibidem immediate: et per modum etiam probationis promiſſorum. d. quia ſicut illi qui cum Chriſto regnabunt nullas in ſe male voluntatis reliquias habebunt: ita illi qui erunt in ſupplicio ignis eterni cum diabolo: et angelis eius damnati: ſicut nullam vlterius requiem habebunt ſic bonam nullatenus habere poterunt volũtatem.

¶ Quarto arguitur ex dictis opini. ait enim ꝙ diabolus poteſt deum diligere ſuper omnia: et ꝙ poteſt carere omni mala voluntate et habere bonam ſm omnes bonas morales circunſtantias. Ex his autem ſequitur ꝙ in poteuate ſua eſt propter deum conteri et dolere de culpis ſuis: nam ex dilectione dei poterit dolere ꝙ eũ offendit: vlterius poterit ſperare de miſericordia dei et veniam poſtulare: et hec probantur per fundamenta opini. quia tales actus non excedunt: vt habet dicere opini. facultatem voluntatis eius. Item quia maius eſt poſſe diligere deum ſuper omnia vel ſaltem non eſt minus: ſed ſi diabolus hoc faceret vtiqꝫ iuſtificaretur et conſequeretur
veniam dicente Auguſt. in de vera et falſa. peni. diabo- Cap. 5.
lus ſi poſſet ſperare et culpam in ſe ſentire: quod non inuenit in ſe ſumeret in dei pietate. Quod autem non inuenit in ſe vtiqꝫ iuſtitia intelligitur.

¶ Contra quartum poteſt argui. Primo ex dicto Magiſtri in iſta diſtin. 7. cap. 2. d. ꝙ mali angeli habent liberum arbitrium: ſed depreſſum atqꝫ corruptum: quod ſurgere ad bonum non valet. Idem probatur ex pluribus auctoritatibus Auguſti. de fi. ad Pe. iam allegatis. vltra eas autem adhuc expreſſius per illud quod ait in
Enchiri. ꝙ poſt primum creature rationalis malum eti- Cap. 28.
am nolentibus ſubintrauit ignorantia rerum agendarum et concupiſcentia noxiarum: ex quibus morborum non vbertatis: ſed indigentie tanꝙ̃ fontibus omnis miſeria nature rationalis emanauit: et ſtatim infra dicit verum hec communia mala ſunt et hominum et angelorum pro ſua malitia dei iuſtitia damnatorum: ita ꝙ ſm Auguſtinum. merito ſui peccati angeli et mali in intellectu et in affectu infirmati ſunt: ſicut ⁊ homines. propter quod ſicut homines non poſſunt ex ſe bene velle: ita nec illi.

Sic expo nit et ſecũ dã p. hui⁹ auctorita tẽ. ſ. Tho. in. 4. ſent. di. vlt. vbi q̄rit vtrũ oĩs volun tas dãna ti ſit mala

¶ Auctoritas Dioñ. non probat oppoſitum: ſed ꝓpoſitũ. Iacet enim ſic. Et data ipſis angelica bona nequaquam ipſa mutata eſſe dicimus: ſed ſunt ⁊ integra ⁊ ſplendidiſſima: ꝗuis ipſi non vident claudentes ipſorum boni inſpectiuas ꝟtutes. Quare ꝙ ſunt: ⁊ ex bono ſunt: ⁊ boni ⁊ pulchrum et bonum deſiderant eſſe viuere ⁊ intelligere que ſunt exiſtentia deſiderantes: per bona autem angelica: vt cõmuniter exponitur non quelibet eorum bona: ſed naturalia: ſcilicet eſſentia ⁊ naturales vires intelliguntur hec vtiqꝫ integra ſunt: ꝗ̃tum ad ſubſtãtiam ⁊ eorum naturales inclinationes in bonum: vnde appetunt eſſe et viuere et intelligere alia: vt dicit Auguſtin⁹ in Ench. ca. preallegato dicit. ꝙ natura rationalis ĩ ſuis malis nõ potuit admittere beatitudinis appetitum: cum hac tamen integritate conſtat ꝙ quoad alia ſit debilitata ⁊ tenebrata quod ipſe Dionyſius etiã expreſſit cum ait. ꝗuis ipſi nõ vident claudentes ipſorum boni inſpectiuas virtutes. Clauſerũt enim ſibi per peccatum virtutes ipſorum inſpectiuas boni: propter quod ⁊ ignorantiam rerum agendarum ⁊ concupiſcentiam noxiarum ſui peccati penas patiuntur: vt dicit Auguſtinus. ⁊ ideo bene concordant ſancti doctores predicti. Quod vero ait Dionyſius: illa eſſe ſplendidiſſima: intelligendum eſt in comparatione ad nos: quos acumine ſciẽtie maxime ſuperant: nõ autem in comparatione ad ſtatum eorũ ante peccatum: quaſi ſint in eadem ſublimitate intelligẽtie: niſi forte dũtaxat quãtum ad notitiam ſpeculatiuã rerum. nam in appetẽdorum agendorumqꝫ ſcientia deprauati malitia maximos patiũtur errores. ¶ Ex his ad rõnes poteſt reſponderi. Ad primam dicẽdum. ꝙ antecedens eſt falſum: nec valet ꝓbatio: quia Auguſtinus ibi voluntatem ꝓ actu ſecũdo: ſiue pro ipſo velle accipit: ſicut clare patet ex ſecũdo trac. cap. primo.
Cap. 4. et de lib. ar. libro. 3. et ꝗuis nihil ſit magis in poteſtate noſtra ꝙ̃ ipſum velle: nõ tamen ex hoc ſequitur ꝙ omne velle ſit in noſtra poteſtate: quinimmo dato ꝙ aliquod velle ſit magis in poteſtate ꝙ̃ aliquid aliud adhuc dictum Aug. eſt verum: vt dictum fuit in primo diſt. 1. q. 2.

¶ Secũdo eſto ꝙ intelligatur de potẽtia volũtatis quãtum ad ſuum operari: vt dicit opi. adhuc in propoſito nõ concluderetur intẽtum: nam diabolus nullam potẽtiam ſuam poteſt omni actu priuare: nõ enim intellectũ poteſt priuare perceptione penarum: ⁊ alia potẽtia non eſt in eo Item ſi probatio valeret: ſimilimodo probaretur ꝙ angelus beatus poſſet ſe priuare beatitudine ſua ⁊ omni gaudio: quod non puto conſonum dictis ſanctorum.

¶ Ad primam rationem pro ſecunda concluſione nego antecedens: cuius falſitas prolixe oſtendetur infra diſtinctione. 26. pro nunc autem ſufficiat auctoritas Auguiſtini. ibidem. vnde ſumitur probatio conſequentie: ⁊ eſt illa que allegata eſt contra tertium dictum opi. et eſt miſerãdum de ſic arguente: quoniam Auguſtinus vt euidenter patet legenti facit illam conſequentiam ⁊ deſtruit conſequens: vt inferat oppoſitum antecedentis: quod tanꝙ̃ verum probandum ipſe premiſſit.

¶ Ad ſecũdam quãtum ad illud quod aſſumit ex dicto Dionyſij patet reſponſio ex dictis contra quartũ dictum opinionis. Ad id autem quod vlterius aſſumit: ſcilicet ꝙ bene velle ſm nullam circũſtantiam moralem excedit facultatem voluntatis. dicendum ꝙ quicquid fuerit de facultate voluntatis ante peccatum: ⁊ in ſtatu nature integre in quo forte etiam abſqꝫ gratia nature addita nõ poterant bene velle: facultatem tamen voluntatis corrupte excedit intentum ꝙ niſi diuinitus adiuuet: nec tales circunſtãtias perfecte cognoſceret: nec ſm eas poteſt velle: vnde non eſt volentis / neqꝫ currentis ꝛc. nec ſufficientes ſumus cogitare aliquid ex nobis. et ſine me (inquit ſaluator:) nihil poteſtis facere: que et de hominibus et angelis eſtimo eſſe vera.

¶ Ad tertiũ primo dico ꝙ ſi malitia eſt corruptiua principij: vt dicitur ſexto ethicorum: ſatis rationabiliter dici poteſt ꝙ in talibus principijs practicis erret malitioſiſſimi diaboli intellectus.

¶ Secundo poſito ꝙ non adhuc concluditur intẽditur. Tum quia ꝙ tale principium ſibi veniat in mentem: et ſi venerit ꝙ ſub ipſo ſibi aliquid ſumẽdum occurrat non eſt in eius poteſtate: ſicut nec hominis. Sicut docet Apoſtolus in verbis iam allegatis. Tum quia adhuc habita notitia concluſionis practice adhuc ſine gratia dei non poteſt voluntas conformabiliter elicere bonũ velle: quinimmo fuit vnus errorum Pelagij: ꝙ de gratia dei neceſſaria nobis erat ſolum: vt ſciremus quid eſſet agendum: quoniam habita tali ſcientia in poteſtate noſtra erat velle quod volendum eſſe ſciebamus.

¶ Preterea. In diabolo eſt continue actualis malitia: cui incompoſſibile eſt omne velle perfecte bonum moraliter. hec magis patebunt infra: vbi inquiretur de poteſtate hominis ex ſolis naturalibus ad bonum.

¶ Ad quartum dicendum. ꝙ diabolus in ſtatu nature integre potuit: vtiqꝫ deum diligere ſuper omnia: non dico tamẽ ꝙ ex ſolis ſuis naturalibus abſqꝫ alio gratuito dei dono vel auxilio: in ſtatu nature deprauate: ꝗuis hoc ipſum poſſit potentia remota: ⁊ ſicut etiam quilibet noſtrũ: in actum tamen ex ſe exire non poteſt: ⁊ hoc expreſſe vult Auguſt. de fi. ad pe. vbi ſupra ait. enim ipẽ ꝙ angelos ita deus creauit: vt etiã pre ſeipſis illum diligerent: cuius ſe tales creatos ope. vel vt habet alia littera opere cognouiſſent: ⁊ infra ait: vt ſupra allegatum eſt: ꝙ ſic eis facultatẽ diligendi ſe dedit: vt vnuſquiſqꝫ hanc dilectionem habere poſſet ⁊ perdere: ſi quis tamen inquit eam ſpõte perderet: ſuo deinceps arbitrio reſumere non valeret.

¶ Preterea. Secundum eundem: vt allegatum eſt contra ſecundum punctum opi. huius: in angelis permanet continue auerſio: quomodo igitur poſſunt actualiter conuerti ad deum ipſum ſuper omnia diligendo: cum ſint incompoſſibilia: ⁊ primum tollere a ſe non poſſint.

**Quantum** ad ſecundum articulum. dicit vnus doctor: ꝙ cauſa obdurationis ange- S. Tho. parte. 1. q. 64. ar. 2.
li eſt: quia talis eſt angeli natura ꝙ cuicunqꝫ voluntas eius adheret immobiliter adheret: econtrario voluntati humane que adheret mobiliter potens diſcedere et contrario adherere. Et ideo ſi voluntas angeli conſideretur ante adheſionem poteſt libere adherere: ⁊ huic et oppoſito in his ſcilicet que non naturaliter vult: ſed poſtꝙ̃ adheſit immobiliter adheret: et ideo vt dicunt conſueuit dici ꝙ liberum ar. hominis flexibile eſt ad oppoſitum et ante electionem: et poſt lib. autem ar. angeli eſt flexibile ad vtrũqꝫ ante: ſed non poſt. Sic ergo boni angeli ſemper adherentes iuſtitie ſunt in illa confirmati: mali vero peccantes ſunt in peccato obſtinati. Iſte modus dicendi mihi: ſicut et in alijs multis non videtur ſufficiens / neqꝫ verus. primo quidem quoniam fundamentum aſſumptum eſt falſum. et contra ſanctos. videlicet de immobili adhe-
ſione voluntatis angelice: ait enim Damaſce. lib. 2. ꝙ an- Cap. 3.
gelus eſt ſubſtantia intellectualis ſemper mobilis arbitrio libera. et paulopoſt ſubdit. arbitrio libera vertibilis ſm mentem ſcilicet voluntatem vertibilis: hoc autem verum non eſſet: ſi ſic immobiliter adhereret.

¶ Preterea. Scdm hanc viam ſequitur ꝙ angeli beati ſunt immobiles in ⁊ flexibiles naturaliter ad malum cum adheſerint iuſtitie ſua voluntate. Sed hoc conſequẽs eſt expreſſe cõtra Dam. ibidem. ait enim de ſanctis angelis

difficile mobiles ſunt ad malum: ſed non immobiles: nūc autem et immobiles ad malum nō natura: ſed gratia. Et idem dicit Aug. lib. 3. contra max. et allegatur in di. iſta

¶ Preterea. Ut probatum fuit di. 3. mora aliqua fuit inter creationem angeli et eius peccatum. et conſtat ꝙ in illa mora habuit aliquod velle: et vt patet ex allegatis in precedenti arti. deum pre ſeipſo dilexit: ſi igitur immobiliter eius voluntas adhereret nunꝙ̄ peccaſſet: quod eſt falſum. ¶ Preterea. Conſtat ꝙ diabolus nō omne quod ſemel vult ſemper vult: quinimmo nunc vnum nunc eius oppoſitum: vnde vt dicitur primo voluit Chriſtum mori: poſtea voluit ꝙ non moreretur: vnde vxori pilati ſuggeſſit vt impediretur paſſio Chriſti. et ſatis eſt veriſimile ꝙ in eius voluntate ſit maxima mutatio cōtrariarum volitionum: licet omnes male ſint ⁊ ad malum finem relate.

Aureolꝰ lib. 2. diſt. 7. q. 1. ¶ Preterea. Que cauſa aſſignabitur obſtinationis hominum damnatorum. conſtat enim ꝙ non predicta ſm ipſos: ideo alius doctor aſſignat aliam cauſam communez. videlicet ꝙ angelo in ſuo lapſu infundit deus ⁊ quotidie in morte hominis damnati infundit quendam habitū intenſiuū malitie inclinantem ad actum diſplicentie ⁊ odij dei et neceſſitatem voluntatem ſic vt contra eius inclinationem moueri non poſſit: et hunc modum etiam in parte primus doctor tenuit in ſuo ſcripto ſuper. 2. ſententiaruz

Cō[tra] Aureo. vbi ſupra diſti. 7. hic modus non apparet mihi conueniens. primo quidem quia ponit talem habitum vitioſum a deo ſolo imediate cauſari: et ad hoc non dicendū mouet me: ꝙ beatus Aug. tenens ꝙ peccatum originale eſt vitium concupiſcentie quod facit hominem concupiſcere: cum Julianus defenſor hereſis Pelagiane peteret vtrum a deo talis habitus cauſaretur in anima: quod ſi daretur inferebat ꝙ non eſſet malus: nunꝙ̄ Aug. conceſſiſſe inuenitur ꝙ cauſaretur a deo: ſed oppoſitum expreſſe libro. 4. contra eūdem et ſimiliter in hyponeſ. in rſ. 4. ¶ Secundo quia aſſumit vnum quod ē valde dubium. videlicet ꝙ aliquis habitus poſſit neceſſitare voluntatem ſic ꝙ contrarium actum non poſſit elicere actui ad quem habitus inclinat. ¶ Tertio quia quicquid ſit de hoc: nullus tamen habitus poteſt neceſſitare voluntatem: vt ſemper ſit ſub actu eius: in poteſtate enim eius eſt vti habitu cum voluerit: non obſtante ergo tali habitu voluntas poterit niſi aliud obſiſtat priuare ſe actu: et per conſequens carere pena et mala volitione: cuius oppoſitum dicit Auguſti. vt patet

Sco. i re. por. lib. 2. di. 7. q. 3. in articu. precedenti. ¶ Alius dicit ꝙ ideo angelus malus obſtinatus eſt: quia in illo actu/ſiue in illis actibus in quibus peccat perpetuo conſeruatur a deo: ita ꝙ angelus non poteſt illū/vel illos non habere. Ille tamen actus ſic a deo conſeruatus: ſic eſt deformis et malus ꝙ non eſt angelis demeritorius: ſicut nec actus beati eſt meritorius: q̄uis ſit bonus et rectus: de homine vero damnato dicit ꝙ obſtinatur per eundem modum in illo actu malo vltimo poſtꝙ̄ anima ſeparatur a corpore. ¶ Iſte modus dicēdi non mihi apparet ex toto rationabilis. Primo qꝛ ſi non videtur rationabiliter poſſe concedi ꝙ habitus aliquis vitioſus cauſetur in anima a deo immediate: ſicut a totali cauſa: vt dictum eſt contra alium modum dicendi: multominus videtur hoc poni poſſe de actu vitioſo.

¶ Secundo quia ſi talem actum prauū deus immediate: ſicut totalis cauſa conſeruat in mēte diaboli: ita ꝙ adhuc nullo modo actiue cōcurrit illius voluntas pari modo videretur concedēdum ꝙ illum actum potuit deus a principio cauſare in mente diaboli: et per conſequens voluntas diaboli potuit a ſuperiore ſuo ſubijci tante prauitati: cuius oppoſitum videtur ſequi ex ſentētia Auguſt. primo et tertio de lib. arbi. qui probare conatur ꝙ a nulla re voluntas rationalis cogi poteſt: vt ſit ſerua libidinis: quia non ab inferiore: quia non poteſt/nec a ſuperiore: quia iniuſtum eſt: vt dicit tertio libro. Cap. 1.

¶ Preterea. ſm hoc eſſet dandum ꝙ poteſt deus ſe ſolo immediate cauſare in mente rationali odium ſui: id eſt dei: quod libenter ego non darem.

¶ Et ideo dico aliter: nihil tamen aſſerēdo ꝙ obduratio diaboli: vt ex ſupradictis apparet in duobus conſiſtit. ſcilicet in non poſſe habere bonam voluntatem: et in nō poſſe carere mala. Cauſa primi eſt vniuerſalis ſubtractio gratie et auxilij ſpecialis dei ſine quo ſpeciali auxilio nullus habere poteſt bonam aliquā voluntatem et hanc cauſam innuit Auguſti. de ſi. et pe. vbi ſupra cum ait. de angelis quidem deus hoc diſpoſuit ⁊ impleuit: vt ſi quis eorum bonitatem volūtatis perderet nunꝙ̄ eam diuino munere repararet. innuens manifeſte ꝙ non niſi diuino munere valeat reparare: quod tamen munus non impartiri voluntas diuina et diſpoſuit et impleuit: et idem iudiciū eſt de damnatis hominibus. Cauſa vero ſecundi: videlicet ꝙ non poſſunt carere mala voluntate: videtur poſſe aſſignari continuatio perpetua acerbiſſime pene gehenne: et actualis conſideratio felicitatis amiſſe cum omnimoda deſperatione recuperandi: in quibus penis iuſtiſſime detinentur a deo. In his autem conſtitutus ⁊ ſpeciali quolibet dei auxilio deſtitutus ſpiritu impatientie agitatus ſurgit in continuum murmur et odium dei punientis: ex quo etiam in plures alias cadit peſſimas voluntates. De confirmatione vero bonorum que econtrario conſiſtit in non poſſe carere bona voluntate ⁊ in non poſſe habere malam: vel alias vllo modo peccare: poteſt dici ꝙ cauſa eſt perpetua continuatio ſue bone voluntatis que eſt beatifica fruitio dei quam ipſe deus ſic cauſat: vt eam voluntas beati non habere non poſſit: et inſuper preſeruatio per deum ab omni inordinata voluntate et cogitatione: ac vniuerſaliter quocunꝗ inclinatiuo/vel allectiuo ad inordinationem aliquam voluntatis.

¶ Ad argumentum. q. reſpondeo negando conſequentiā ad primam probationem: quia potentia rationalis. videlicet ad oppoſita. Primo poteſt dici ꝙ Philoſophus loquitur ſm ſtatum in quo ſumus ꝙ nec aliuz nouit: ⁊ ideo non ſufficit ad propoſitum eius auctoritas. Secundo dicendum ꝙ licet valeat ad oppoſita: non tamen ad quelibet oppoſita: et ſemper ſiue in quolibet caſu: vnde et diabolus plura libere et voluntarie agit circa homines: que poſſet non velle agere/et non agere. triſtatur autem et dolet in penis in quibus non poteſt non triſtari.

¶ Ad auctoritatem ſolum dicendum: vt docet magiſter in littera ꝙ intelligenda eſt ſm ſtatum in quo creata eſt rationalis natura: talis enim: vt ait magiſter: et homo et angelus creatus eſt: ꝙ ad vtrumꝗ flecti poterat. Sed poſtea boni angeli ita confirmati ſunt per gratiam: vt peccare non poſſint: et mali ita vitio obdurati: vt bene viuere nequeant.

¶ Diſtinctionis ſeptime.
Queſtio ſecunda.

Quia Magiſter in ſecunda parte huius. 7. diſtin. tractat de multiplici ſcientia qua vigent angeli mali. idcirco ad habēdum notitiam de cognitione ipſorum angelorum generaliter plura querenda ſunt. Primo igitur quero. vtrum quācunꝗ rem angelus intelligit: intelligat intellectiōe: tam a re quā intellligit/q̄ꝫ a ſuo intellectu eēntialiter diſticta. et videt ꝙ nō: qꝛ nō quācūꝗ rem intelligit intellectus humanus intelligit intellectione a ſe: et a re illa eſſentialiter



diſtincta. ergo nec quancunꝗ rem intelligit intellectus angelicus ⁊c. conſequentia patet: quia perfectior eſt intellectus angelicus q̄ꝫ humanus: ⁊ perfectionis eſt ītelligere intellectione a ſe indiſtincta: vnde hoc attribuimus deo. Si ergo hoc aliquo modo conuenit intellectui humano nō debet ab angelo vniuerſaliter negari. antecedēs probo tripliciter. primo qꝛ non ſeipſum intellectus humanus intelligit intellectione diſtincta ab eo eſſentialiter quod probo. quia vbi obiectum eſt idem potentie: actus potentie in obiectum eſt indifferens ab vtroꝗ: nam plus vel non minus conuenit medium cum extremis q̄ꝫ extremū cum extremo: actus autem eſt medium inter potentiam ⁊ obiectum: ſed cum intellectus intelligit ſe potentia eſt eadem obiecto. igitur ⁊c. ¶ Secūdo. quia aliqua entia diſtincta a ſe eſſentialiter: in eo tamen exiſtētia ſubiectiue non intelligit intellectione diſtincta a ſe ⁊ ab illis: vtputa ſuam intellectionem de re naturali et ſpeciem ab illa abſtractam: cum iſte ſint ſibi eſſentialiter preſentes. ergo ⁊c. ¶ Tertio. quia non omnem etiam rem extra ſe intelligit intellectione diſtincta eſſentialiter ab illa: vtpote ſubſtantias abſtractas ⁊ immateriales. nam ait philo-

T. c. 15. ſophus. 3. de anima. ꝙ in his que ſunt ſine materia idem eſt intellectus: et quod intelligitur: per intellectuz autem intelligit ipe intellectionem actualē potentie intellectiue: quod patet per tranſlationem quam Cōmenta. exponit: loco enim huius dictionis intellectus illa tranſlatio habet formare. Sed per formare ſignificat operationem intellectus: quā vocamus intelligentiam ſimplicem vel ſimpliciū: vt non longe poſt patet ex collectione textꝰ vtriuſꝗ

Cōmē. 21 tranſlationis ⁊ expoſitione Cōmmēta. igitur ⁊c.

¶ Secūdo ad. q. nulla intellectio angeli eſt eſſentialiter diſtincta ab ipſo: igitur non quācunꝗ rem ⁊c. patet conſequentia. antecedens probatur. quia ſi aliqua: vtiꝗ illa eſſet forma quēdam immaterialis ⁊ abſtracta: vt clarum eſt: igitur ipſa eſſet quidam intellectus: et intelligeret: et eadem ratione intelligeret intellectione a ſe diſtincta. et illa etiam vlterius intelligeret: et ſic etiam actualiter in quolibet angelo eſſent infiniti intellectus ⁊ intellectiones: quod eſt inconueniens. prima cōſequentia ꝓbatur aucto-

Cō. 36. ritate Cōmmēta. 12. metaph. ꝙ in lib. de anima. declara-

Cōmē. 16. tum eſt formas abſtractas eſſe intellectus: et in. 3. de aīa. ꝙ illud ex intellectis quod non habet materiā ſuum intellectum eſt intellectus in ſe: et ipſe ſemper intelligit: quod autem habet materiam vnumquodꝗ intellectorum eſt in ipſo in potentia: ⁊ ideo res materiales intellecte non intelligunt. Hec Cōmmēta.

**Ad oppoſitū** Angelus intelligit ſe intellectionē diſtincta eēntialiter ab eo. igitur q̄ꝫcunꝗ rem intelligit ⁊c. conſequentia patet: quia nulluz intellectum ab angelo eſt tam intimū angelo q̄ꝫ eſt ipſummet: et per conſequens magis deberet intelligere ſe abſꝗ extraneo medio q̄ꝫ aliquod aliud. antecedens ꝓbatur ſic. angelus diligit ſe dilectione diſtincta ab eo. igitur intelligit ſe intellectione ab eo diſtincta. cōſequentia patet: quia non minus volūtas angeli eſt eadem angelo q̄ꝫ intellectus eius: nec minus volitio eſt eadem voluntati q̄ꝫ intellectio intellectui. aſſumptum probatur: quia angelus poteſt ſe odire: cū poſſit velle ſe non eſſe: immo multi dicunt ꝙ diabolus ita vult de facto. igiẛ ſua dilectio non eſt ipe: alias dilectio eſſet odium et econuerſo.

**Reſpondeo** quoniam de notitia ac modo cognoſcendi angelorum non poſſumus aliquid inueſtigare per rationē niſi ex his que cognoſcimus in nobis. idcirco duo articuli erunt in queſtione iſta. In primo videbitur vtrum quācunꝗ rem intellectus humanus intelligit actualiter intelligat intellectione tam a re intellecta q̄ꝫ ab ipſo intellectu diſtincta eſſentialiter. In ſecundo videbitur de principali queſito.

**Circa primum** quia omē intellectum a nobis vel eſt ipſemet intellectus vel aliquid aliud ab eo: in ipo tamen exiſtens: vel aliqd quod nec eſt ipſe: nec eſt in ipſo. Idcirco circa hoc pono diſtincte aliquas concluſiones. prima eſt. ꝙ ſi intellectus intelligit ſe: intellectio actualis qua ſe intelligit eſt eſſentialiter diſtincta ab ipſo. Secūda ꝙ ſi intelligit aliud a ſe: exiſtēs tamen in ipſo: vt in ſubiecto: intellectio qua intelligit eſt tā ab ipſo q̄ꝫ ab eo qđ ipſe intelligit eſſentialiter diſtincta. Tertia ꝙ ſi intelligit aliquid extra ſe quicqđ illud ſit intellectio eſt ab vtro eſſentialiter diſtincta.

¶ Primā concluſionem probo ſic. ſi intellectio qua intellectus intelligit ſe cum actu ſe intelligit nō eſſet diſtincta ab eo. igitur ipſe eſſet intellectus ſuimet. patet: ⁊ vltra. igitur ſemper ſe actualiter intelligeret: ⁊ ſemper etiā actualiter intelligeret ſe intelligere ſe. conſequens eſt certiſſime contra experiētiam. Item philoſophus. 3. de anima tanꝙ̄ certum ⁊ expertum ſupponens ꝙ non ſemper intellectus intelligit querit cauſam huius. ſequitur autem non ſemper intellectus intelligit. igitur non ſemper ſe intelligit. Et ſi dicatur ꝙ Auguſtinus in. 10. et. 14. de trini. in pluribus locis dicit ꝙ mens ſemꝑ ſe nouit ⁊ intelligit. Reſpondendū eſt. ꝙ ipſe nō loquitur de intellectione actuali qua quis actualiter cogitat ⁊ intelligit: ſed de habituali: quēadmodum vt ipſemet ponit exemplum. 10. de trini. de perito multarum doctrinarum: quem etiam dum de vna ſolum cogitat. verbi gratia. de medicina etiam aliam. verbi gratia. grāmaticam dicimus euz noſſe. in propoſito ſumo intellectionem iuxta noſtrum cōmunem vſum: ꝓ ipſa cogitatione ſub quo intellectu nō eſt eſt dubium ꝙ Auguſtinus nō diceret mentem ſemper ſe intelligere: cum ibidem et lib. etiam. 14. et multis alijs locis dicat ꝙ mens q̄ꝫuis ſemper ſe nouerit: nō tamen ſemper ſe cogitat. cōſequētia vero patet: quoniā ſi vno tēpore mens eſt notitia ſuipſius eadem ratione ⁊ ſemper: cum ſemꝑ vniformiter ſit ⁊ obiectum ⁊ potentia: ⁊ omne quod requiritur ad intelligēduz ſe hoc ſuppoſito quinimo ipſa eſt omne adhuc requiſitū. Si dicatur ꝙ propter hoc requiritur intentio voluntatis que cum non adeſt mens nō eſt notitia ſui: eſt autem cum adeſt: ⁊ quia nō ſemꝑ ad hoc eſt intentio voluntatis: ideo non ſemper ipſa eſt notitia ſui.

¶ Contra. intentio volūtatis ad nullam notitiam requiritur: niſi ꝓpter copulationē obiecti: cum potentia in qua cauſare debet notitiā actualem: vt ad copulādum ſenſibile ſenſui: ⁊ ſpeciem in memoria intellectui: ⁊ vniuerſaliter non niſi ad coniungēdum parētem proli: vt diffuſe declarat Auguſtinꝰ. 14. de trini. vnde finaliter cōcludit. d. vbicunꝗ volūtas non apparet: niſi copulatrix: quaſi parētis et prolis. Sed ſi cū mens intelligit ſe nō eſt ibi intellectio aliqua alia preter ſe: nulla eſt ibi proles nec parens: ſicut nec aliqua res ibi gignitur. igitur nec eſt voluntatis intētio opportuna. ¶ Secundo ad concluſionem arguo per eundem. 14. de trini. vbi ait. mens quando cogitatione ſe conſpicit intelligit ſe et recognoſcit. gignit ergo hunc intellectum et cognitionem ſuam. Et ex hoc volens concludere ꝙ in tali notitia etiam eſt trinitas quedam ſicut oſtēdit in alijs ſubdit: hec autem duo gignens et genitum dilectione tertia copulanẛ. Et ad idem infra: Quādo mēs inquit ad ſeipſam cogitatione conuertitur fit trinitas in qua iam ⁊ verbum vt poſſit intelligi formatur: quippe ex ipſa cognitio volūtate vtrūꝗ coniungente: nō eſſet autez ibi notitia genita: nec aliquid gignēs: nec etiā aliqua ꝓa trinitas: niſi talis notitia eſſet res eſſentialiter ab ipſa diſtincta. Item lib. 9. liquido inquit tenendum eſt ꝙ omnis res quācunꝗ cognoſcimus cogenerat in nobis notitiam ſui: ab vtroꝗ enī notitia pariter a cognoſcēte et cognito:

Cap. 5. Ca. 5. ⁊. 8. Ca. 8. ⁊. 9 Cap. 16. Cap. 10. Cap.

itaq; mens cū ſeipſa cognoſcit ſola parēs eſt notitie ſue:⁊ cognitū eſt et cognitio ipſa eſt. Erat autē ipa ſibi noſcibilis:et anteꝗ̄ ſe noſſet. Sed notitia ſui non erat in ea cum ſeipſam non nouerat. ❡ Ex his etiam patet propoſitum tum quia nulla res gignit ſeipſam:mens autez gignit notitiam ſui:tum quia nulla res eſt in ſeipſa poſtꝗ̄ non fuit: notitia autē qua mens noſcit ſe d̄iſſe noſcit:cum ante non noſcet eſt in ea:cū ante tamen in ea non eſſet ſm Auguſt. vnde ait. Sed notitia ſui nō erat in ea ⁊c. ❡ Idem tertio
Cap.4. idem ꝓbatur expreſſa auctoritate eiuſdē.9.de tri.vbi ait. ſicut duo quedā ſunt mens ⁊ amor eius cum ſe amat:ita quedā duo ſunt mens ⁊ notitia eius cum ſe nouit.

❡ Quarto.ſi hui⁹ notitia nō eſſet eſſentialiter diſtincta ab intellectu ſequeretur ꝙ intellectus intelligeretur per ſeipſum ⁊ non per intellectionē additā:ſicut res alie intelliguntur:ſed cōſequens eſt falſum ſm philoſophum.3.de anima.vbi ait.ꝙ ipſe eſt intelligibilis:ſicut intelligibilia. et Cōmenta.exponit.i.eſt intellectus per intentionē in eo
T.2.c.15. ſicut alie res intellecte.quare ⁊c. ❡ Secūda cōcluſio habet duas partes:vna eſt ꝙ intellectio qua intellect⁹ intelligit aliquid diſtinctū a ſe exiſtens in ipſo eſt diſtincta ab ipſo intellectu:hec ꝓbatur primo ſic.intellectio qua itellectus intelligit ſe eſt diſtincta ab ipſo:antecedens eſt ꝓbatum in prima cōcluſione.conſequētia videtur tenere per locum a minori:minus eni videretur de illa qua intelligit ſe:⁊ hoc ꝓpter identitatem intellecti ad intelligens:vnde
Cō.50. Cōmēta.12.meta.dicit ꝙ eſſentia intellectus nō eſt cadē cum intelligere:quod eſt actio intellect⁹ in nobis:⁊ intellectio in nobis intelligere nō eſt idem omnibus modis:et cauſa in hoc eſt:quia intellectū in nobis eſt aliud ab itelligere:in eis autē que ſunt nō in materia conuenit:vt intellectum ⁊ intellectus ⁊ actio intellectus ſint idez. Et infra ſubdit cauſam:quia intellectū non eſt aliud ab intellectu: vbi ſicut patet ex diſtinctione intellectus ab intellecto in nobis arguit diſtinctionem intellectus ab intellectione et econtra in ſeparatis a materia:⁊ ꝙuis in ſeparatis a materia ſuum dictū:ſicut ſonat non ſit verum:nichilominus ſm ipſum apparet ꝙ ſi vbi intellectus ⁊ res intellecta ſunt idem intelligere non eſt idem intellectui:multominus vbi diſtinguuntur intellectus ⁊ res intellecta.

❡ Secūdo ſi intellect⁹ ſeipſo intelligeret aliquid exiſtēs in eo ⁊ non per intellectionē a ſe diſtinctam ſemper intelligeret illud donec ipſum eſſet in intellectu:⁊ intelligeret etiā quodlibet aliud exiſtens in eo:cōſequens eſt falſum ſm experientiam:nō enim ſemper intelligit ſpeciē rei quā habet in ſe:nec omnē habitum vel ſpeciem.conſequentia probaꝛ per illud quod tactū eſt in prima rōne precedētis concluſionis:quoniam videlz nō eſt ratio cur vna ſpecies exiſtens in eo intelligaꝛ vno tempore ab eo plus ꝗ̄ in alio ſtante hypotheſi ꝙ ipſa non intelligatur intellectione diſtincta ab intellectu.

❡ Tertio intellectio intelligiꝛ ab intellectu intellectione ab ipſo diſtincta.igiꝛ et qd̄libet aliud exiſtēs in intellectu intelligitur ⁊c.conſequētia ſatis patet.quoniā nihil eſt in intellectu de quo mag; videatur ꝙ poſſit intelligi ipomet intellectu tantū ꝗ̄ de ipſa intellectione.antecedens patet
Cap.12. per Auguſt.15.de trini.vbi vult ꝙ cum ſcio me ſcire:ſunt ſcire:⁊ hoc quo ſcio hec duo eſt tertiū ſcire:⁊ ſic i infinitū multiplicātur quotiens reflectam me ſuper ſcire.

❡ Quarto voluntas non vult ſeipſa aliquid exiſtens in ea:ſed quodcūq; tale vult:vult volitione diſtincta ab ipſa voluntate.igitur intellectus ⁊c.conſequentia patet:quia eadem ratio eſt hincinde:antecedens ꝓbatur. quoniam ſi voluntas vellet ſeipſa aliquid exiſtens in ſe non poſſet illud velle:nam eſt impoſſibile vt aliqua vna eſſentia creata ſimul aut ſucceſſiue manens eadem ſit cōtraria. Item non poſſet illud intenſius et remiſſius velle:cum ipſa non ſit intenſibilis vel remiſſibilis.

❡ Preterea. Cum ipſa poſſit gaudere de vno et triſtari de alio ipſa eſſe poſſet gaudium ⁊ triſtitia ⁊ omnia hec videntur inconuenientia:igitur ⁊c.

❡ Secunda pars concluſionis. videlicet ꝙ quandocūq; intellectus intelligit aliquid in ſe exiſtens:intellectio que intelligit eſt diſtincta ab eo quod intelligit: probatur ex pluribus dictis iam. Primo quidem: quia ſi aliquod tale intelligeretur ſeipſo ⁊ non intellectione alia a ſe ſemper intelligeretur: quoniam non potius vno tempore/ꝗ̄ alio eſſet intellectio ſui. ❡ Secūdo.quia quodlibet tale cum intelligitur cauſat intellectionem ſui ſm illam auctoritatem Auguſt. preallegatā ad primam concluſionem liquido tenendum eſt ⁊c̄. quam etiam ſententiam ponit lib. 14.idem etiam patet per conſequētiam quam facit in auctoritate in ſecunda ratione ad primam concluſionem gignit.ergo habet intellectuz ⁊c̄. ❡ Tertio quia intellectio intelligitur intellectione a ſe diſtincta:vt patet per auctoritatem Auguſti.de multiplicatione actuum reflexorum in tertia ratione ad primam partem huius concluſionis: et per ea que dicta ſunt in prima diſtin.primi ad probandum ꝙ actus reflexus ſit alius ab actu recto. igitur.et quodlibet aliud exiſtens in intellectu ꝙ ab ipſo intelligiꝛ: intelligitur intellectione a ſe diſtincta. ❡ Tertia cōcluſio etiam duas partes habet. quarum vna eſt ſcilicet ꝗ̄cūq; rem extra ſe intelligat intellectus intelligit intellectiōe a ſeipſo eſſentialiter diſtincta. Probatur primo ex prima concluſione.quoniam ex quo ſeipſum intelligit per intellectionem a ſe diſtinctam.igitur multo fortius alia.⁊ conſequentia poteſt declarari ſicut prima facta ad ſecundam concluſionem. ❡ Secundo probatur ex cōcluſione ſcd̄a. nam cum ea que ſunt in intellectu ſint per ſeipſa preſentia intellectui:⁊ t̄ñ intelligantur intellectione diſtincta ab intellectu:multo rationabilius dicendum eſt ꝙ ea que ſunt extra intelligātur per intellectionem diſtinctam. ❡ Tertio ſi aliquam rem extra ſe intellectus intelligeret ſeipſo abſq; intellectione addita:vel illa eſt imaterialis/vel materialis.ſi materialis vel intelligit eam intuitiue ⁊ immediate in ſeipſa / vel abſtractiue in ſuo repreſentatiuo. hoc patet ex dictis.3.diſtin.primi. ſi abſtractiue. igitur intellectione a ſe diſtincta. patet ex cōcluſione ſecunda in qua probatum eſt ꝙ omnem rem in ſe exiſtentem intelligit intellectione a ſe diſtincta. ſi intuitiue: vtputa cum immediate calorem extra intuemur/aut ſonum idem ſequitur. primo quia alias non indigeremus preſentia illorum ad intuendum illa:niſi enim aliquo modo immutarent intellectum non eſſent neceſſaria ad hoc: vt intellectus illa intelligeret:ſicut non ſunt neceſſaria ad hoc:vt ipſa deus diligat.nec poteſt aſſignari in quo immutēt data hypotheſi ꝙ iuuet propoſitum: quoniam et ſi dicatur ꝙ ſpeciem cauſant nihil iuuat:quia illa ſpecies ad nihil deſeruit tali intuitiue viſioni. et poſito ꝙ ipſa ſit diſtincta ab intellectu ſicut eſt in rei veritate. multo autem minus ſi non ſit aliud/ꝗ̄ intellectus:ad quid autem deſeruiat. et propter quid cauſetur patebit in ſequentibus. ❡ Iſtud confir-
C.8.et.13
matur ex intentione Philoſophi. 2. de anima. ibi enim T.c.52. querit cur ſenſus non ſentiunt abſq; exteriori ſenſibili: et reſpondet ꝙ ſenſus / ſeu ſenſitiuum : ſm aliam litteram: non eſt actu:ſed potentia tantū. que ratio ſi eſt ſufficiens: ſequitur ꝙ ſi ſenſus eſſet actu et non tantum potētia vtiq; ſentiret ſine illis. igitur nō minus ſi intellectus eſſet actu et non potentia tantum reſpectu illorum intelligeret ſine eis: ſed ſi eſſet actualis intellectio eorum vtiq; eſſet actu reſpectu illoꝝ/nec vlterius actuaretur per illa.igitur ⁊c̄.

❡ Confirmaꝛ iſtud ex intētione Aug. qui vult ꝙ ꝗ̄cūq; rem cognoſcim⁹ congenerat in nobis notitiā ſui.qd̄ eſt intelligēdum de ea quam cognoſcimus immediate ſiue ſit in nobis / ſiue extra nos. Secundo quia ſi intellectus eſt eſſentialiter intellectus alicuius rei materialis : eadē ratione et cuiuſlibet:et per conſequens eſt vnica intellectio omnium rerum materialiū: ⁊ certe non ſolum exiſtentiū: ſed ⁊ preteritarū ⁊ futurarum ſicut deus. qd̄ eſt abſurdiſſimum. Si vero illa res quā ſeipſo intelligit eſt imaterialis/aut illam intuitiue intelligit/aut in aliquo repreſentatiuo quod in ſe habet. Si detur ſecūdum propoſitum habetur:vt prius. Si vero detur primum contra primo tūc. quia tunc in vita iſta nos intuitiue cognoſceremus ſubſtantias ſeparatas:cuius oppoſitum per experientiā certum eſt.patet conſequentia. quia iam intellectus eſſet intellectio earum ſi vnꝗ̄ eſſe debeat. Secundo quia tunc ſequeretur ꝙ intellectus videns intuitiue deum eſſet eſſentialiter viſio dei: ⁊ vlterius ꝙ non poſſet nō videre deum: dūmodo in rerum natura conſeruaretur a deo. nam hoc poſito nihil deeſſet adhuc: vt ipſe eſſet viſio dei. Itē quicunq; intellectus eque perfecti ſm naturam exiſtentes equaliter deum viderent:et non vnus alio perfectius:ſed hec ſunt penitus abſurda ⁊ erronea.igitur ⁊ illud ex quo ſequuntur. ❡ Quarto ad eandem partem concluſionis arguo . quia ſi eius oppoſitum eſſet verum ſequeretur ꝙ nullā rem quis vno tēpore imperfectius alio / nec perfectius intelligeret: cuius oppoſitum experimur in viſione rei exterioris quā ſimul cum ſenſu intellectus apprehendit : nec clarius/nec minus clare ſm ꝙ ipſa in alia et alia diſpoſitione ſe habet ad nos:ita etiā eſt de pluribus alijs. conſequētia vero patet.quoniam intellectus non ſuſcipit intēſionem et remiſſionem. ❡ Quinto ſi intellectus eſſet ipſa intellectio nullus habitus generaretur in nobis. conſequens eſt falſum. nam experimur multotiens intelligere/vel intellexiſſe nos promptius ⁊ facilius intelligere idipſum.conſequentia patet:tum quia non apparet ex quo vel quibus immediate generaretur talis habitus:tum qꝛ fruſtra poneretur. nam ex quo intellectus eſſet actualis intellectio habitus nihil ꝯferret ad intellectionē:qꝛ intellectus non poſſet eſſe perfectior/nec expeditior/nec aliter aliqualiter intellectio/ꝗ̄ ſit.⁊ ideo ita prompte/vel nō prompte eſſet intellectio : ⁊ quis itelligeret ſine habitu ſicut cū habitu. Et ſumo hic intellectionē pro notitia intellectus circa id : reſpectu cuius cōcedimus intellectū habituari quicquid illud ſit. ❡ Sexto non apparet quomodo in intellectu poſſet eſſe tanta multitudo actuum quantam experimur: vtpote ſimplicis intelligentie vniuerſalis et ſingularis:⁊ complexa affirmatiue ⁊ negatiue. Item actuū apprehēſiuorum ⁊ iudicatiuorum ⁊ aſſenſitiuorum ⁊ huiuſmodi aliorum multorum : niſi diceretur ꝙ intellectus eſt vnius intelligibilis intelligentia ſimplex:⁊ huius confuſa illius diſtincta:⁊ alterius intelligibilis eſt intelligentia complexa non eſſentialiter: ſed obiectiue cum iudiciū affirmatiuum vnius ⁊ negatiuum alterius:et ſimiliter de omnibus:quemadmodum dicimus de intellectione diuina:quod non puto bene dictum theologice/ neq; phyſice: nec conſonum etiam experientie: quia cognoſcimus euidenter aliquando vnum intelligere alio non ſimul intellecto. et vnum ante affirmare et idipſum poſtea negare. prius aſſentire : et poſtea eidem diſſentire : prius errare poſtea ſcire : et alias mutationes intellectuales que illa hypotheſi data nullatenus eſſe poſſent. ❡ Ad hoc etiam
Cap.4. argui poteſt auctoritatibus. ait enim Auguſti.5.de trini. ꝙ quia anima magis viuit dum ſapit minuſq; cum deſipit:ideo fit in ea aliqua mutatio : horum vtrumq; falſum
Cap.6. eſſet:ſi ipſa eſſet intellectio que intelligit. Item lib. 6.dicit ꝙ in anima aliud eſt artificioſum eſſe / aliud inertem/ aliud acutum/aliud memorem/aliud cupiditas/aliud timor ⁊c̄.et tandem ex his concludit ipſam non ſimplicem:
Cap.2. ſed multiplicem eſſe. Item lib.8.ait ꝙ animi eſſentia non eſt ipſius eſſentia virtutis:ſicut eſt trinitas de⁹ vnus magnus verus verax veritas. Item libro. 15. dicit ꝙ noſtra Cap.13. ſcientia amiſſibilis eſt et receptibilis : quia non eſt nobis quid ſcire/ vel ſapere: quoniam eſſe poſſumus et ſi neſciamus/neq; ſapiamus. Item.2.de ciuita.dei.ait.ꝙ anima Cap.10. non eſt ſapientia.et ſtatim ex hoc infert ꝙ mutari poteſt ⁊ deſipere : et poſtea dicit ꝙ ſicut aer illuminatur luce que non eſt ipſe:ita anima fit ſapiens ſapientia que non eſt ipſa. Omnia hec falſa eſſent ſicut patet intelligenti ſi intellectus eſſet intellectio rerum:hanc etiam eſſe intētionem Ariſtotel'.et Cōmentato.tertio de anima non eſt dubium cum vbiq; dicant ꝙ intellectus moueꝛ ab intellectu agente et phantaſmatibus ad poſtremam perfectionem que non eſt aliud/ꝗ̄ intelligere:⁊ ꝙ intelligere eſt pati:et ſimilia que nunꝗ̄ ſaluari poſſunt niſi ponēdo ꝙ intellectio ſit res diſtincta ab intellectu. Et ad hoc bene facit etiam vnum verbum Commentato.tertio de anima.qui contra Themiſtium:vt patet commento.5.eiuſdem lib.poſuit in- Cō.20. tellectum ſpeculatiuum nichil aliud eſſe / ꝗ̄ intellectum poſſibilem perfectum per intellectum agentem/ſeu aliqd̄ compoſitum ex vtroq;:ita ꝙ in intellectu poſſibili cum intelligit actu nihil de nouo generatur:ad quem modum ſatis propinquant illi qui dicunt ꝙ intellectus eſt ſua intellectio quando intelligit / nec aliquid in eo fit nouum : immo forte non differunt a modo iſto. ❡ Contra hunc inꝗ̄ arguit Cōmen.vbi ſupra:qm̄ ſm hāc viā non eſſet neceſſe ponere niſi intellectū materialem tm̄.i.poſſibilē / aut intellectum materialem et agentem ſm modum ſimilitudinis:vbi eni non eſt vera generatio non eſt agens. hoc Cōmenta.iſta autem eſſe contra intentionem Philoſophi et Commentato.nulli qui eos legerit dubium eſſe poteſt.

❡ Secundam partem concluſionis.videlicet ꝙ ꝗ̄cunq; rem extra intellectus intelligit : intelligit intellectione diſtincta a re illa.probatur: nam omnis res extra eſt materialis/ vel immaterialis et abſtracta:ſi eſt materialis ⁊ intelligitur/vel intelligitur abſtractiue in ſuo repreſentatiuo/vel intuitiue et immediate in ſeipſa.⁊ hoc patet ex dictis in.3.diſtinc.1. Si intelligatur abſtractiue ſtatim patet ꝙ intellectione a ſe diſtincta. Tum quia equaliter cognoſcitur hoc modo res/ſiue ſit/ſiue fuerit et non ſit.et cōſtat ꝙ quando non eſt notitia qua intelligitur non eſt ipſa eſſentialiter. Tum quia per notitiam qua ipſa abſtractiue cognoſcitur eius repreſentatiuum cognoſcitur intuitiue:vt vbi ſupra patet. et multo rationabilius diceretur illud repreſentatiuum eſſe illam notitiam ꝗ̄ ꝙ res extra: et tamen illa notitia eſt eſſentialiter diſtincta ab illo repreſentatiuo. vt patet ex ſecunda concluſione. igitur ⁊c̄. Si vero intelligatur intuitiue ſicut cum quis intuetur colorem in pariete quem ⁊ ſenſuali ⁊ intellectuali:etiam viſione imediate percipit/ ſiue ſint diſtincte viſiones/ſiue non. vt probatū fuit in.3.diſtin.primi. Adhuc patet ꝙ intellectione a ſe diſtincta. Primo quidem quia alias ſequitur ꝙ ad hoc vt quis videat colorem nullam rem neceſſe eſt cauſari de nouo in colore/ vel in ſenſu viſus : ſed poſitis preciſe colore ⁊ ſenſu quis illum videret: hoc autem falſum eſt. Tum quia ſcd̄m hoc nec propinquitas / nec diſtantia coloris ad ſenſum. nec diſpoſitio/ nec indiſpoſitio ſenſus.certe nec clauſio/vel aperitio oculorum conferret vel obeſſet ad videndum / vel non videndum/ aut magis perfecte/vel minus perfecte vidēdum: cuius oppoſitum experimur:⁊ ꝙ iſtud ſequitur patet:quoniā talia non requiruntur ad aliquā operationem: niſi propter actionem vnius in aliud : tum per Auguſti.2.de trini.qui expreſſe Cap.2. dicit. ꝙ cum aliquod corpus videmus tria ibi cōſideranda ſunt. Primo ipſa res quam videmus : deinde viſio illa que non erat prius / ꝗ̄ rem illam obiectam ſenſui ſentiremus. Tertio ꝙ in ea re que videtur ꝗ̄diu videtur

ſenſum tenet oculorum.i.animi intētio.et addit.ꝙ in his igitur tribus nō ſolum eſt manifeſta diſtinctio:ſed etiam diſcreta natura.Et paulo poſt ſubdit.Quis re viſibili detracta nulla ſit nec vlla omnino eſſe poſſit talis viſio:ſi corpus nō ſit quod videri queat:nullo modo tamen eiuſdem ſubſtātie eſt corpus:quo formatur ſenſus oculorum:cum idē corpus videt:⁊ ipſa forma q̄ ab eadē imprimit ſenſui:que viſio vocatur:tum etiam quia hoc dato non apparet cur habēs ſenſum poti⁹ videret colorem q̄ econuerſo color videret ipſum.imo vtiq̄ magis videtur illud dicēdum ſi ipſe color ſit viſio.cōſequētia prīa ꝓbatur:qm̄ ſi eſt neceſſe aliq̄ rem nouā cauſari.igit vel illa erit viſio vel aliquid requiſitū ad cauſationē rei que erit viſio.nam ſi viſio iam actu eſſet nō eſſet neceſſariū iſtā cauſari:vt quis videret.

¶ Preterea.Cōſtat ꝙ nō eſt neceſſe cauſari aliq̄ talem rem in colore.igit in ſenſu:quecūq̄ autē illa ſit:dūmodo ea poſita quis videat habet propoſitū.Nam talis res vt dicit Auguſtin⁹.vocatur viſio:qđ ſi tu nō illam:ſed colorem ipſum velis vocare viſionem nō eſt contendēdum de nomine.ſufficit enī ꝙ preter obiectū ⁊ ſenſum aliqđ aliud gignatur in ſenſu ſine quo nō poſſimus videre et eo poſito videmus.Patet igitur ꝙ viſio ſenſualis eſt eſſentialiter diſtincta a re viſa.Ex hoc aūt ſequitur ꝙ etiā intellectualis ſit ab illa re viſa diſtincta:quoniā ſi in homine aliqua viſio ſit ſenſualis ⁊ intellectualis:vt quidam putāt clarū eſt.Si vero ſint diuerſe adhuc idem ſequitur:tum qꝛ minus ꝯuenit intellectio pura cū re ſenſibili q̄ ſenſatio:tum quia ſenſatio precedit cauſaliter huiuſmodi intellectionē ſi ſint diuerſe.ſi vero res intellecta eſt immaterialis ⁊ abſtracta:cū nulla talis intelligatur a nobis naturaliter et in ſtatu preſentis vite intuitiue.ſed in quibuſdā cōceptionib⁹ vt in prīo:vbi ſupra oſtēſuꝫ eſt.ſeq̄tur manifeſte ꝙ intelligit intellectione a ſe diſtincta. ¶ Scđo ſic.impoſſibile eſt aliq̄ rē intelligere vel eē intellectiuā vel eē intelligētē intellectu qui nō ſit ipſa nec in ea velut forma.igitur impoſſibile eſt aliquā rem intelligere ſeu eſſe intelligentem intellectione:que nō ſit ipſa nec in ea velut forma.⁊ vltra.igitur īpoſſibile eſt intellectū humanū intelligere aliquā rem extra ſe intellectione q̄ nō ſit ipſe vel in eo vt forma.et per ꝯſequens intellectione diſtincta a re illa.prima cōſequentia ſatis ex ſe euidēs eſt.quoniā ſicut ꝑ intellectuꝫ res eſt intellectiua.ita per intellectionē res eſt actualiter intelligēs.ſcđa clara eſt etiā.antecedēs infra ꝓbabitur.vbi inquiret vtrum anima ītellectiua ſit forma corporis.

¶ Confirmat.quoniā ſi aliqua ītellectio eſſentialis eſſet preſens intellectui et coniūcta quocūq̄ modo p̄ſentie vel coniunctionis imaginabili.dūtamen nō informaret eum intellectus nō eſſet per illā intelligens:nec illa eſſet intellectio eius:ſicut nec corpus chriſti in ſacramēto eſt rotūdum vel album rotūditate vel albedine ſacramentali per hoc preciſe:quia nō informatur per illas.Nam alias ita coniūcte ſunt et propinque forme ille corpori chriſti ſicut accidentia propria:ſimiliter q̄tūcunq̄ diabolus vniatur alicui corpori aut alius angelus vel angelus angelo aut anime humane:dū tamen non informet nullo predictorū id cui vnitur eſt intellectum aut eius intellectione que illi eque vnita eſt:eſt intelligens.Certe nec ipſo deo qui maxime intimus eſt cuilibet creature:quia non informat vlla creatura eſt intellectiua vel intelligēs eo modo quo loquimur in ꝓpoſito.nam alias ex ipō ⁊ per ipſum ſunt omnia.

¶ Tertio ſi aliqua res extra eſſet intellectui noſtro ſic intellectio ſui hoc maxīe videretur de deo in ſtatu beatifico intellectus:ita ꝙ deus eſſet ipſa viſio intellectus humani.hec conſequentia ſatis eſt clara:tum qꝛ deus eſt maxime abſtractus ⁊ immaterialis:ꝓpter quam cauſam mouentur qui dicunt ꝙ ſubſtantie ſeparate intelligūtur ſeipſis abſq̄ intellectione media.tum quia maxime ipſe intimus eſt menti:⁊ preſertim iam actualiter beate:ſed cōſequens eſt falſum:quod patet:quia viſio qua angeli beati vident creaturas in v̄bo eſt viſio creata ſm̄ Auguſtinū.2.ſuper Gen̄.ad litteram.vbi ait.cōditio celi prius erat in verbo dei ſm̄ ſapientiam genitam:deinde facta eſt in creatura ſpirituali.hoc eſt in cognitione angelorū ſm̄ creatam in illis ſapientiam:deinde celū factum eſt vt eſſet etiam ipſa celi creature in genere ꝓprio.Cogitatio vero rei p̄cedēs in angelo ipſius rei conditionem vtiq̄ ſm̄ Auguſtinū eſt cognitio in verbo ſicut ex ſtatim ſequentibus poteſt haberi expreſſiſſime libro.4.per illam etiam immediate videtur ipſum verbū dei:vt certum eſt.igitur viſio qua homo videt īmediate ipm̄ verbum diuinū in vita beata eſt creata in ipſo.⁊ per conſequens ab ipſo deo viſo diſtincta. Cap.13. de p̄uis. Cap.31.et 35.de p̄uis.

¶ Confirmat.nam ꝯſtat ꝙ viſione beatifica homo videt deum intuitiue.Sed ſm̄ decretalē pape Benedicti.12.illa eſt creata:quia cum ibi determinetur ꝙ beatitudo cōſiſtit in duobus actibus:viſione.ſ.et fruitione.pro hoc faciunt auctoritates ſupra allegate ꝙ omnis res quam cognoſcimus generat in nobis notitiā ſui. ¶ Contra iſtam tertiam concluſionem ſunt due opiniones vna eſt contra primā partem concluſionis.ponit enim ꝙ intellectio non addit aliquid abſolutū ſupra potētiam intellectiuam.ſed tantūmodo quendam reſpectum ab obiectum. ¶ Et hoc eſt etiam contra duas primas concluſiones.Probatur autem hec poſitio p̄mo ſic.illa que ex oppoſito diſtinguūtur non poſſunt eſſe vnum ⁊ idem. Sed actus primus et ſecūdus diſtinguuntur.vt patet ſecundo de anima.actus autem primus eſt forma abſoluta.ergo actus ſecūdus et operatio eſt forma reſpectiua. ¶ Secundo ſi operatio ſit forma abſoluta diſtincta a potentia procederetur in infinitum.cuꝫ omnis forma abſoluta poſſit habere operationem:ſed hoc eſt inconueniens.igitur ⁊c̄. T.c.2.

¶ Tertio ſicut ſe habet lucere ad lucem ſic intelligere ad intelligens.vtrūq̄ enim eſt actus inmanens:lucere ipſi⁹ lucis:⁊ intelligere ipſius intellectus.Sed manifeſtuꝫ eſt ꝙ lucere nō eſt aliquod abſolutum additum luci.igit ⁊c.

¶ Quarto omne abſolutuꝫ deus poteſt ſeparare:ſed intelligere non poteſt deus ſeparare ab intellectu.igit ⁊c.

¶ Quinto in nullo abſoluto poſſunt adunari contraria.eodem actu ſentiendi videtur album ⁊ nigrum.igitur videre non eſt forma aliqua abſoluta:⁊ per conſequens multo minus intelligere.hec concluſio q̄tum ad hoc:ſcilicet ꝙ intellectio non ſit res diſtincta ab intellectu confirmatur ab aliꝭ per auctoritates.Primo quideꝫ philoſoph⁹.tertio de anima.vult ꝙ intellectus non patitur ſicut alie res:ſed vt dicit Commēta.paſſio intellectus eſt receptio tantū ſine tranſmutatione.hoc autem vt videtur non eſt aliud q̄ pati obiectiue tantū et non ſubiectiue.confirmatur per exemplum philoſophi ibidem de tabula et pictura.conſtat enim ꝙ cum tabula pingitur non educitur color de potentia tabule:ſed applicatur corpus coloratum corpori tabule:ſicut igitur non recipitur color in tabula ſubiectiue:ſic nec intellectio in intellectu. T.c.14. Cō.14.

¶ Secūdo ſm̄ philoſophum vna intelligentia non patitur ab alia ſubiectiue cum eam intelligit:ſed per eſſentiā intelligit eam.i.non per formā inherentem ſubſtantie ſue.igitur ſimiliter eſt de intellectu.

¶ Tertio ſequeretur ꝙ poſt forte intelligibile nullus intelligeret debile ſicut eſt de ſenſu. Nam cauſa huius in ſenſu eſt:quia ſenſus vel organum aliquādiu retinet ſpecies receptas:ſꝫ ſi intellectus recipiat ſubiectiue ſpecies melius retinebit q̄ ſenſus.igitur ⁊c.Nec poteſt dici ꝙ ſpiritualitas obſtaret.nam et ſenſibile ſpirituali⁹ habet eſſe in ſenſu q̄ extra.⁊ tamen ex illa ſpūalitate illud nō tollit.

¶ Cōtra ſcđam ptē eiuſdē cōcluſionis fuit alia opi.ſatis moderna q̄ tenuit ꝙ viſio btīfica qua creatura videt deū non eſt viſio creata:ſed in increatā.ſ.deus ipſe qui videtur hoc ꝓbatur p̄mo ſic.A quolibet beato pōt ſm̄ legem dei ordinatā quelibet creatura cognoſci diſtincte in v̄bo per cognitionem ſuā beatificam:et nō per cognitionem beatificam creatā.quia tunc vel illa eſſet corruptibilis de communi lege:⁊ tunc illa nō eſſet beatitudo:qꝛ btītudo nō eſt beatitudo niſi ſit ſine fine perpetuanda:vel ipſa eſſet infinite ꝑfectionis cognitio.quia infinitoꝝ cognitio ⁊ cuiuſlibet diſtincte:vtrūq̄ illatum eſt incōueniens.igitur cognitio beatifica talis eſt increata:quod eſt intentum.

¶ Secūdo quia ſi nō ſic eſſet:tūc ſumme beat⁹ non poſſet ſtante ſua beatitudine in ſummo habere ita ꝑfectam cotionem in genere ꝓprio de creatura aliqua ſicut infimus beatus habēs naturalia paria.cōſequens eſt incōueniēs.et cōſequentia patet.quia anima repleta vna tali forma creata nō poteſt illa replente ſimul tantū capere de cognitione diſperata ſicut anima par in naturalibus non ſic repleta:alioquin nō tot intēſſiſſimas quin plures ſpecieruꝫ diuerſarū poſſet ſimul naturaliter recipere;: qđ repugnare videtur cuilibet creature.igitur ⁊c̄. ¶ Tertio idem probatur per Auguſt.8.ſuper Gen̄.qui dicit:ꝙ deus per ſuā ſubſtātiam loquitur ad intellectuales creaturas illuminādas cum iam poſſunt capere locutionem ei⁹ qualis eſt in verbo eius. Cap.34. de p̄uis. ¶ Pro iſta via poteſt argui ex intētione philoſophi ⁊ Cōmenta.que vt in prima diſtin.hui⁹ ſcđi q.j.articulo.ſecūdo ꝓbatum fuit eſt:ꝙ ipſum p̄mū deus ipſe intelligatur per ſeipſum abſq̄ intellectione media ab aliꝭ intelligentiꝭ abſtractis:ita ꝙ ipſe eſt ⁊ quod intelligitur ⁊ intellectio eius qđ ipſum intelligit.ſimiliter auteꝫ eſt in nobis. ¶ Ad primū contra primā partē concluſionis reſpōdeo ꝙ ſi argumētatio illa debite ꝑficeretur ꝯcluderet ꝓpoſitum noſtrū.ſ.ꝙ intellectio ⁊ intellectus diſtinguunt:ſed quod vlteri⁹ infertur:ꝙ operatio nō eſt forma abſoluta:nō ſequitur virtute argumenti:nō enim eſt cōſequens ꝙ ſi actus primus eſt forma abſoluta:⁊ actus ſecūdus diſtinguitur ab illo:ꝙ actus ſecūdus nō ſit forma abſoluta.ſicut non ſequitur ꝙ ſi albedo eſt qualitas:⁊ nigredo diſtinguitur ab albedine.⁊ etiam opponit illi:ꝙ nigredo nō ſit qualitas. ¶ Ad ſecūdum negāda eſt ꝯſequētia.et ſimiliter quod aſſumitur ad eius ꝓbationem.Nam ſm̄ Cōmenta.4.phy.q̄titas non eſt actiua:multe etiā forme non habēt operationes:niſi velit quis dicere etiam illas formas habere operationes:que poſſunt cauſare in intellectu ſaltē particulariter aliq̄ opationē:vtpote notitiā ſui.⁊ tūc cōcedam ꝙ intellect⁹ poteſt habere operationē:et illa aliā in infinitū:ſicut de actibus reflexis eſt dictuꝫ:ſed nō ad hunc ſenſum dici cōſueuerunt forme operatiue ſeu habere ꝓprias operationes. Cō.84. ¶ Ad tertiū dico ꝙ ſi cōparatio debeat eſſe vera.oportet ꝙ per lucere intelligat ipſa lux.et per intelligere intellectio:vt dicatur ꝙ ſicut ſe habet lux ad lucens.ſic intellectio ad intelligens.⁊ concedo tunc ſimilitudinem.Sed iſto modo ꝓbat potius ꝓpoſitum:ſicut patet:tamē quod addit ꝙ lucere eſt actus immanens lucis nec ꝓprie nec vere dictū eſt.nō enim lucere eſt actus.i.operatio immanens plus q̄ albere vel calere que nuſq̄ ab aliquo auctore alicuius conditionis vocata ſunt operationes nec immanētes nec tranſeuntes:ſed ſic arguentes fefellit ſimilitudo illorum infinitiuorum.

¶ Ad quartū concedo ꝙ intellectionē poſſet deus ſeparare ab intellectu:illa tamē ſeparata non eſſet intellectio vt alias dictū eſt. ¶ Ad quintū dicendum ꝙ multipliciter deficit.Primo quidem:quia ita cōtra arguentem ꝓbari poteſt:quoniam non plus in vno reſpectiuo poſſunt adunari contraria:q̄ in vno abſoluto:⁊ ita probaretur ꝙ intellectio ⁊ ſenſatio non eſſent forme abſolute neq̄ reſpectiue.ſecūdo quia forma arguēdi nulla eſt:qꝛ nō eſt debita ſumptio minoris ſub maiore:et ſi debite ſumeret.v̄bi.g. in actu ſentiēdi adunari poſſunt cōtraria vtiq̄ falſa eſſet ꝓprie accepta.Tertio quia etiā falſum eſt ꝙ eodem actu ſentiendi.videtur album ⁊ nigrum:quis enim ſimul aliquando videantur album ⁊ nigrum:non tn̄ vnico actu.

¶ Ad auctoritatem primam dicendum ꝙ intelligit de tranſmutatione ſtricte ſumpta que eſt a cōtrario.cum tali enim tranſmutatione non eſt receptio intellectionis:ſed vtiq̄ bene eſt cū tranſmutatione que eſt ſalus ⁊ perfectio ſeu ſm̄ litteram cōmenti euaſio.i.exitus eius qđ eſt in potentia ab eo quod eſt actu:⁊ eſt ſimile ⁊ non cōtrarium:vt ſupplet Cōmen.ſed extrahens ipſum a potentia ad actū:vt habetur.2.de anima a Philoſopho ⁊ Cōmentore ibidem cōmentis.57.⁊.78.Primam igitur tranſmutationē tn̄ negat Cōmen.in receptione intellectionis.vbi allegatur ex.3.de anima.ſicut pꝫ ex cōmentis allegatis de ſcđo et iterū ex eo ꝙ illa verba allegata dicit preciſe ad ſaluandum ꝙ intellectus eſt īmaterialis non obſtante ꝙ intelligere ſit paſſio.paſſio enī que eſt cum tranſmutatione primo modo eſt in rebus materialibus tm̄:ſed ſcđa eſt intellectu:⁊ hoc clarum eſt legēti ibidem Philoſophum ⁊ Cōmen. Cō.14. ¶ Ad confirmationem dicendum ꝙ propter illud quod arguitur:et forte ꝓpter aliud dicit Cōmen.ibidem ꝙ exēplum illud non eſt verū:eſt tn̄ via ad intelligendum.et iſte modus doctrine eſt neceſſarius in talibus rebus:licet rhetoricus.Quātum igitur ad illud quod ſumit non eſt exēplum:ſed ſm̄ expoſitionem Cōmen.eſt ſic ad propoſitum:quoniam queadmodum tabula (ait Cōmentator)nullam picturam habet in actu/ neq̄ in potentia propinqua actui:ita in intellectu materiali nō eſt aliqua formarum intellectiuarum quas recipit/neq̄ actu/neq̄ potentia propinqua actui ⁊c̄. T.c.14. ¶ Ad ſecūdum dicendum ꝙ illud non facit pro via illa:quia non eſt intētio eius ꝙ intelligentia per propriam eſſentiam tanq̄ per intellectionem intelligat aliam intelligentiam.ſed per eſſentiam intelligentie intellecte.vt in prima diſt.ſupra oſtenſum eſt.

¶ Ad tertium neganda eſt conſequentia.Ad probationē dicendum ꝙ illa non eſt cauſa/nec ſm̄ veritatem/ nec ſm̄ intētionem Philoſophi/vel Cōmentatoris:ſed ſm̄ Philoſophum cauſa eſt:quoniā ſenſitiuū quidem non ſine corpore eſt.hoc autem.ſ.intellectus ſeparatus eſt.vt ibidem dicit Cōmen.Et ſm̄ veritatē.⁊ ſic forte intellexerit Philoſophus.cauſa eſt:quia organum ſentiendi quo mediante ſit ſenſatio per forte ſenſibile alteratur alteratione debilitāte ⁊ corruptiua:ex quo indiſponitur ⁊ fit minus aptū ad ſequētem ſenſationem:non ſic autem eſt de intellectu:cuius operatio nullo organo mediante elicitur. 3.a.t.c.7. Cō.7. ¶ Ad rationes contra ſecūdam partem concluſionis.Reſpondeo ad primam:quia determinate aſſumit de potentia dei ordinata.nego antecedens.nam quis de potentiā abſoluta dei non tot numero finitas creaturas in verbo poſſit beatus videre quin poſſit plures:tamen tot videt/vel aliquādo videbit ꝙ nunq̄ plures:ſed ex hoc poteſt reduci difficultas argumenti ſic.Si beatus poteſt in verbo plures videre q̄ videt:aut per eundem actum quo nunc videt aut per alium.Si per eūdem cum adhuc illis viſis poſſit plures:et iterum illis plures poterit per eundem videre omnes actu exiſtentes et poſſibiles:et per conſequens infinitas:⁊ tunc ſequitur ꝙ illa viſio ſit infinita cognitio et infinite perfectionis:ſi per alium et alium actum:aut ſecundo adueniente cedit primus:et tunc beatitudo erit corruptibilis:aut cum ſecundo manet primus:et tunc cum vterq̄ ſit viſio verbi:et per conſequens beatifica creſceret eius beatitudo:vel ſaltem ipſe eſſet magis beatificus/ q̄ prius:⁊ per conſequens non vniformiter beatus:quod non videtur dandum. ¶ Item ſicut haberet plures viſiones ſic haberet conſequenter plures dilectiones:quod etiam non videtur concedendum.

¶ Ad iſtam deductionem reſpōdeo ꝙ per aliū actū: ⁊ cū additur ꝙ vel cedente primo vel manente: dicitur ꝙ vtrūqꝫ diuiſim poteſt dari. Et ſi detur primum cōcedendum eſt ꝙ beatitudo ſeu viſio beatifica eſt corruptibilis. Si tamē corrumpitur nō eſt beatitudo ſic accepto vocabulo vt accipit primum argumētum. videlicet vt cōnotat ꝑpetuitatem. ſiue ꝙ eo actu quis perpetuo deum videbit. Cū hoc tamen poteſt ſtare ꝙ videns ſit beatus: quia ſi ſimul prima cedit ⁊ alia ponitur: ita ꝙ nunꝙ ſit quin videat verbū ſemꝑ ipſe erit beatus ꝗꝛ nulla eius viſio erit/vel ſit beatitudo ad illū ſenſum. Et ſm hoc quecunqꝫ auctoritates dicūt ꝙ beatitudo ſit perpetua deberet exponi de beato. Secundo poteſt dici ꝙ primus actus manet cū ſcdo per hunc modū: ꝙ.ſ. in beato eſt quedam viſio perpetua qua ipſe videt verbum et totam beatā trinitatē preciſe/ vel in verbo etiam aliquas creaturas: ſicut deo placet in ſe illi oſtendere. Cum vero deus de nouo aliquas beato etiā in verbo creaturas oſtēdit cauſatur in illo alia viſio alterius ſpeciei a prima: qua etiā videtur verbum et alie creature in verbo: per hoc tū non creſcit intenſiue beatitudo illius. nec ipſe eſt magis beatus/nec perfectius intēſiue deū videt: qꝛ ille cum ſint alterius rationis non cōponūt aliquā vnam viſionē: ⁊ ꝗuis plura alia in eo videat non propter illa beatior: ſed ꝓpter deum ſolū. i. ex eo preciſe ꝙ deū videt eſt beatus: iuxta vulgatam auctoritatē Aug. 5. cōfeſ. hec aūt viſio tādiu manet/ꝗdiu placet deo: vt beatus videat illam rem: ⁊ poſtea cedit. ⁊ ſi iterum alia ſibi oſtēdat alia viſio cauſatur: ⁊ ſic tales ſibi ſuccedunt. prima tū manēte ſemper. Et ꝗuis vterqꝫ horum modoꝝ ſit poſſibilis de potētia dei vt vtrūqꝫ ponit quidā ſollēnis doctor neutrum alteri preeligens: mihi tū plus plus placet modus ſecundus: ꝓpterea: qꝛ magis ſaluat permenentiam viſionis beatifice: imo ſtricte ſumēdo ſolus ponit aliquā beatificā: de facto aūt quomodo contingat. vtrū altero horū vel alio beatis alia in verbo reuelari deus nouit. Occurrit aūt mihi vnus tertius modus quē non dubito eſſe poſſibilem: ⁊ magis puto eſſe de facto. vꝫ ꝙ quilibet beatus a principio ſue beatitudinis hꝫ viſionē verbi et omnium alioꝝ in verbo que deo placet illi oſtēdere/nec poſtea vlla ſit ei reuelatio noua: ſed ſemper ſimul ⁊ vno actu videt quecūqꝫ in verbo viſurus eſt. huic magis videtur conſonare intētio Auguſtini qui. 15. de trinita. ait. [Cap.16.] Tunc. ſ. videbimus deum ſicuti eſt. fortaſſis non erūt volubiles cogitationes noſtre ab alijs in alia eūtes atqꝫ redeūtes: ſed oēm ſcientiā noſtram. i. omnia que ſciemus vno ſimul conſpectu videbimus. Et ꝗuis hic loquatur cum nota dubitationis non aſſerendo: innuit tū per hoc eum id magis opinari. [Cap.13.] Sed. 12. confeſ. hoc idē de angelis abſqꝫ nota dubitationis affirmat dicēs: ꝙ ipſi ſunt illud celū celi intellectuale. vbi eſt intellectus noſſe ſimul non ex parte non in enigmate nō per ſpeculū: ſed ex toto in manifeſtatione facie ad faciē: non modo hoc modo illud: ſed qd dictum eſt noſſe ſimul ſine vlla viciſſitudine tempoꝝ: ⁊ hoc idē putādum eſt de beatis hoībus qui erunt equales angelis dei. iuxta verbū ſaluatoris. ¶ Si tū velimus oīno ponere ꝙ de nouo eis aliqua reuelētur: poſſet dici ꝙ per aliā notitiam que nō erit intuitiua verbi increati ſicut eſt bene ſibi poſſibile: vt tenui qū incepi lecturā ſententiarū. ⁊ per hos modos vitatur ex toto variatio beatifice viſionis quā certe ſancti vitare nituntur. vt innuunt in verbis eoꝝ/nec per iſtum modū negaretur: quin per aliam notitiam de nouo aliqua intelligāt: ſed non ꝙ per notitiā in verbo. neutrum tū horum aſſertiue: ſed tantūmodo dubitatiue et gratia inquiſitionis ſit dictum. ¶ Ad ſecundam rationem nego conſequentiam: et probationem ipſius: ⁊ vlterius concedo ꝙ non tot intēſiſſimas numero finitas poteſt ſimul recipere quin plures poſſit. nec hoc repugnat creature ſicut non obſtante ꝙ aliqua pars medij ſit repleta ſpecie albedinis: poteſt etiā intēſiſſima eo modo quo intenſiſſima dari debet. ſ. qua ſm naturā non poteſt eſſe intēſior in medio poteſt adhuc repleri intēſiſſima ſpecie nigredinis. ⁊ iterū ſpecie rubedinis ⁊ nō tot taliū: quin pluribus ſi tot eſſent cauſatiua ſpecierū. vnde talis receptiuitas infinita: vt ſic loquar: non repugnat creature/nec aliquā infinitatē perfectionis intrinſece arguit in ea: quinimo nō maioris perfectionis eſt poſſe recipere infinita ꝗꝫ duo: qꝛ qua ratione poteſt duo poteſt infinita: ita etiā inſtatur de habitibus in aīa: quoꝝ non tot quin plures poſſunt in illa eſſe ſimul: non enī vnus indiſponit ad receptionem alterius: ſed potius cōfert. Et ſi dicatur ꝙ ſecus eſt de actibus/ſeu actualibus intellectionibus: ⁊ de habitibus. nam plures habitus vtiqꝫ ſimul poſſemus naturaliter habere eque intenſos. experimur aūt ꝙ non multos actus ſimul eque intenſos poſſumus: quinimo dum intēte rem vnā cogitamus: mens diuertitur ab alia cogitatione in toto/vel in parte: ita vt non eque perfecte cogitet de re illa. ¶ Reſpon. ꝙ hoc vtiqꝫ verū eſt pro ſtatu iſto. ⁊ hoc eſt nobis pena peccati: [Cap.10.] ſicut etiā ſm Auguſti. primo de lib. ar. pena peccati eſt ꝙ mens aliqū perſpicuas ratiocinationes formidet: ⁊ de inuentione veritatis deſperet: aliqū etiā conetur in lucē intelligendi: ⁊ rurſus decidat fatigata. Et multas alias penas mētis ponit. Sed oīa ceſſabunt tunc: ⁊ libere poterit cogitare quecūqꝫ deus voluerit ſibi oſtendere. Et nota ꝙ per ſimilē rationē ꝓbari poſſet cōtra ſic arguentes: ꝙ non eſt in beatis aliqua notitia creata de rebus in ꝓprio genere: qꝛ tunc ſtante illa in ſumme beato nō poſſet aliam alterius ſpeciē recipere eque perfectā ſicut alius minus beatus par ſibi in naturalibus: ⁊ tū puto ꝙ ipſi non negarent talem notitiā cauſatam in beatis angelis. ¶ Ad auctoritatem Aug. dicēdum ꝙ Aug. intelligit ꝙ loquitur per ſubſtantiam ſuā non tanꝗꝫ per locutionē/vel cognitionē qua illi formaliter audiāt/vel cognoſcāt: ſed tū per obiectū ⁊ repreſentatiuū immediatū notitie illoꝝ: ita ꝙ nullū aliud mediū interuenit in quo cognito cognoſcāt que ſibi deus reuelat: ſecus aūt accipit cum loquitur his qui huic locutioni non ſunt idonei: qm̄ illis per medias aliquas creaturas loquitur: quas imediate intuētur: ⁊ in illis/vel per illas alia que ipſe repreſentāt: et hic ſenſus pꝫ ex eo quod ſtatim addit: illis aūt inquit qui eam capere non poſſunt cum loquitur deus non niſi per creaturā loquitur: aut tantūmodo ſpiritualē/ſiue in ſomnis/ſiue in extaſi in ſimilitudine rerū corporaliū: aut etiā per ipſam corporalē duꝫ ſenſibus corporis vel alia ſpecies corporis apparet vel inſonant voces. Ecce ꝙ ſimili modo ſubſtantiam ſuā comparat illi locutioni ſicut iſti ſimilitudines corporales ⁊ voces he autē nō ſunt actuales cognitiones quibus illi qb⁹ loquitur formaliter cognoſcūt: ſed obiecta cognita ſicut nos per voces ſignificatiuas quas audimus res ſignificatas apprehendimus. Et ſicut pulchre dicit vnus doctor ſic arguētes deberēt aduertere ꝙ Aug. etſi dicat ꝙ deus loquitur per ſubſtantiā ſuam: non tū dicit ꝙ illi audiunt per ſubſtantiā dei: poteſt ergo deus loqui per ſubſtātiam ſuam modo preexpoſito: ⁊ illi audire per actum creatum in ſe receptum quo audiunt intellectualiter ſubſtantiam dei: ſicut et alijs loquitur per voces corporales et illi audiunt per actū in ſe receptū quo voces illas apprehēdūt. ¶ Ad vltimum dicendum ꝙ illud vtiqꝫ eſt de intentione Philoſophi ⁊ Cōmentatoris: ſed ꝙ ſic ſit ꝗtum ad hoc ⁊ de intelligētijs abſtractis hoc non intendunt: ſed expreſſe oppoſitū: vt pꝫ ex ibidē adductis: nihilominus tū ⁊ ſuū dictum etiā de intelligentijs eſt falſum: nec ipſi probant.

**Quantum** ad ſcdm articulū ⁊ principale queſitum dico duas cōcluſiones. Prima eſt. ꝙ angelus aliquā rem intelligit intellectione a ſe et a re intellecta eſſentialiter diſtincta. Probatur primo: quia angelus cognoſcit creaturam in verbo per notitiam in illo creatam: ſicut patet ex auctoritate Augu. 2. ſuꝑ Geū. allegata in tertia ratione ꝓ tertia concluſione precedentis articuli. patet etiam ex alia quā eodem ca. ſcribit. ait enim. Queādmodū ratio qua creatura cōditur prior eſt in verbo dei ꝗꝫ creatura ipſa que conditur. ſic ⁊ eiuſdem rationis cognitio prius ſit in creatura ſpirituali que peccato tenebrata non eſt ⁊c. ratio autē illa nihil aliud eſt ꝗꝫ ipſum verbum. Si autem eius cognitio ſit in creatura illa ſpirituali. igitur eſt eſſentialiter diſtincta tā a vbo ꝗꝫ a creatura in qua ſit. igitur ipſum verbū intelligit angelus ꝑ intellectionem a verbo et a ſe eſſentialiter diſtinctam. patet conſequentia. quoniam per illam notitiam immediate intelligunt verbum ipſum. ¶ Preterea. ꝙ quālibet rē extra ſe quā intelligūt intelligant intellectione diſtincta ab illa re ſufficienter probari poteſt ꝑ ſecūdā rationē tertie concluſionis ꝑcedentis articuli. et per Augu. ex. 4. ſuper Geū. in pluribus locis. ꝙ vero talium rerum notitia etiam ab ipſo angelo ſit diſtincta: ⁊ ab eodem ibidem poteſt haberi. Et probatur inſuꝑ per articulū Pariſieū. 84. qui eſt talis. Qꝛ ſubſtātia intelligentie non differt a ſcientia eius. ibi enim non eſt diuerſitas intellecti ab intelligēte. nec diuerſitas intellectorū error. ¶ Preterea. Si nulla intellectio intelligētie eſſet diſtincta ab ea. quelibet intelligentia eſſet eque ſimplex vt deus. conſequens eſt falſum: ⁊ contra theologiā et philoſophiā: etiam ſicut patet [Cōmē.51.] 12. meta. ⁊. 3. de anima. conſequentia patet. qꝛ hac cōpoſitione [Cōmē.5.] que eſt intellectus cū ſua intellectione ſublata: ꝙ. ſ. nulla intellectio ſit forma inherens intellectui non apparet veriſimile ꝙ aliqua alia cōpoſitio remaneat in intelligentia pro eo ꝙ quelibet alia minus ſibi videatur ineſſe. ¶ Secunda cōcluſio eſt. ꝙ quātā cūqꝫ rem intelligit angelus intelligit intellectione a ſe et a re illa eſſentialiter diſtincta. hoc ꝓbatur: quia omnis res quā itelligit vel eſt extra ipſum vel in ipſo vel ipſe. ſed omnē extra ipſum ipſe intelligit intellectione a ſe diſtincta: ⁊ ab illa vt ꝓbatum eſt. Item itellectio qua ſe intelligit eſt ab eo eſſentialiter diſtincta: quia ſi intellectio qua ſe itelligit eſſet eadem ei: eadem ratione dilectio qua ſe diligit eſſet eadem ſibi: et ſi ſic tunc non poſſet ſe plus et minus diligere. hoc autē falſum eſt. potuit enim diabolus ſe minus ſeu remiſſius diligere: alias ſe tātū diligendo quantū dilexit non plus ꝗꝫ debuiſſet ſeu immoderate ſe dilexiſſet: ac per hoc nō perverſo et immoderato ſui amore peccaſſet: cuius oppoſitum ſententialiter ponit Auguſt. 2. ſuper Geū. capitulis [Cap.vlti.] 21. ⁊. 22. ⁊. 14. de ciui. dei. Item rem exiſtentem in ſe intelligit intellectione a ſe et a re illa eſſentialiter diſtincta. et hoc patet: quia eadem ratio eſt quantum ad hoc de ipſo et de nobis. ¶ Ad rationes principales reſpondeo. Ad primam nego antecedens. et ſimiliter antecedens prime probationis eius: ⁊ etiam propoſitionem aſſumptam pro illius probatione: nec probatio vlteriorum eſt ad propoſitū: quia actus quo intellectus intelligit ſe non eſt medius inter ſe intelligentem et ſe intellectum: alias diſtingueretur a ſeipſo. Et preterea ſi actus ſic mediaret. igitur diſtingueretur ab his inter que mediaret: et per cōſequēs propoſitum concluditur et oppoſitum illius quod intendit argumentum. ¶ Ad ſecundam etiam probationem negandum eſt antecedens. Ad probationem dicendum ꝙ propter talem preſentiam non tollitur quin intellectione diſtincta intelligatur: ſed ſolum ꝙ per aliquam ſpeciem aut aliud repreſentatiuum dum ipſa ſit actualiter in intellectu non repreſentantur. ¶ Ad tertiam probationem dicendum ꝙ antecedens eſt falſum: et ſimiliter probatio eius: vt dictum eſt: ꝗuis etiam ſi vera eſſet non probaret illud quod directe intendit: eo ꝗꝫ illud verbum Philoſophi dictum ſit de intelligentijs abſtractis: non de intellectu humano: vt ſupra tactum eſt ⁊c. ¶ Ad ſcdam rōnem principalē etiā antecedēs. Ad ꝓbationem cōcedo ꝙ illa eſſet forma imaterialis ⁊ abſtracta. Et cum infertur ꝙ eſſet intellect⁹: nego cōſequētiam. Ad probationē dicēdum ꝙ verbū Cōmēta. intelligēdum eſt [12. m. 36.] de formis imaterialib⁹ ſubſtātialibus: quales ſunt anime [3. 8. 16.] rōnales ⁊ ipſe ſubſtātie ſeꝑate: non autē earū accidentia: et ipſe quidē dicūtur forme nō quidē ab actu informādi: ſed ab actualitate eſſendi: ſeu nō quia informāt: ſed quia ſunt actus quidā: vnde ⁊ forma frequēter ꝓ actu accipitur: ſm quā acceptionem in pluribus locis Cōmētator ipſas intelligētias formas appellat. ⁊ etiā ipm deū: et Auguſt. ſimiliter. 15. de tri. et. 2. de lib. ar. et plurib⁹ alijs: dicūtur [Cap.16.] etiam huiuſmodi ſubſtantie forme: qꝛ ſunt principia operationum. [Cap.30.] nam a forma egreditur operatio. vnde dicitur ꝙ operatio fecit ſcire formā.

¶ Diſtinctiones. vij. Queſtio. iij.

**SEcundo** circa iſtaꝫ materiā de cognitiōe angeloꝝ. Quero vtꝝ angeli cognoſcāt res per ſpēs diſtinctas ab actualibus notitijs qb⁹ res ipſas cogſcūt. Et arguitur ꝙ nō. hō non cognoſcit per ſpēs diſtinctas a ſuis notitijs. igitur nec angelus. cōſequētia patet. quia nō plurib⁹ indiget angelus ad cognoſcēdum cum ipſe ſit ꝑfectior in natura intellectuali ꝗꝫ homo. antecedēs ꝓbatur. qꝛ homo nō ſentit per ſpeciē diſtinctū a ſenſatione. igitur nec itelligit per ſpēm diſtinctā ab itellectione. igitur homo nō cognoſcit per ſpēm diſtinctā a cognitione. prima cōſequētia patet. qꝛ potētior eſt intellectus ꝗꝫ ſenſus. Secūda ꝓbatur. quia oīs notitia hoīs eſt ſenſatio vel intellectio. antecedēs primū patet. quoniā in viſione ſenſitiua exteriori nullam ſpeciem experimur: nec per rationem aliquam poſſumus conuincere ſpeciem huiuſmodi ab actu diſtinctā. nam poſitis preciſe colore ⁊ luce ac viſu: bene diſpoſito in ſe. ⁊ ad colorē ponitur viſio. nec aliud aliquid requiritur.

**Ad oppoſitū** arguitur auctoritate Dioū. 4. de di. no. d. ꝙ angeli illuminātur per formas ſciētiales rerum et rationes.

¶ Item decima propoſitione de cauſis ſcribitur. omnis intelligentia eſt plena formis. forme autē et ſpecies idem ſignificant.

**Reſpondeo** hic erunt articuli tres. nam primo inquiretur vtrum homo cognoſcat per ſpecies. Secūdo vtrū per ſpecies diſtinctas eſſentialiter a notitijs: que duo implicātur argumēto queſtionis. Tertio quod principaliter queritur.

**Quāuis autem** materia primi articuli ſit aliqualiter pertractata in ꝑmo libro. diſt. 3. q. 1. Ad pleniorem tamē diſcuſſionem eius: et propter collationē de ipſa habita in principijs librorum ſententiarū inter quoſdā bachalarios concurrētes mecū in lectura ⁊ me: volo iterum aliqualiter eam hic tractare. non replicādo tamen que in primo dicta ſunt: niſi quaten⁹ oportuerit: ꝓpter aliqua obiecta vel dicta contra illa: ne tamen equiuocatio huius vocabuli ſpecies inquiſitioneꝫ eiuſmodi vllo modo ꝑturbet. ꝑmitto diſtinctionē quādaꝫ de nomine ipſo: ꝗuis hoc nomen ſpēs ſit ad multa valde equiuocum. dimiſſis tamen multis ſignificationib⁹ eius: et ſumendo ipſum tantūmodo vt cadit in vſu diſputātiū ⁊ tractantiū de notitia et modo quo anima cognoſcit. dico ꝙ quadrupliciter poteſt accipi. Primo cōmuniſſime

pro omni forma ad notitiã habendam concurrente: ⁊ ſm
hunc modum etiam ipſa forma corporis quod cognoſci-
tur dicitur ſpecies. Secũdo cõmunius pro omni forma
que eſt aliquo modo ratio cognoſcendi aliam rem: et ſm
hunc modum ars et alij habitus cognitiui poſſunt dici
ſpecies. Tertio modo cõmuniter ꝓ forma qualibet que
eſt ſimilitudo et imago rei cognite per quam res illa co-
gnoſcitur: et ſm hunc modum etiam ipſa actualis noti-
tia dicitur ſpecies. Quarto modo ſumitur ſpecialiter et
proprie. ſ. pro forma que eſt ſimilitudo ſeu imago rei co-
gnite per quam recognoſcitur manens naturaliter in ani
ma. etiam poſtꝙ anima deſijt actualiter cognoſcere eſt
apta nata ducere animam in notitiam rei cuius ipſa eſt
imago et ſimilitudo. Primo et duobus vltimis modis
Cap. 9. vtitur nomine ſpeciei Augu. 2. de trini. et modo ſecundo
T. c. 22. vtitur. 7. meta. in illo. c. Eorum autem que fiũt. cum ait.
⁊ 23. medicinalis autem et edificatoria eſt ſpecies ſanitatis et
domus. In propoſito autem hoc nomen ſpecies ſumitur
tñ quarto modo. ¶ His premiſſis circa hũc articulum
pono quattuor concluſiones. Prima eſt. ꝙ in anima no-
ſtra ſunt tales ſpecies rerum ſenſibilium. Secũda eſt. ꝙ
in anima ſunt etiam ſpecies rerum aliquarum inſenſibi-
liũ ⁊ mere intelligibilium. Tertia eſt. ꝙ aliquas res qñqꝫ
aĩa ſiue homo cognoſcit ꝑ ſpecies. Quarta. ꝙ aliqs res
qñqꝫ cognoſcit homo et non per ſpecies. ¶ Primam cõ-
cluſionem probo primo ſupponendo vnum quod quili-
bet experiri poteſt in ſeipſo. videlicet ꝙ quandocũqꝫ ali-
quis cogitat de aliqua re ſenſibili non tunc preſente: quã
tamẽ alias vidit. verbi gratia. de leone: ita ſue cogitatio-
ni immediate obijcitur aliquid qḋ eſt leo vel ſimile leoni:
ſicut cum quis intuetur oculis colorem in pariete imme-
diate ſue viſioni obijcitur color ille. ſic ego pro certo ſem-
Cap. 8. per experior: ſicut ſe expiri ĩſinuabat Aug. cũ. 2. de trini.
dicebat. ita fit vt omnis q̇ corporalia cogitat ſiue ipſe ali-
quid confingat ſiue audiat aut legat vel preterita narran
tem vel futura prenũtiantem ad memoriam ſuam recur-
rat: et ibi reperiat modum atqꝫ menſuram omnium for-
marum: quas cogitans intuetur. conſtat enim ꝙ hoc non
poterat ſibi eſſe notum niſi per experiẽtiam: qua experie-
batur ꝙ quandocũqꝫ aliquid ſenſibile non preſens cogi-
tabat aliquid immediate obijciebatur: vt dictum eſt: ſue
cogitationi: et ita arguebat ꝙ alij experirentur. Et quia
per rationem conuincebat illud tale nõ eſſe rem aliquam
extra animam exiſtentem: et tamen eſſe veram aliquam
entitatem: concludebat ꝙ erat forma aliqua in memoria
talis qualem dixi nomine ſpeciei ſignificari. Hoc idem
ſe experiri monſtrabat Philoſophus in de memoria et
re. vbi ait. ꝙ cum aliquis intelligit aliquod quãtum: etiã
non inquantum quantum ante oculos eius ponitur ali-
quod quantũ. et conſtat ꝙ nõ loquebatur de oculis exte-
rioribus. alias nõ poſſemus de nocte talia ĩtelligere. Itẽ
etiam ipſe non probaret ex hoc intentum. ſ. ꝙ intelligere
talium non eſt ſine phantaſmate. Quid autẽ eſt poni an-
te oculos niſi videri ſeu obijci viſioni. Cum igitur iſti ſic
Io. ſco. experirẽtur in ſeipſis: et ego ſimiliter ſemper experiar mi-
ror multum ꝙ hanc ſuppoſitionem quidam ſocius nega-
uit dicens talem experientiam nõ eſſe ſibi cõmunem. nec
pro certo ſibi credo ſalua gratia ſua: ſuppoſito ꝙ ipſe ſit
homo vniuoce mecum. ſuppoſita igitur hac experientia
probo propoſitum ſic. Illud quod ſic obijcitur cogitanti
ſenſibile non preſens nõ eſt aliqua res extra animum exi-
ſtens. igitur eſt aliqua ſpecies ſeu imago vel phantaſma
eius exiſtẽs in anima. non enim curo de nomine. nã quoli
bet predictorum in ſua ſignificatione frequenter vtuntur
auctores. conſequentia eſt ſatis clara. antecedẽs probo:
quia ſi illud tale eſſet aliqua vna res extra animã: ſic co-
gitans poſſet euidenter cognoſcere rem illam exiſtere et
cognoſcere vbi eſt et quid agit et ſimiles veritates cõtin-
gentes de ipſa: qḋ eſt contra cõmunem experientiam. con
ſequentia hec probatur auctoritate et ratione. Auctori-
tate quidem Augu. quoniam eãdem conſequẽtiam: et ad Cap. 8.
idem propoſitũ probat in de quãtitate anime. vnde diſci-
pulo loquente de vrbe Mediolanenſi nõ ſibi preſente quã
alias viderat: et tunc recordabatur et dicente. Quid ibi
agaẗ ignoro. qḋ vtiqꝫ nõ ignorarem ſi animus meus vſqꝫ
ad ea loca porrigeretur preſentia ſentiret. rñdet Aug. ve-
rum videris mihi dicere. non poteſt autem ĩtelligi hoc di
ctum de preſentia locali quoniam eſto ꝙ ipſe clauſis ocu
lis fuiſſet intra vrbem illam. et de ipſa tunc cogitaſſet ſi-
militer ignoraſſet quid ibi agebatur. loquebatur ergo de
preſentia immediationis obiectiue: ac ſi diceret: ſi cogita
tio mea immediate terminaretur ad illa loca: vel ſi ea ad
que immediate terminatur eſſent illa que vidi non igno-
rarem quid ibi nunc agatur. Similem conſequentiã ipſe
etiam facit in de vera reli. Si vna eſt roma ⁊c̃. vt in ꝑmo Cap. 63.
allegatum eſt. et iterum ſubdit. Si vnus eſt ille amicus
meus falſus eſt iſte quem cogitans fingo: et probat. nam
ille vbi ſit neſcio. iſte ibi fingitur vbi volo. Ratione etiam
probo. quia nulla ratio eſt ꝓpter quã videns rem aliquã
immediate per ſenſum exteriorem nouit illã eſſe et alias
veritates contingentes de ipſa: niſi quia illã in ſeipſa im-
mediate cognoſcit: ita igitur eſſet in porpoſito ſi cogita-
tio ipſa interior ad rem extra immediate terminaretur.
¶ Sed ad hanc dicebatur a duobus cõſocijs Bachaꝛ. Frat Frã
ꝙ alia ratio erit. ſ. quia viſio ſenſus exterioris eſt notitia ciſcus de
intuitiua cuius virtute tales veritates contingentes co- triuiſio ꝑ
gnoſci poſſunt. Cogitatio vero rei abſentis eſt notitia ab- dicator.
ſtractiua per quam nõ poſſunt tales veritates cognoſci. Io. ſco.
Hoc non valet: quia quero quã notitiã ⁊ qua ratione di-
cis ĩtuitiuã alicuius rei: aut enim eã que ĩmediate termi
natur obiectiue ad illã: ⁊ ideo dicis eã intuitiuã: quia ſic
immediate terminatur: et tunc ſequitur ꝙ ſi cogitatio in-
terior immediate terminatur ad rem extra ipã eſt notitia
intuitiua eius. ⁊ vlterius ſequitur illatum. vel eam dicis
intuitiuã vt aliqui moderni dicunt: qua poteſt ſciri rem
eſſe ſi eſt: vel non eſſe ſi non eſt: et alie veritates contingen
tes de illa: et tunc dicere ꝙ hoc nõ poteſt per huiuſmodi
notitiam: quia non eſt intuitiua: et per illam poteſt: quia
eſt intuitiua non eſt aliud ꝙ̃ dicere per iſtam et per illam
poteſt. quia poteſt per illã. et eſt ſoluere queſtionem per
ſeipſam. et ſimiliter poterit alius dicere per cogitatiõem
poteſt illud cognoſci: et nõ per viſionem exteriorem: eo ꝙ
illam dicet intuitiuam ⁊ viſionẽ exteriorẽ abſtractiuam.
¶ Preterea. Quero quare per illã quã dicis intuitiuã
poſſunt tales veritates cognoſci: nec videtur ꝙ ratio ali-
qua reddi poſſit preter hanc: quia. ſ. immediate termina-
tur obiectiue ad rem ipſam. igitur ſimiliter dicendũ erit
de cognitione ſi immediate ad rem extra terminetur ſiue
eã poſtmodum velis vocare ĩtuitiuã ſiue abſtractiuam:
quia de vocabulis non debet eſſe cura. relinquitur ergo
ꝙ illud ad quod cogitatio talis ĩmediate obiectiue ter-
minatur non eſt res aliqua extra. ¶ Secundo ꝓbo idem
antecedens: et ſuppono duo. vnum eſt ꝙ quandocũqꝫ ali
quis ſic cogitat de ſenſibili non preſente idipſum obijci-
tur immediate ſue cogitationi: ſi aliquod tale ſenſibile ſit
actu extra animã: qḋ obijceretur ſi nullum tale eſſet peni-
tus: et hoc eſt clarũ. ei enim qui vidit roſam ſi cogitet de
roſa poſito ꝙ nulla ſibi ſit preſens: ſint tamen multe in mũ
do non aliud obijcitur ꝙ̃ ſi nulla tũc eſſet: alias poſſet vi
cogitationis preciſe cognoſcere vtrũ aliqua eſſet in mun-
do vel non. Itẽ cogitando in eſtate quando multe ſunt: ⁊
cogitando in hyeme quando nulla eſt experiretur vel ex-
periri poſſet diuerſitatem obiectorum immediate termi-
nantium ſuas cogitationes que ſunt contra omnem expe



rientiam. Secundo ſuppono ꝙ quãdocũqꝫ quis cogitat
de ſenſibili non preſente illo quod ſibi immediate obijci-
tur eſt aliqua entitas vel alique entitates actu exiſtẽs vel
exiſtentes in rerum natura ſiue in anima ſubiectiue ſiue
extra animam. hoc patet: quia ad non ens nulla ſimplex
notitia noſtra naturaliter habita immediate terminatur.
Ex his probo propoſitum ſic. illud quod obijcitur cogi-
tanti de ſenſibili non preſente dũ nullum tale ſenſibile eſt
actu extra animam non eſt aliqua res extra animam. igi-
tur illud quod obijcitur cogitanti de ſenſibili non preſen-
te non eſt aliqua res extra animã. antecedens probatur.
quia ſi illud tunc eſſet aliqua res extra animam non eſſet
niſi aliquod talium ſenſibilium. non enim poteſt dici ꝙ il-
lud quod obijcitur cogitanti de roſa ſit aliqua res extra
animam et non ſit roſa: et ſic aliquod tale eſſet et nullum
tale eſſet: quod non conuenit. conſequentia ꝓbatur. quia
ſemper illud quod obijcitur ſic cogitãti eſt aliqua res vt
dicit ſuppoſitio ſecunda et intelligo ſemper de eo quod
obijcitur immediate: et per conſequens illud quod imme
diate obijcitur ſic cogitanti quando nullum tale ſenſibile
eſt extra animam: vtiqꝫ eſt aliqua res exiſtens ſubiectiue
in anima. igitur per ſuppoſitionem primam illud quod
obijcitur immediate cogitanti de ſenſibili ſimili quando
aliquod tale extra animã: eſt etiam aliqua res in aĩa: igiẗ
Frã. ꝑdi. nõ eſt aliqua res extra aĩam. ¶ Ad hanc rationem reſpõ
Io. ſco. debatur negando ſuppoſitionem ſecundã. In hac nega-
tione conueniebant duo ſocij Bacha. propter quod pro-
bo: ſicut et tunc probaui noſtram propoſitionem vniuer-
ſalem: cuiuſlibet notitie ſimplicis habite a nobis natura-
liter immediatum obiectum eſt aliquod actu exiſtens ſi-
ue aliqua entitas vt prius aſſumpſi. hoc probatur primo.
quia ſi detur oppoſitum: ſequitur ꝙ de nullius rei cõtin-
gentis actuali exiſtentia poſſumus naturaliter eſſe certi.
probatur conſequẽtia. quoniam talis certitudo prouenit
primo ex notitia ſimplici qua immediate illam vel aliam
rem immediate in ſeipſa conſpicimus. vnde ſi ab aſſeren-
te albedinem exiſtere aut aliã rem aliquã queratur quo-
modo conſtat ſibi ꝙ illa ſit dicet: quia video illam: ita de
alijs rebus inſenſibilibus q̃ intra nos ſunt: ſicut ſunt ope
rationes anime interrogatus non aliter reſpondebit: niſi
quia video ſeu mente conſpicio. Sed ſi quod immediate
per aliquam notitiam conſpicitur non exiſtit: non pote-
rit quis naturaliter eſſe certus ꝙ illud quod per aliam ſi
ue eiuſdem ſiue alterius rationis immediate conſpicitur
exiſtat non apparet. vnde nec valet dicere: quia alia eſt
intuitiua: quoniam ſi per intuitiuam intelligatur notitia
per quam ſciri poteſt rem obiectam exiſtere: vt aliqui
deſcribunt: pariter probatur ꝙ nulla ſit intuitiua. ¶ Se
cundo confirmo iſtud ex intentione expreſſa beati Aug.
Cap. 18. 2. confeſ. vbi determinat ꝙ nec preterita poſſunt ſcienter
⁊ 19. narrari ſeu cognoſci naturaliter: neqꝫ etiam futura pre-
cognoſci vel predici niſi ex cognitione aliquorum preſen-
tium: ⁊ ex hoc fundamento preciſe tanꝙ̃ ſibi certo princi
pio ꝙ illud quod non eſt videri vel cerni immediate ani-
Cap. 18. mo non poteſt. vnde arguit ꝙ preterita et futura ſunt ex
eo ꝙ illa narrantur et iſta predicuntur ac per hoc viden-
tur: non autem videri poteſt inquit ipſe quod non eſt. Et
Cap. 19. paulopoſt ca. ſequente ſubdit. d. ꝙ̃ꝙ̃ preterita cum vera
narrantur ex memoria proferuntur non res ipſe que pre-
terierunt. ſed verba concepta ex imaginibus earum que
in animo velut veſtigia per ſenſus pretereundo fixerunt:
et dat exemplum: pueritia quippe mea que iam nõ eſt: in
preterito tempore eſt qḋ iam non eſt: imaginem vero eius
cum eã recolo ⁊ in ꝑſenti tempore intueor: qꝛ eſt adhuc in
memoria mea. Ecce ꝙ ꝑ cognitionem imaginis in memo
ria actu exiſtẽtis recoluntẗ et cognoſcuntẗ ꝑterita: deinde
ĩmediate loquiẗ de futuris: vtrum aũt ſimilis ſit cã etiã
ꝑdicẽdorꝫ futurorꝫ vt rerum que nõdum ſunt iam exiſtẽ-
tes preſentiantur imagines confiteor: deus meus neſcio:
et poſt pauca ſubdit. Quoquo modo itaqꝫ ſe habeat ar-
chana preſentio futurorum videri niſi qḋ eſt nõ poteſt: qḋ
autem iam eſt nõ futurum: ſed preſens eſt: ⁊ tũc conſequẽ
ter interpoſitis etiam exẽplis declarat ⁊ determinat ꝙ fu-
tura non poſſunt immediate cognoſci: ſed tantũmodo me
diantibus notitijs actu exiſtentium et preſentium rerum
ſignorum. ſ. vel cauſarum ipſorum: et loquitur de cogni-
tione quam naturaliter habemus. non autem de illa ſan-
ctorum prophetarum: vt ibi patet manifeſte. ſic igitur pa
tet propoſitio illa. ⁊ per conſequens efficacia facte ratio-
nis. ¶ Cõtra iſtam tñ propoſitionẽ arguit vnus ex ſocijs
dupliciter. Primo ſic. obiectũ ĩmediatũ cogitationis il-
lius qui vidit roſam / roſa illa corrupta aut eſt roſa ſimilis
illi roſe corrupte que fuit a cogitãte apprehẽſa. ⁊ hoc nõ:
qꝛ de ſola illa quã vidit cogitat / aut eſt ſimilitudo roſe cor
rupte: et hoc non: qꝛ nulla cogitatio qua cognoſcitur res
ſenſibilis extra / ſiue illa ſit / ſiue non ſit terminatur ad ali-
quid exiſtens in aĩa tanꝙ̃ ad obiectum cognitũ: vt pluri-
bus rationibus inferius ſoluendis ipſe ꝓbabat. aut illa-
met roſa que fuit apprehẽſa: ⁊ habetur intentũ. ¶ Secũ
do ſic. obiectum cõplacentie immediatum aliquando eſt
non ens. ergo obiectũ immediatum cogitationis rei com
placentis aliquando eſt non ens. conſequentia probatur.
quia quãdo ſunt due potentie eſſentialiter ordiate: quic-
quid eſt obiectum immediatum actus vnius et alterius.
Sed voluntas ⁊ intellectus ſunt hmõi ad ſanum intelle-
ctum: qꝛ impoſſibile eſt volũtatem velle / vel nolle aliquid
niſi intellectus precognoſcat illud. antecedẽs ꝓbatur. qꝛ
aliquis opinãs virtutem iuſtitie / vel tẽperantie in aliquo
in quo non eſt cõplacet virtuti que nõ eſt. ¶ Ad primum
reſpondeo ꝙ obiectũ illius cogitationis ĩmediatum eſt ſi
militudo roſe corrupte. ⁊ illam ꝓpoſitionem aſſumptam.
Ad probãdum oppoſitum nego. ad probationes aũt eius
reſpõdebo infra in queſtione tertia huius articuli. ¶ Ad
ſcõm nego cõſequentiã. ad probationem qñcũqꝫ due ſunt
potentie ⁊c̃. nego illam. ſm enĩ illa que teneo ipſa multas
ſingulares habet falſas. ipſe vero eam non probat: ſed ab-
ſolute ponit. Vlterius dico ꝙ ꝙ̃uis ad bonũ intellectum
concedi poſſet ꝙ omne nolitum / vel nolitum eſt cognitum
non tñ eſt dicẽdum ꝙ quicquid eſt ĩmediatum obiectum
actus volũtatis eſt immediatũ obiectũ actus intellectus
in nobis: ſicut de nobis ipẽ loquitur. Et patet in exemplo
de beato qui eadẽ notitia qua videtur verbũ videt crea-
turam in verbo: vt opinor ⁊ opinãtur multi doctores: poſi
to igitur ꝙ beatus aliquis videat in verbo peccatũ alicu
ius viatoris. hac notitia ⁊ nulla alia ſtante in ipſo poterit
ille odire peccatũ viatoris predicti. et tunc peccatũ illud
oditum: ꝙ̃uis ſit etiam cognitũ: ſi tñ eſt immediatũ obie-
ctum odij: nam odiẗ mediãte alio odito quod ipſum non
eſt immediatũ obiectum notitie illius beati. Sed verbũ
tñ: et verbum ipſum ſic eſt immediatũ obiectũ notitie ꝙ
non odit. Alius etiam ſocius probat predictã propoſitio-
nem eſſe falſam: quia nullo elephante exiſtẽte dicebat ip-
ſe poſſet naturalis Philoſophus cogitare de elephante.
¶ Reſpondeo ꝙ niſi Philoſophus ille haberet: tunc in
mente ſpeciem / vel conceptum elephãtis nequaꝙ̃ poſſet
de illo cogitare: ſicut ex dictis apparet ⁊ ex dicendis am-
plius apparebit. ¶ Tertio probo antecedens ſic. contin-
git alicui cogitanti rem aliquã quam nunꝙ̃ ſenſit per ſen-
ſum exteriorẽ. ſimile obijci eius quod obijcitur alteri qui
eam alias vidit. vnde ſi aliquis qui vidit elephãtem nar-
ret alteri qui nunꝙ̃ vidit qualis figure ſit et diſpoſitionis
mẽbrorum audienti occurret. ſimile eius quod occurret
narranti. preſertim ſi ille diſtincte narret ⁊ perfecte. ⁊ au-
diens bene vigeat potentijs interioribus: ſicut Ariſtoteẗ.

narrat de quodam antiquo qui ita informabat res trāſlatas ad ipſum per auditum quas nunq̄ vidit. ac cum ille forme experimentabantur ⁊ inueniebant̄ ſm verā diſpoſitionem vt ſcribit Cōmen. in de memoria et re. ſed cōſtat ꝙ audienti nō immediate obijcitur verus elephas extra animā. q2 nō vniuerſalis cum nō ſit talem dare nec quilibet vel omnes ſingulares vt eſt clarum: nec eſt aliqua ratio cur vnus ſingularis determiāte potius q̄ alius: cum ipſe nunq̄ aliquem viderit. igitur nullus verus elephas extra obijcit̄ imediate tali audiēti. igit̄ nec narrāti. ac ꝑ hoc illud qđ ſibi cogitāti de elephāte nō preſente obijcitur imediate nō eſt aliqua vna res extra animā exiſtens. ¶ Ad hāc rationē reſpōdēdo dicebat̄ ꝑ vnū: ꝙ nō obijcitur audienti aliqs elephas vniuerſalis: nec etiā quilibet ſingularis. Sed aliquis ſingularis ſub ratione nō ſingularis ſignati ⁊ determiati: ſed ſingularis quodāmō vagi. Alius vero dicit ꝙ tali audienti obijcit̄ quilibet elephas ſingularis: q2 quilibet indifferēter cognoſcitur illa cognitione. nec aliud eſt obijci q̄ cognoſci. ¶ Ad excludendū has reſpōſiones premitto ſuppoſitiones duas. vna eſt. ꝙ quādocūq̄ aliquod ſenſibile extra non p̄ſens cogitamus ſiue alias aliquid tale ſenſerimus ſiue nō. ita obijcit̄ imediate aliquid cogitationi noſtre ꝑ modum obiecti cogniti: quicquid illud ſit: ſicut cum exterius oculis corporis intuemur: obijcitur viſioni noſtre color quē videm⁹: ⁊ ita ad illud īmediate terminat̄ aſpectus noſter interior: ſicut ad colorem in pariete immediate terminatur viſio corporalis exterior. Et hec ſuppoſitio patet ꝑ cōmunē omniū experientiā: quā etiā fatetur Augu. vt ſupra recitatū eſt. ¶ Secūda ſuppoſitio eſt. ꝙ illud qđ ſic obijcit̄ nō eſt pure nihil. Sed eſt aliqua entitas: ⁊ hec fuit ꝓprie ꝓbata: et confirmatur q2 experimur aliquādo nos aſpicere vnū tale. aliquādo duo. aliquādo tria. vel ſm aliū numerum ꝓ libito voluntatis noſtre. conſtat autem talem multitudinem non niſi entitatum eſſe poſſe. ¶ His premiſſis pono contra vtrāq̄ reſponſionē duas concluſiones. Prima eſt. ꝙ illud qđ eſt īmediatū obiectum cognitiōis eius qui nunq̄ aliquid tale ſenſit exterius nō eſt vna res extra animā. Hanc ꝓbo: ⁊ pono vt prius ꝙ aliquis qui nūq̄ vidit elephātem cogitet ad narrationem alterius de elephāte: illud qđ ſibij obijcit̄ eſt entitas vel alique entitates ſi plura talia obijciātur: vt patet ex ſuppoſitione. Secūdo ſupponatur ꝙ ſit vna ⁊ vocetur illa a. ita ꝙ a. ſtet determinate pro illa entitate. tunc ſic. a. non eſt aliquis elephās vniuerſalis extra animā vterq̄ concedit. ⁊ ꝓbatū eſt. nec eſt aliquis verus elephas ſingularis: quia non eſt ratio cur potius dicatur ꝙ ſit iſte vel ille quocūq̄ ſingulari elephāte vero demonſtrato: cū nullum vt ſupponitur ipſe nunq̄ ſenſerit. igitur non eſt aliquis elephas ſingularis nec iuuat diſtinctio de ſingulari vago ⁊ ſignato ſeu determinato: quia quicquid ſit de talib⁹ modis apprehendendi determinate et vage ſeu de apprehenſione determinata et vaga ad bonum intellectum verbi. in rerum tamen natura nō cadit diſtinctio ſingularis determinati ⁊ vagi: quaſi ſit aliquis verus elephas extra animam ſingularis determinatus: aliquis vero vagus. Sed quilibet eſt aliqs ſingularis certus et determinatus ⁊ diſcretus a quolibet alio. Nunc autem non eſt ratio ꝓpter quā a. ſit vnus talium potius q̄ alius ſiue vage ſiue determinate dicatur aliqs elephas obijci cogitationi. ¶ Ad hāc aūt replicationē ipē reſpōdit. d. ꝙ a. ſub rōne indiuidui vagi cogitatū et acceptū nō eſt iſte vel ille: q2 iſte vel ille dicit indiuiduū determinatū ⁊ ſignatū: ⁊ ideo nō ſequit̄ a. ſic cogitatum nō eſt iſte nec ille elephas. igitur nō eſt aliqs ſingularis elephas. ¶ Cōtra primo ſic. oīs elephas ſingularis exiſtēs extra aīam eſt iſte elephas vel ille vel ille: ſic quēlibet elephātem ſingularem exiſtentem extra aīam demonſtrando: ſed a. ſub ratione indiuidui vagi cogitatum non iſte vel ille ſingulis demōſtratis. igitur a. ſic cogitatū non eſt aliquis ſingularis exiſtens extra aīam. Minor huius rationis eſt nūc data per enim: ⁊ maior patet: quia ipſa eſt vna vniuerſalis affirmatiua: cui⁹ quelibet ſingularis eſt vera. quocūq̄ enim elephāte ſingulari extra animā exiſtēte demonſtrato verū eſt dicere: iſte elephas ſingularis exiſtens extra aīam eſt iſte elephas: eodem demonſtrato in ſubiecto ⁊ in predicato: alias ipſe nō eſſet ipſe. Et ſeq̄tur. iſte elephas eſt iſte elephas. igitur iſte elephas eſt iſte elephas vel ille vel ille: ſic quēlibet demonſtrādo. Cōcluſio autē huius rationis cōtradicit ei quod ipſe dedit in p̄ma reſponſione. dicit eñ ꝙ a quod eſt obiectum cogitationis in caſu dato: de quo etiam dicit ꝙ non eſt cogitatum niſi ſub ratione indiuidui vagi vtiq̄ eſt aliquis vnus elephas ſingularis extra animam exiſtens.

¶ Preterea. Ex iſta cōcluſione que ex maiore vera ⁊ minore data cōcluſa eſt. ſeq̄tur ꝓpoſitum principaliter intētum. ſ. ꝙ tale obiectū immediatū cogitationis nō eſt res aliqua exiſtēs extra animā. ſi enim eſſet aliqua vtiq̄ ipm eſſet aliqs elephas. nō eñ eſſet ceru⁹ vel equus aut aliqđ aliud ab elephante. ¶ Secūdo contra eandem reſpōſionem ſecūdo datam ſuppono vnum certum. ſ. ꝙ non ex eo ꝙ iſte qui nunq̄ videt elephātem ⁊ cogitat nūc de elephāte incipit eſſe in rerū natura aliquis verus elephas: ⁊ ſimiliter ipē deſinat cogitare nō proinde aliqs elephas verus deſinet eſſe in rerum natura. Cum igitur ſm reſpōſionem a. ſit aliquis vnus verus elephas ſingularis exiſtens extra animā. igitur anteq̄ iſte cogitaret de elephante a. erat in rerū natura: ⁊ poſtq̄ deſinet cogitare adhuc a. erit in rerū natura. igitur ex oībus veris elephantibus ſingularibus exiſtentibus in rerū natura vnus determinatus ⁊ certus eſt in oībus immediatum obiectum cogitationis ipſius quem nunq̄ aliquis vidit: vtputa elephas a. Sed hoc irrationaliter datur: quia vt pluries dixi nō eſt potior ratio pro a. q̄ pro b. vel c. aut alio aliquo ſingulari elephante. et iterum ſequitur ꝙ a. cogitatum vage ab iſto eſt iſte vel ille ⁊c̄. quia a. ſic cogitatum eſt ille idem elephas qui ipſe erat anteq̄ cogitaretur. Tertio quia poſui ſupra contra primā reſponſionem ꝙ a. ſtaret determinate pro iſto obiecto cogitationis. igitur ſi illđ eſt aliqua res ſingularis extra eſt nomen ꝓprium illius rei: ſicut Grego. vel Albert⁹. igitur a. non eſt indiuiduum vagum: ſicut nec Grego. nec Albertus qualitercūq̄ cogitetur vel apprehendatur. Relinquitur ergo certum ꝙ a. non eſt aliquis elephas ſingularis extra aīam exiſtens. ⁊ hoc cōtra reſponſiomē primi. ¶ Contra reſponſionem ſecūdi arguo ſic. a. non eſt quilibet elphas ſingularis. igitur ſic cogitanti non immediate obijcitur quilibet elephas ſingularis. conſequētia patet. antecedens probatur. tum quia a. id vel ea preciſe eſt: qđ vel que eſſet ſi iſto cogitante de elephante nullus elephas eſſet in rerū natura: ſicut patet ex ſuppoſitione prima ſecū de probationis antecedentis principalis rationalis p̄me concluſionis principalis huius articuli. Sed conſtat ꝙ a. nō eſſet quilibet elephas: immo nec eſſet aliqs elephas nec aliqui elephātes extra animā ſi nullus elephas eſſet. alias aliquis elephas eſſet nullo elephante exiſtēte: quod includit contradictoria. igitur nec a. non eſt quilibet elephas. Et per idem poteſt etiam argui contra reſponſionē precedentem alterius. Secūdo poſſibile eſt ꝙ taliter cogitanti obijciatur: vt ſupra dixi vnum tale: ⁊ deinde duo talia: et tria et quattuor pro libito: ſed non eſſet poſſibilis talis multiplicatio obiectorum huiuſmodi. Si quodlibet eſſet omnes elephantes extra animā ſicut nō eſt poſſibile eſſe plures multitudines quarum quelibet ſit oēs elephantes: nec poteſt dici ꝙ vnū illorum obiectorum ſit omnes elephantes et non pari ratione quodlibet corūdē.



¶ Ad hanc ipſe reſpondit negando ſimpliciter aſſumptū niſi ītelligatur ꝙ cogitans poteſt habere duas cogitationes et tres quarū quelibet referat obiectum. ¶ Contra. Primo niſi iſte velit negare experientiā nō negabit quin aliquando ſic cogitans experiatur tria quedam apparentia ſibi. aut igitur illa ſunt tres cogitatiōes: aut tria obiecta cogitationum. Si primum igitur et quādo experitur tm̄ vnum tale apparens illud eſt vna quedam cogitatio: et per conſequens cogitāti de elephante obijcitur immediate ſua cogitatio et non elephas extra extra animā vn⁹ vel omnes. cuius oppoſitum dicit. ¶ Item nūq̄ obiectū ſeu qđ obijcitur immediate taliter cogitanti erit non ens: cuius oppoſitum etiam reſpondendo frequenter dixit. ⁊ patet conſequentia. quia quelibet ſua cogitatio eſt ens: ſi detur ſecūdū cōceditur antecedēs nūc negatum. Secundo ſi dicatur ꝙ nunq̄ cogitāti obijciuntur duo talia aut tria ⁊c̄. Sed ſolūmodo verū ſit dicere ꝙ talis habet tres cogitationes idem obiectum referētes: cur pari facilitate dici non poterit ꝙ cum ego corporalibus oculis reſpicio non obijciuntur mihi tres homines: ſed tres habeo viſiones idem obiectum referentes: puto ꝙ non poſſit ſufficienter ratio aſſignari. ¶ Secundo principaliter iſtā cōcluſionem probo ſic. Illud qđ eſt immediatum obiectum cogitationis illius qui cogitat montem aureum aut flumen lactis aut aliud tale quale nihil eſt aut nunq̄ fuit in rerum natura extra animam non eſt aliqua vera entitas talis extra animam vna vel plures vt certum eſt. igit̄ nec illud qđ eſt immediatum obiectum cogitationis illius q̄ cogitat aliquam rem qualem nunq̄ ſenſit exterius. patet conſequentia pro eo ꝙ ſimilem omnino habent ille et ille de omnibus que ſibi immediate obijciūtur experiētiam: et ideo niſi quis velit preciſe voluntariam proferre ſentētiam habet de vtroq̄ ſimiliter iudicare. ¶ Ad iſtam rationem reſpondet iſte Bachal̄. negando conſequentiam. Ad probationem cōcedit ꝙ ſimilem a. proportionabilem experientiam. ſi experientia debeat dici notitia abſtractiua habent iſte et ille. Sed hoc inquit ipſe non eſt aliud dicere: niſi ꝙ iſte et ille habent ſimiles notitias. Ex hoc autem non ſequitur. ergo obiecta equaliter exiſtunt vel non exiſtunt. Quia deceptus et non deceptus aliquando habent ſimilia iudicia: et aliquando ſimiles intuitiuas: ⁊ tamen eorum obiecta non equaliter exiſtūt vel nō exiſtunt. ¶ Hec reſponſio non eſt rationabilis: quia de quorū exiſtentia non poſſumus iudicare certitudinaliter niſi per experiētiā: vbi hincinde ſimiles omnino habeantur experientie: nec maior nec plures habeātur ex vna parte q̄ ex alia: ſi non ſimiliter iudicatur de illorum exiſtentia irrationabile eſt iudicium et preciſe volūtarium. vnde ſi queratur a diſſimiliter iudicante cur iudicet a. exiſtere et b. non exiſtere: puto ꝙ non poterit rationabiliter reſpondere ſi omnino ſimilem habeat experiētiam de vtroq̄. Sic autem eſt in propoſito vt dicebam et notum eſt. ¶ Ad illud vero quod dicitur de decepto et non decepto qui habent aliquando ſimiles intuitiuas: ⁊ ſimilia iudicia. dico ꝙ quicūq̄ habent ſimiles intuitiuas: ita ꝙ qualēcūq̄ habet vnus habet et alter et econuerſo: ſi rationabiliter iudicabunt ſimilia habebunt iudicia de exiſtentia obiectorum ītuitiue cognitorum. Et vlterius dico ꝙ neuter erit deceptus: quoniam quilibet iudicabit obiectum intuitiue ab ipſo cognitum exiſtere: ⁊ vtriuſq̄ iudicium verum erit: quia non eſt naturaliter poſſibile ꝙ non exiſtens cognoſcatur a nobis ītuitiue: vt contra hunc ſocium in tractando quēdam alium articulum ſufficienter probaui vt puto: et recitabo in ſequenti queſtione. ¶ Secunda concluſio contra reſponſionem datam eſt ꝙ illud qđ eſt obiectum immediatum cogitationis illius qui alias aliquid tale ſenſit non eſt vna res exiſtens extra animā. hanc probo primo ex precedente ſic. obiectum immediatum cogitationis illius qui nūq̄ tale q̄d ſenſit exterius non eſt res vna extra animā exiſtēs. igit̄ nec obiectū īmediatū cogitationis illius qui alias aliquid tale ſenſit. conſequentia probatur ex eo ꝙ vt ſupra dixi conuenit aliquando illud qđ immediate vni obijcitur eſſe totaliter ſimile quātū ad apparētiam ei qđ obijcitur alteri: et qualēcūq̄ experientiā vnus pōt hr̄e de exiſtentia ſui obiecti pōt hr̄e ⁊ ali⁹ de exiſtētia ſui: nec alter poteſt hr̄e aliquā experiētiā ꝑ quā cognoſcat id qđ īmediate ſibi obijcitur exiſtere extra animam plus q̄ reliquus poſſit: et ideo rationabiliter ſimiliter iudicandum eſt vtrūq̄ vel neutrum eſſe rem veram extra: alioquin ſicut vnus dicet ſuum obiectum eſſe rem veram extra: ita alius dicet de ſuo: nec vnū plus q̄ aliud poterit probari. Cum igitur dicendum nō ſit ꝙ aliquādo obiectum illius qui ſenſit ſit res extra: et aliquando non. reſtat dicendum ꝙ nūq̄ tale obiectum ſit res extra. Confirmatur iſtud per Augu. 8. de trini. vbi ſicut illud qđ ſibi obijciebatur dum cogitabat Alexādriā quā nunq̄ viderat dicit eā phātaſma illius: ſic et illud qđ ſibi obijciebatur quando cogitabat Carthaginē quā viderat dicit eſſe Carthaginis phātaſma: non autem dicit illud eſſe phantaſma: iſtud vero rem ipſam extra. ſ. Carthaginem verā. Cap.5. ¶ Secundo ſic. ei qui vidit ſolem aliquando obijciūtur ſimul plura quorum quodlibet eſt verus ſol vel aliquid ſimile vero ſoli: et conſtat ꝙ non quodlibet eſt verus ſol cū ſit tm̄ vnus ſol. igitur nullum illorum eſt verus ſol extra. patet conſequentia. quia eadem ratio eſt de omnibus. et vltra. igitur quādo vnum ſolum tale obijcitur illud non eſt verus ſol extra. ⁊ idem iudicium eſt de qualibet re ſenſibili extra quā in abſentia cogitamus. ¶ Ad hāc rationem reſpondet idem ſocius negādo antecedēs niſi ipſum forſitan ītelligatur vt ad aliā rationem dicit. ſ. ꝙ ille qui aliquādo vidit ſolem habet aliquando plures cogitationes quibus ſibi apparet idem ſol viſus intuitiue in diuerſis ſitibus. ¶ Contra. hec reſponſio negat experientia: q2 ſiue illa taliter apparentia cogitāt exiſtāt vel non exiſtāt: ſiue etiā ſint cogitationes ſiue alie res: quin tamen aliq̄ plura ſimul ſibi appareāt nullus negare poteſt: qui velit non negare experientiā. ¶ Preterea. vt ſupra dicebā ſimiliter poterit alius dicere ꝙ ipſe non videt quando eſt in cathedra ſua plures homines: ſed vnum in pluribus ſitibus qđ abſurdum eſſet. Tertio. idipſum probatur per expreſſam determinationē Aug. in de vera re. vbi ait ſic. Cap.6. ſi vna roma eſt quā circa tyberim neſcio quis Romulus dicit̄ cōdidiſſe. falſa eſt iſta quā cogitās fingo. non enim eſt iſta. Et iterū nō enim eſt ipſa. ¶ Sed ad hāc reſpondebat idem ſocius. d. ꝙ Aug. intendit ibi diſtinguere inter notitiā intuitiuā ⁊ abſtractiuā de quib⁹ alias loquebat̄ cōmuniter ⁊ īdiſtincte et eſt ſenſus auctoritatis. alia eſt notitia qua intuitiue cerno romam: ⁊ alia qua abſens cogito. Et q2 mediāte p̄ma ſcitur ꝙ roma eſt: ideo vocat eam verā: q2 vero mediāte ſecūda id nō poteſt ſciri vocat eā falſam. ¶ Sed hec reſponſio pro certo non eſt conueniens. tum quia Augu. non intendit ibi diſtinguere inter notitiā intuitiuā ⁊ abſtractiā: vt dicit iſte: ſed ītēdit oſtēdere diſtinguendum eſſe inter rem extra ⁊ ſuū phātaſma quod in eius abſentia fingimus: vnde poſt verba allegata ſubiūgit. Si vnus eſt ſol falſus eſt quē cogitās fingo: et his omnibus probatis concludit intentum ſub interrogationis forma. d. nūquid nō iſta ſunt que phantaſma dici ſolent: vnde ergo impleta eſt anima mea illuſionib⁹ ⁊c̄. argute ad hoiez ¶ Preterea. Augu. dicit. ſi vna eſt roma quā romulus ⁊c̄. falſa eſt iſta quā cogitās fingo. Scđm hāc reſpōſionē in antecedente ꝑ romā oportet intelligi notitiā intuitiuā rome: et per conſequens ꝙ ly quā. immediate ſequēs ſupponat pro tali notitia: ⁊ ſic erit ſenſus ꝙ notitiā intuitiuā

rome cōdidit romulus circa tyberim: quo quid ſtultius dicere. ¶ Preterea. Illa conſequentia quomodo teneret ſi illa eſt vera falſa eſt iſta ſi de notitijs intelligeretur. certe nullo modo: quia nō ſequitur ſi notitia intuitiua eſt vera. igitur notitia eius abſtractiua eſt falſa. Sed ſi per romam in antecedente intelligatur res extra et in conſequente intelligatur immediatum obiectum cogitātis in abſentia bene ſequitur: quia ſi illa eſt vera: cū iſta quā cogitans fingit non ſit illa vt ipſe aſſumit in probatione conſequentie. ſequitur ꝙ ſit phātaſma vel imago eius: et per ↄſequens ſit falſa roma: ſicut homo pictus ſeu imago hominis dicitur homo falſus. ¶ Preterea. Statim cum Augu. dicit. non enim eſt ipſa. probat. d. nā quid ibi agatur modo vtiq̄ ſcirem. conſtat autem ꝙ ly ibi in cōſequēte ſtat pro roma nō pro notitia rome. nam cum dicitur qd ibi agatur: non aliud ſignificatur q̄ ſi diceretur quid in ipſa agatur: et conſtat ꝙ hoc non poteſt intelligi de notitia rome ſed tm̄ de ipſa roma. ¶ Ad idem eſt alia auctoritas eiuſdem contra epiſtolam fundamenti. vbi ait. per

Cap. xi.

potentiam qua veritas intelligitur videtur aliam veram

Cap. 49.

eē Carthaginē aliā quā cogitās fingit. Itē. 12. ſup Geñ. loquens directe de cogitatione abſentium ſenſibiliū quā ipſe vocat viſionem ſpiritualem. ait ſic. In viſione ſpirituali. i. in corporum ſimilitudinibus que ſpiritu videtur fallitur anima cum ea que ſic videt ipſa corpora eſſe arbitratur ⁊c. non falleretur autem ſic arbitrando ſi illa que ſic videt et ſibi obijciuntur eſſent ipſa corpora vera: que ſunt extra animā. Item idem in epiſtola ad Paulinū de videndo deum. Incorporeas inquit ſimilitudines corporum anima incorporaliter commendat memorie: vnde cū voluerit et potuerit velut de cuſtodia productas atq̄ in conſpectu cogitationis exhibita e iudicet: et cū nolet etiā duo diſcernit quid in ſpecie corporali foris reliquerit: quid eius ſimile intus aſpiciat. Et illud abſens hoc preſens eſſe dignoſcitur: ſicut me abſente faciē mei cogitas corporis et illa tibi eſt imago preſens. abſens autem facies imago eſt: et hoc corpus illa vero corporis incorporea ſimilitudo eſt. Ecce q̄ clare diſcernit imaginem rei abſentis obiectam cogitationi a re extra que in illa ſeu mediante illa cogitatur. Sed adhuc audi quid in eadem epiſtola ſubijcit. Intuere inquit celum et terram cogitādo ſicut oculis corporis cernendo conſueuiſti eaſq̄ imagines celi ⁊ terre que ante oculos cogitationis producte ſunt. videlicet ſimilitudines corporum eſſe non corpora: neſcio qualiter expreſſius loqui poſſet. propoſitū iiſdem pluribus alijs auctoritatibus inducendis ad probādum directe concluſionem principalem idipſum clare probabitur. Ex his autē duabus concluſionibus probatis contra reſponſionem datā. ſequitur principalis concluſio. ſ. ꝙ in anima ſunt ſpecies rerum ſenſibilium. ſic illud quod quis experitur immediate ſibi obijci dum cogitat de abſente ſenſibili vel eſt ipſa res vera ſenſibilis extra animā: vel eſt aliquid exiſtēs in anima ſibi ſimile. patet. nā oportet ipſum eſſe aliquam rem vel in anima vel extra animā exiſtētem: vt ſupra probatum eſt. Sed ipſum non eſt res ipſa vera extra: vt patet ex dictis duabus cōcluſionibus et earum probationibus. igitur eſt aliquid exiſtēs in anima ſimile illi. hoc autem ego voco ⁊ vocant auctores ſpeciem: q̄uis etiam pluribus alijs vocabulis nominentur ab eis. videlicet imago phantaſma phantaſia ſimilitudo forma et alijs preter iſta: ſicut patet eorum dicta percurrentibus. ¶ Secundo eādem concluſionem probo ſic. ſi nulle tales ſpecies ponantur in anima: oportet concedere ꝙ illa que apparent ſomniātibus: et etiam hominibus freneticis vigilantibus ſint vere res extra animā exiſtentes: et per conſequens illud ſit verum vinum quod eis apparet dum ſomniant ſe vinum bibere, et ille verus ignis qui apparet dum ſomniāt ſe aduri: ſicq̄ ipſi vere guſtent vinum ⁊ vere tangāt ignem: ſicut apparet eis. verus etiā ſit homo qui alteri in ſomnis apparet ſecum diſputare: ⁊ vera verba que ille loqui videtur: et per conſequens ille etiam vere et realiter loquitur qui in ſomnis loqui videtur: ⁊ ita conuenit ꝙ ruſticus / aut dormiēs vere cum alio de ſubtiliſſimis queſtionibus neſciēs diſputabit: ſed hoc nullus niſi ſtultiſſimus diceret: vnde beatus Auguſti. in lib. de cura. pro mor. agenda. referens quēdam ſibi dixiſſe ꝙ ei ſomnianti Auguſt. quendam locum obſcurum expoſuit. ait. immo non ego ſed imago mea me neſciente. et ante iſta verba ⁊ poſt dicit ꝙ neq̄ dormientibus / neq̄ freneticis / aut furētibus apparēt res ipſe ſed ſimilitudines rerū. ¶ Iſta concluſio preter auctoritates ſupra allegatas in hac queſtione et preter eas etiam que poſite ſunt in primo libro. q. ſuperius memorata. pluribus alijs poſſet confirmari: quarū tamen paucas aliquas recitabo. Beatus ſiquidem Auguſt. 12. ſuper Geñ. diſtinguit tria genera viſionum: ſcilicet corporale / ſpirituale / ⁊ intellectuale: Cap. xi.

⁊ de quolibet dans exempla. de ſpirituali ait ipſum quippe celum ⁊ terram ⁊ ea que in eis videre: poſſumus etiam in tenebris conſtituti cogitamus vbi nihil videntes oculis corporis: animo tamē corporales imagines intuemur ſeu veras ſicut ipſa corpora vidimus et memoria retinemus / ſeu fictas ſicut cogitatio formare potuerit: nec poteſt dici ꝙ per imaginem intelligat cognitionem illā ſpiritualem abſtractiuam: nec etiam habitum aliquem: vt alij moderni voluerunt dicere proprie loquendo de habitu: quia nec cognitionem / nec habitum intuemur talibus cogitationibus. Sed obiecta cogitationum. Item habitus / nec ſimilitudo / nec imago rei dicitur. Item cum aliquid oculis cernitur continuo fit imago eius in ſpiritu: Cap. xvi.

ſed non dignoſcitur facta niſi cum ablatis oculis ab eo ꝙ per oculos videbamus imaginem eius in animo inuenerimus. ⁊ paulopoſt. vidit inquit rex Balthaſar articulos manus ſcribentis in pariete: continuoq̄ per corporis ſenſum imago rei corporaliter facte ſpiritui eius impreſſa eſt atq̄ ipſo viſo facto / atq̄ preterito illi in cogitatione permanſit videbatur in ſpiritu ⁊ non intelligebatur ⁊c. Item paulopoſt in eodem capitulo. ſignum corporaliter factū corporaliter viderat et tranſactio eius imaginem in ſpiritu cogitando cernebatur. Ubi notāda ſunt etiam aliqua ſcilicet ꝙ imago de qua loquitur cernitur in ſpiritu. Itē ꝙ imago rei que oculis cernitur fit in ſpiritu: et illa tranſacta manet impreſſa ſpiritui: per quod excluditur gloſa quedam cuiuſdam alterius dicentis: ꝙ auctoritates per imagines intelligunt ipſas res ſ[in]et extra. nam imago et phantaſma ⁊ ſimilia vocabula ſignificant ipſas res extra cōnotando actum phātaſiandi: vt dicit. Excluditur inq̄ hoc: q: nec res extra fit / vel ip[r]imitur ſpūi / nec ipſa manet ſeipā tranſacta. ⁊ poſtq̄ preterijt ⁊c. Clarius q̄q̄ excluditur iſta gloſa: ⁊ propoſitum etiam confirmatur per eundē infra enim ait. hec natura ſpiritualis: in qua non corpora ſed corporum ſimilitudines exprimuntur ⁊c. ⁊ ſequēti. c. Cap. 45.

Momento inquit eo ꝙ corpus ſenſu corporis tangitur fit Cap. 46.

etiam in animo tale quid: non ꝙ hoc ſit: ſed ꝙ ſimile ſit. Ecce ꝙ non corpora ſed ſimilitudines corporū exprimuntur in ſpiritu: et iterum illud expreſſum nō eſt hoc. ſcilicet corpus ſed aliquid ſimile. Item. 10. confeſ. dicit ꝙ in me- Cap. xi.

moria ſunt theſauri innumerabilium imaginum de huiuſcemodi rebus ſenſibilibus inuentarum: et infra in eodem: nec ipſa tamen intrant ad eam: ſed rerum ſenſarum imagines illic preſto cogitationi reminiſcenti eas: et iterum nec ea tantum. ſcilicet corpora videndo abſorbui q̄ñ vidi oculis / nec ipſa ſunt apud me: ſed imagines eorum. Item. c. ſequenti. Iſte quippe res non intromittuntur ad Cap. 8.

eam: ſed earum ſole imagines mira celeritate capiūtur: et



miris tanq̄ cellis deponuntur: et mirabiliter recordando proferuntur. ¶ Hec pro iſta concluſione ſufficiant. Hanc tamen quidam doctor in diuerſis locis viſus eſt impugnare: et quantum ad propoſitum predictorum facit due rationes ex dictis ſuis colliguntur contra iſtam concluſionem. Prima eſt. ſi poni debeant ſpecies hoc eſt vel propter aſſimilationem vel propter cauſationem cognitionis vel propter repreſentationem obiecti: vel propter determinationem potentie: vel propter vnitionē mouentis et moti. Sed propter nullum iſtorum eſt neceſſaria ſpecies. igitur non eſt ponenda. dimiſſis probationibus huius minoris quantum ad alias partes: de quibus non curo pro nūc. probat ꝙ non propter cauſationem cognitionis. nam hoc eſſet vt dicit ſm̄ ponentes ſpecies: quia materiale et corporale non poſſunt immediate agere in ſpirituale. Sed hoc eſt falſum: quia alias non poſſent cauſare ſpeciem in intellectu. Item ꝙ nec etiam propter repreſentationem obiecti: quia notitia intuitiua non requirit aliquod repreſentans aliud ab obiecto et actu. igitur nec abſtractiua que immediate ſequitur. patet cōſequentia: quia ſicut obiectum ſufficienter repreſentat ſe intuitiue: ita in illa que immediate ſequitur eam. Item repreſentatum oportet prius eſſe cognitum: alioquin repreſentans non duceret in notitiam repreſentati. Sed ſm̄ ponentes ſpecies. ſpecies eſt preuia omni actui intelligendi obiectum. ergo non poteſt poni propter repreſentationem obiecti. Item ſi ponitur propter repreſentationem hoc non eſt niſi quia diſtans non poteſt agere in diſtans. Sed hoc eſt falſum. alias obiectum diſtans non poſſet cauſare ſpeciem in intellectu niſi ponendo aliud preuium ſpeciei per quod ipſum eſſet preſens intellectui vt poſſet cauſare ſpeciem: et ſimiliter ante illud oporteret ponere aliam ſpeciem preuiam: et ſic in infinitum.

¶ Secundo. ſi ponatur talis ſpecies vel ipſa eſt eiuſdem rationis cum obiecto exteriori vel alterius: ſi eiuſdem ſequitur ꝙ in anima relinquit verus color. verus color. [odor] verus ſapor. verus ſonus. hoc autem eſt abſurdum: quia cū omne actiuum eiuſdem ratiōis poſſit in paſſiuo eiuſdem ratiōis effectum augmentabilem prius in illo cauſatum ab agente eiuſdem rationis augere aliquod calidum extrinſecum poſſet illum calorem augere in anima: et ſic illa potentia poſſet fieri calida multum: et frigida nigra et alba ex ſola aſpectione: quod eſt abſurdum: nec poteſt dici ꝙ ſit alterius rationis ab obiecto: quia omnis potentia potens diſcernere inter minus diſſimilia poteſt diſcernere inter magis diſſimilia. Sed hec potentia poteſt diſcernere inter indiuidua eiuſdem ſpeciei. igitur magis poteſt diſcernere illam ſpeciem et obiectum extra cuius dicitur ſpecies et imago: quod eſt falſum et contra experientiam. ¶ Ad primum horum dicendum primo ꝙ eſto ꝙ neſciretur ad quid nobis ſint ſpecies oportune adhuc propter experientias quas habemus de ipſis ponēde eſſent. multa enim videmus in nobis et extra nos de quibus cur ſint et propter quid facta ſint neſcimus reddere rationem: nec tamen illa negamus. Secūdo dico ꝙ ſpecies requiritur tam propter repreſentationem obiecti nō ſm̄ ſe p̄ſentis q̄ ꝓpter cauſationē notitie illius q̄ñ nō preſens exiſtit. vnde ſicut Aug. 10. de tri. Quia nō pōt aīa ſecum introrſus tanq̄ in regionem incorporee nature ipſa corpora inferre imagines eorum conuoluit ac rapit. Et lib. xi. vt poſſit inquit eſſe viſio cogitātis: ideo fit in memoria de viſione ſentientis ſimile aliquod quo ſe ita conuertat in cogitando acies animi ſicut ſe in cernendo conuertit ad corpus acies oculorum. Item ſuper Geñ. lib. 12. dicit. ꝙ cum prius videmus aliquod corpus qđ antea non videramus incipit imago eius eſſe in ſpiritu noſtro: qđ cum illud abſens fuerit recordemur. Itē Philoſophus

Cap. 5. (beside: ſens exiſtit. vnde ſicut Aug. 10. de tri.)

Cap. 9. (beside: lib. xi. vt poſſit inquit eſſe viſio cogitātis)

Cap. 29. (beside: tit ad corpus acies oculorum. Item ſuper Geñ. lib. 12.)

3. de anima. intellectiue īquit anime phātaſmata vt ſenſibilia ſunt. et Commēta. ibi dicit ꝙ imagines ſenſibilium ſunt intellectui loco ſenſibilium. T. c. 39.

Multa alia teſtimonia poſſunt adduci ⁊ inducta ſunt in primo libro diſt. 3. quib9 apparet ipſas ſpecies ꝓpterea naturaliter fieri in nobis vt res abſentes vel non preſentes in illis ſeu per illa noſſe poſſimus: vnde ita terminatur ad illas noſtra cogitatio in abſentia rerum quas repreſentāt ſicut ad ipſa res cum preſentes exiſtunt vt ibi extitit declaratum.

¶ Nunc ad probationes factas contra hoc cum ꝓbatur ꝙ non ꝓpter cauſationem cognitionis: dico ꝙ illa non eſt cauſa quam aſſignat: ſed cauſa eſt: quia notitia rei in abſentia eius vel quādo ipſa non eſt non poteſt in nobis naturaliter cauſari niſi a ſpecie ſeu a repreſentatiuo aliquo quod ducat in cognitionem illius: vnde tali repreſentatiuo deleto penit9 nulla recordatio naturaliter fieri poteſt in nobis: ſicut docet experientia: niſi prius aliud repreſentatiuum formatur in anima. ¶ Ad alia quibus probatur ꝙ non propter repreſentationem.

¶ Ad primū nego conſequētiam: ⁊ dico ꝙ probatio nullam habet apparentiā. non enim eſt cōueniens ꝙ obiectū in abſentia vel quādo omnino non eſt ſe preſentet potētie ſicut dum actu eſt ⁊ debite oppoſitum ſe preſentat ſeu ꝓprius loquendo ſic eſt preſens vt cognoſci poſſit.

¶ Ad ſecūdum concedo ꝙ preſentatum prius eſt cognitum: ſcilicet per notitiam intuitiuam: ſed illam non precedit ſpecies ſed comitatur ⁊ remanet poſt illam: vt in p̄mo libro. diffuſius declaratū eſt: ⁊ loquor hic de preſentato ſeu quod diſtincte cognoſcitur.

¶ Ad tertiū dico ꝙ ſiue aſſumptum ſit verū ſiue non: ipſum tamen nō cauſatur in propoſito: ſed illud quod tactū eſt: videlicet q: res non ſemper poteſt immediate per ſeipſam obijci anime: ſiue q: omnino deſijt ſiue quia abſens eſt ſubuenit natura ſeu potius conditor nature aliq̄d ſimile rei nobis preſens ineſſet per quod rem non preſentē vel non iam exiſtentem noſſe poſſemus.

¶ Ad ſecūdam rationem dico ꝙ illa ſpecies non eſt eiuſdem ſed alterius rationis ab obiecto extra: ⁊ cum aſſumitur ꝙ potentia diſcernens inter indiuidua minus diſſimilia ⁊c. dico ꝙ ſimilitudo dupliciter poteſt capi. vno modo pro ↄuenientia eſſentiali ſm̄ genus vel ſpeciem: ſicut duo homines ⁊ duo indiuidua eiuſdem ſpeciei dicuntur eſſe ſimilia. alio modo pro conuenientia quadam accidentali qua imago ei cuius eſt imago ſimilis dicitur: ⁊ per oppoſitum poteſt ſumi dupliciter diſſimilitudo. Si propoſitio intelligatur de diſſimilibus diſſimilitudine oppoſita ſimilitudini. primo modo accepte ipſa nō eſt vniuerſaliter vera: ⁊ patet inſtantia. nā conſtat ꝙ lupus ⁊ ouis min9 ſunt diſſimiles iſto modo q̄ lupus ⁊ ſtatua lupi: ⁊ tamen agn9 bene diſtinguet inter lupum ⁊ ouem: imo etiam inter matrem ſuam ⁊ aliam ouem q̄ adhuc plus conueniunt eſſentialiter. nō autem inter lupum ⁊ ſtatuam lupi. nam ſi vnā ſtatuam bene perfectam videret ita eam fugeret ſicut verum lupum: alie inſtātie multe dari poſſent: et quia in iſto ſenſu vt videtur procedit argumentum ideo nō cōcludit. Si vero intelligatur ſecūdo modo tunc minor eſt falſa.

¶ Secūda concluſio pricipalis huius articuli. videlicet ꝙ in anima ſunt ſpecies aliquarū rerum inſenſibilium et mere intelligibilium: q̄uis ꝓbata ſit libro p̄mo diſt. 3. q. 2. et auctoritatibus ⁊ rationibus: nunc tamen poteſt adhuc breuiter probari ſic. Quarūdam rerum inſenſibilium recordamur. igitur illarū ſpecies habem9 in nobis. antecedens patet per experientiam. nam cognitionū noſtrarum et affectionū tam bonarum q̄ malarum aliquādo recordamur: et ille vtiq̄ inſenſibiles ſunt. conſequentia probat̄ ex eo ꝙ recordatio: ſicut in primo diſt. 3. q. p̄ma. probatum eſt: ⁊ per Auguſtinum. ⁊ per philoſophum ſine ſpecie in

memoria reſeruata non ſit in nobis:nec obuiat ſi dicatur ꝙ Philoſophus loquitur de recordatione rerum ſenſibilium:quia ex illo poſſumus et debemus arguere:ita etiã in alijs eſſe. Si enim abſq; ſpecie recordari poſſemus de rebus inſenſibilibus cur etiam non poſſemus de ſenſibilibus. ¶Confirmatur tam ratio ꝙ̃ concluſio.ex intentione Augu.10.confeſ. Ecce inquit de memoria profero cũ
Cap.15. dico quattuor eſſe perturbationes cupiditatem letitiam metum triſtitiam:et infra probat ꝙ talia non ſunt ſm ſe preſentia memoranti:ſed ſm ſpecies ſuas dicens. Quis enim talia volens loqueretur ſi quotiens triſtitiam metumue nomiamus totiens merere vel timere cogitemus: et tamen non ea loqueremur niſi in memoria noſtra non tãtũ ſonos nominũ:ſed imagines ĩpreſſas a ſenſib⁹ corporis:ſed etiam rerum ipſas notiones inueniremus:quas nulla ianua carnis accipimus:ſed eas ipſe animus per experientiam paſſionum ſuarum ſentiens memorie commendauit:a ut ipſa ſibi hec etiam non commendata retinuit. Sed vtrum per imagines an non quis dixerit. Nomino quippe lapidem nomino ſolem.cum res ipſe non aſſunt ſenſib⁹ meis in memoria ſane mea preſto ſunt imagines earum.nomino dolorem corporis nec mihi adeſt: dum nihil dolet:niſi tamen adeſſet imago eius in memoria mea neſcirem quid dicerem:nec eum in diſputando a voluntate diſcernerem. hic patet determinatio queſtionis quam premiſit.ſ.ſed vtrum per imagines ꝛc̃.et plura antecedenter et conſequenter ibidem ſcribit propoſitum confirmantia. Idem ponit etiam ipſe de actu credendi.
Ca.3.ꝛ.4 14.de trinita.ſicut allegatum habetur in.q.memorata.

¶Contra tamen illud quod dictum eſt.videlicet ꝙ act⁹ anime relinquunt ſuas ſpecies in anima.arguit vnus ex prelibatis ſocijs dupliciter. Primo quidem:quia tunc ſequeretur ꝙ ſi milleſies in die haberem actum alicuius mille ſpecies cauſarentur in anima:quod videtur abſurdum. Secundo.quia tunc etiam habitus cauſaret ſuas ſpecies et ſpecies cauſaret alias ſpecies:et ſic eſſent infinite. ¶Ad primum dico primo ꝙ vel iſte arguens nihil omnino ponit relinqui ex actu in anima:quo derelicto mediante anima valeat recordari:ꝛ tũc non poteſt ſaluare quomõ anima talium recordari poſſit:aut etiam obliuiſci:quorum tamen vtrũq; contingit vel ponit aliquid derelinqui:et tunc quicquid illud ſit ſiue ſpecies ſiue habitus aut aliquid aliud.eadem omnia argumenta faciã contra illud que iſte facit contra ſpecies:et patet applicatio. ¶Secundo reſpondeo ad argumentum negando conſequentiam.nam ſi conſequẽs intelligatur de ſpeciebus rei:cuius obiectiue eſſent actus illi:patet ꝙ non valet:quia cum habetur ſpecies alicuius rei ſingularis in memoria non generatur noua ſpecies eiuſdem rei totaliter diſtincta a prima ex iterata apprehenſione ipſius:ſed prior formatur. Rurſus ſi conſequẽs intelligatur de ſpeciebus ipſorum actuum etiam non valet conſequentia: quia nec actus nec aliqua res naturaliter cauſat in anima ſpeciem ſui niſi dum actu intuitiue apprehenditur. nunc autem non quilibet actus intuitiue apprehendũtur ab anima. Dico tamẽ vlterius ꝙ ſi mille act⁹ haberet in die et quẽlibet ita aduerterẽ vt cuiuſlibet poſſem poſtea recordari diſtincte vtiq; mille ſpecies in aĩa cauſarẽtur. ¶Ad ſecundum nego etiam conſequentiam ſicut quantum ad ipſas ſpecies negat virtualiter Auguſt.10.confeſ. +
Cap.16. dando antecedens et expreſſe negando conſequẽs:et idẽ ſentio dicendum de habitibus:nec ipſe arguens ſuã probauit conſequentiam. ¶Tertia concluſio eſt.ꝙ aliquas res homo aliquãdo cognoſcit per ſpecies.patet ex dictis ſic:quia homo cogitando ꝛ recordando cognoſcit res abſentes ſeu non preſentes:quas aliquãdo oculis corporalibus vidit per alios corporis ſenſus percepit:et talis cogitatio vel recordatio immediate terminantur obiectiue ad ſpecies illarũ rerum prius ſenſatarũ. igitur aliquãdo homo cognoſcit res aliquas per ſpecies. conſequẽtia eſt euidẽs:quĩ hoc dico cognoſci p ſpeciẽ qd cognoſcitur cognitione terminata ĩmediate ad ſpeciẽ eius ĩquãtũ ſpẽs eius et imago.iuxta quod declaratum eſt in primo.diſti.3.q.1.antecedens quo ad primam partem nulli eſt dubium. Quantum ad ſecundam patet per experientiam: quoniam cuiuſlibet cogitantis vel recordantis aſpectus immediate terminatur ad aliquid quod eſt illa res extra quam cogitat vel aliquid ſibi ſimile quod ſpecies eius dicitur:et hoc experitur quilibet:et probatum eſt in prima concluſione ꝙ illud non eſt ipſa res extra. quare relinquitur ꝙ ſit ſpecies eius. Hoc idem probant expreſſe multe Cap.8.
auctoritates ſuperius allegate Auguſt.videlicet illa.11. Cap.18.
de trinita.ita ſit ꝛc̃.et illa.11.confeſ.pueritia quippe mea Cap.60.
ꝛc̃.et illa de vera reli.60.ſi vna eſt roma ꝛc̃. Et illa ex epiſtola ad Paulinã. Intuere celum ꝛc̃. Rurſus illa ex.12. Cap.10.
ſuper Geneſ. Ipſum quippe celum et terram ꝛc̃.et alia Cap.17.
ex.c.16.ſignum corporaliter factum ꝛc̃. Illa quoq;.11.de trinita.ca.9.vt poſſit eſſe viſio cogitantis ꝛc̃. Adduco autem inſuper vnam aliã eiuſdem ex.10.confeſ.ibi enim ait ſic.cum imprimitur rei cuiuſcunq; imago in memoria:prius neceſſe eſt vt aſſit res ipſa:vnde illa imago poſſit imprimi.ſic enim carthaginis memini ſic omnium locorum quibus interfui.ſic facies hominum quas vidi et ceterorum ſenſuum nuntiata.ſic ipſius corporis ſalutem ſiue dolorem. Cum preſto eſſent iſta cepit ab eis imagines memoria:quas intuerer preſentes et retractarem animo cum illa abſentia reminiſcerer. Ex hac auctoritate primo colligitur ꝙ imago de qua loquitur non eſt ipſa res extra:tum quia dicit ꝙ eſt imago illius rei:tum quia dicit ꝙ imago imprimitur ex illa:et ꝙ memoria accipit imaginem ab illa.res enim ipſa non eſt imago ſui nec imprimit ſeipſam in anima nec eam memoria accipit a ſeipſa. Secundo habetur ꝙ memorans abſentia intuetur anima et retractat illorum preſentes imagines:quibus duobus plene probat propoſitum.

¶Contra tamen concluſionem iſtam ambo prefati ſocij Bachal'.arguerunt probare volentes ꝙ talis recordatio vel cogitatio abſentium non immediate obiectiue terminatur ad ſpeciem rei exiſtentem in anima.arguit autem vnus ſic.

¶Primo.nulla cognitio terminatur immediate ad aliquod obiectum:quam habens non poteſt experiri ſe cognoſcere id:ſicut ꝙ habeat euidens iudicium quo aſſentiat huic.hoc cognoſcitur a me. Sed habens cognitionem de roſa non preſente non poteſt experiri ſe cognoſcere ſpeciem roſe.igitur ꝛc̃.minor patet:quia nullus cogitans de roſa reputat ſe habere euidens iudicium quo aſſentiat huic.ſpecies roſe abſentis cognoſcitur a me.

¶Secundo.amor rei abſentis non immediate terminatur ad aliquod obiectum:quod ſit in ipſo amante.igitur nec cognitio rei abſentis terminatur immediate ad aliquod obiectum quod ſit in ipſo cognoſcente.conſequẽtia patet:quia nõ eſt maior ratio de notitia ꝙ̃ de amore.

¶Tertio.memorans recordatur immediate de re extra:et non de ſpecie rei. igitur cognitio rei abſentis non immediate terminatur ad ſpeciem illius:ſed ad ipſammet.conſequentia patet:quia recordatio eſt notitia rei abſentis.antecedens eſt clarũ.memorans enim de calore recordaꝛ de re extra non de ſpecie:q2 non fuit ꝑcognita.

¶Quarto.ſi cognitio terminatur ad ſpeciem immediate:vel ſpecies cognoſcitur per illam cognitionem abſtractiue vel intuitiue:non abſtractiue ſm te inquit ipſe: quia abſtractiua ſm te non ad rem que abſtractiue cognoſcitur terminatur immediate:ſed ad repreſentatiuum ipſius:nec intuitiue:quia tunc ſequeretur ꝙ virtute illius cogitationis cogitans poſſet eſſe certus:et ſaltem opinaretur ſe eſſe eque certum ꝙ illa ſpecies in anima exiſtat in rerum natura:et qui exiſtit in anima et in potẽtia intellectiua vel ſenſitiua:ſicut ſentiẽs colorem in pariete poteſt eſſe certus ꝙ calor exiſtit:et ꝙ exiſtit in tali ſubiecto.hoc autem eſt falſum:vt patet per experientiam.patet etiam:quia multi negant tales ſpecies.

¶Quinto illa ſpecies vel eſt eiuſdem rationis cum ſenſibili extra quod eſt obiectum cognitionis:vel alterius.nõ eiuſdem clarum eſt:nec alterius:quia vnica ſimplici cognitione nõ poſſunt cognoſci duo obiecta alterius ꝛ alterius rationis:que ſit propria ꝛ diſtincta vtriuſq;.

¶Sexto illa ſpecies ſi ponaꝛ ipſa ſm te eſſet ſimilis ſaltem ſm apparentiam ſenſibili extra.alias non duceret in notitiam eius. Sed hoc eſt falſum:quia nihil tale poteſt eſſe in anima:cum ipa ſit indiuiſibilis:nihil autem indiuiſibile poteſt eſſe ſimile ſm apparentiam ꝙ̃to ꝛ figurato.

¶Confirmatur:quia in audiente cantum ex pluribus ſonis proportionatum nõ videtur poſſe remanere in anima aliquid ſimile ſm apparentiam illi cantui quem audiuit.

¶Septimo ſenſatione exteriori qua cognoſcitur res extra ſenſibile preſens non cognoſcitur aliquid exiſtens in anima nec intuitiue nec abſtractiue.igiꝛ nec cognitione interiori.probatur conſequentia.quia non eſt maior ratio hinc ꝙ̃ inde. ¶Octauo tũc bruta imagine ĩteriore equa neceſſitate cognoſcerent aliquid exiſtens in anima:quod non videtur dandum. ¶Nono tunc cogitanti de vmbra aliquid exiſtens in anima obijceretur:quod non videtur dandum. ¶Ad primũ nego minorem nec probatio valet: quia nõ ſequitur.non aſſentio euidẽter huic.ſpecies roſe abſentis cognoſcitur a me.igitur non aſſentio huic.hoc cognoſcitur a me demonſtrato per ſubiectum illud quod eſt ſpecies roſe abſentis:quia poſſibile eſt ꝙ ego nõ cognoſcam illud eſſe ſpeciem roſe cognoſcẽte me tamen me cognoſcere illud ſicut quis neſciẽs lucem ſolis eſſe accidẽs eius videns eam nõ habet iudiciũ euidens quo aſſentiat huic.accidens ſolis videtur a me:ꝛ tamẽ habet vel poteſt primo nõ habito habere euidens iudicium quo aſſentiat huic.hoc videtur a me:demonſtrato eo quod eſt accidens ſolis.

¶Vlterius dico ꝙ licet non virtutute illius cogitationis qua intuetur ſpeciem:concernentibus tamen alijs notitijs ſimplicibus ꝛ complexis poteſt quis habere euidens iudiciũ huius. Species roſe abſentis videtur a me: ſicut ex ſuperi⁹ habitis puto ſatis fieri manifeſtum:ſicut etiam aliquibus alijs concurrẽtibus notitijs poteſt quis euidens iudicium habere quo hic aſſentiat:accidẽs ſolis videtur a me. ¶Ad ſecũdum nego conſequentiam.cum enim amor ꝛ cognitio ſint actus diuerſarũ rationum non eſt inconueniens ipſos differre ꝙ̃tum ad illud de quo arguitur:ꝛ ꝙ̃tum ab alia multa:immo ita eſt ſm veritatem de facto:ꝛ ideo etiam aſſumptam in probatione cõſequẽtie ac probatam ſimpliciter nego.

¶Ad tertium dico ꝙ memorantem recordari immediate de re extra:poteſt intelligi dupliciter.vno modo immediate:quia nõ mediãte aliquo cuius ipſe recordetur.alio modo immediate:quia non mediante aliquo quod ipe cognoſcat.in primo ſenſu concedo antecedens:ꝛ nego conſequentiam:nec valet probatio:quia licet recordatio ſit notitia rei abſentis ꝛ eſſet notitia rei preſentis:ſed illius eſt abſtractiua recordatio.huius autem eſt intuitio ſeu ſenſus.iuxta modum loquendi philoſophi in de memoria et reminiſcentia.illius eſt notitia mediate.huius quoq; immediate:ſicut in primo declaratur.diſt.3.q.ꝑma.et etiam terti. In ſecũdo autem ſenſu nego antecedens:nec ad hũc ſenſum procedit probatio:ſicut patet.



¶Ad quartum dico ꝙ ſpecies cognoſcitur intuitiue per cognitionem illam:ꝛ tunc ad conſequẽtiam que additur dico ꝙ ſi debeat inferri totum illud conſequens copulatum:conſequentia non valet. Inſtãtia in ſimili. nam conſtat ꝙ imaginem in ſpeculo/ſeu illud quod vocatur imago intuitiue videmus. et tamen non ſumus certi veritate illius intuitiue in quo ſit ſubiectiue imago:nec an ſit alia ab ea cuius diciꝛ imago. idem eſt de iride ꝛ de coloribus apparentibus in collo columbe:ꝛ in exemplo met arguentis habet conſequentia inſtãtiam. nam certum eſt ꝙ non quilibet vidẽs colorẽ corui / vel margarite certus eſt/vel opinatur virtute illius viſionis ſe eſſe certum in quo ſubiecto ſit aliquis illoꝝ colorũ:cum etiã virtute illius intuitiue non poſſit eſſe certus:ꝙ color ille ſit accidẽs:ĩmo adhuc indiget alijs notitijs ꝛ argumentationibus multis. Si vero non inferatur totum ꝯñs copulatũ:ſed quelibet eius pars per ſe. cõcedo ꝯñs ꝙ̃tum ad primã partẽ. dico enĩ ꝙ virtute intuitiue quã habet quis de ſpecie exiſtẽte in aĩa ipe poteſt eſſe certus ꝙ illa ſpecies exiſtit in rerum natura:ꝙ̃uis forte nõ eſſet certus ꝙ ipſa eſt ſpecies alterius:ſicut etiã videns accidẽs quod eſt nigredo corui poteſt eſſe certus ꝙ illud accidẽs eſt in rerum natura:ꝙ̃uis non ſit certus ꝙ ipſum ſit accidens:ſimiliter videns intuitiue ſuã dilectionem / vel cognitionem certus eſt de illis accidẽtibus qui exiſtunt:ꝫ virtute illius intuitiue preciſe non ſit certus in quo exiſtãt:aut etiã ꝙ ipſa ſint accidẽtia. Et qui de talium ſpecierũ exiſtentia dubitat habet ſimiliter dubitare de exiſtẽtia actuum aĩe ſue:ac etiã accidentiũ ſenſibiliũ exiſtentiũ extra animã. Nec valet quod dicitur multos negare tales ſpecies.nam etiã multi negauerunt corpora moueri:ꝛ tñ ex ſenſu certi ſum⁹ de oppoſito. ¶Ad quintũ dico ꝙ eſt alterius rationis. et vlterius dico ꝙ nihil ꝓhibet eãdem notitiã eſſe duorum obiectoꝝ diuerſarum rationũ:quorum vnum mediãte alio cognoſcatur:ſicut dicitur de notitia creaturarũ in verbo. Illa vero que dicũtur cõtra hoc.vcꝫ ꝙ actus diſtinguitur per obiecta:ꝛ ꝙ diuerſorũ ſm ſpeciem non poſſunt eſſe actus ſolo numero diſtincti:ꝛ per conſequẽs nec vnus numero. ſi vera ſint habẽt intelligi de obiectis ĩmediatis:quorum ſcꝫ vnum non mediãte alio cognoſcitur.vtrum vero talis ſpeciei ꝛ rei extra cognitio ſit propria ꝛ diſtincta vtriuſq; vel non:nũc non diffinio. ¶Ad ſextum dico ꝙ ſpecies eſt ſimilis ſm apparẽtiam ipſi rei ſenſibili extra. ꝛ dico ꝙ nihil prohibet in anima indiuiſibili eſſe aliquid indiuiſibile ꝙ̃titatiue ſm ſuam eſſentiam/ſeu aliquid non ꝙ̃tum/nec extenſum:ꝙ tñ ſit imago rei quãte ꝛ extenſe:ꝛ ſit illi ſimile ſm apparentiam ſicut pulchre ꝛ diffuſe oſtendit Aug. A cap.9.
in de ꝙ̃titate anime in propoſito noſtro. ſcꝫ de memoria ꝛ vſq; ad
imaginibus corpoꝝ in ea recõditis. vnde concludit ibi ꝙ 24.incluſiue.
non abhorret a vero animũ carere omni corporea magnitudine que tribus illis differẽtijs conſumaꝛ:ꝙ̃uis corporum magnitudines quaſlibet imaginari queat. Et ad cõfirmationem nego ſibi illud aſſumptum:quoniam niſi remaneret aliquid tale/ſeu aliqua talia. ꝛ imagines ſonorũ ex quibus conſtabat cauſatus nunq; illius recordaretur
et expreſſe vult Augu.10.confeſ.et.12.ſuper Geñ.ait.niſi Cap.10.
auribus percepte vocis imaginem cõtinuo ſpiritus in ſe Cap.29.
ipſo formaret:ac memoria retineret ignoraretur ſecunda ſyllaba vtrum ſecunda eſſet cum iam prima vtiq; nulla eſſet que percuſſa ante tranſierat:ac ſic oĩs locutio vſus vel oĩs cantandi ſuauitas omnis poſtremo in actibus noſtris corporalis motus dilapſus occidere. ¶Ad ſeptimũ nego cõſequentiã. nam ſic etiã probaret ꝙ non poſſemus intelligere actus aĩe noſtre/nec etiam cognoſcere noſtras ſenſationes cum neutrorũ huius entium ſenſus exterior ſit perceptiuus et vtrũq; predictorum ſm oẽs eſt falſum. probatio ꝯñe non valet:quia falſum aſſumit/nec probat.

+ imo vr ꝙ poſſum recordari de ſpẽ intuitiue cognita
ſic de act̃ de actu quolibet et quare opz ſpẽs dari alias
ſpẽs n. video quare nõ ſuppõ ta reflexione ſup eas
et actꝰ quibꝰ ille cognoſcunt(?) ſ.

¶ Ad octauum dicendum ꝙ quantum ad bruta memo-
ratiua conſequens eſt vtiqꝫ dandum: et dat idem Augu.
Cap.2. 12. de trini. nec ille arguens probat illud dandũ non eſſe.
¶ Ad nonum etiam propter ſupradicta concedo conſe-
quens ꝙ ipſe falſum eſſe non probat. ¶ Contra eandem
concluſionem arguit alius ſocius Bachal'. tripliciter.
Primo ſimiliter illud quo vt medio elicitur operatio nõ
eſt immediatus terminus illius operationis: ſicut dola-
bra qua fit ſcannum non eſt eius terminus ſcannificatio-
nis: nec calor quo fit deſiccatio eſt terminus deſiccatio-
nis. Sed ſimilitudo rei vt repreſentatiua eſt: eſt medium
quo res ipſa cognoſcitur. ergo ⁊c̃. Secundo illud eſt vt
obiectum immediatus terminus cognitionis abſtracti-
ue ad quod terminatur actus memoratiue cognitionis:
ſed talis actus non terminatur ad ſpeciem que eſt actu
preſens ipſi memoranti; cum de preſenti non ſit memoria:
ſed ad rem abſentem. ergo ⁊c̃. Tertio illud quod non co-
gnoſcitur ab aliquo an ſit nõ poteſt eſſe immediatũ obie-
ctum cognitionis ipius certe et determinate: ſed aliquis
idiota optime cognoſcit de amico abſente nullo cogita-
mine habito de ſimilitudine amici que eſt in memoria:
immo nec cogitat vel cognoſcit quid ſit talis ſimilitudo.
ergo non eſt immediatum obiectum. ¶ Ad primum ſi
maior capiatur tanꝗ̃ vniuerſalis: ſicut oportet ſi vtiliter
debeat aliquid concludi in illa forma nego ipſam. nam
conſtat ꝙ verbum diuinum eſt medium quo beati vidẽt
cognitione matutina ſeu diurna creaturas: ⁊ tamen ipm
eſt immediatum obiectum talis cognitionis. Idem vult
etiam Philoſophus in de me. et re. vt tactum eſt ſupra: ⁊
declaratum in primo. diſ. 3. q. 1. probationes adducte im-
pertinẽtes ſunt: vt clarum eſt: nec vniuerſalem illam pro-
bare poſſunt. ¶ Ad ſecundam nego minorem. et dico ꝙ
talis actus non eſt memoria ſpeciei ad quam immediate
determinatur: ſed intuitio eſt aliqua memoria rei extra
ad quam mediate tantum terminatur: vt ſupra dictũ eſt.
¶ Ad tertiam dico primo ꝙ cum illa maiore poteſt con-
cludi contra arguentem ꝙ talis cognitio non terminatur
immediate ad rem extra. ſ. ad amicum idiote: quia con-
ſtat ꝙ idiota neſcit an ſuus amicus ſit in rerum natura.
forſitan enim tunc eſt mortuus. ¶ Reſpondeo tamen ad
rationem ꝙ idiota et intuetur ſimilitudinem amici ſui et
ſcit illam eſſe: licet neſciat eã eſſe ſimilitudine illius: imo
forte putet ꝙ illud quod ipſe ĩtuetur etſi ſm veritatem ſit
ſimilitudo ſui amici relicta in memoria ſit ipſe amic⁹ ſu⁹
extra exiſtens: licet in hoc ſi ſic putet ipſe fallatur. ſicut vt
ſupra allegatum eſt dicit Augu. quod eſt etiam ſatis ad
Cap.6. propoſitũ in de ve. re. Si vnus eſt ille amicus meus. fal-
ſus eſt iſte quem cogitans fingo. ⁊ probat. nam ille vbi ſit
neſcio. iſte ibi fingitur vbi volo. alia que poſſent obijci vel
facere dubitare circa modum cognoſcendi res per ſuas
ſpecies ſatis vt puto diſſolui et declarari poſſunt ex di-
ctis in 3. diſt. primi lib. in diuerſis queſtionibus ibi diſpu
tatis. ¶ Quarta concluſio. videlicet ꝙ aliquas res ho-
mo aliquando cognoſcit et non per ſpeciem: ſatis eſt cla-
ra dicendo rem illam tantum cognoſci per ſpeciem que
cognoſcitur cognitiõe immediate terminata ad ſpeciem
illius et immediate ad ipſam ſicut ſuperius accepi. nam
cum oculis corporalibus videmus colorẽ in pariete exi-
ſtentem: vel aurib⁹ audimus ſonum in aere factum: aut
alijs ſenſibus noſtris ſenſibilia ipſa exteriora percipim⁹:
tales vtiqꝫ notitie terminantur immediate ad ipſa ſenſibi
lia percepta et non ad ipſorum ſpecies: per nullam enim
experientiam vel rationem cogimur ponere aliquam ſpe
ciem mediantem per modum obiecti cogniti inter noti-
tias huiuſmodi exteriores et ipſa ſenſata. Hoc ipſum pa
tet ex eo quod in primo lib. diſtin. 3. q. 1. probatum eſt nul-
lam notititiam diſtinctam rei habitam per ſpeciem eſſe
primam illius. Sed oportet quamlibet talem preceſſiſſe
aliam priorem qua res illa nota fuerit ĩmediate in ſeipſa.
Patet etiam iſta concluſio de rebus inſenſibilibus que
immediate in ſeipſis cognoſcuntur a nobis: vt probatum
eſt lib. 1. d. 3. q. 2.

**Nunc** reſtat articulus ſecũdus. vꝫ vtrũ hõ cogno-
ſcat per ſpecies diſtinctas eſſentialiter a noti
tijs: ſiue vtrũ ſpecies rei et actualis notitia eiuſdẽ rei ſint
res eſſentialiter diſtincte: ⁊ ꝙ̃tum ad hoc pono duas con
cluſiones. Prima eſt. ꝙ ſpecies rei et notitia abſtractiua
eiuſdem rei. ſ. ipa res cognoſcit᷑ in ſpecie ſua eſſentialiter
diſtinguuntur. Secũda ꝙ notitia rei intuitiua. i. qua im
mediate in ſeipſa res cognoſcitur: ⁊ ſpecies eiuſdẽ rei eſſẽ
tialiter diſtinguuntur. ¶ Primam concluſionem probo
primo auctoritate Aug. 2. de trini. vbi ſentẽtialiter ponit Cap.3.
ꝙ ſicut ſpecies ſenſibilis corporis extra: ⁊ viſio ſenſus ex-
terioris ſunt eſſentialiter diſtincte: qđ tñ nõ ſenſus: ſed ſo-
la ratione diſcernit᷑: ſic illa inquit ipſe phantaſia cum ani
mus cogitat ſpeciẽ viſi corporis: cũ cõſtet ex corporis ſili-
dine quã memoria tenet: ⁊ ea que inde format᷑ in acie re-
cordantis animi: tñ ſic vna et ſingularis apparet vt duo
quedã eſſe non inueniãtur niſi iudicãte ratione qua intel
ligimus aliud eſſe illud qđ in memoria manet: etiam cum
aliũde cogitamus: ⁊ aliud fieri cum recordamur. i. ad me
moriã redimus ⁊ illic inuenimus eãdem ſpeciẽ. hec ipſe.
Vbi nota ꝙ dicit ratione inuenit᷑ cogitationem et ſpeciẽ
eſſe duo quedã: et iterũ ꝙ aliud eſt quod in memoria ma-
net etiã cum aliũde cogitamus: et aliud fit cum recorda-
mur: ex quoꝝ vtroqꝫ ptꝫ ꝓpoſitũ bene conſiderãti. ⁊ exclu
ditur dictũ alterius opi. oppoſite dicẽtis ꝙ eadẽ res que
dum nõ actu cogitamus eſt ſpecies tm̃. nobis actualiter
cogitãtibus eſt cognitio ⁊ notitia actualis abſqꝫ alicuius
noue rei poſitione in potentia cognoſcẽte: qm̃ ſm dictum Cap.3.
iſtud tũc nõ vere iudicarentur eſſe duo. Itẽ tũc nõ aliud Cap.8.
fieret ab eo qđ prius erat in memoria: ſicut ipe dicit ibidẽ
et iterũ infra. d. ꝙ aliud eſt quod recõditum memoria te-
net: ⁊ aliud quod inde in cogitatione recordãtis exprimi-
tur. ¶ Confirmatur ſm eũdem notitia actualis fit ⁊ crea
tur ex ipſa ſpecie. igitur ſm eundem ipſa eſſentialiter di-
ſtinguitur a ſpecie. ꝯña ptꝫ antecedẽs ꝓbatur. nam eodẽ Cap.7.
lib. ait. Quãqꝫ itaqꝫ formã que fit in acie recordantis ex
ea fiat que eſt memorie. ipſa tñ acies non inexiſtit ſed erat Cap.9.
ante iſtam. Et infra dicit. ꝙ ex eis que memoria continen-
tur viſio facta eſt in acie cogitantis. Item infra. a ſpecie
inquit corporis quod cernitur exoritur: vt ea que fit in ſen
ſu cernentis: et ab hac ea que fit in memoria: et ab ea que
fit in memoria: ea que fit in acie cogitantis: quapropter
voluntas ꝙ parentem cum prole ter copulat: per ſpeciem
autem in ſenſu cernentis intelligit ipſam viſionem exte-
riorem: per ſpeciem vero in acie cogitantis intelligit vi-
ſionem interiorem: vnde ſtatim ſubdit. viſiones enim due
ſunt. vna ſentientis / altera cogitantis: vt autem poſſit eſſe
viſio cogitantis: ideo fit in memoria de viſione ſentientis
ſimile aliquod ⁊c̃. vt in precedẽti articulo eſt allegatum.
Item ſubdit. propterea duas in hoc genere trinitates vo-
lui commendare. vnam cum viſio ſentientis formatur ex
corpore: aliam cum viſio cogitantis formatur ex memo-
ria: ſicut autem ſm eum ſpecies ſenſuales et notitia cor-
reſpondens ſunt due res diſtincte et cum intentione vo-
luntatis conſtituunt trinitatem quãdam. ſic ſm eundem
ſpecies intelligibilis. id eſt que eſt in memoria intellecti-
ua et rei intellectualis eſt diſtincta a viſione intellectua-
li et elicitiua eius: ac ambe ſimul cum intentione volunta
tis conſtituunt ſuam quãdam aliam trinitatem: ſicut pa-
tet libro. 14. et pari modo intelligendum eſt de quacunqꝫ Cap.3.
alia ſpecie intellectiua et viſione correſpondente.
¶ Deinde probo concluſionem rationibus: ⁊ primo vna



Aug. tacta in ꝟbis ꝑmo allegat᷒: ⁊ ſuppono ſicut notũ eſt
per experiẽtiaꝫ ꝙ non ſemꝑ dũ quis habet ſpẽm alicui⁹ rei
actu intelligit vel cõſiderat illã. ponatur ergo ꝙ aliqs qui
diu habuit ſpeciem nũc actualiter cogitet de re illa: cum
tamen prius immediate nõ cogitaret: et ꝙ poſt modicum
tempus deſinat cogitare: nec tamen deſinat habere ſpẽm:
quod quotidie contingit in quolibet noſtrũ: tũc arguo ſic.
iſta notitia nũc incipit eſſe ſpecie iſta non incipiẽte eſſe: et
poſt deſinet eſſe ſpecie nõ deſinẽte eſſe: ⁊ vtraqꝫ. ſ. ſpecies
et notitia iſta actu eſt. igitur ſunt res plures ⁊ eẽntialiter
diſtincte. ¶ Ad hanc rationẽ reſpondebit᷑ negãdo añce-
dens. nã caſu poſito iſta notitia non nũc incipit eẽ: ſed inci
pit eſſe notitia: nec prius deſinet eſſe: ſed deſinet eẽ notitia.
nã ipſamet ſpẽs que ꝑfuit. fuit quidẽ ſed nõ fuit notitia:
nũc aũt ipſa eſt notitia. Itẽ poſtea erit ſed nõ erit notitia.
¶ Quis iſta reſponſio tedioſa ſit ad excludẽdum. non vi
det᷑ tamen rõnalis: et ꝙ ſit contra intẽtionem Aug. vbi. ſ.
non eſt dubiũ. nam ait. ꝙ aliud fit cũ recordamur. Cõſtat
aũt ꝙ ſpecies tũc non fit. Item in codeꝫ capitulo ait. ꝙ cũ
cogitãtis acies id qđ in memoria tenebat᷑ deſtiterit intue
ri nihil forme que impreſſa erat in eadeꝫ acie remanebit.
que verba pro certo non poſſunt gloſari ſm modũ iſtum
reſpondẽdi. ¶ Preterea. Si iſta ſpecies que prefuit nũc
eſt notitia ⁊ prius non fuit notitia: oportet aliquẽ rationẽ
reddere ꝓpter quid nũc ipſa eſt notitia: cũ tamen pri⁹ nõ
eſſet: nec apparet poſſibilis aliqua ratio ſufficiens.
¶ Sed ad hoc dicet᷑ ſm vnũ doctorẽ ꝙ ratio eſt: quoniã
per ipam nũc res ipa cuius eſt ſpẽs apparet intellectui: et
habet eſſe obiectiuũ et prius nõ ſic per ipſam apparebat.
¶ Contra. aut iſta ſpecies nũc ſe habet eodẽ modo peni-
tus ſm ſe ⁊ in compatione ad intellectũ et ad rem cui⁹ eſt
ſpecies: aut aliqualiter aliter. ſi eodẽ modo penitus nõ eſt
intelligibile ꝙ per eã non potius res appareat intellectui
ꝙ̃ prius: ⁊ per ꝯſequẽs nec ꝙ nũc ſit notitia plus ꝙ̃ prius:
nec poteſt dici ꝙ aliter ſe habeat ſm ſe: quia nec ſm eſſen
tiam ſuam nec ſm aliquod generatũ in ea vel corruptum
ſicut clarũ eſt ſatis: nec aliter in ordine ad intellectũ: quia
hoc nõ poteſt intelligi niſi vel ſm inherentiam: vtputa: qa
nunc eſſet in intellectu: ⁊ prius nõ erat: vel ecõtra. neutrũ
auteꝫ dicit᷑ nec videtur congruẽter poſſe dici naturaliter
accidere: vel ſe haberet aliter ad intellectum ſm efficien-
tiam: vtpote: vel quia nunc efficitur ab intellectu: ⁊ prius
non fiebat ab eo: vel econuerſo. prius efficiebatur et nunc
non efficitur: ⁊ iſtud dici nõ poteſt: quia non conuenit na-
turaliter vnam rem perfectã et actu exiſtentem ⁊ diu ma
nentem ſic agens de nouo habere vel non habere: et ideo
nec naturaliter eſſet poſſibile intelligere. vel ſecundo ideo
aliter ſe haberet ſm efficientiam ad intellectum: quia in-
tellectus aliquid cauſaret in ſpecie: ⁊ certum eſt ꝙ nõ: vel
econuerſo. ipſa aliquid cauſaret in intellectu: ⁊ tunc illud
tale potius dici debet eſſe notitia ꝙ̃ ipa ſpecies: quod eſt
propoſitum: nec poteſt dici ꝙ aliter ſe habeat in compa-
ratione ad rem extra. hoc enim eſſet ſicut apparet ſm effi
cientiam ꝙ non poteſt dici cum nõ appareat quid res ipa
cauſet in ſpecie: vel econuerſo. Et maxime quia conuenit
rem tunc non exiſtere in rerum natura: nec poteſt etiã dici
ꝙ hoc ſit ꝓpter aſſiſtentiam intentionis voluntatis: quia
nunꝙ̃ per noſtrum velle preciſe aliqua res que non eſt in-
tellectio fieret intellectio non plus ꝙ̃ albedo propter ali-
quod velle meũ fieret intellectio: neqꝫ propter intẽtionem
voluntatis aliquis intelligeret: niſi quia propter illam ali
qua res fit que alias non fieret.
¶ Secũdo ad concluſionem arguo: quoniam cuꝫ res co-
gnoſcitur abſtractiue in ſua ſpecie eadem notitia qua res
cognoſcit᷑ abſtractiue ſpecies cognoſcitur intuitiue: ſicut
declaratum eſt in primo libro ⁊ tactum aliqualiter in ar-
ticulo precedente. Species autem non eſt notitia qua ip-
ſamet cognoſcitur intuitiue: vt probatum eſt in queſtione
precedenti articulo primo concluſione ſecũda. igitur ſpe-
cies nõ eſt cognitio qua res extra cognoſcit᷑ abſtractiue.
¶ Secũda concluſio probatur: quia poſt deſitionem no-
titie intuitiue manet ipſa ſpecies. igitur ⁊c̃. Contra con- Aureol⁹
cluſionẽ iſtam arguitur ꝑmo ſic. Impoſſibile eſt reſpectu in. 2. diſt.
eiuſdem eſſe in eadem potentia duas ſimilitudines reali- 14. q. 4.
ter differentes: ſpecies eſt quedaꝫ ſimilitudo perfecta rei
et intellectio ſimiliter. igitur non ſunt realiter differentes.
maior ꝓbatur: quia vel ille due eſſent eiuſdem rationis:
et tunc duo accidẽtia tantũ numeraliter differẽtia eſſent
in codeꝫ aut eſſent alterius ⁊ alterius rationis: ⁊ ſi ſic vnũ
erit perfectius altero: ⁊ virtute continebit ipſum: ſicut ꝑ-
fectum continet ꝟtualiter imperfectum: ſed impoſſibile
eſt ꝙ duo accidentia: quorũ vnum continet in ꝟtute alte-
rum: ſint in codẽ ſubiecto diſtincte: ſicut tepiditas ⁊ calor
in ſummo. ¶ Confirmat᷑: quia alias intellectus eſſet due
potẽtie: quoniã anima per intellectum bis aſſimilaretur
obiecto: ſemel per ſpeciẽ et ſemel ꝑ intellectionem. ꝑ vnam
autem potentiã vno modo tm̃ anima aſſimilatur obiecto.
¶ Confirmatur iteruꝫ quia ſuperflue poneretur ſpecies.
non eñ ponitur niſi ad repreſentãdum obiectum et ad fa
ciendum ipm preſens intellectui: ſed ſcđm maxime fit per-
intellectionem. igitur nõ eſt ſpecies neceſſaria.
¶ Confirmatur inſuper: qr ſm philoſophũ. 3. de aĩa ſicut T.c.37.
anima eſt omnia ſenſibilia ꝑ ſenſum ſic eſt omnia intelligit
bilia per intellectum. Conſtat autem ꝙ non eſt ſenſibilia
realiter: ſed per aſſimilationẽ tantũ inquãtum per actum
ſentiẽdi aſſimilatur rei ſenſate. igitur ipſa ſimiliter eſt oĩa
intelligibilia per intellectum: inquãtum per actum intelli
gendi aſſimilatur rei intellecte.
¶ Secũda ratio ad idẽ eſt: quia ſi ſpecies eſſet diſtincta
ab intellectione tũc ſimul in ĩtellectu eſſent due ĩtellectio
nes ſeu cognitiones. conſequens eſt impoſſibile: quia nec
eſſent eiuſdẽ rationis nec alteri⁹: vt prius ꝓbatur de ſpe-
cieb⁹. conſequẽtia ꝓbatur: quia nõ eſt minoris abſtractio
nis ſpecies in intellectu ꝙ̃ in ſenſu: ſed ſpecies in ſenſu ha
bet ſm propriam eius rõnem ꝙ ſit ſenſatio ⁊ cognitio for-
me. igitur hoc non eſt negãdũ a ſpecie in intellectu. aſſum
ptum patet per philoſophũ. 2. de anima. ⁊ per Cõmenta. T.c.121.
dicit eñ philoſophus ꝙ ſenſus eſt ſuſceptiuus ſpecieruꝫ
ſine materia. et Cõmenta. exponẽs dicit. ꝙ ideo in anima
ſunt intentiones ⁊ comprehenſiones: ⁊ extra animam non
ſunt intentiones neqꝫ comprehenſiones.
¶ Conrfirmatur: quia nichil requiritur ad hoc ꝙ forma
aliqua ſit vera comprehẽſio: niſi ꝙ per ipſam exhibeatur
obiectum in eſſe obiectiuo preſentialiter: habere enim ſic
obiectuꝫ preſens eſt ipſum cognoſcere: ⁊ ecõuerſo. ſed ſpe
cies inquãtum eſt ſimilitudo rei habet ex propria condi-
tione ꝙ exhibeat rem preſenteꝫ in eſſe obiectiuo. igitur ex
propria cõtradictione habet ꝙ ſit vera comprehenſio.
¶ Confirmat᷑ hoc ipſum: quia actus intelligendi ex hoc
preciſe habet ꝙ exhibeat rem preſentem in eſſe obiectiuo:
quia eſt ſimilitudo rei: ⁊ quia ſpecies etiam eſt ſimilitudo
licet non ita clara. igitur ⁊c̃.
¶ Tertia ratio eſt ſpecies autẽ ponitur in intellectu alia
ab intellectione: vt ſuppleat vicem obiecti in ratione ter-
minãtis: aut in ratione principij formalis elicitiui actus:
a qualibet eñ opi. ponente ſpeciem diſtinctã ab actu po-
nitur ꝓpter alterũ predictorũ: ſed non eſt ponenda ꝓpter
primũ: qr act⁹ quo intelligo roſam nõ terminat᷑ ad ſpecieꝫ
roſe: alias oĩs intellectio que eſſet mediante ſpecie eſſet
reflexa: terminaretur eñ immediate ad aliquid in intel-
lectu. Item nõ eſſet tũc notitia nec ſcientia de rebus: nec
verificarentur ꝓpoſitiones immdiate de rebus: imo hec
propoſitio eſſet falſa. triangulus habet tres: inquãtum
comparatur ad intellectum enuntiantem.

¶ Preterea. Sẽſus immediate terminatur ad res extra quoniã immediate iudicat res que ſunt extra alias ſenſatio eſſet actus reflexus. igitur multo magis intellectus iudicat de rebus ipſis. ¶ Preterea. Intellectus intelligendo roſam aut ſiſtit in ſpecie roſe: ⁊ tunc ſequitur ꝙ intellectus nihil intelligit de rebus: aut ex ſpecie ꝓcedit vltra ad res. ⁊ tũc ſequitur ꝙ omnis actꝰ intellectꝰ circa res eſt diſcurſiuus: que ambo falſa ſunt: nec eſt ponẽda ſpẽs propter ſcd̃m: vt ſcilicet ſe habeat in rõne eliciẽtis actum vna cum intellectu: qꝛ impoſſibile eſt effectũ excedere imperfectã cauſam ſuam equocam: ſed intellectio eſt perfectioꝛ ſpecie. igit̃ non põt eſſe eius effectus equiuocus: ſed cũ non poſſit eſſe etiam eiꝰ effectꝰ vniuocus cũ ſit alteriꝰ

T.cõ.2. rõnis. igit̃ nullo modo eſt effectꝰ eiꝰ. Huius intẽtionis vi

T.cõ.6. det̃ eſſe philoſophꝰ. 3. de anima. vbi ait. ꝙ anima eſt locus ſpecierũ non tota: ſed intellectꝰ. Item ibidem ꝙ intelligere eſt pati: q̃ vera nõ eſſent ſi ſpecies eſſet aliud ab intellectione. Et quod multum facit ad hoc vt dicunt eſt: quia Ariſto. non fuiſſet tantũ diminutꝰ: ꝙ nullam mentionem feciſſet de ordine ſpeciei ad intellectionẽ ſm̃ quem primo imprimitur ſpecies ⁊ poſt intellectio.

¶ Ad primũ nego maioꝛem. Ad ꝓbationem dico ꝙ ſunt ſimilitudines alterius ⁊ alterius rõnis: ⁊ cũ infertur. igit̃ vna eſt perfectioꝛ altera ⁊ cõtinet eam ꝟtualiter ⁊c̃. dico primo ꝙ ſi iſta ꝓbatio valeret cõcluderet multa falſa: et contra iſtũmet arguẽtem. ⁊ contra quẽlibet aliũ. per ſimilem enĩ modum probaret̃ ꝙ in intellectu nõ ſimul poſſunt eſſe actꝰ apprehẽdẽdi ⁊ actꝰ aſſentiẽdi: nec aliqui alij duo actus diuerſarũ rationũ. Item nec plures habitꝰ: nec habitus ⁊ actus ſimul neq; ſpecies plures: ita etiã in voluntate nõ poſſent ſimul eſſe aliqui duo actꝰ vel duo habitus aut habitus cũ actu: ⁊ vniuerſaliter nulle due foꝛme poſſent eſſe ſimul in eadẽ materia: que omnia ſunt abſurda. ⁊ ꝙ ita probaret̃ clarum eſt volenti predictã conſequentiã cuilibet taliũ applicare. Reſpõdeo tñ ad rationẽ: ⁊ primo nego cõſequentis ꝓpter illam partẽ conſequẽtis: qua dr̃. cum vnũ contineret aliud ꝟtualiter. nõ enim qd̃libet alio perfectiꝰ continet illd̃ virtualiter ꝓprie loquẽdo. nam ſic cõtinere nõ dicit̃: niſi qd̃ vel põt aliud ꝓducere vel qd̃ in omne in qd̃ aliud poteſt ⁊ illud aliqd̃ plus. ⁊ conſtat ꝙ nõ quelibet que ſunt alteriꝰ rationis ſic ſe habẽt adinuicem.

¶ Secũdo cõcedo ꝙ ſpecies ꝟtualiter cõtinet actũ: ſed non ſicut cauſa totalis: q̃uis nõ ſit perfectioꝛ actu: ⁊ nego illd̃ aſſumptũ: impoſſibile eſt ꝙ duo accidẽtia: quoꝛũ vnũ cõtinet alid̃ ꝟtualiter: ſint in eodẽ ſubiecto. patet inſtãtia de habitu ⁊ actu ⁊ de luce ⁊ ſpecie coloꝛis in medio. videlicet per ponẽtes eas. de quoꝛũ numero eſt ipſe arguens: et de multis alijs in intellectu et voluntate poſſet inſtari: nec probatio valet: quia particularis eſt. ¶ Ad cõfirmationem primã cum dicit̃. alias intellectꝰ eſſet due potentie. nego conſequentiam.

¶ Ad ꝓbationẽ dico ꝙ poſſibile eſt eandẽ potẽtiã eidẽ aſſimilari pluribꝰ modis diuerſaꝝ rõnũ quicqd̃ ſit de pluribꝰ modis eiuſdẽ rõnis. ¶ Ad ſcd̃am cõfirmationẽ: nego ꝙ ſpecies ſupfluat. Ad ꝓbationẽ dico ꝙ aliter p̃ſentatur obiectũ per ſpẽm aliter ꝑ actũ. nã ꝑ ſpẽm repſentat̃ tanq̃ per illd̃ in quo cognoſcit̃: et quaſi modo habituali: ꝑ actũ vero tanq̃ ꝑ illũ quo cognoſcit̃ ſiue qd̃ eſt actualis cognitio eius: q̃uis vocabulũ repreſentationis ſatis incongrue actui applicet̃: ⁊ ſic patet ꝙ ſpẽs nõ eſt ſupflua.

ip̃ ſpeciẽ nõ om / ep̃ſentaret

¶ Ad tertiã cõfirmationẽ cõcedo cõcluſionẽ: ſꝫ ex illa nõ infert̃ ꝙ principalr̃ ĩtelligit. videlꝫ ꝙ nõ ſint ſpẽs diſtincte ab actibus. nã et in ſenſu ſunt hm̃õi ſpẽs ſicut ꝓbatũ eſt. ¶ Ad ſecũdã rõnẽ dico p̃mo ꝙ viriliter militat cõtra factoꝛẽ ſuũ: ſi intelligat̃ vt ſonat. primo qd̃ẽ ex eo ꝙ dicit impoſſibile eẽ duas cognitiones eiuſdẽ vel diuerſarũ rationum eſſe in intellectu. nam infra expꝛeſſe dicit oppoſitũ de angelis: de quibus tñ probatio impoſſibilitatis dicte eque concluderet: vt patet applicanti. ¶ Secundo qꝛ ex probationibus ꝯñe manifeſte ſequitur ꝙ quelibet ſpecies exiſtens in intellectu eſt actualiter cognitio. et per ꝯñs ꝙ quilibet homo ſimul actualiter intelligit oĩa: quoꝛũ ſimul habet ſpecies: qd̃ eſt etiã contra eum ⁊ contra veritatẽ. et ꝙ ita ſequatur non opus eſt declarare: qꝛ ſtatim adhibẽti curam ptꝫ ſic eſſe. ¶ Scd̃o reſpondeo ad rationem: ⁊ nego conſequentiã. Ad probationẽ dico ꝙ illa non eſt ſufficiens ratio. nam nõ quodlibet eque abſtractũ vt ſenſatio eſt cognitio. patet de volitionibus que ſunt abſtractioꝛes q̃ ipſe ſenſationes: ⁊ tñ ſm̃ cõmunem op. ⁊ iſtum arguentem non ſunt cognitiones. Item habitus intellectuales non ſunt cognitiones: et tñ non ſunt minus abſtracti ſenſationibus. dico igitur ꝙ talis abſtractio et ſpiritualitas bene requiritur ad eſſe cognitionẽ. et hoc ſolum intendũt ibi Philoſophus et Cõmen. et ſufficit ad eoꝛum propoſi- T.c.121.
tum: ⁊ ideo bene cõcludit idem Cõmenta. ꝙ foꝛme extra animã non ſunt cõpꝛehenſiones. hec tñ abſtractio non ſola ſufficit vt res ſit cognita: vnde ꝙ Cõmẽta. dicit. ⁊ ideo in aĩa ſunt intentiones ⁊ cõpꝛehenſiones: non debet intelligi ꝙ ideo p̃ciſe: ſed ideo alijs tñ conditionibus neceſſarijs concurrẽtibus. ¶ Ad confirmationem dicendum ꝙ non qualiſcũq; exibitio preſentie obiecti ſufficit: ſed ea ã tũmodo per quã res in actuali conſpectu mentis cõponi-
tur. iuxta ſentẽtiam ⁊ modum loquẽdi Auguſt. 12. de tri. Cap.6.
hoc aũt non fit per ſpeciem ſolũ. nam per ſpeciẽ habitualiter tñ obiectũ eſt preſens. alioquin ſi actualiter ſemper actualiter intelligeret̃ omne cuius ſpecies eſſet in intellectu: qd̃ eſt falſum. ¶ Confirmatur reſpõſio. nam certum eſt ꝙ res extra non eſt magis preſens intellectui per ſpeciem preciſe/q̃ ipſamet ſpecies: ⁊ tamen ipſa non ſemper cognoſcitur. et idem dicit Auguſti. de mente que ſemper ſibi eſt preſens: ⁊ tamen non ſemper ſe cogitat. ¶ Ad aliã dicẽdum ꝙ non omnis ſimilitudo rei eſt cognitio. ¶ Ad tertiam rationem dico ꝙ ſpecies ponitur propter vtrũq; reſpectu tamen abſtractiue tantum ipſius rei extra et intuitiue ſui ſicut et ſm̃ vtrãq; habitudinem ſe haberet obiectum ad ſuam notitiam intuitiuam. ¶ Ad primam probationem qua arguitur ꝙ non in ratione terminantis. dico ꝙ ſi tu velis vocare omnem notitiam ĩmediate teminatam ad aliquid exiſtens in intellectu reflexam. cõſequẽs eſt verũ nec ꝓbatur ipſum eſſe falſum. Si vero ſtrictius et magis ſm̃ conſuetam acceptionem vocabuli. illa notitia tñ vocetur reflexa que eſt notitia notitie. nego conſequẽtiam que etiã non probatur in hoc ſenſu. ¶ Ad aliud cum dicitur: ꝙ tunc non eſſet notitia de rebus extra: nego conſequentiã: ⁊ ſimiliter aliam qua infertur ꝙ propoſitiones non verificarentur ĩmediate de rebus/ ſeu magis ꝓprie pro rebus: ⁊ iſte conſequentie non ꝓbantur ab iſto: et ꝙ oppoſita conſequentiũ ſtent cũ antecedẽtibus ſufficiẽter declaratũ eſt in primo. di. 3. in. 2. dubio illius queſtionis. vtrum res ſenſibiles naturaliter intelligãtur a nobis. pro nunc aũt oſtendo debilitatem iſtarum argumentationum ex vno quod ponit beatus Aug. 4. ſuper Gen̄. in pluribus locis. et in alijs etiam libꝛis ibidem. videlicet ꝙ angeli vident in verbo creaturas: et perfectius eas cognoſcunt per notitiam quam habent de eis in ipſo verbo / q̃ per eam quam habent de eis immediate in propꝛia natura ipſarum: et in hoc cõmunius doctoꝛes aſſentiũt Aug. ponatur ergo ꝙ angelus habeat preciſe iſtam notitiã de creaturis in verbo: ⁊ nullam habeat de ipſis immediate in propꝛio genere: nunquid dicetur ꝙ ipſi non habent notitiam de rebus/aut ꝙ propoſitiones quas foꝛmarent de rebus extra non eſſent vere pro ipſis rebus. puto ꝙ hoc nullus intelligens diceret. Et ex hoc apparet ꝙ in ꝓpoſito tales argumentationes nullius virtutis exiſtunt.



¶ Ad aliam de illa ſiſtentia ⁊ non ſiſtentia reſponſum eſt: vbi ſupra ⁊ quod infertur de diſcurſu non eſt conſequens proprie loquẽdo: ſic nec beatus videns creaturas per verbũ dicitur intelligere illas per diſcurſum: nec deus etiã ſm̃ opi. multoꝛũ qui dicũt ꝙ intelligit creaturas intelligẽdo eſſentiam ſuam. ¶ Deinde cum probatur ꝙ nõ ſe habet ſpecies in ratione elicitiui reſpectu actus. ¶ Ad primũ dico ꝙ aſſumptum falſum eſt de cauſa equiuoca nõ totaliter inſtantia ptꝫ. nam viſio albedinis eſt effectus equiuocus albedinis exiſtentis in coꝛpoꝛe: ⁊ tamen perfectioꝛ ea. ¶ Ad aliud cũ dicitur ꝙ intelligere nõ eſſet pati. dico ꝙ falſum eſt: quoniã quicquid ponatur actiuũ intellectionis: quia tñ intellectio recipitur in ĩtellectu. intellectꝰ patitur tali paſſione: que ſcꝫ eſt ſalus ⁊ protectio: ⁊ ipm̃ intelligere eſt vere pati. vtrum autẽ intellectus ſe habeat paſſiue tm̃ vel etiã actiue reſpectu ĩtellectionis. infra videbit̃. ¶ Ad vltimum dico ꝙ ſatis innuit oꝛdinẽ illum per hoc ꝙ dicit tales imagines ſe habere ad intellectum ſicut ſenſibilia ad ſenſum: quod eſt verum de quibuſcũq; imaginibus vel ſpeciebus per quas vel in quibus intellectus ĩtelligit ſiue ſint in intellectu ſiue alibi. quis autẽ ignoꝛet ꝙ ſẽſibilia ſunt cauſa ſenſationum: ⁊ nõ econuerſo. Et per hoc non cõſequenter aduertat ꝙ ſpẽs in intellectu eſt cauſa intellectionis: cuius eſt obiectum ipſa et non econuerſo.

**Quantum** ad articulum tertium qui eſt de principali queſito ꝑ ono cõcluſiones tres Prima eſt. ꝙ angeli aliqua cognoſcunt per ſpecies. Secunda ꝙ non oĩa que cognoſcũt: cognoſcunt per ſpecies. Tertia ꝙ quecũq; cognoſcunt per ſpecies diſtinctas ab actibus. i. ab actualibus intellectionibus. ¶ Primã cõcluſionem probo ſic. angeli cognoſcũt naturaliter aliqua preterita que nõ ſunt ⁊ diſtincte recoꝛdãtur ipſoꝝ. igitur aliqua cognoſcũt per ſpecies. añs cõmuniter concedit̃. ⁊ probat̃ ex dicto Auguſti. in lib. de diuinatione demonũ. vbi ait. ꝙ acceſſit demonibus per tam longũ tempus quo eoꝝ vita ꝓtenditur rerum longe maioꝛ experientia/ q̃ hominibus poteſt ꝓpter bꝛeuitatem vite peruenire: ⁊ eandẽ
Cap.26. ſententiã ponit. 2. ſuper Gen̄. ad litterã. Conſtat aũt ꝙ experiẽtia ſm̃ ꝙ de ipſa nũc loquit̃ acquirit̃ ex multis memoꝛijs: vt ptꝫ in ꝓhemio meta. Eiuſdẽ nãq; rei multe memoꝛie vnius experientie poſitionem faciunt. vt ibi ſcribit Philoſophus. ¶ Preterea. Cum homo poſſit hoc non eſt negandũ ab angelo. ꝯña probat̃. nam cognitio memoꝛatiua/ſeu recoꝛdatiua ꝓpꝛijſſime eſt per ſpeciẽ: ſicut idẽ Philoſophus vult in lib. de me. ⁊ re. ⁊ Auguſt. 11. ⁊. 14. de tri. ſicut ꝓlixe eoꝝ auctoꝛitatibus. ptꝫ in. q. ſepe allegata: ⁊ ſicut rei nos euidẽtia docet. ¶ Confir. nam omne quod cognoſcitur ab angelo/ vel cognoſcitur ĩmediate in ſeipſo vel mediate in ſpecie ſua. Sed preterita et non exiſtentia non poſſunt cognoſci ab angelo naturaliter in ſeipis ſicut nec a nobis: vt patet per experiẽtiam: nec in hoc diffrẽtia eſt inter angelos et nos quãtum ad notitiam naturalem
Cap.35. quã Auguſt. vocat veſpertinam de qua loquens angelis. 4. ſuper Gen̄. ait. Quam notitiam precedebant que fiebant: quia precedit cognitionẽ quicquid cognoſci poteſt. niſi enim prius ſit quod cognoſcitur cognoſci non poteſt: quod intelligendum eſt de prioꝛitate nature et cauſalitatis. non autem tẽpoꝛis ſicut innuit infra. Et probatur ex
Cap.38. eo quod ſcribit. 14. de trini. Ex hoc autẽ manifeſte ſequi-
Cap.10. tur ꝙ niſi aliqd̃ ſit ab eis cognoſci in ſe naturaliter nõ poteſt. igitur in ſpecie cognoſcũt: ⁊ habetur ꝓpoſitũ. ¶ Secundã cõcluſionẽ ꝓbo primo: qꝛ deũ nõ cognoſcũt ꝑ ſpeciem: alias nõ eum intuitiue ⁊ faciliter viderẽt: quod eſt falſum: vel ſimul viderẽt eum duplici notitia. vna intuitiua alia abſtractiua: qd̃ ponere videt̃ ſuperfluũ. ꝯña patꝫ: qꝛ illud dr̃ cognoſci ꝑ ſpeciẽ qd̃ cognoſcit̃ in ſpecie ſua et non ĩmediate in ſeipſo: nec aliquid aliud intelligo per cognoſci per ſpeciem: vnde ⁊ propter hoc ſolum ipſa ſpecies eſt ponẽda. ¶ Scd̃o angelus non intelligit ſeipm̃/nec ea que in ipſo ſunt ꝑ ſpeciẽ ⁊ intelligit illa. igitur nõ oĩa que intelligit intelligit ꝑ ſpeciẽ: aſſumptũ ꝓbatur. qꝛ nos talia in nobis intelligimus ĩmediate ⁊ nõ ꝑ ſpeciẽ mediã: vt probatũ eſt in primo. d. 3. vbi querit̃ vtrũ res inſenſibiles naturaliter a nobis cognoſcantur: ⁊ per eaſdẽ rõnes illud ipſum ꝓbat̃ de angelis. ¶ Tertio nos per ſenſum et etiã per intellectũ cognoſcimus quedam ſingularia ſenſibilia intuitiue: ⁊ non per ſpeciẽ mediã: vt ꝓbatũ eſt ibidẽ in. q. de cognitione rerũ ſenſibiliũ. igitur angelus ſenſibilia exiſtentia cognoſcit intuitiue ⁊ non per ſpeciem mediã: alioquin non ita perfectã notitiã haberet naturaliter de ipſis ſicut nos: qd̃ non eſt dicendũ. ¶ Tertia cõcluſio ꝓbatur: qꝛ quacũq; cognitione aliqd̃ cognoſcit̃ ab angelo mediãte ſpecie cognoſcit̃ ipſa ſpecies. igitur quicquid angelus cognoſcit mediãte ſpecie cognoſciet per ſpeciẽ diſtinctã ab actuali notitia illiꝰ. ptꝫ ꝯña: qꝛ oĩs notitia qua ſpecies cognoſcit̃ eſt diſtincta ab illa ſpecie: ſicut ptꝫ ex precedẽti. q. ꝓxima. ¶ Ad argumentũ. q. negãdum. eſt añs. nam lꝫ quedã homo cognoſcat ⁊ per ſenſum ⁊ intellectum ĩmediate non per ſpeciẽ: aliqua tñ cognoſcit per ſpeciẽ: ſicut dictum eſt: ⁊ ita ſuo modo eſt de alijs etiam.

¶ Diſtinctionis ſeptime Queſtio. iiij.

**TErtio** qꝛ in tertio articulo precedẽtis. q. ad probandũ ꝙ angelus aliqua cognoſcit per ſpeciem: aſſumptũ eſt ꝙ non exiſtentia non poſſunt/nec a nobis / nec ab angelis cognoſci in ſeipſis/ ſeu intuitiue: quod idem valet apud me: ⁊ hoc ipſum etiam tenui in primo. d. 3. q. 1. oppoſitum aũt tenuit quidã valens Bachal̃. mecũ in lecturam concurrens: ⁊ de hac materia conferendo ſimul dicta ſunt hinc et inde q̃ plura que interſeri huic operi vtile iudicaui. Idcirco nũc quero vtrũ aliquid non exiſtẽs poſſimus naturaliter intueri / ſeu intuitiue cognoſcere. ⁊ arguo primo ſic. ¶ Intellectus naturaliter cognoſcit intuitiue omne quod exterius ſenſui apparet: ſed aliquid non exiſtens apparet exterius ſenſui ergo ⁊c̃. Maioꝛ patet: quia ſenſus cognoſcit intuitiue omne quod exterius ſibi apparet. probatur hoc: quia conſtat ꝙ omne ſibi apparens ipſe cognoſcit ⁊ non abſtractiue: qꝛ notitia abſtractiua non cõpetit ſenſui exterioꝛi. igitur intuitiue. et ſi ſenſus. igitur et intellectus: cum ſit potentia perfectioꝛ. Minoꝛ probatur: quia aliter quodlibet apparens eſſet verum.

**Oppoſitum** arguitur per Aug. 4. ſup Gen̄. d. vt allegatum eſt in. q. precedente. Cap.35.
articulo tertio niſi prius ſit quod cognoſcatur cognoſci non poteſt. igitur non exiſtens non poteſt naturaliter a nobis cognoſci intuitiue.

**De. q.** tenuit predictus venerabilis Bachal̃. ꝙ non exiſtens poteſt a nobis naturaliter: tam per ſenſum/ q̃ per intellectũ intuitiue cognoſci: ⁊ fuit prima ratio ſua illa que facta eſt arguẽdo ad. q. ¶ Secunda fuit. talem actũ per oĩa habet aliqñ ſenſus: ⁊ etiã intellectus: et de non exiſtente qualem haberet: ſi illud actualiter exiſteret et actualiter ſenſum ĩmutaret. ergo de non exiſtente habet aliquando intuitiuam cognitionẽ. conſequentia nota eſt: quia cognitio quã haberet: ſi illud actualiter exiſteret ⁊ ſenſum ĩmutaret eſſet vtiq; intuitiua. antecedens videtur notum per experiẽtiam: quia ſi aliquis tãgit duo coꝛpoꝛa realiter ſpherica: ⁊ poſt per cancellationem digitoꝛum vnum tantum experitur ſimilem notitiam dualitatis hincinde. Et hoc magis apparet quia iudicia ſequentia habita virtute illarum notitiarum ſunt oĩno ſimilia.

Quale em̄ iudiciū haberet tangēs duo realiter: talē habet per oīa tangēs per cancellationem: ⁊ niſi aliūde certificaretur eque aſſentiret vni iudicio ſicut alij.

¶ Confirmatur ſic. de quibuſcūq; intellectus habet ſimilia iudicia naturaliter cauſata. de eis prebet naturaliter ſimiles apprehenſiones. patet. q2 iudicia naturaliter cauſantur a ſimplicibus apprehenſionibus: ⁊ ſine eis naturaliter cauſari non poſſunt: ſed de exiſtente ⁊ non exiſtente habet aliquādo intellectus ſimilia iudicia: vt dari poſſet exemplū in multis: ſed iudicium quo intellectus iudicat exiſtens eſſe non poteſt haberi naturaliter niſi prehabeatur apprehēſio ſimplex intuitiua exiſtentis. igitur nec iudiciū quo iudicat nō exiſtēs eſſe haberi poteſt ſine apprehenſione intuitiua ſui vel ſaltem alterius: ſed alterius nō: quia virtute intuitiue alterius rei non iudicat intellectus de eſſe alterius: vt patet inducendo.

¶ Oppoſitam ꝯcluſionem ego tenui ⁊ probaui duabus rationibus: que etiā habentur in primo lib. diſt. 3. q. prima fuit autē vna hec ſi homo poteſt naturaliter cognoſcere intuitiue ſenſibile nō exiſtens: maiori vel pari rōne poſſet naturaliter cognoſcere ſenſibile exiſtens q̄tūcunq; eſſet remotū vel occultum. hoc autē eſſe falſuz patet per experientiā. nemo eniz eſt qui naturaliter poſſit intueri colorē margarite exiſtentis in arca regis tartarorum: vel regis indorum: aut alterius corporis diſtātis plurimū vel occulti. cōſequentia probatur: quia nullo exiſtēte eſt magis cognoſcibile aliquid non exiſtens ceteris paribus: ſaltem tale: quod ſi exiſteret eſſet eiuſdem rationis et omnino ſimile cum illo exiſtente: nec etiam aliqua res naturalis magis poteſt cauſare notitiam nō exiſtentis q̄ exiſtentis ſibi ſimilis: vbicūq; et qualitercūq; exiſtat: ⁊ hec clara ſunt vt puto cuilibet cōſideranti. ¶ Secūda ratio fuit hec. non eſt naturaliter poſſibile ꝙ homo cognoſcat ſimul ītuitiue qðlibet ſingulare ſenſibile ſimiliū ſingulariū que fuerunt aut ſimiliū que erūt vel ſimiliū poſſibiliū que nunq̄ erūt.
non igitᷣ eſt poſſibile naturaliter ꝙ homo cognoſcat intuitiue aliquod ſenſibile nō exiſtens. quero tunc aut ille videt ſenſibile qð fuit: ⁊ tunc cū nullum ſimiliū ſenſibiliuz plus habeat cauſalitatē aliq̄ vel habitudinem q̄cunq; ad hanc viſionem q̄ cetera: nec deus etiaz ſuppleat cauſalitatem alicuius eoꝝ ſpecialiter cauſando. ſ. eandē notitiā quam ipſum cauſaret ſi exiſteret: cū ponatur talis viſio naturaliter cauſari. ſequitur ꝙ pari rōne qua videt vnum videat qðlibet ſenſibiliū preteritorū: ⁊ ſic ſi videt albedinem non exiſtentē et preteritā ſimul videt quaſcūq; ſimiles q̄ nūq̄ fuerunt. Eodē modo probatur ꝙ nō videt albedinē futuram neq; poſſibilem non futurā: quia tunc videret q̄ſlibet ſimilē futuram vel poſſibilem. ¶ Adduxi ad hanc auctoritatem Augu. 11. de trini. dicentis. nec vlla poteſt viſio ſi
Cap. 2. nō ſit corpus qð videri queat: quod intelligendum eſt de potentia naturali creature. ¶ Ad primā rationem ſuam reſpondi diſtinguēdo de duplici apparētia. ſ. ſimplici et complexa que nō eſt aliud q̄ iudiciū quo aliquid cōplexe ſignificabile iudicatur. Si de hac iudicatiua apparētia intelligatᷣ maior negaui illam: ⁊ ſimiliter aſſumptā ad eius ꝓbationem. dico em̄ ꝙ nec ſenſus nec intellectus cognoſcit intuitiue eſſe: imo nec aliquid qð apparet apparētia complexa ſiue appareat ītellectui ſiue ſenſui. Et vltra ad ꝓbationem cū dicitur. ꝙ omne ſibi apparēs ſenſus cognoſcit ⁊ nō abſtractiue. igitur intuitiue. Reſpōdeo ꝙ loquendo de apparētia complexa: vt prius: ⁊ de cognitone ſimplici. antecedens eſt falſum rōne prime partis ſue. Si vero nō intelligatur de cognitione ſimplici. quicquid ſit de antecedēte. cōſequentia nō valet. Nā notitia intuitiua ꝓprie accepta: vt de ipſa nūc eſt ſermo: eſt notitia ſimplex non complexa. ſi vero maior intelligatur de apparētia ſimplici: que vtiq; in ſenſu exteriori eſt ipſa ſimplex intuitio rei ſenſate: maiorem primi. ſyllogiſmi concedo ⁊ nego minorem: qua dicitur ꝙ non ens apparet ſenſui.

¶ Ad ꝓbationem cum dicitur. ꝙ alias quodlibet apparens eſſet verum. patet ꝙ non eſt ad propoſitum: quia hic accipitur apparētia primo modo. ¶ Ad ſecūdam rōnem dixi ꝙ vel añs ſumitur preciſe indefinite ſicut ꝓfertur vel ſumitᷣ loco huiꝰ vlis. Qualēcūq; actū haberet ſenſus de exiſtēte talem per omnia aliquādo habet de nō exiſtente. Si primo modo negaui cōſequentiā: nec ꝓbo. Exemplū non em̄ ſequitur. talem formā habet nix qualē habet lac. igitur nix habet dulcedinē. nam añs eſt verū et cōſequēs falſum: nec valet ꝓbare per hoc: q2 lac habet dulcedinē. Si vero ſumatᷣ antecedēs ſecūdo modo. nego ipſum. nec valet ꝓbatio: quia talis tangens priꝰ duo: ⁊ poſtea vnum tantū nō habet ſimilē notitiā ſimplicē de dualitate: quia poſtea nō tangit duo vt prius: licet forte habeat ſimile iudicium complexum: et q2 in confirmationibꝰ ſuis ex hoc nititᷣ probare ꝓpoſitum. dico ꝙ illud ſup quo ſuſtentātur cōfirmationes p̄dicte. ſ. ꝙ ſilᷓa iudicia naturalᷓr habita ſp cauſantᷣ ex ſilᷓibus apprehēſionibꝰ ſimplicibꝰ. ſi quelibet iudicia eiuſdē ſignificati complexi appellentᷣ ab iſta ſimilia: quēadmodū videtur ipſe accipere: q2 nec aliter poteſt oſtendere ꝙ tangens prius ⁊ poſtea in caſu ſuo ſilᷓia iudicia habēt de dualitate tactorū: ſic inq̄ accipiēdo iudicia ſimilia dico ꝙ illud fundamentū eſt falſum. probatio tangens em̄ duo ſpherica ⁊ non videns illa ſimile iudiciū habet cū illo qui illa videt ⁊ nō tāgit: ⁊ tamē non habēt ſimiles apprehēſiones ſimplices ex quibꝰ cauſentᷣ: q2 iudiciū vnius cauſatur ex viſione: ⁊ iudiciū alterius ex tactione. Item vnus ex recordatione ⁊ abſtractiua notitia iudicat niuē eſſe frigidā. alius vero tāgens eā primo nō ex aliqua ſimili notitia ſimplici: ſed ex actuali intuitione ſeu ſenſatione exteriori īmediate ad frigiditatem niuis terminata iudicat idipm̄. Interdū etiā. vnus hoc idē iudicat ꝑ narrationē alterius: qð alius iudicat ex actuali experientia: vel ex memoria ī eo derelicta. Et ſic in multis poſſet oſtēdi ꝙ non ſemꝑ ſimilia iudicia ex ſimilibꝰ ſimplicibus cauſantᷣ apprehēſionibus. ¶ Ad rōnes vero meas ipſe reſpōdit ſic. ¶ Ad primā dixit ꝙ de quocūq; ſenſibili nō exiſtēte ipſe experitur ſe habere notitiā intuitiuam: ⁊ de omni ſimili exiſtente q̄tūcunq; remoto vel occulto poſſet habere intuitiuā: ſi cauſe ſufficiētes cōcurrerent ad cauſandū notitiam ſenſibilis exiſtentis: vel occulti: ſicut aliquando concurrunt ad cauſandum notitiam non exiſtentis.

¶ Ad ſecūdam negauit cōſequentiā. Ad ꝓbationē dicit ꝙ talis nō videt qðcunq; exiſtens: ſed ſolū illud ad cuius viſionem cauſandū ſufficiunt cauſe naturales preſentes. verbi gratia. cognoſcēs intuitiue dualitatē corpoꝝ ſphericorū vbi grā. piſorum per cancellationem digitorum cognoſcit ſolum dualitatez que opponeretur vnitati piſi tacti: ⁊ non q̄cunq; aliam.

¶ Ad auctoritatē Aug. dicit exponēdo ſi non ſit corpus quod videri queat vel aliquid. ſupple vel aliqua que equaleant in cauſando viſionem: nunc autez dicit ꝙ alique res equiualent in cauſando viſionem de ipſo.

¶ Pro excluſione harum ſolutionum et confirmatione concluſionis mee poſui duas propoſitiones: quarum prima fuit. nulla res extra naturaliter percepta per ſenſum poteſt cauſare in anima percipientis intuitiuaz notitiam alterius rei ſenſibilis actualiter exiſtentis non ſimul partialiter concauſantis. Iſta eſt euidens per experiētiam. nec enim vnus color dum videtur cauſat in anima cum videntis notitiam alterius coloris actualiter exiſtentis: non tamen ſecum mouentis eandem potentiam ⁊ concauſantis viſionem in ea: et multo magis non cauſat notitiam intuitiuam ſoni aut alterius ſecūdum ſpeciem ſenſibilis non actualiter eundem ſenſum immutantis: niſi qs forte dicat ꝙ immo cauſat: ſed nos non ꝑcimus: ſed tunc



pariter dici poterit ꝙ ſonꝰ perceptus a ceco nató cauſat in aīa eius intuitiuam notitiā coloris. ipſe aūt nō ꝑcipit.

¶ Preterea. A ſic dicente querēduz eſſet vnde conſtaret ſibi ꝙ vnum ſenſibile iſto modo cauſat notitiam alterius: licet non percipiamus.

¶ Secūda propoſitio. nulla res extra ꝑcepta per ſenſum naturaliter cauſat in anima percipientis notitiam intuitiuam alicuius ſenſibilis non exiſtentis non pariter concauſantis. hoc patet ex prima. tum quia magis vel ſaltem non minꝰ videtur ꝙ poſſet cauſare notitiam q̄uis exiſtentis ſibi ſimilis ſeu ꝙ eſſet ſibi ſimile ſi exiſteret: q̄a adhuc nec illi ſuffragatur non eſſe: nec huic aliquid nocet eſſe: tum quia ſi illud ſenſibile non exiſtens: cuius notitiaz hec res diceretᷣ poſſe cauſare exiſteret: hec res non poſſet cauſare notitiam illius intuitiuam. igitur nec poteſt dū illud exiſtit. cōſequentia eſt euidens. aſſumptuz patet. q2 alias in tali caſu dubitandum eſſet vtrum ſentiens ſentiat aliquod abſens ſenſibile exiſtens alibi. verbi gratia. in exemplo huius ſocij cum quis cancellatis digitis tāgit vnum piſum. ⁊ videtur ſibi ꝙ tangat duo piſa: talis haberet dubitare vtrum tangat aliquod aliud piſum alibi exiſtens. que tñ dubitatio nulli vnq̄ accidit homini ſane mentis.

¶ Ex his confirmatur cōcluſio ſupra poſita ſic. nulla res ſenſibilis poteſt naturaliter percepta per ſenſum cauſare notitiam intuitiuā ſenſibilis non exiſtentis nec naturaliter concauſantis. igitur nullꝰ poteſt naturaliter intuitiue ſentire nō exiſtens. patet conſequētia: quoniam quelibet ſenſatio intuitiua que naturaliter cauſatur in nobis cauſatur ab aliqua re ſenſibili actu a nobis percepta per ſen-
Cõmẽ. 51. ſum: ſicut patet per experiētiam. vnde etiam in exemplo
Cõmẽ. 5. ſocij intuitiua tangentis ipm̄ digitis concellatis cauſatᷣ a piſo tacto. Ex his quoq; excluditur ſolutio prime rationis ſic. in nullo caſu quis naturaliter poteſt intuitiue cognoſcere aliquod ſenſibile abſens vel occultum. igitur ibi nullo caſu poſſunt naturaliter cōcurrere cauſe ſufficientes cauſare notitiam intuitiuam abſentis exiſtentis ſenſibilis vel occulti. patet ex oppoſito conſequentis reſponſionis date. et vltra. igitur in nullo caſu naturaliter poſſunt concurrere cauſe ſufficientes cauſare notitiam intuitiuā non exiſtentis. conſequentia patet hic ex ſecunda propoſitione premiſſa. Et ex hoc vlterius ſequitur ꝙ in illo caſu quis intuitiue ſentiat non exiſtens.

¶ Confirmo querendo ab iſto venerabili ſocio. quomodo ipſe experitur ſe tangere non exiſtens cuz tangit cancellatis digitis piſum vnum. quia ſi vt dicit ita abſens poteſt ītuitiue cognoſci ſicut non exiſtens ſi cauſe ſufficiētes cauſare ſuam intuitiuam concurrunt. et ſibi non conſtet nec naturaliter poſſit conſtare an cauſe iſte ſufficiant cauſa-
Cap. vlti. re intuitiuam non exiſtentis potius q̄ exiſtentis remoti: cui foret ſimile non exiſtens ſi exiſteret: non plus poteſt experiri vel noſſe ſe tangere nō exiſtens q̄ exiſtens remotuz vnde ſicut dicit ſe tangere dualitatem piſorum non exiſtētem ita dicet ſibi alius ꝙ ipſe tangit dualitatem alibi exiſtentem. Et ex hoc patet etiam ꝙ nulla ſua probatio eſt efficax ad intentum ſuum. Solutio etiam ſecunde rationis tollitur: ⁊ propter illud quod nunc dictum eſt. ⁊ etiam quia quero de dualitate quam dicit opponi vnitati huius piſi tacti ſi eſſet. an ea eſſet que eſſet duo piſa. quorum quodlibet eſſet hoc piſum demonſtratum quod quis tangit. verbi gratia. a. et cum talis dualitas ſit impoſſibilis ſequitur ꝙ tangit aliquod impoſſibile. quod eſt abſurduz aut dualitas que eſſet duo alia piſa vel hoc piſum ⁊ quoddam aliud. et hoc non. Quia nulla talis dualitas opponeretur vnitati huius piſi: cum quelibet ſit illi compoſſibilis. Et rurſus cum multe tales ſint poſſibiles quamlibet talium tangeret ille. Cum non ſit potior ratio pro vna q̄ pro alia niſi ad placitum aſſeratur oppoſitum. vel vltimo ea dualitas eſſet duo que ſunt partes piſi tacti verbi gratia. c. d. ex quibus cōſtat piſum. a. que duo ideo forſitan dicentur opponi vnitati. a. quia non eſt poſſibile: vt. c. ⁊. d. ſint duo diſticta in actu remanēte vnitate actuali ipſius. a. et ſi ſic dicatur ſequitur ꝙ non tangit dualitatem non exiſtentem: vt ipſe dicit. ſed vere exiſtētem. quia c. et. d. vere exiſtunt. licet non qualiter ille iudicauit illa exiſtere. ſcilicet diſtincta in actu. Reſponſio ad auctoritatem Auguſti. non eſt conueniens intentioni eiuſdem: q̄m ibi vult oſtendere Auguſtiñ. in qualibet viſione exteriori concurrere trinitatem quādam rerum natura diſtinctarum. vt ibi patet in principio capituli. quorum vnum eſt res que videtur. hoc aūt falſum eſſet ſi nō ens videretur. vnde ad ſuſtinendum ſolutiones datas iſte venerabilis ſocius fundare viſus eſt propoſitionē primā cōtra eas poſitam. Et ideo primo poſuit vnam concluſionē talem. Eadem ſenſatio nūero que eſt cauſata ab hac ſenſibili. a. vel que poſſet cauſari ab. a. poteſt cauſari vel potuiſſet fuiſſe cauſata ab altero ſenſibili totaliter diſtincto ab. a. Iſta ꝓbatur ſic. hoc nō repugnat in alijs effectibus cauſatis naturaliter. igitur nec in cognitione. cōſequentia nota: quia non eſt maior repugnantia hic q̄ ibi vt videtur. Sed antecedens probatur; quia idem calor numero qui nunc eſt productus ab hoc igne in hoc calefactibili / vel qui poſſet produci poteſt produci ab altero igne ſenſibili / vel ab aliquo equiualente igni ſimili / vel produci potuiſſet. aliter inter indiuidua eiuſdem rationis eſſet eſſentialis ordo dependentie. ¶ Secundo probatur idem antecedens: quia ſm̄ ſanctos. Si adam non peccaſſet illi ſolum fuiſſent nati: qui nunc ſunt ſaluati / vel ſaluandi. ſed nunc ſunt multi ſaluati: quorum patres ſunt dānati. ergo aliqui nunc ſaluati habuiſſent caſu illo dato alios patres. ¶ Secundo ad concluſionem ſic. ſenſationem eandem numero quam nunc cauſa iſtud ouum poteſt aliud ouū naturaliter conſeruare / vel continuare. igitur poteſt eam producere / vel produxiſſe. conſequentia tenet: ſed antecedens probatur. quia ſi deus poneret vnum aliud ouum totaliter ſimile in eodem ſitu cum iſto ſubtrahendo cauſalitatem prioris: adhuc remaneret prior ſenſatio. alioquin poſſet ſentiens percipere differentiam inter vnum et aliud. quod eſt falſum. Ex hac concluſione infert correlarie contra ambas propoſitiones per me aſſumptas ad concludendum ſolutiones ipſius: ꝙ vna res percepta per ſenſum poteſt naturaliter cauſare in anima percipientis notitiam intuitiuā alterius rei ſenſibilis non ſecum partialiter non cauſantis: ſiue illa exiſtat actualiter ſiue non. probatur hoc ſic. Eadem ſenſatio numero que nunc eſt cauſata ab hoc ſenſibili poteſt cauſari vel potuiſſet fuiſſe cauſata ab altero ſenſibili totaliter diſtincto. ergo vna res percepta per ſenſum poteſt ⁊c. conſequentia patet. quia iſta eadem ſenſatio ſi fuiſſet cauſata ab illo alio a quo potuit cauſari fuiſſet intuitiua illius ſicut nunc eſt iſtius. antecedens patet ex concluſione nunc probata. ¶ Contra iſta. primo oſtēdo ꝙ iſte veñ. Bachalᷓ. datis ſibi eis que aſſumit non probat quod principaliter intendit q̄uis correlarie inferat illud. ¶ Secundo propoſitiones meas quas falſificare nititur confirmabo. ¶ Et tertio contra dicta nunc per eum aliquas concluſiones probabo. ¶ Primo igitur dico ꝙ eſto ꝙ vera eſſent que aſſumit ipſe non probat qð intendit. quia dato ſibi ꝙ ſm̄ hanc ſentationem eandem numero quā video albedinē. a. ⁊ quam ipā albedo. a. cauſat. cauſaſſet in me albedo. b. diſtincta ab albedine. a. ⁊ a. tūc nō ꝯcauſaſſet ſicut ipſe dicit. ſenſatio que nūc eſt ītuitiua. a. fuiſſet tūc intuitiua. b. niſi fuiſſet ēt ītuitiua. a. aut alterius rei diſtīcte a b. ⁊ nō ſecum ꝯcauſantis. adhuc nō haberetur ꝙ aliqua res ꝑcepta ꝑ ſenſum cāret vel cauſaſſet notitiā intuitiuā alteriꝰ nō ſecū ꝯcauſantis. q̄uis ha-

beretur ꝙ notitiam que nunc eſt alterius rei. a.b.non cōcauſante:tūc.b.cauſaret. ⁊ ſic ptꝫ ꝙ ex illo ſuo antecedēte non ſequitur ꝯñs illatū per eum.nam vt ptꝫ ad veritatem conſequētis opꝫ ꝙ de aliqua vna re demonſtrabili poſſit hec eſſe vera. hec res cauſat notitiam intuitiuā alterius non partialiter cōcauſantis:⁊ hoc ideo:qꝛ pꝛedicatum vt logice dicitur appellat ꝓpꝛiā formam. Ego enī ſemper totū illud etiam cū hoc participio percepta poſui a parte pꝛedicati: et ad ſenſum quē ſic facit ꝓbaui ſi bene aduertatur. ¶ Pꝛo cōfirmatione vero ꝓpoſitionū mearū aſſumo vnam pꝛopoſitionē talem. nulla res ſenſibilis pꝛeſens ſenſui ⁊ mouens ipſum ad intuitionē ſui cauſat in ſentiente notitiam qua intuitiue cognoſcatur aliqua alia res ſenſibilis eiuſdē rationis actualiter exiſtens ⁊ eidem ſenſui non pꝛeſens. Et hoc etiā per experientiā ptꝫ. vnde albedo huius margarite.a. dum mouet ſenſum meū ad intuitionem ſui:nō cauſat in me notitiam qua intuitiue cognoſcā albedinē margarite.b.aut aliquā aliam que alibi eſt/nec eſt mihi pꝛeſens. ⁊ ita de quolibet alio ſenſibili/nec oppoſitum eſt poſſibile naturaliter.poteſt etiam iſta ꝓpoſitio deduci ex dictis alijs ipſius cōtra quem arguo. Pꝛimo quidē:qꝛ arguendo ꝙ abſtractiua rei extra non terminaṫ immediate ad ſpeciē eius in aīa aſſumit hanc ꝓpoſitionē nem.nulla cognitio terminatur immediate ad obiectum aliquod quā habēs nō pōt naturaliter experiri cognoſcere illud:vt recitatum eſt in pꝛecedēti.q.ſed conſtat ꝙ nullus habēs intuitionem/ ſeu notitiā intuitiuam de ſenſibili pꝛeſenti pōt naturaliter experiri ſe cognoſcere rem aliā ſimilē non ſibi pꝛeſentē vbicūqꝫ illa exiſtat. igitur nullus talis habet notiam īmediate ad rem aliā ſimilē terminatam. ⁊ per ꝯñs nec intuitionem aliquā qua illā cognoſcat ¶ Secundo qꝛ eiuſdē rei ſenſibilis ſenſui actualiter pꝛeſentis. verbi gratia.albedinis.a.neutra medietas pfectionalis/ſeu ſm intētionem cauſat intuitionē qua cognoſcatur reliqua medietas que eſt oīno ſimilis et eque pꝛeſens eidem ſenſui.igitur per locū a maioꝛi/nec tota albedo ſibi ſimilis alibi exiſtens ⁊ non pꝛeſens eidē ſenſui.antecedēs ptꝫ etiam per aduerſarium.nam poſuit in alia materia loquens ꝙ quilibet gradus actus/vel habitus cognoſcitur cognitione pꝛopꝛia ⁊ diſtincta a cognitione alterius. Rationabiliter aūt idipſum cōſequēter habet dicere de qualibet re ſenſibili intuitiue cognita. igitur alia notitia particulari cognoſciṫ vna medietas a. ⁊ alia cognoſcitur medietas aliqua :et qꝛ non eſt ratio cur vna cauſet notitiam alterius potius/q̄ ecōuerſo: habet conſequēter dicere ꝙ quelibet cauſat ꝓpꝛiam notitiā et neutra cauſat notitiā relique. Q̄uis ille ſint partes vnius totalis notitie: qua tota albedo cognoſcitur:ſicut dicit de particularibus notitijs graduum actus ⁊ habitus. Ex hac ego infero ꝓpoſitionem pꝛimo poſitam: vꝫ ꝙ nulla res naturaliter poteſt percepta per ſenſum cauſare in aīa percipientis intuitionem / ſeu ꝙ ꝓ eodē accipio notitiā intuitiuā alterius rei ſenſibilis actualiter exiſtētis non ſimul ſecum partialiter concauſantis:qꝛ ſi detur oppoſitum in aliqua re ſequitur ex quo illa percipiṫ ꝑ ſenſum : et in eo cauſat notitiā alterius:ꝙ etiā cauſat notitiam ſui : et qꝛ illud aliud ſenſibile cuius notitiā cauſat non ſecum cōcauſat mouet ſenſum: cū tñ natum ſit illum mouere:ſequitur ꝙ illud non eſt pꝛeſens ſenſui. ⁊ loquoꝛ de pꝛeſentia exigita ſm conditionem ſenſus illius ad hoc : vt exire valeat in actum ſuum. et ſic vltimate cōcluditur ꝙ aliqua res ſenſibilis pꝛeſens ſenſui et mouens ipſum ad intuitionē ſui cauſat in ſentiente notitiam qua intuitione cognoſcitur alia res ſenſibilis ſenſui non pꝛeſens.aut igitur illa alia nō pꝛeſens eſt eiuſdem rationis cum pꝛeſente que eius notitiā cauſat:et tunc habetur directe oppoſitum etiam ꝓpoſitionis iam pꝛobate. quia eſt alterius.et inde infertur : qꝛ ſi aliqua res ſenſibilis taliter:vt eſt dictum poteſt cauſare notitiam ſenſibilis diſſimilis ⁊ alterius ſpeciei:multo magis notitiam ſibi ſimilis eiuſdem ſpeciei. Ex hoc vlterius apparet ꝙ pꝛedictam ꝓpoſitionem alias poſitam ipſe negare non debuit: cum ipſa ſit conſequens ad ſecundam nunc poſitam : que vt patuit ex dictis ſuis clare deducitur. ¶ Pꝛeterea. vt tunc dixi.nec ad id aliquid eſt reſpōſum:ipſa eſt nota per experiētiam:vt ſuperius declaraui. Stat igitur pꝛopoſitio illa. ⁊ per conſequēs pꝛime rationes mee minime ſunt ſolute. ¶ Nunc inſuper q̄uis non ſit oppoꝛtunū pꝛopter aliqua per me dicta. gratia tñ elucidande veritatis quo ad quedam dicta nunc per eum pono aliquas concluſiones. Pꝛima eſt ꝙ nulla intuitio rei ſenſibilis pꝛeſentis: et ſenſum ad illam īmutatis eſt intuitio alicuius rei alteriꝰ ſimilis non pꝛeſentis. ꝓbatur pꝛimo ex dicto cōmemoꝛato huius Bachal. videlicet ꝙ nulla intuitio vniꝰ partis perfectionalis rei ſenſibilis pꝛeſentis eſt intuitio alicuius alterius rei q̄tūcunqꝫ ſibi ſimilis et ſimiliter pꝛeſentis eſt igitur per locum a maioꝛi nulla intuitio rei ſenſibilis pꝛeſentis ⁊c. eſt intuitio alicuius alterius ſimilis non tñ pꝛeſentis. ¶ Confirmatur.qꝛ ſi detur ꝙ intuitio.a.pꝛeſentis eſt intuitio:etiā.b.nō pꝛeſentis. ponatur ꝙ.b. fiat pꝛeſens iuxta.a.conſtant etiā tunc intuitio que fuit eius dum nō fuit pꝛeſens erit eius poſtq̄ iam pꝛeſens.et ſi ſic.igitur intuitio vnius medietatis.a. eſt etiam intuitio relique medietatis. patet conſequētia:quia non minus eſt dicēdum ꝙ duoꝛum ſimiliū in eodem ſitu exiſtentium ſit vna intuitio/q̄ duoꝛum ſenſibilium in diuerſis ſitibus exiſtentiū. ¶ Scđo qua ratione intuitio vnius rei pꝛeſentis. verbi gratia.a.eſſet intuitio alicuius ſimilis nō pꝛeſentis:vtpote.b. eadē ratione ipſa eſſet intuitio cuiuſlibet alteriꝰ ſibi ſimilis ⁊ non pꝛeſentis. ⁊ ſic ſequitur ꝙ intuēs albedinem a.intuetur q̄libet aliā albedinem ſimilem ipſi.a.quod abſurdum eſt dicere. aſſumptū pꝛobatur : qꝛ ꝙ ipſa eſſet intuitio.b.non pꝛeſentis non videṫ aliud poſſe aſſignari pꝛo cauſa niſi qꝛ.b.eſt qualitas ſimilis ipſi.a.non enim aliqua cauſalitas eius ad ipſam intuitionem.a. poſſet aſſignari pꝛo cauſa:quoniam nulla res ſenſibilis naturaliter poteſt exiſtens abſens / ſeu non pꝛeſens ſenſui mouere illum ad intuitionem ſui:ſicut per experiētiam notum eſt. Si vero ſimilitudo eſt pꝛeciſa cauſa.igitur cuiuſlibet eque ſimilis ipſa erit intuitio. ¶ Tertio qua ratiōe intuitio vnius rei pꝛeſentis eſt intuitio etiam alterius ſimilis non pꝛeſentis: eadē ratione notitia abſtractiua diſtincta vnius rei alias ſenſate eſſet : etiam notitia abſtractiua diſtincta alterius rei illi ſimilis : nunq̄ tamen ſenſate. Sed hoc eſt falſum ſm dicta huius Bachal.qui vult ꝙ notitia ꝓpꝛia abſtractiua naturaliter pꝛeſupponit intuitiuā eiuſdem rei. Eſt etiā falſum ſm ſe.quia alias aliquis recoꝛdaretur diſtincte alicuius ſenſibilis:quod ipſe nunq̄ ſenſit: quod naturaliter eſt impoſſibile. ¶ Ex hac concluſione infero contra eum ꝙ non: ſi ſenſatio que eſt intuitio huius ſenſibilis a.fuiſſet cauſata ab alio ſenſibili. puta.b.ꝙ fuiſſet ita intuitio illius.b.ſicut nunc eſt intuitio.a. cuius oppoſitum aſſumpſit iſte ſocius in pꝛobādo conſequentiam factā ad pꝛobādum coꝛrel.ſuum. ¶ Pꝛobatur hoc.qꝛ ſi illo poſito fuiſſet intuitio.b. igitur nunc etiam eſt intuitio.b.cuius oppoſitū pꝛobatur ex concluſione pꝛoxima. patet cōſequentia:qꝛ ſi tunc fuiſſet ⁊ modo non eſt hoc pꝛeciſe eſt: quia modo non cauſatur ab illo.ſed hoc nō poteſt ipſe dicere:quia tunc eadem ratione nulla intuitio eſſet non exiſtentis:cum nulla cauſetur a non exiſtente.oppoſitum autem pꝛincipaliter ipſe tenet. ¶ Pꝛeterea. Si ideo pꝛeciſe nūc non eſt intuitio.b.igitur ſi intuitio.a. cauſareṫ a ſolo deo ipſa tunc non eſſet intuitio.a.quod non eſt dicendum.alioquin ſequereṫ ꝙ deus non poſſet cauſare in me viſionem qua intuerer albedinem pꝛeſentem ipſa albedi-



ne non cauſante viſionem pꝛedictam. Ruꝛſus ſi illud dictum eſſet verum.cum etiam ſm hunc ſocium quelibet intuitio cauſabilis ab.a.ſit etiā cauſabilis a b.et a quolibet ſenſibili eiuſdem rationis:ſequeretur ꝙ quelibet intuitio cauſabilis ab.a.indifferēter poſſet eſſe intuitio.a. et.b.et cuiuſlibet ſenſibilis eiuſdem rationis:⁊ non vnius plus q̄ alterius. et per conſequens ſi aliqua talis cauſaretur a ſolo deo illa nullius eſſet intuitio:quod non eſt dicendum. ¶ Secunda concluſio eſt.ꝙ nulla intuitio cauſabilis ab hoc ſenſibili a.eſt naturaliter cauſabilis ab aliquo alio ſenſibili totaliter diſtincto ab.a.que directe oppoſita eſt concluſioni eius ſupꝛa poſite.pꝛobatur:quia ſi aliqua eſſet cauſabilis ab alio:aut illa ſi cauſareṫ ab alio eſſet intuitio.a.tantum:aut illius tantum a quo cauſaretur:aut vtriuſqꝫ:aut neutrius.non poteſt dici pꝛimum: quia tunc ſequitur ꝙ aliquod mouens ſenſum ad intuitionem ſui cauſaret intuitionem alterius ſenſibilis non pꝛeſentis: ponatur ꝙ.a.non eſſet pꝛeſens:quod eſt contra pꝛopoſitionem vnam ſupꝛa in hac replicatione pꝛobatā. patet conſequentia:quia illud tale ſenſibile moueret ſenſum ad intuitionem. Et per idem patet ꝙ non eſſet intuitio vtriuſqꝫ:nec illius tantum a quo cauſaretur.vt patet ex coꝛrel.pꝛoximo et pꝛobationibus eius:nec poteſt dici ꝙ neutrius:quia tunc fruſtra cauſaretur. ¶ Secundo ſi ſic:ſequitur ꝙ eadem ſenſatio numero cauſaretur ſimul a pluribus ſenſibilibus etiam ſitu diſtinctis. Si enim ſint verbi gratia plura oua oppoſita vni viſui ſic ꝙ omnia ſimul videri poſſint.ſi ſenſatio cauſabilis ab vno.puta.a: ſit etiam cauſabilis a quolibet alioꝛum:qua ratione cauſabitur ab vno cauſabitur a quolibet ſicut pꝛobatur ex vno dicto huius ſocij quo ait ꝙ a cauſis naturalibus appꝛoximatis ⁊c.quicquid non pꝛouenit non poteſt pꝛouenire:igitur quicquid poteſt pꝛouenire pꝛouenit. Sed ſenſatio ab.a.cauſabilis poteſt vt dicit a quolibet illoꝛū pꝛouenire . igitur pꝛouenit. vlterius ſm dicta eiuſdem ipſa erit intuitio cuiuſlibet:et ſic vna viſio numero erit immediate et ſimul viſio plurium et cuiuſlibet diſtincta : ſicut dicimus ꝙ viſio dei eſt diſtincta viſio omnium:quod non videtur concedendum.

¶ Ulterius ſequeretur ꝙ vno illoꝛum coꝛrupto vel remoto adhuc aliquo alio manente eadem viſio manebit.licet foꝛte poſtea non erit viſio illius coꝛrupti vel amoti. patet conſequentia:quia adhuc manebit ſua cauſa ſufficiens eam cauſare et cōſeruare. Simili modo pꝛobabitur ꝙ eadem viſio pꝛimo ſit totius ⁊ partis.nam viſio cauſabilis ab vna medietate totius erit cauſabilis a reliqua medietate eiuſdem:et per conſequēs ab vtraqꝫ ſimul cauſabitur viſio eadem que cauſabitur ab vna illarū . Et vlterius ſequitur ſm pꝛīcipia huius Bachal.ꝙ eadem viſione pꝛimo videbitur totum et pars eius : quod tamen alijs dictis eiꝰ repugnat:vt patet ex dictis ſupꝛa. ¶ Itē eſto ꝙ remittatur obiectū non remittetur viſio. qꝛ adhuc tota cauſabitur a parte remanente.et omnia iſta vidētur inconuenientia.quare et pꝛimum . Ex hoc vlterius infero ꝙ ſi idem iudicium ſit habendum de omnibus effectibus naturalibus vt ipſe vult:conſequenter eſt dicendum ꝙ nullus effectus pꝛoducibilis ab hac re eſt naturaliter pꝛoducibilis ab aliqua alia eiuſdem rationis totaliter diſtincta. Cuius oppoſitum ipſe dixit.et cōſequētia patet.

Ad rōnes Io.ſco.ſupꝛa poſi.

¶ Iſtud autem illatum ſi quis vult tenere poteſt faciliter reſpondere ad rationes eius in oppoſitū. vnde ad pꝛimum negaretur illud aſſumptū.idem caloꝛ numero qui nunc eſt pꝛoductus ab hoc igne in hoc calefactibili : vel qui poteſt pꝛoduci:poteſt pꝛoduci ab altero igne . Et ad pꝛobationem qua dicitur ꝙ alias inter indiuidua eiuſdē rationis eſſet oꝛdo eſſentialis dependentie. Iſta pꝛopoſitio poſſet habere multiplicē intellectum ſm ꝙ multipliciter poſſet accipi oꝛdo dependentie eſſentialis. ⁊ ſm aliū et alium ſenſum eſſet aliter ⁊ aliter reſpondendū.in ꝓpoſito tñ videtur eſſe ſenſus : ſi eius illatio efficax ꝓbatio ſit: ꝙ aliquoꝝ indiuiduoꝛū eiuſdē rationis vnū ab alio eſſentialiter depēderet: ſicut a per ſe cauſa extrinſeca tñ. et in hoc ſenſu ipſa non eſſet negāda. ¶ Ad ſcđam pꝛobationē dicti antecedētis qua dicitur ꝙ ſi Adam nō peccaſſet: poteſt reſponderi iuxta dictū vnius moderni doctoꝛis: ꝙ dictum ſanctoꝝ intelligēdum eſt q̄tum ad idētitatem aīarū tñ. aīa vero non eſt effectus patris:ſed dei tñ. Poteſt etiam foꝛte pꝛobabiliter dici ꝙ eſto ꝙ intelligeretur q̄tū ad idētitatem totius hominis eſſentialē dūtaxat. adhuc non ſequitur ꝙ idem effectus nunc ab vna cauſa pꝛoductus tunc fuiſſet pꝛoductus ab alia. nam ſubſtantialiter homo non includit niſi materiam et foꝛmam: que ſm doctrinam ſanctoꝛū : vt puto ⁊ infra patebit vnica eſt. ſ. anima intellectiua / nec materia / nec anima eſt effectus patris:ſed vtraqꝫ dei ſolius. ¶ Ad ratiōnē ſcđam quicquid ſit de conſequētia nego antecedēs. Ad pꝛobationem dico ꝙ illo caſu dato nō remanere eadem ſenſatio et eiꝰ quod infertur vlterius nego conſequentiam: quia nō quacūqꝫ poſſibili variatione notitie poſita in anima ex alietate obiectoꝛum poteſt homo naturaliter percipere illoꝛū alietatem ⁊ differentiā : ſicut in multis caſibus poſſet exemplū dari. ¶ Contra dicta huius replicationis iſte venꝫ. Bachal. adhuc alia dixit. vnde pꝛo cōfirmatione dictoꝛum ſuoꝛū poſuit aliquas cōcluſiones.quarū pꝛima eſt.ſi duo ſenſibilia ſimillima obijciātur eidem ſenſui ſucceſſiue manente eadē viſione.ambo videbūtur eadē viſione numero adequata viſioni qua videbatur alterum illoꝛum tñ.pꝛobaṫ ſic pꝛimo. Eadem eſt ſimilitudo ⁊ repꝛeſentatio vnius ſimillimoꝛū que eſt ſimilitudo/vel repꝛeſentatio alterius: ſi ſimiliter ſe habeant ad potētiam illa manēte. Sed viſio eſt ſimilitudo/ vel repꝛeſentatio obiecti viſibilis, igitur ſi duo viſibilia ſimillima obijciātur ⁊c. eadē viſiōe manēte illa erit amboꝛum. ¶ Secundo ſic.eadē apparentia qua apparet vnū ſimillimoꝝ apparet reliquū : ſi ſimiliter obijciatur potētie:⁊ viſio eſt apparentia obiecti viſibilis. igitur eadē eſt ſimillimoꝛum ſi equaliter ſe habeant ad potētiam illa manēte. ¶ Tertio ſic.qñ duo agētia ſucceſſiue appꝛoximantur eidem paſſo.ſi pꝛimū egerit effectū ſuum ſm vltimū potentie ſue: ſcđm nullum effectū poteſt inducere/nec effectum pꝛimi intendere illo remanente in toto ſuo eſſe.ergo ſi duo ſenſibilia ſimillima ſucceſſiue obijciātur eidem potētie manēte tota viſione qua videbatur pꝛimum. ſcđm nullam viſionē / vel gradum viſionis poterit cauſare. ⁊ tñ non eſt dubiū ꝙ videbitur. ergo viſione qua videbatur pꝛimū. antecedens ptꝫ inductiue.nam ſi ignis hanc aquam qualefecerit ſm vltimum ſue potentie:ſecūdus ſuccedēs pꝛimo amoto nullum caloꝛis gradum cauſabit.ita patet de luminari reſpectu luminis. ¶ Secunda concluſio eius eſt. vna ⁊ eadem viſio pōt manere duobus ſenſibilibus ſimillimis ſuccedētibus/ ſiue ſucceſſiue appꝛoximatis eidem ſenſui.pꝛobatur ſic. poſſibile eſt aliquā viſionem naturaliter conſeruari abſqꝫ pꝛeſentia cuiuſcunqꝫ ſenſibilis.ergo poſſibile eſt ꝙ remaneat duobus ſucceſſiue appꝛoximatis.antecedēs pꝛobatur : quia poſt foꝛtem impꝛeſſionem alicuius viſibilis nobis diuertentibus oculos/vel claudentibus:vel ipſo viſibili annihilato/ vel tranſlato experimur nos videre illā rem pꝛius viſam. ergo viſio manet re viſibili annihilata/vel ſublata.

¶ Confirmatur hec per Ariſtotel.in de ſom. ⁊ vi.qui dicit ꝙ poſt inſpectionem niuis nobis claudētibus oculos experimur nos videre albedinem niuis : immo per tempus poſt quecūqꝫ intuemur. ¶ Secundo pꝛobatur idem antecedens. quoniam vna eodēqꝫ auditione ſoni manente ſonus ſucceſſiue multiplicatur.aliter auditio ſuccede-

ret in anima ſicut ſonus in aere. ¶ Et hic infert correlaria aliqua. Primum eſt ꝙ ſenſatio exterior nata eſt remanere per tempus aliquod de re ſenſibili recedente. ¶ Secundum eſt. ꝙ viſio intuitiua poteſt eſſe naturaliter non exiſtentis. imo aliquando de facto eſt: et de hoc eſt principalis inquiſitio. ¶ Tertium. ꝙ aliqua res ſenſibilis preſens ſenſui et mouens ipſum ad intuitionem ſui cauſat in ſentiente notitiam qua poteſt intuitiue cognoſci aliqua res ſenſibilis eiuſdem rationis actualiter exiſtens et eidem ſenſui non preſens. probatur ex dictis ſic. vnum ſimillimorum preſens ſenſui cauſat in ſentiente notitiam: qua manente eadem alterum poteſt ſuccedere. ergo aliqua res ſenſibilis preſens ſenſui ⁊c. cauſat intuitionē qua alterum actualiter exiſtens et eidem ſenſui non preſens poteſt intuitiue cognoſci. antecedens patet ex concluſione ſecunda. et conſequentia patet ex prima. ¶ Et quia iſta concluſio cum ſit de poſſibili vt dicit: non directe opponi forte diceretur mee propoſitioni ſuperius contra eū poſite: que eſt mere de ineſſe. ¶ Ideo addit cōcluſionem tertiā que eſt: ꝙ manente viſione vna qua videantur duo ſenſibilia ſimillima ſucceſſiue eidem ſenſui approximata illa ex hoc ꝙ incepit eſſe viſio ſecūdi vel tertij non deſinit eſſe primi. probatur ſic. ſi deſineret eſſe p̄mi: vel hoc eſſet: quia primū ſenſibile deſinit eſſe; vel quia deſinit eſſe preſens: vel quia vna ſenſatio non poteſt eſſe duorum ſimillimorum. nō propter primum: quia viſio poteſt eſſe non entis vt dicit ſecundum correlarium ſecunde concluſionis: nec ꝓpter ſcd̄m: qꝛ viſio nata eſt naturalr̄ ꝑmanere ſenſibili recedēte vt dicit correlariū p̄mū eiuſdē cōcluſionis: nec apparet tertium: quia vna poteſt eſſe duorum vt dicit prima concluſio. Ex his infert ꝙ aliqua res ſenſibilis preſens ſenſui et mouens ipſum ad intuitionem ſui cauſat in ſentiente notitiam qua intuitiue cognoſcatur aliqua res ſenſibilis eiuſdem rationis actualiter exiſtens ⁊ eidē ſenſui non preſens. probatur. quia hec viſio qua manente videbuntur duo viſibilia ſucceſſiue eidem ſenſui approximata dependebit ab vltimo. et per conſequens cauſabitur ab eo: et tamen illa eadem viſio erit intuitio alterius eiuſdem rationis actualiter exiſtentis et eidē ſenſui non preſentis. patet: quia nō deſinit eſſe viſio primi. igitur ⁊c. Secundo infert ꝙ aliqua intuitio rei ſenſibilis preſentis et ſenſum ad illam immutantis eſt intuitio alterius ſimilis non preſentis: et patet ꝙ iſtorum duorum correlariorum primum directe contradicit propoſitioni ſuperius aſſumpte pro confirmatione rationum mearum primarum. et ſecundum contradicit prime propoſitioni nūc poſite contra eum. ¶ Quarta concluſio fuit. ꝙ idem effectus numero naturaliter producibilis ab hoc agente eſt etiam producibilis ab altero agente naturali totatlier diſtincto. probatur ſic. idem effectus numero eſt corruptibilis naturaliter ab hoc agente et ab altero totaliter diſtincto. igitur producibilis. conſequentia tenet: quia non eſt maior ratio hic q̄ ibi vel econuerſo. antecedens patet: quia idem calor numero qui corrūpitur ab hac aqua potuit ita bene corrumpi ab alia aqua. ſecūdo due poſſunt eſſe cauſe totales effectiue eiuſdem effectus ad hunc ſenſum: ꝙ quelibet ſine altera poſſit illum effectum producere. igitur idē effectus qui eſt producibilis ab vna eſt producibilis ab alia. probatur antecedēs: quia ſi duo ignes ſufficienter approximarentur eidem ſtipule: quilibet illorum ſufficienter igniret illam ſine altero.

¶ Secundo probatur idem antecedens: quia eiuſdem effectus poſſunt eſſe duo fines totales. igitur due cauſe agentes. conſequentia tenet: quia non eſt maior ratio hinc q̄ inde. antecedēs patet: qꝛ aliquis poteſt facere aliquem effectum propter duos fines: quorū quilibet ſi per ſe eſſet ſufficienter moueret agens ad cauſandum effectū illum. Ex hac concluſione infertur contradictio ſecunde concluſionis proxime poſite. ſ. hec. aliqua intuitio cauſabilis ab hoc ſenſibili. a. eſt naturaliter cauſabilis ab altero ſenſibili totaliter diſtincto. probatur: qꝛ non plus hec repugnat intuitioni q̄ calori vel alteri effectui naturali. Qualiter autem ipſe reſpondeat ad rationes meas pro concluſionibus contra eum poſitis poſt dicetur.

¶ Propter iſta dicta eius pono propoſitiones aliquas. prima eſt. ꝙ ſuccedentibus ſibi ſm̄ preſentialitatem duobus ſimilibus viſibilibus in eodem ſitu ⁊ in eadem oppoſitionē ad eundem videntem: cum primū fuerit totaliter extra oppoſitionem debitā ad videntem: non ſimul ab illo videbitur cum ſecūdo: neqꝫ ſm̄ videbitur cum primo anteq̄ ipſum ſecūdum ſit in debita oppoſitione ad vidētem. hec propoſitio nota eſt ꝑ experiētiam. vnde ſi poſt vnum foramen corporis interpoſiti ſuccedant viſibilia talia verbi gratia. duo oua ſimillima. a. et. b. ab oculo exiſtente circa foramen non videbitur. a. quādo exiuerit oppoſitionē foraminis et ſibi ſucceſſerit ac videbitur. b. ſimiliter nec. b. videbitur anteq̄ ipſum ſit oppoſitum foramini: ⁊ dum. a. erit ibi ac videbitur. Et hec patet manifeſte ex eo ꝙ in tali caſu nunq̄ experietur aut iudicabit ſe ſimul illa duo videre ⁊ tamen ſi corpus illud mediū in quo eſt foramen tolleretur de medio: ceteris ſimiliter ſe habentibus: experiretur ⁊ iudicaret ambo illa videre: ⁊ ita vtiqꝫ eſſet. ex quo patet ꝙ occultatum ſeu illud quod oppoſitionem exiuerat: aut quod nōdum erat oppoſitum nō ſimul cū reliquo videbatur. Ex hac ſequitur alia: videlicet ꝙ duobus viſibilibus ſibi ſm̄ exiſtentiam ſuccedentibꝰ: ſic ſcilicet ꝙ primū non eſt in rerum natura ſimul cum ſecundo non ſimul ab eodem videtur vtrūqꝫ. hoc probatur. quia ſi aliquod viſibile quod fuiſſet ⁊ non eſſet ſimul videretur cum eo ꝙ tunc eſſet: eadem ratione vel maiori viſibile quod fuiſſet preſens ⁊ non eſſet preſens: eſſet tamen in rerum natura: vbicūqꝫ eſſet ceteris paribus videretur cum eo quod tūc eſſet preſens. patet hoc: quia q̄tum ad videri actualis exiſtentia nō derogat ipſi viſibili. nec aliquid nō exiſtens eſt magis viſibile q̄ eſſet ſi exiſteret ceteris paribus. ſed conſequens patet eſſe falſum ex ꝓpoſitione poſita. igitur ⁊c. Per idem etiam probatur ꝙ non ſimul cū eo quod actu eſt videtur aliud quod nōdum eſt: ⁊ ſibi ſuccedet.

¶ Ex his ſequitur alia: ſcilicet ꝙ ſiue primo modo ſiue ſecūdo ſibi ſimillima viſibilia ſuccedant non remanet cū videtur ſecūdū aut ſaltem ipſa non remanet viſio prioris. probatur. quia alias ſimul cum ſecūdo videretur primū. Sequitur etiam ꝙ viſio poſterioris non eſt aut ſaltem nō eſt viſio illius dum primū actu videtur: quia alias ſimul vtrūqꝫ videretur. Et quia īpoſſibile eſt naturaliter vt duo primo aut ſecūdo modo ſibi ſuccedentia ſimul videantur impoſſibile eſt etiam naturaliter vt viſio prioris maneat viſio eius quādo ſecūdum videtur. ⁊ hoc directe eſt contra ſecundam concuſionem huius ſocij proxime poſitam acceptam in eo ſenſu in quo eam ponit.

¶ Et illud etiam aliter cōfirmo ſic. ſi viſio prioris manet igitur et notitia complexa ſequens. verbi gratia. qua cognoſcebatur ipſum eſſe etiam manet. patet ſm̄ dicta eius quia talis notitie complexe vel ſola ſimplex intuitio eſt immediata cauſa effectiua. non excludendo tamen cauſam primā: que deus eſt: ⁊ cum illa remaneat vt ponitur: manebit ⁊ ipſa aut etiam ipſum obiectum viſionis eſt cū cauſa. et idem ſequitur: quia ſm̄ ſocium omne cauſabile ab vno ſimillimorum cauſabile eſt a reliquo: ⁊ ſic viſibile ſm̄ ſuccedens ſupplebit cauſalitatem primi: ⁊ conſeruabit illam complexā notitiam. Sed conſequens eſt impoſſibile: quia talis notitia complexa eſſet falſa. ⁊ ſic notitia eſſet error vel in errore conuerſa: quod naturaliter eſſe nō poteſt. ¶ Ad rationem autem eius pro illa ſua cōcluſio- [Ad rōnes Sco.]



ne ſecunda reſpondeo negando antecedens. ¶ Ad probationem dico ꝙ claudens oculos vel diuertens nec experitur ſe videre nec videt rem prius viſam: ſed videt quādā qualitatem ſeu paſſionem factam in exterioribus oculi partibus a re prius viſa. ¶ Ad confirmationem dico ꝙ ſalua reuerentia allegantis. non inuenio Ariſto. ſic dicere vt allegat: nec talem ſententiam ibi ponere. Sed volēs probare ꝙ a ſenſibilibus fiunt paſſiōes in ſenſibus addidit exempla de aſpicientibus multo tempore vnum colorem: quibus diuertētibus oculos aliquid tale videtur. [in de ſom. et vigi.] vnde litrera eius eſt. eiuſmodi videtur non dicit illud videri quod prius videbatur. Et idem poſtea dicit de aſpicientibus ſolem et dat experientiam. quia accipit inquit viſum videre primum quidē huius colorē donec permutatur in puniceum: deinde in purpureum: quouſqꝫ in nigrum veniat et euaneſcat. Ex quo manifeſte patet ꝙ tale tunc apparens non eſt illa res que prius videbatur: ſed aliqua paſſio facta in organo ſenſus. talis enim eſt que ſic remittitur paulatim et tādem euaneſcit et nō ipſa res que prius videbatur ⁊ integra manet in eſſe ſuo. Et huic [Cap. 2.] ſimile Augu. 2. de trini. dicit in eadem experientia. vnde ait: Or quaſi verſantur in conſpectu quidam colores lucidi varie ſeſe commutantes et minus minuſqꝫ fulgētes donec omnino deſiſtant. ¶ Ad ſecundam probationem eiuſdem antecedentis dico ꝙ ſicut eſt alius et alius ſonus totaliter vel partialiter qui additur: ſic conformiter eſt alia et alia auditio: et ſi ſuccedit vnus ſonus immutās auditum ſuum ſenſatum per auditum alteri ſono: ſic et in anima auditioni ſuccedit auditio. et iſtud probatur [Cap. 10.] ex dicto Aug. 14. de trini. dicentis: ꝙ ſi aliquid ſonet vbi adeſt auditor ſimul incipiunt ſimulqꝫ deſinunt ⁊ ſonus ⁊ eius auditus. Hoc autem non eſſet verum ſi auditio prime partis ſoni remaneret ſimul cum ſecunda. Probatur etiam per rationem: quia ſi quis proferat me audientem iſtam dictionem dicens auditio prime ſyllabe non eſt auditio ſecunde: cum ſint ſoni diuerſarum ſpecierum: vt ſonus do. ⁊ ſonus mi. diuerſorum autem ſpecie ſenſibilium non eſt vna auditio neqꝫ numero neqꝫ ſpecie: ſicut nec eadem viſio albedinis et nigredinis. Similiter nec auditio prime littere eſt auditio ſecunde propter eādem cauſam: et ſic eſt de alijs. Et ſic patet ꝙ ſicut ſibi ſuccedunt ſoni immutantes: ſic ſuccedunt ſibi eoꝝ auditiones in anima.

¶ Secunda propoſitio principalis eſt ꝙ ſi duo viſibilia ſimillima eidem videnti obijciantur ſucceſſiue in eodem ſitu. Sic tamen ꝙ primum non deſinat obijci cum ſecundum obijcitur non eadem viſione primo et adequate qua videbatur primum videbitur ſecundum. probatur: quia ſi obijciatur nunc mihi albedo remiſſa tanti gradus: et deinde intendatur ad duplum non eadem viſione primo et adequate qua videbitur prima medietas videbitur ſecunda. patet ſm̄ dicta ſocij ſuperius recitata. patet etiā: quia alias ad intenſionem viſibilis non intēderetur viſio: quod eſt contra experientiam. nam intenſius viſibile clarius et melius videtur ceteris paribus: quod non eſſet niſi viſio eſſet intenſior. igitur ſi duo viſibilia ſimillima eidē videnti obijciantur ſucceſſiue in eodem ſitu ⁊c. patet conſequentia: quia naturaliter non eſt poſſibile aliter duo ſimillima eidem in eodem ſitu obijci modo dicto. ¶ Preterea. Si per diuinam potētiam aliter duo ſic obijcerentur vel illa fierent ſic per ſe vnum ſicut due medietates perfectionales conſtituunt vnam formam: vel non. ſi ſic. idem iudicium vtrorūqꝫ. Si vero multo magis vel eque non eadem viſione primo et adequate viderētur ſm̄ quā videbatur primū. nam diſtinctio obiectorum magis exigit diſtinctionem notitiarū ceteris paribus q̄ vnitatem.

¶ Secūdo. ſi in tali caſu eadem viſione adequate videtur ſecūdū qua videbatur primū. igitur ſecundū videbatur anteq̄ videnti obijceretur et eſſet ei preſens: et ſi ſic. igitur et eadem ratione quodlibet aliud ſimillimum nō preſens: et ſic videns albedinem. a. tāti gradus videt actualiter omnem albedinem exiſtentem vel poſſibilem ſimillimam ipſi. a. quod eſt abſurdum dicere. conſequentia probatur ſm̄ dicta ſocij; quia ſi videretur cum eſſet preſens: et non prius videbatur. ⁊ tamen viſio eius prius erat. igitur ad hoc ꝙ aliquid videatur: neceſſario requiritur ꝙ ipſum ſit actualiter preſens videnti. hoc autem repugnat dictis eius: qui tenet ꝙ naturaliter poſſibile eſt non preſens. et etiam non exiſtens videri. nec poteſt dicere ſe intellexiſſe de abſente vel non exiſtente quod aliquādo fuit preſens et de alijs. nam cōſtat ꝙ dualitas piſorum tacta ſm̄ eum per cancellationem digitorum nūq̄ fuit preſens tangenti aut exiſtens in rerum natura. ¶ Tertia propoſitio principalis eſt: ꝙ ſi duo viſibilia ſimillima ſucceſſiue in eodem ſitu eidem videnti obijciantur: ſic tamen ꝙ primum non ſimul poſtea obijciatur cum ſecundo: non eadē viſione primo qua prius videbatur primum preciſe videbatur poſtea vtrūqꝫ ſimul. probatur primo: quia in tali caſu non ſimul videbitur primum cum ſecundo: vt patet ex propoſitione prima. igitur non eadem viſione ⁊c. et eſt cōſequentia euidens. Secundo ſi ſucceſſiue obijcerētur in eodem ſitu: et primum remaneret preſens cum ſecūdo: nō eadem viſione primo qua videbatur primum: videretur ſecūdum: vt patet ex propoſione ſecūda. igitur ſi primum deſinat eſſe preſens non eadem viſione qua videbatur videbitur ſecundum. patet conſequentia: quia alias preſentia viſibilis obeſſet ad hoc vt videret̄: et ceteris paribus nō p̄ſens videretur. preſens aūt nequaq̄: qđ eſt abſurdū.

¶ Cōfirmatur iſtud per vnum dictum iſtius ſocij: quod ipſe dicit in reſpondendo ad vnam rationem cōtra eum vt infra recitabitur. dicit enim ꝙ intuitio cauſata ab vno ſenſibili. que tamen erat etiā cauſabilis ab alio: eſt intuitio cauſata ab vno ſenſibili. que tamen erat etiam cauſabilis ab alio: eſt intuitio illius a quo cauſatur et non alterius a quo non cauſatur. et ideo preciſe: quia ab illo non cauſatur. Ex quo ſequitur ꝙ viſio prioris viſibilis eo deſtructo vel non preſente non erit viſio eius: quia tunc non cauſabitur ab eo. nec valet dicere ꝙ alias cauſabatur. et hoc ſufficit quia eadem ratiōe diceretur ſufficere ad hoc ꝙ intuitio vnius ſit intuitio alterius a quo nō cauſatur: ꝙ ipſa aliquando non cauſabitur ab illo. ¶ Itē ſm̄ iſtud ſaltem habebitur ꝙ actualis cauſatio magis conferat ad hoc vt videatur res ipſa. et per conſequēs ſi in caſu remaneret primū viſibile videretur: quia tunc cauſaret ipſam viſionem: cuius oppoſitum patet ex propoſitione ſecūda nunc proxime poſita. Et his ſequitur vna alia: ſcilicet ꝙ non ſi duo ſenſibilia ſimillima ſucceſſiue obijciantur eidē manente eadem viſione videbuntur ambo eadem viſione adequate: qua videbatur alterum tm̄: que directe eſt contradictio ſue prime ſuperius vltimo recitate. probatur: quia aut hoc eſſet quando quod prius obijciebatur non deſinit eſſe preſens et obijci quando obijcitur ſecundum: aut quando primum deſinit obijci ſeu eſſe preſens ſecundo facto preſente. nō enim eſt aliter poſſibile. Sed nō primo modo: vt patet ex ſecunda propoſitione; nec ſecundo modo: tum quia non poteſt naturaliter manere eadem viſio in caſu illo: vt patet ex ſecūdo correl̄. prime: tum quia eſto ꝙ maneret per quācūqꝫ potentiam adhuc illa viſione non videretur: ſicut patet ex probationibus tertie.

¶ Ad rationes vero ſuas pro concluſione ſua prima. Reſpondeo ad primam negando antecedens ratione prime partis ſi intelligitur vniuerſaliter: et patet ipſum eſſe falſum etiam per dicta ſocij. nā viſio vnius medietatis perfectionalis forme eſt ſimilitudo et repreſentatio illius. et tamen nō eſt ſimilitudo et repreſentatio relique: ſicut etiā [Ad rōnes Jo. Sco. S. poſi. in ꝓbatione prime cōcluſionis.]

non eſt viſio eius. et tamen ſunt ſimillime. Alie etiã inſtãtie poſſent dari de ſpeciebus in memoria: quoniam alias non poſſet anima ſeparata vel angelus recordari diſtincte alterius ſimillimorum. Si vero antecedens capiatur infinite conſequentia nulla eſt. ¶ Ad ſecundum. ſi ſit ſermo de apparentia intuitiua vel etiam de abſtractiua diſtincta. maior eſt falſa. vt patet ex nunc dictis. ſi vero ſermo ſit de apparentia abſtractiua ꝯfuſa: nõ eſt ad propoſitũ. Si aũt cõmuniter de apparentia tunc vel maior ſumitur indeffinite preciſe: et ſic eſt diſcurſus inutilis: vel ſumitur vniuerſaliter: ſeu loco huius vniuerſalis. omni apparentia ⁊c̃. et tunc eſt falſa: vt ex dictis patet. ¶ Ad tertiam ſi antecedens capiatur vniuerſaliter nego ipm: ⁊ dico ꝙ non patet inductiue. nam oppoſitum patet de ſenſibilibus ſimilibus: quorum ſi vnum prius videatur cauſat ſpeciem in memoria: quo etiam amoto ſi reliquum videatur cauſabit etiam ſpeciem ſuã in memoria: vel ſi negentur ſpecies: ⁊ ponant̃ habitus: idẽ valet: q2 ſecũdum cauſabit diſtinctum habitum. alias nõ poſſet quis diſtincte recordari: nec tot ſimillimorũ meminiſſe quot vidit: Cap. 8. qđ eſt cõtra experiẽtiã: ⁊ contra Aug. 2. de tri. Itẽ ſi vnũ luminare cauſet tãtũ lumẽ quãtũ poteſt in aliqua parte medij: ⁊ ſcđm ſuperueniat equale illi: cauſabit equale lumen: ſiue illud faciat vnum cum priore ſiue non. Si dicatur ꝙ hoc eſt verum ſuppoſito ꝙ primum luminare remaneat. non autẽ ſi remoueat̃ ſuccedẽte ſcđo. Rñdeo ꝙ etiã ſi pmũ remoueat̃ ſcđm cauſabit nouũ lumẽ: qđ eſſet equale illi: qđ cauſabat̃ a primo: ſi illud lumen pmũ tunc eſſet. ꝙ aũt mediũ nõ apparet luminoſius hoc non eſt: q2 ſcđm non cauſat nouũ lumen: ſed q2 nõ manet lumẽ cauſatum a pmo. vnde ſi per diuinam potẽtiam ꝯſeruaret̃ et ſcđm luminare approximaret̃: vtiq3 nouũ lumẽ cauſaret ⁊ mediũ eẽt magis luminoſum. nec oppoſitũ ſoci9 ꝓbat. ac per hoc nec ĩductiue pt3 ſuũ añs vt dicit. ¶ Ex dictis infero duas alias ꝯcluſiões: quas ſupra ꝯtra eũdẽ poſui. Prima eſt. nulla intuitio rei ſenſibilis preſentis eſt intuitio alterius ſibi ſimilis non preſentis. probatur ex dictis: q2 ſi aliqua eſt. vel eſt ĩtuitio ſenſibilis non pñtis qđ aliquãdo fuit pñs. aut ei9 qđ nũq3 fuit preſens. non poteſt dari pmũ: vt pt3 ex ꝓpoſitione tertia: ⁊ ex hoc ſequit̃ ꝑ locum a maiori vel a ſimili ꝙ nec illius qđ nũq3 fuit pñs. Confirmat̃ iſta ꝯñtia ꝑ reſponſionẽ ſocij datã ad tertiam rõnẽ: quã alias feci ꝓ concluſione iſta: vt ſtatim patebit. ¶ Alias arguebam ad hãc cõcluſionẽ. Primo ſic. nulla intuitio vnius ⁊c̃. vt ſupra habetur. ¶ Ad hãc reſpondit concedẽdo añs ⁊ negando ꝯñtiam. d. ad ꝓbationẽ ꝙ non tenet ꝑ locum a maiori vt aſſumitur ponendo ex vna parte ꝙ ambe partes perfectionales ſint preſentes. et ex alia parte ꝙ duo ſenſibilia diſtincta manente viſione ſuccedant: quia in tali caſu inquit ipſe videbũtur vna viſione. et ſimiliter dicerem inquit ipſe de ꝑfectionalibus eiuſdẽ forme. ¶ Iſta reſponſio vt ex dictis pt3 ſtare non poteſt. tum quia probatum eſt ꝙ in nulla ſucceſſione viſibilium reſpectu eiuſdem vidẽtis ambo videri poſſunt eadem viſione adequate qua alterũ tm̃ videbatur. tum quia ſi ponantur partes perfectionales ſucceſſiue fuiſſe cauſatas in preſentia videntis priore remanẽte vtiq3 tũc erit locus a maiori: quia vtrũq3 eſt pñs hic ⁊ cetera paria. et tamẽ etiam tunc habet concedere antecedens. Ad confirmationem ibi factam dicit ꝙ ſi. b. fiat preſens in alio tm̃ ſitu cauſabit aliã viſionem. ſi vero in eodem vnam inadequatam illi qua alterum ſimillimorum preciſe videretur. Ex hac rñſione habet̃ ꝓpoſitum tq2 ſi. b. factum pñs in alio ſitu iuxta. a. cauſabit aliã viſionem a viſione. a. igit̃ viſio a. non erit viſio. b. pñtis. et eadẽ ratione vel maiori viſio a. nõ eſt viſio. b. anteq3 ipm ſit pñs. pt3 ꝯña: q2 vt dicebã ſi. b. non videt̃ aliqua viſione eadem videbit̃ ſi fiat pñs.

preſentia enim obiecti non derogaret illi viſioni quin eſſet eius: ſi eius erat dũ non erat preſens. ¶ Scđa ratio mea erat qua rõne intuitio. a. preſentis eſſet intuitio alicuius ſimilis non preſentis: vtpote. b. eadẽ rõne ipſa eſſet intuitio cuiuſlibet alterius ſimilis nõ preſentis ⁊c̃. reſpõdẽdo negat iſtud aſſumptũ. d. ꝙ erit intuitio tm̃ ſibi ſimilis non preſentis: q2 ſimiliter ſe habuit ad illã potentiã ſtante illa viſio: ſicut illud qđ nũc videt̃. ¶ Ad ꝓbationẽ dicit ꝙ totalis ſimilitudo nõ eſt cauſa preciſe: ſed cum hoc requirit̃ ꝙ ſimilis nõ preſens albedo que ponit̃ videri aliqñ fuerit preſens illi potẽtie manẽte illa viſione. Hec reſpõſio irrõnabilis eſt: vt videt̃. primo: q2 ſm ipſam ſequitur ꝙ ſi de9 hanc viſionem eãdem numero qua video. a. albedinẽ conſeruaret albedine deſtructa adhuc viderem. a. ⁊ iſta viſio etiã tunc eſſet viſio. a. et tm̃ ſi hanc viſionẽ eãdem deus in me cauſaſſet anteq3. a. albedo fuit in rerum natura: iſta viſio non fuiſſet: tũc viſio eius/ nec ego vidiſſem. a. Sed hoc vt puto irrationabiliter dicitur. nam fuiſſe/ vel non fuiſſe preſens potentie nihil cõfert/ vel nocet ad hoc vt aliquid videatur: dũmodo ponatur in aĩa res que eſt eius ſimilitudo intẽtionalis: qualis notitia/ vel viſio dicit̃ eſſe ſimilitudo obiecti. ¶ Confirmo iſtud: q2 alias ſequeretur ꝙ deus non poſſet cauſare in me notitiã intuitiuã alicuius rei preterite que nunq3 fuit mihi preſens. imo etiã nec alicuius que fuit mihi preſens: que non cõcederem libẽter. ¶ Confirmo iterũ per dicta ſocij. ipſe eni inter cetera pertractãdo cõcluſionem quartã ſupra recitatã ponit. 3. propoſitiones. quarũ vna fuit: ꝙ deus poteſt cauſare viſionẽ ſenſibilis preſentis eo non cõcauſante. ¶ Cum igitur preſentia ſenſibilis nõ ſit neceſſaria viſiõi niſi ad cauſandũ illã: q2 ſine eo naturaliter cauſari nõ põt: vt p3 ex. 2. de aĩa. T. c. 52. vbi Philoſophus inquirit ꝓpter quid ſenſus nõ ſentiũt abſentibus ſenſibilibus: ſequitur ꝙ poſſit cauſare viſionẽ eius: eſto ꝙ nec ſit/ nec fuerit preſens vnq3. Item iſte ſocius ibidem reſpõdendo ad vnam rationem meã dicit: ꝙ nulla eſt naturaliter intuitio non exiſtẽtis: que non cauſabatur ab ipſo dum erat exiſtens/ vel ab aliquo actualiter exiſtẽte qđ eſſet aliquid ipſius ſi ipſum eſſet. Quero igit̃ de intuitione dualitatis piſorum qñ vnum tangitur digitis cancellatis a quo cauſatur: an ab ipſa dualitate non exiſtẽte/ vel ab aliquo exiſtẽte qđ eſſet aliquid eius ſi ipſa eſſet non ab ipſa q2 nunq3 fuit exiſtens: igitur ab aliquo ipſius ⁊c̃. Sed illud non poteſt aſſignari aliud/ q3 piſum actu exiſtens qđ tangitur. igitur piſum eſſe aliquid talis dualitatis. ⁊ per ꝯñs iſte tangit dualitatẽ cuius vna vnitas. ſ. hoc piſum exiſtẽs. ⁊ alia non eſt. ⁊ hoc piſum vt exiſtens cauſat tactionem qua etiam tangitur piſum non exiſtens: ⁊ ſi intuitio huius piſi exiſtẽtis eſt etiã intuitio non exiſtẽtis: quod nunq3 fuit preſens manente hac tactione. Nihilominus hoc dictũ eius nunc recitatum nõ videtur poſſe ſtare cum reſpõſione alias per eum data ⁊ ſupra recitata: qua dicebat ꝙ talis non tãgit dualitatem niſi que opponeret̃ vnitati huius piſi tacti. cõſtat eni ꝙ nulla dualitas cuius pars eſſet hoc piſum tactũ opponeret̃ vnitati huius piſi. ⁊ tm̃ talẽ dicit nũc tãgi: vt pt3 ex dictis. ¶ Ad tertiã rationẽ dicit ꝙ ſimilitudo teneret: ſi intuitio rei preſentis eſſet intuitio rei abſentis: que nũq3 fuit preſens: qđ ipſe nondum dicit. ¶ Contra hoc argutum eſt et oſtenſum ꝙ qua ratione intuitio preſentis eſſet intuitio abſentis quod fuit preſentis: eſſet etiã intuitio abſentis ſimilis quod nunq3 fuit preſens. ¶ Secunda concluſio que ſequitur ex dictis: et quam alias poſui: eſt ꝙ nulla res ſenſibilis preſens ſenſui ⁊ mouẽs ipſum ad intentionẽ ſui cauſat in ſentiẽte notitiam qua intuitiue cognoſcatur aliqua alia res ſenſibilis eiuſdẽ rationis actualiter exiſtens ⁊ eidem ſenſui non preſens. probatur qm̃ ſi detur oppoſitum vel cauſat notitiam abſentis qđ fuit preſens/ vel abſentis



quod nunq3 fuit preſens. primum non poteſt dari vt patet tam ex prima q3 ex tertia propoſitionibus nunc probatis. et ex hoc ſequitur ꝙ nec ſecũdum dari poſſit: cum nõ ſit potior ratio pro abſente quod nunq3 fuit preſens q3 ꝓ eo quod fuit preſens: immo ſm dicta ſocij potior ratio videtur pro eo quod fuit preſens: vt patet ex proxime recitatis. ¶ Pro iſta propoſitione alias feci aliquas rationes vt ſupra patet. ad quarum primã que ſuper experientia fundabat̃: iſte venerabilis ſocius reſpondit. d. ꝙ vtiq3 albedo margarite preſentis poteſt cauſare notitiam qua ĩtuitiue cognoſcatur albedo alterius ſimillime abſentis. que tamen fuit preſens eadem viſione manente. ¶ Hec reſponſio probatur ex iam dictis: tum quia probatum eſt ꝙ viſio nõ poteſt naturaliter manere in abſentia viſibili9 ſic ſaltem ꝙ ſit viſio eius dum abſens eſt: vt patet ex ꝓpoſitione prima et correlarijs eius. tum quia dato ꝙ aliqua maneret viſio abſentis: quia tamen per ipſam non videretur aliqua alia res tunc preſens ſimilis abſenti: nec ab illa preſente ipſa viſio tunc cauſaretur: vt patet ex ꝓbationibus ſecunde ⁊ tertie ꝓpoſitionum ſuperius ꝓxime poſitarum: non haberetur ꝙ aliqua res ſenſibilis pñs ſenſui ⁊ mouens ad intuitionem ſui cauſaret viſionem abſentis: quod aliquãdo fuit preſens. ¶ Ad ſecũdam dicit ꝙ nulla cognitio terminatur ⁊c̃. quã habens non experitur inquit vel experiebatur. Nunc autem ſi ſuccedãt duo viſibilia manẽte eadem viſione vidẽs experiebatur aliquãdo ſe videre illud qđ nunc eſt abſens. Hec ſolutio etiã nõ ſtat propter falſum fundamentum de manentia viſionis abſente viſibili. ¶ Ad tertiã negat conſequẽtiam et dicit eam non tenere per locum a maiori ſicut dicit ad aliã rationem factã pro prima concluſione in eadem replicatione tunc per me poſita et recitatum eſt nunc in prima concluſione correlaria harum duarum vltimarum que alias fuerunt poſite. ſed ipſa ſtare non poteſt vt ibidẽ ſufficienter oſtenditur. Quia vero ex hac vltima correlaria concluſione: vt ſupra oſtẽſum fuit: deducebatur principalis concluſio: de qua agitur: videlicet ꝙ non eſt naturaliter poſſibile nos intuitiue cognoſcere non exiſtens. patet ꝙ illa concluſio et ſue ꝓbationes in ſua ſoliditate perſiſtunt. quã etiã concluſionem ex nunc dictis confirmo: quoniã ſi ſit naturaliter poſſibile vt non exiſtens cognoſcatur a nobis intuitiue. vel hoc eſt verum de non exiſtente quod aliquãdo fuit pñs. vel de nõ exiſtẽte qđ nũq3 fuit preſens. Sed nec de hoc nec de illo: vt patet ex dictis. igitur ⁊c̃. ¶ Quarta propoſitio principalis eſt. nulla intuitio cauſabilis naturaliter ab hoc ſenſibili eſt naturaliter cauſabilis ab alio ſenſibili. ꝓbatur. nulla notitia euidens complexa cauſabilis ĩmediate ab hoc ſenſibili et hac notitia ſimplici ĩtuitiua eiuſdẽ eſt naturaliter cauſabilis ab alio ſenſibili quãtũcũq3 illi ſimili ⁊ notitia ſui ĩtuitiua. igitur nulla ĩtuitio cauſabilis ⁊c̃. patet ꝯña ꝑ ſociũ q̇ vult quantũ ad hoc idẽ iudiciũ eſſe habẽdũ de quibuſcũq3 effectibus naturalib9. antecedens ꝓbatur: q2 ſi notitia cõplexa qua (ꝟbi gr̃a) euidẽter cognoſco. a. albedinẽ exiſtere eſſet cauſabilis naturaliter ab albedine. b. et notitia intuitiua ipſius. b. ſequeretur ꝙ videns pciſe albedinem. b. euidenter cognoſceret albedinem. a. exiſtere. et ſic vidẽs preciſe vnum ſingulare determinatum cognoſceret ꝙ aliud illi ſimile. qđ tm̃ nõ videret exiſtit. hoc aũt eſt ꝯtra cõmunem experientiam. ¶ Secundo nulla euidens ⁊ diſtincta notitia memoratiua de aliq̃ certo ſenſibili cauſabilis a ſpecie illius vel habitu exiſtẽte in memoria eſt cauſabilis ab aliqua alia ſpecie vel habitu ſibi ſimili. igitur nulla intuitio ⁊c̃. conſequentia patet vt prius per dicta ſocij. añs videt̃ ſimiliter clarũ. nã alias per vnicã ſpeciẽ vel habitum in memoria poſſet quis euidẽter ⁊ diſtincte recordari cuiuſlibet ſinglaris ſimilis illi a quo fuit cauſata ſpecies illa. et vlteri9 ſequitur ꝙ nunq3 poſſet obliuiſci vnius quin ſimul eſſet oblit9 cuiuſlibet. qđ etiam eſt ꝯtra experiẽtiã. Et hec vltima ꝯſequentia patet. q2 quãdiu habet ſpeciem qua põt recordari de aliquo non eſt oblit9 illius. Si ergo per vnam ſpeciem poteſt recordari de quolibet q3diu aliquam talem ſpeciem habebit de nullo erit oblitus. igitur ſi alicuius obliuiſcatur nullam tunc talem ſpeciem habebit. ⁊ ſi nullam habebit nullius poterit recordari. igitur ſi prius potuit omniũ erit oblit9. ¶ Pro hac eadẽ concluſione feci alias (vt ſupra patet) duas rationes. Ad quarũ primã ipſe reſpõdit dicens ꝙ ſi talis notitia primo cauſatur ab vno ⁊ poſtea ea manẽte ſuccedat aliud erit intuitio vtriuſq3. Si vero termineẗ ab altero tm̃ erit intuitio illi9 a quo cauſabitur: puta. b. et nõ alterius vtpote. a. Huius autẽ reſponſionis primũ membrũ conſtat eſſe falſum ex proxime dictis. ¶ Cõtra ſecũdum autem tũc arguebam ex ꝓbationibus correl̃. precedẽtis. ¶ Ad quarum primã reſpondit ꝙ ideo preciſe talis intuitio non eſt eius a quo non cauſat̃: quia non cauſat̃ ab eo. Et quia cõtra hoc vlterius inferebam ꝙ nulla intuitio eſſet non exiſtentis. quia nulla cauſat̃ a nõ exiſtente. Reſpõdet ꝙ nulla eſt intuitio non exiſtentis que non cauſabatur ab ipſo vel ab aliquo actualiter exiſtente quod eſſet aliquid ipſius ipſum eſſet. ¶ Sed iſtud vt apparet nõ ſtat cum dictis ſuis primis. Nam tactio dualitatis nõ exiſtentis quã debet tangi ab eo qui vnũ piſum tangit digitis cancellatis non cauſabatur a dualitate exiſtẽte nec ab aliquo exiſtente quod eſſet pars illius ſi ipſa exiſteret vt ſupra eſt probatum. ¶ Ad ſcđam ꝓbationem contra idem membrũ dicit primo ꝙ ad illam ego ita habeo reſpõdere ſicut ipſe. q2 dico ꝙ intuitio. a. ſic eſt intuitio eius ꝙ non poteſt eſſe intuitio alterius: tunc querit vnde eſt hoc. non poſſum vt ait aſſignare aliam cauſam niſi quia cauſatur ab. a. ⁊ nõ ab alio. ¶ Scđo reſpõdit ad rõnem: q2 intuitio cauſabilis a duobus nõ eſt illius a quo potuit cauſari ⁊ nõ cauſat̃. ideo q2 ab eo nõ cauſat̃ nec a deo ipſo preſente: qđcũq3 enim horũ daretur ipſa eſſet intuitio ipſius. ¶ Unde dicit ſine aſſertione ſe ponere ꝓpoſitiones tres. Prima ꝙ deus põt cauſare intuitionẽ ſenſibilis preſentis ipſo non concauſante. Scđa ꝙ poteſt ꝯſeruare intuitionẽ preſentis ipſo abſente. Tertia ꝙ in potẽtia cui nullũ ſenſibile eſt pñs nec añ fuit non poteſt de9 cauſare intuitionem que ſit intuitio iſtius ſenſibilis: puta. a. et non ſit alterius cuiuſlibet ſibi ſimilis omnino ſm naturã: q2 omni apparentia qua apparet vel apparere poſſet vnum ſimillimorũ apparet aliud ſimimiliter ſe habeãt ad potentiã. igit̃ ⁊c̃. ¶ De primo dicto expedio me breuiter. d. ꝙ illa nõ eſt cauſa. Sed cauſa eſt: quia ipſa ex ſui natura eſt ſimilitudo intẽtionalis iſtius: videlicet. a. preciſe ſiue cauſet̃ ab eo ſiue a deo. Et ſi per ĩpoſſibile cauſaretur a. b. vel aliquo alio ſenſibili adhuc nõ eẽt intuitio niſi ipſius. a. ſicut etiam ſpecies ꝓpria ipſius. a. in memoria exiſtens ⁊ ab. a. cum ſenſabatur cauſata. ſi eadẽ fuiſſet ĩfuſa a deo ⁊ nõ cauſata ab. a. nihilomin9 eſſet ſimilitudo repñtatiua ⁊ mediũ recordãdi reſpectu ipſius. a. et non reſpectu alicui9 alterius. vnde q3tũ ad hoc accidit notitie ⁊ ſpeciei a quib9 cauſent̃: dũmodo ipſe eedẽ ⁊ nõ alie cauſentur. ¶ Contra reſpõſionem vero eius arguo dupliciter. primo quia ipſe prius concedit ꝙ ideo preciſe intuitio cauſabilis ab. a. et a. b. ſi cauſaretur a ſolo b. non eſſet intuitio illius a. q2 non cauſaret̃ ab a. poſita autem cauſa preciſa ponit̃ illud reſpectu cui9 dicit̃ cauſa. Sed ſi a deo tm̃ cauſaret̃ intuitio ipſi9. a. pñtis illa intuitio nõ cauſaretur ab a. vt clarũ eſt. igit̃ q3tũcũq3. a. eſſet preſens adhuc illa nõ eſſet intuitio ipſi9. a. cui9 oppoſitũ nũc ipſe dicit in propoſitione pma illarũ ſuarũ triũ. ¶ Scđo q2 tertia ꝓpoſitio earundem non videtur danda: alioquin ſequeretur ꝙ in me qui nunq3 vidi Moyſem neq3 Dauid deus vtriuſq3 al. neut9

in me cauſare poſſet notitiam diſtinctam. et ſic de alijs preteritis rebus ſimilibus. Eodem modo ſequitur ꝙ de nullo futuro poſſit diſtinctam notitiam dare: que non puto eſſe concedenda. Et confirmatur iſta conſequētia per dicta ſocij. quia omni apparentia qua apparet vel apparere poſſet ⁊c. ¶ Ad ſecundam rationem pro eadem concluſione ſuperius factam. Reſpondet negando conſequētiam in caſu dato. Ad probationem concedit dictum ſuū et conſequens illatum. ſ. ꝙ quicquid poteſt prouenire a cauſis naturalib⁹ prouenit. Et cum dico: hec notitia eſt cauſabilis: dicit ꝙ verum eſt a quolibet ſeorſum vel ſi ſucceſſiue approximarētur. Si tamen ſimul in diuerſis ſitibus nō ſunt nata cauſare vnam notitiam ſed duas. Iſta reſponſio vt videtur non ſoluit rationem. nam poſitis talibus pluribus ſenſibilibus in diuerſis ſitibus ſimul oppoſitis eidem potentie: quorū vnum ſit. a. aliud ſit. b. ⁊ viſio cauſabilis vocet. c. quero an. c. ſit cauſabilis ab. a. vel nō. Si ſic igit cauſatur ab. a. qꝛ per conceſſum quicquid poteſt ꝓuenire a cauſa naturali prouenit. deinde quero an. c. poſſit prouenire a b. vel non. Si ſic. igitur prouenit a b. ⁊ per cōſequēs de facto. c. ꝓuenit ⁊ ab a. ⁊ a b. qđ eſt ꝓbādum. Si nō. igitur c. non eſt cauſabilis a b. et vltra. igitur quelibet notitia cauſabilis ab vno ſenſibili eſt cauſabilis ab alio ſibi ſimili. Cuius oppoſitū tenet iſte vene. Bachal. ¶ Ex iſta quarta propoſitiōe cum quodā alio dicto huius ſocij. ſ. ꝙ idem iudicium quātū ad hoc habēdum eſt de omnibus effectibus naturalibus. ſequitur ꝙ nullus effectus naturaliter ꝓducibilis ab hoc agente eſt naturaliter producibilis ab alio agente naturali totaliter diſtincto. qđ directe cōtradicit ſue quarte concluſioni ſuperius recitate. verum quia ipſe illam probauit aliquibus rationibus: ideo ad illas reſpōdeo. ¶ Ad primā nego conſequentiā ⁊ ſimiliter propoſitionem aſſumptam ad eius ꝓbationem. contra: ſi dicitur ꝙ non eſt maior ratio hinc ꝗ̄ inde quā ipſe non ꝓbauit. Similiter autē poſſet probare ꝙ a pluribus ⁊ diuerſis ſm ſpeciem equus et bos ſunt naturaliter ꝓducibiles. ⁊ ita de alijs ſpeciebus animalium perfectoꝝ: qđ tamen conſtat eſſe falſum. nam equus eſt corruptibilis ab aqua et igne ⁊ a lapide cadente ⁊ a multis alijs etiam ſpecie differētibus. ¶ Ad ſecūdam ſi antecedens intelligatur de eodem effectu ſm numerum ſic debet intelligi ſi conſequēs debeat inferri ad propoſitum nego ipſum. ¶ Ad primam probationem dico ꝙ illa non probat antecedēs. nam ꝗuis quilibet igniret per ſe. neuter tamen cauſaret formam ignis cauſabilem ab alio. vnde illud non ꝓbat niſi ꝙ idem ſpecie effectus eſt ab vtroqꝫ ꝓducibilis. ¶ Ad ſcđam ꝓbationem quicquid ſit de antecedente intellecto de fine voluntarie preſtituto ab agente: de quali procedit probatio eius: nego conſequentiam. Ad probationem non eſt maior repugnantia hic ꝗ̄ ibi: quia iſta tantūmodo aſſumitur et non probatur nulla probatio eſt: ſed potius manifeſtatio deficientie probādi: quod eſt ab arguēte probandum. vnde tali argumētationi ſufficiet inſtare. Similiter arguēdo de quolibet effectu naturali: ꝙ ꝓduci poſſit naturaliter ab agentibus naturalibus ſpecie differentibus. ¶ Pro hac eadem concluſione iſte ſocius alias vt ſupra recitatum eſt: fecit inter alias vnā ratione deducēdo ad iſtud: ꝙ inter indiuidua eiuſdem rationis eſſet ordo eſſentialis dependentie: ⁊ quia iſtud conceſſi ad hunc intellectū: videlicet ꝙ vnum indiuiduum dependeret ab alio eiuſdem ſpeciei tanqꝫ a per ſe cauſa extrinſeca. Contra hoc in vltima ſua replicatione arguit ſic. In eſſentialiter ordinatis non eſt proceſſus in infinitū qualitercūqꝫ eſſentialiter ordinentur. igitur inter indiuidua eiuſdem rationis nō eſt talis ordo eſſentialis dependentie. patet ꝯſequētia: quia in illis eſt proceſſus in infinitum. antecedens vero patet ex. 2. meta. ¶ Reſpondeo. antecedēs poteſt intelligi dupliciter. vno modo ꝙ reſpectu eiuſdem effectus non ſunt infinite cauſe eſſentialiter ordinate. et ſm hūc ſenſum habet Philoſophus. 2. metaphyſi. et ego concedo. et ſic nego conſequentiam accipiendo conſequens vt dedi. ſcꝫ ꝙ vnum indiuiduum ſit ꝑ ſe cauſa alterius indiuidui eiuſdem ſpeciei. hoc enim nullatenus repugnat antecedenti. Alio modo poteſt antecedēs intelligi ſic: ꝙ. ſ. non eſt poſſibile vt ab aliquo tanqꝫ a per ſe cauſa dependeat aliud vt ab. a. dependeat. b. ſic ꝙ. b. non poſſit naturaliter produci niſi ab. a. et iterum eodem modo a b. dependeat c. et a c. depēdeat. d. ⁊ ſic in infinitum. ⁊ in hoc ſenſu nego antecedens. nec in hoc ſenſu loquitur Philoſophus. ſic enim nō ponitur vnus effectus numero depēdere a cauſis infinitis eſſentialiter ordinatis. nam cauſe eſſentialiter ordinate omnes ſimul cauſant: qđ in propoſito non conuenit. et ideo non ſunt tales cauſe eſſentialiter ordinate in cauſando. ¶ Ad rationem principalem queſtionis ſuperius fuit reſponſum. T. cō. 5. T. cō. 5.

¶ Diſtinctionis. vij. Queſtio. v.

**Quarto** quero vtrum angelus ſpecies ⁊ intellectiones quibus alias res naturaliter ītelligit recipiat a rebus ipſis intellectis. Et videꝛ ꝙ nō. Primo quidē de ſpecieb⁹: quia de extremo ad extremū nō deuenitur niſi per medium. eſſe autē forme in imaginatione. qđ eſt ſine materia. non tamen ſine cōditionibus materialibus eſt mediū inter eſſe forme q̄ eſt in materia: ⁊ eſſe forme que eſt in ītellectu ꝑ abſtractionem a materia ⁊ cōditionibus materialibus. igitur ītellectus angelicus nō poteſt formas materiales reducere ad eſſe ītelligibile niſi ꝑus reducat eas ad eſſe imaginabile. ſed hoc eſt impoſſibile ſibi: cum careat imaginatione: que eſt vis ſenſitiua. igitur ⁊c. ¶ Secūdo idem arguitur de intellectione: quoniam ſi eius ītellectio cauſaretur a rebus angelus intelligeret per diſcurſum. hoc autem eſt cōtra Dio. de diui. nomi. vbi dicit. ꝙ angeli non congregant diuinā cognitionem a ſermonibus diffuſis: neqꝫ ab aliquo cōmuni ad iſta ſpiritualia ſimul agūtur. cōſequētia ꝓbatur: quia ſicut aliqua cauſa ꝓcedit effectū etiā tēpore: ſic prius tempore cauſaret notitiā ſui in angelo ꝗ̄ effectus. ⁊ ſic angelus prius intelligeret cauſam ꝗ̄ effectum. Cap. 7.

**Ad oppoſitum** arguiꝛ ſic. angelus nō poteſt naturaliter intelligere determinate aliquam rem anteqꝫ ſit. et aliquam poteſt intelligere dum eſt poſtqꝫ non fuit. et etiam dum non eſt poſtqꝫ fuit. igitur angelus ſpeciem et ītellectionem accipit a rebus. antecedens quo ad primam partem patet per Aug. ſuper Geñ. 4. in illa auctoritate allegata in tertio articulo precedentis. q. Quam notitiam precedebant que fiebant ⁊c. ¶ Secunda pars non eſt dubia: et tertia probatur: quia angelus poteſt recordari preteritorum. vt in eodem articulo eſt probatum. Cap. 35.

**Hic erunt** articuli duo. ¶ Primo videbiꝛ de q̄ſito. ¶ Secūdo vtrū intelligat diſcurrēdo: qđ implicatur in vno argumento.

**Pro primo** premitto ꝙ in nobis quedam intellectio eſt complexa. quedam incomplexa. et quedam incomplexa et intuitiua. quedam vero abſtractiua. Item ſpecierum quedam ſunt ſingulares et a rebus recepte. quedam vero vniuerſales et ficte ab ītellectu. omnia hec ⁊ ipoꝝ differētia patet in ꝑmo lib. diſt. 3.



¶ His premiſſis pono concluſiones quinqꝫ. ¶ Prima concluſio eſt: ꝙ notitiam intuitiuam quā angelus habet naturaliter de re alia accipit a re ītuitiue nota per illam. hoc probatur ſic. Cuiuſlibet notitie intuitiue in angelo cauſa effectiua immediata. lꝫ partialis eſt ipſa res ītuitiue nota. igitur quālibet huius accipit a re intuitiue nota. conſequentia nota eſt. antecedens probatur. Qꝛ enim ſit cauſa effectiua probo. quia ſi non ſit ſic. igitur preter ipſam eſt aliquid aliud ſufficiens actiuum totale ipſius notitie: vel aliqua alia plura: que ſimul ſufficienter poſſunt illam producere: et cum ipſa non ſit principium paſſiuum ſeu receptiuum totale aut partiale intellectionis huius vel diſpoſitio illius. nec etiam ſit effectus naturaliter conſequens intellectionem ipſam vt certum eſt. ſequitur: ꝙ erit poſſibile huiuſmodi notitiam cauſari in angelo naturaliter re tali non exiſtente. conſequens eſt falſum. conſequentia ꝓbatur: quia poſitis ſufficientibus actiuo et paſſiuo in opportunis diſpoſitionibus ponitur effectus ſi ſit actiuum naturale. vel ſaltem poteſt poni ſi ſit liberum: ſicut patet ex. 9. metaphyſice. ⁊ ex differentia vtriuſqꝫ generis ꝑncipij actiui. Qꝛ autem īmediata probatur. quia ſi eſſet cauſa mediata tm̄. eſſet ergo cauſa alicuius: qđ immediate eſſet cauſa notitie: et illud nō videtur eſſe niſi ſpecies vel aliquis habitus vel aliqua alia notitia. non poteſt dici ꝙ notitia alia: quia nō abſtractiua. nam quelibet notitia abſtractiua rei diſtincta et naturaliter habita preſupponit intuitiuam eiuſdem. et tūc de illa priore eſſet querendum vtrum immediate cauſaretur a re. et ſi ſic eadem ratione et quelibet: aut mediate: et ſic in infinitum a parte ante. quod eſt impoſſibile. nec poteſt dici ꝙ habitus: quia quilibet habitus naturaliter acquiſitus preſupponit cauſaliter actum: nec ſpecies: qđ forte magis poſſet videri. quia ſpecies non eſt opportuna niſi in abſentia obiecti. vt dictum eſt in precedenti. q. et per conſequens non per ſe requiritur ad notitiam intuitiuam. ac per hoc non eſt per ſe cauſa eius. ¶ Confirmo quia ſi intellectus angelicus per poſſibile vel impoſſibile eſſet virtus potens tantūmodo intueri preſentia et non recordari ꝑterita vel abſentia: in eo nulla cauſaretur ſpecies alia a notitia ipā intuitiua: ſicut nec in ſenſu exteriori in nobis cauſatur. vt habitum eſt in precedenti. q. igitur ſpecies que cauſatur in intellectu angelico nō eſt cauſa notitie intuitiue. ¶ Preterea. Angelus non poteſt naturaliter aliquam rem futuram diſtincte intuitiue cognoſcere. et preſentem poteſt. igitur ipſa eſt aliquo modo per ſe cauſa notitie ſue intuitiue. et conſtat ꝙ non materialis vel formalis aut finalis. igitur efficiens. conſequētia patet: quia alias dū adhuc res eſſet futura exiſterent omnes cauſe requiſite ad notitiā eius. et per conſequens illa poni poſſet in effectu. antecedens patet: quoniā proprium eſt dei naturaliter futura ītueri diſtincte. Et probatur etiam per auctoritatem Dam̄. lib. 2. dicētis. Futura quidē nec angeli nec demones nouerunt. ſupple naturaliter. ⁊ per auctoritatem Aug. 4. ſuper Geñ. preallegatam in. q. proxima. et aliam conſimilem ibidem vbi vult ꝙ ꝗuis per notitiam in verbo que vtiqꝫ ſupernaturaliter tantum haberi poteſt: res prius fuerunt cognite ab angelis beatis ꝗ̄ fuerint in rerum natura per notitiam tamē veſpertinam: que ſm eum eſt qua res in ſeipſis naturaliter cognoſcuntur non potuerunt cognoſci niſi prius ſaltē cauſaliter eſſent. vt dictum fuit. ¶ Iſta concluſio confirmatur per auctoritatem eiuſdem. 12. de tri. ait enim de⁹. non ad tempus videt nec aliquid noui fit in eius viſione atqꝫ ſcientia: cū aliquid temporaliter geritur ac tranſitorie: ſicut inde afficiunꝛ ſenſus carnales animaliū ⁊ hominū: vel etiā celeſtes angelorū: vbi patet ſm eū ꝙ cū aliqđ tꝑaliter fit tūc afficiunꝛ ſenſus. i. ītellectus angeloꝝ ⁊ aliquid noui in eis fit econtra de deo. T. c. 10. Cap. 4. Cap. 35. Cap. 34. Cap. 7.

¶ Scđa concluſio eſt ꝙ abſtractiuā notitiam diſtinctā de re alia accipit angelus a re abſtractiue nota mediate ad hunc ſenſum: qꝛ ſcꝫ eam accipit īmediate ab alia re quā īmediate accipit/ vel accepit ab illa quā actualiter per huius notitiam abſtractiue cognoſcit. hoc ꝓbatur: nam talē notitiā accipit immediate a ſpecie diſtinguēte illam rem repreſentāte: ⁊ illā ſpeciem īmediate accipit a re illa. igitur ⁊c. ꝯña eſt nota: ⁊ prima pars antecedētis ꝓbatur: qm̄ notitia abſtractiua de re diſtincta ⁊ in ſingulari eſt per ſpeciē eius diſtincte ⁊ ſingulariter ipſam repreſentātem in ſe intuitiue cognitā: vt ex alias ſepe dictis patet: ⁊ ꝑ cōſequens immediate cāꝛ a ſpecie illa. ꝙ autē talem notitiā habeat angelus naturaliter patet ex tertio arti. proxime. q. ¶ Secūda vero pars antecedentis patebit ex quarta cōcluſione ſequēte. ¶ Tertia concluſio eſt. ꝙ notitiam cōplexā aliquā accipit angelus naturaliter a re intellecta. probaꝛ. qꝛ notitiaꝫ euidentem alicuius veri cōtingentis enūtiabilis affirmatiue ⁊ de preſenti angelus naturaliter hꝫ. Cognoſcit. enī euidenter ꝙ nunc ego loquor iſta. igitur ⁊c. ꝯñtia pꝫ. nam talē notitiā non pōt habere niſi mediāte intuitiua notitia ſeu notitijs intuitiuis: qua ⁊ quibus actualiter me ⁊ mea verba cognoſcit: notitiā autē intuitiuā huius accipit a re ipā vt ꝓbatū eſt. igiꝛ ⁊c. ¶ Quarta cōcluſio eſt: ꝙ in angelo ſunt ſingulares ſpecies. i. ſingulariter repreſentatiue accepte ab eis reb⁹ quarum repreſentatiue ſunt. Prima pars probaꝛ. quia alias nō poſſet habere de eis diſtinctā recordationem: cuius oppoſitū ꝓbatū eſt. q. proxima: cōſequentia probaꝛ: ſicut de nobis probatū eſt in primo. di. 3. in. q. de notitia rerū ſenſibilium. in tertio dubio dicte. q. Secūda pars concluſionis probaꝛ: qꝛ ſi nō eſſent a rebus accepte vel oēs eēnt ſimul enī ꝯcreate ab īitio: ⁊ tūc ꝑ eas poſſet cognoſcere diſtincte eque bene futura ſicut preterita: quod eſt falſum: vel quādocūqꝫ angelus aliquod ſingulare de nouo apprehendit: de⁹ illius infunderet: ꝙ ꝗuis ſit poſſibile nō tm̄ ſic cōtingere veriſſimile eſt: eo ꝙ naturaliter ⁊ virtute propria ſibi a deo tributa ⁊ eo ſibi coagente ſm cōem influētia tm̄ anima noſtra ⁊ cōiuncta ⁊ ſeparata poſſit tales ſpecies acquirere. conſtat aūt ꝙ nō minus perfect⁹ eſt angelus ſm naturā ꝗ̄ anima noſtra: hoc aūt perfectionis vtiqꝫ eſt. nam ſic de non exiſtentibus poteſt haberi notitia. ¶ Quinta cōcluſio. ꝙ in angelis ſunt vel eſſe poſſunt naturaliter ſpecies vniuerſales ⁊ ficte ex ſpeciebus receptis a reb⁹. hoc probatur: quoniā hoc eſt ꝑfectionis in intellectu noſtro: propter habendam notitiam quiditatum abſtractas proprias diffinitiuas et ſcientificas vt tactum eſt ī queſtione proxima. articulo primo. ac in illa queſtio. frequēter memorata. igitur non debet angelo denegari naturaliter ineſſe poſſe. ¶ Contra iſta eſt opi. ſatis cōmunis q̄ tenet ꝙ angeli nullas nouas ſpecies recipiūt: ſed habēt oēs ſibi cōcreatas ab initio: ⁊ hoc preter rationem primo factā ad. q. habet alias: qm̄ qualis eſt diſtinctio ⁊ ordo corpoꝝ ſupremoꝝ ad infinita talis eſt ſupremarum ſubſtātiarum ſpiritualiū ad infimas: nūc autem ſuprema corpora. ſ. celeſtia habent potentiā totaliter in ſua natura perfectam per formā. In corporibus autē inferioribus potētia materie non totaliter perficitur per formam: ſed nunc accipit vnā/ nunc aliam ab aliquo agēte. igitur ſimiliter inferiores ſubſtantie intellectiue. ſ. humane anime habent potētiam intellectiuā non cōpletam naturaliter: ſed cōpletur in eis ſucceſſiue per hoc ꝙ accipiunt ſpecies intelligibiles a rebus: potentia vero intellectiua in ſubſtantijs ſpiritualibus ſuperioribus. i. angelis naturaliter cōpleta eſt per ſpecies intelligibiles naturaliter habitas ad oīa intelligēda que naturaliter cognoſcere poſſunt. ¶ Secundo anime humane qꝛ ſunt forme corporum ideo a corporibus ⁊ per corpora ſuā perfectio- Sā. Th. pte. 1. q. 55. arti. 2.

nem intelligibilem conſequuntur: alioquin fruſtra vnirētur corporibus. igitur ſubſtantie ſuperiores. i. angeli conſequenter totaliter a corporibus abſolute immaterialiter ⁊ in eſſe intelligibili ſubſiſtentes ſuam perfectionem intelligibilem conſequūtur per intelligibilem effluxum: quo a deo ſpecies rerum cognitarum ſuſceperunt ſimul cum intellectuali natura. ¶ Tertio. idem probatur au-
Cap. 13. ctoritate Aug. 2. ſuper Geñ. ad litteram. dicentis ꝙ cetera infra angelos ita creantur vt prius fiant in cognitione rationalis creature: ac deinde in genere ſuo. ¶ Quarto. ad hoc pōt argui ex alia auctoritate eiuſdē ibidē. vel
Cap. 29. 12. ait enim nec ſane putādum eſt facere aliquid corpus in ſpiritu quaſi ſpiritus corpori faciēti materie vice ſubdatur: omni enim modo preſtantior eſt qui facit ea re de qua aliquid facit ⁊c̄. Et ideo concludit ꝙ imaginem corporis in ſpiritu noſtro qua cū abſens fuerit recordamur non ipſum corpus in ſpiritu: ſed ipſe ſpiritus facit in ſeipſo. Ex cuius rationis medio manifeſte concludi poteſt ꝙ res corporales: aut certe etiam ſpirituales inferiores angelis nō poſſunt aliquas ſpecies vel notitias cauſare.

¶ Quīto poteſt argui. quia aut res cauſantes huiuſmodi ſpecies in intellectu angeli prius cauſant neceſſario ſpecies illas vel alias in medio: aut immediate cauſant illas in intellectu angeli. non poteſt dici primum: quoniam tunc ſequitur ꝙ ſi eſſet vacuum inter rem illam et angelum non poſſet angelus intelligere illam. Item non poſſet intelligere colorem in nocte: ſicut nec nos corporaliter videre: quia color exiſtēs in tenebris non cauſat ſpeciem vllam in medio: ſed hec ſunt abſurda. igitur illud dici vere non poteſt: nec etiam ſecundum: quoniam tunc angelus per nullam diſtantiam poſſet impediri a notitia rei: ⁊ ſic diabolus exiſtens in angulo oriētis noſſet illud quod eſt in occidente: quod non conuenienter videtur dictum.

Tho. vbi ſupra. ¶ Ad primum dico ꝙ deficit multipliciter. Primo quidem quia ſm ipſum ſequitur ꝙ nunꝗ angelus perficeretur per nouam intellectionem et conſiderationem actualem: ſed ſemper omnia ſimul actu conſideraret que poteſt naturali cognitione cognoſcere: cuius oppoſitum iſte doctormet dicit infra. q. 58. articu. 1.

¶ Secundo. quia falſum aſſumit dicendo ꝙ corpora celeſtia ſunt totaliter perfecta ſi intelligatur ꝙ nullam perfectionem ſubſtantialem vel accidentalem recipiūt: nam certum eſt ꝙ luna et alia corpora celeſtia illuminantur a ſole: ſi vero intelligatur de perfectione ſubſtantiali nihil ad propoſitum: cum ſpecies ille in angelis non ſint forme ſubſtantiales.

¶ Tertio. quia vel maior illa ſumitur vniuerſaliter: ⁊ ſic eſt falſa: quoniā corpora celeſtia ſic ſe habēt ad infima ꝙ generāt illa: et tamen angeli non generant animas humanas aut creāt: vel ipſa ſumitur particulariter aut indefinite: ⁊ tunc forma arguendi eſt inutilis et nihil cōcludit.

¶ Ad ſecundum dico ꝙ non: ideo conſequuntur perfectionem intelligibilem a corporibus obiectiue: quia ſunt forme corporis: quinimmo et cum ſunt ſeparate ab eis tales perfectiones accipiunt: vtrum autem ideo per corpora vel ſenſus corporis conſequuntur huius perfectionē: quia ſunt forme corporum non curo: nam et ſi ita eſſet nō ad propoſitum facit: quia non dico ꝙ angeli recipiāt per corpora tales perfectiones: ſed dico ꝙ a corporibus: ſicut ab obiectis et efficientibus partialibus ſue notitie.

¶ Ad tertiam dicendum. ꝙ ſicut patet ibidem clare: ⁊ ſimiliter libro quarto. in pluribus locis Auguſti. loquitur ibi de cognitione qua creature ab angelis cognoſcuntur in verbo que vtiq; ſupernaturalis et beatifica eſt. de cognitione vero naturali: quam vocat ipſe veſpertinam non illud dicit. Sed oppoſitum vt ſupra recitatum eſt.

¶ Ad quartū dico primo ꝙ ſi ſequamur ſonum illoꝝ ver- T. c. 52.
borum ꝓbaretur ꝙ corpus inanimatū nō poſſet agere in ſenſum: qđ tamē expſſe eſt cōtra philoſophū. 2. de anima qui vult ꝙ ſenſibilia exteriora ſint actiua ſenſationum vel ſm alios ſpecierū in ſenſu. Et ſimiliter Augu. 2. de trini. Cap. 2.
Item ſm hoc phātaſmata nec ſpeciē nec intellectionem cauſarēt in intellectu: qđ eſt cōtra philoſophū: etiam nec doctor predictus hoc diceret. ¶ Preterea. Eſſet contra eundēmet Augu. qui vt in precedētibꝰ queſtionibꝰ patet: vult ꝙ omnis res quācūq; cognoſcimꝰ ꝯgenerat in nobis notitiam ſui: et. 14. de tri. dicit ꝙ quedā cognoſcibilia cognitionem interpoſitione tēporis antecedūt: ſicut ſunt ea Cō. 10.
ſenſibilia q̄ iam erāt in rebus tēporalibꝰ anteꝗ cognoſcerentur. Quedam vero ſimul eſſe incipiūt velut ſi aliquid viſibile: quod oīno non erat ante oculos noſtros oriaꝶ cognitionē noſtrā vtiq; nō precedit: ⁊ mox ſubdit. verūtamē ſiue tēpore precedētia: ſiue ſimul eſſe incipiāt cognoſcibilia cognitionum gignūt non cognitione gignūtur: ⁊ patet hic ꝙ loquitur de ſenſibilibꝰ: non igiꝶ vult ipſe negare ſimpliciter corpus agere in ſpiritum: ſed ſolūmodo intēdit ꝙ non agit: ſicut agēs totale effectus recepti in ſpiritu ſicut partiabile aut ipſum agere non negat: alioquin cōtradiceret ſibi: vt patet ex dictis: quod non eſt putandum.

¶ Ad quintū dicēdum. ꝙ eque bene concludet ponendo ſpecies innatas ꝙ angelus per nullam diſtantiā impediretur a cognoſcendo rem vllam: vnde et illud conſequens concedunt doctores: quorum rationes ſolute ſunt michi: tamen videtur aliter reſpondendum ad argumentum. et dico ꝙ non eſt neceſſarium ꝙ res cognoſcenda ab angelo cauſet ſpeciem ſuam in medio: nam vna anima ſeparata cognoſcit naturaliter aliam diſtantem: ſicut patet de anima diuitis epulonis que cognoſcebat animam Lazari: ⁊ ſimiliter animā Abrae a quarum qualibet loco diſtabat: ſicut patet ex verbis euangeliſte dicentis ꝙ diues ille. i. anima que fuit illius diuitis vidit Abraam a longe: et ſimiliter ex reſponſo Abrae dicentis magnum chaos inter hos ⁊ illos firmatū eſſe. Sed conſtat ꝙ nec anima Abrae nec anima Lazari ſuas ſpecies cauſabant in medio: cum medium non ſit ſuſceptibile ſpecieꝝ rerum ſpiritualium. Et cum infertur ꝙ tunc per nullam diſtātiam impediretur notitia angeli: nego cōſequentiam: nam non obſtante quod dictū eſt de anima ſeparata adhuc propter diſtantiam impeditur: ſicut expreſſe vult Auguſtinꝰ in libro de cura pro mor. agenda. eſt enim ſentētia eius ꝙ anime exiſtentes in inferno nihil poſſunt ſcire: ſcilicet naturaliter de his que actualiter fiunt in mūdo: niſi diſcant relatione eorum qui hinc illuc deſcēdunt: ⁊ per hunc modum dicit Abraā ſciuiſſe quales in mundo fuerant diues ille ⁊ Lazarus: ⁊ ideo dicit Auguſtinꝰ. proinde fatendum eſt neſcire quidem mortuos quid hic agatur: ſcilicet dum hic agitur: poſtea vero audire ab eis qui hinc ad eos moriendo pergūt. hoc autē nō poſſent niſi accedentes illuc viderēt: quos tamen hic exiſtentes nō cognoſcebāt.

Quātum ad ſecūdum articulum premitto vnam diſtinctionem de intelligere diſcurrendo: poteſt enim quātum ad propoſitum ſufficit accipi tripliciter: vno modo vt idē ſit quod vnum poſt aliud intelli- S. Tho. pt. 1. q. 58. arti. 3.
gere. Secūdo vt ſit idem quod vnum per aliud intelligere. Tertio vt ſit idem quod vnum poſt aliud: et per aliud intelligere ſiue quod in idem venit: aliquid priꝰ ignotum per aliud prius notum cognoſcere: et hoc modo ſtrictius et magis proprie ſumitur intelligere per diſcurſum: et in hoc ſenſu negant angelum intelligere diſcurrēdo qui hoc negant: et proprie etiam talis diſcurſus inter notitias cōplexorum accipitur.

¶ His premiſſis pono ꝯcluſiones tres affirmatiuas ſm tres acceſſiones ꝓdictas. ¶ Eſt ergo pͥma cōcluſio. ꝙ angelꝰ naturaliter intelligit diſcurrēdo ſm primū ſenſum. hoc probatur. nam angelus aliquā rem incipientē eſſe diſtincte cognoſcit: ⁊ ſimiliter veritates aliquas contingentes de ipſa: quam ⁊ quas aliqñ non cognouit: qñ tñ alias res ⁊ alias veritates cognoſcebat. igitur angelus cognoſcit diſcurrendo ad ſenſum illum. conſequētia eſt nota. antecedens ꝓbatur ex dictis in primo arti. nam rem futurā angelus non cognoſcit diſtincte: ⁊ per ꝯñs nec eius ſingulares veritates contingētes: nec eſt dubiū ꝙ nūc dum illa futura eſt cognoſcit alias res ⁊ veritates: ⁊ qñ illa res erit preſens: tunc cognoſcet illam: ſicut eas que nunc ſunt.

¶ Secunda cōcluſio eſt. ꝙ angelus intelligit diſcurrēdo ſcđo modo: ⁊ ne fiat in verbo calūnia quandocūq; dico intelligit pro eodē accipio qđ pro conuenit intelligere: ⁊ ſemper loquor de cognitione naturaliter ab ipſo poſſibili haberi. hanc concluſionē ꝓbo ſic. aliquā veritatem non immediatā angelus cognoſcit. igitur vnū per aliud cognoſcit. ⁊ per conſequēs diſcurrit ſcđo modo. conſequētia ꝓbatur. quia oīs veritas cognita non per aliā / ſeu per notitiā alterius veritatis eſt veritas immediata ſaltem illi cui ſic eſt cognita: vt ptꝫ ex diffinitione ꝓpoſitionis immediate primo poſterioꝝ. ſ. qua nō eſt altera prior. ſupple qua ipſa cognoſcatur: vt cōmuniter exponiꝶ: ⁊ eodem modo ſumo veritatē imediatā. antecedēs declaro. Sumo verbi gratia veritatē iſtā. ſol eclipſabiꝶ tali tpe. vel ꝯditionalē. Si mūdus vſq; curſus aſtroꝝ durabit ⁊ ad tūc tps ſm diſpoſitionem qualis nunc eſt tali die ſol eclipſabiꝶ. iſtā veritatē non eſt dubiū eſſe angelo: cum ſit nota vel eſſe poſſit etiā homini aſtrologo: ⁊ non eſt ei nota per ſe / ſiue ex terminis vt ptꝫ etiā quia cuilibet noſtrū qui vtiq; terminos nouimus eſſet nota. Item non eſt ſibi nota ex aliqua notitia intuitiua vna aut pluribus: ſed quia nouit qñ ſol ⁊ luna in talibus punctis erūt. igitur nō eſt ſibi imediata. Idē poſſet ꝓbari de veritatibus pluriū effectuū naturalium: quos futuros angelus prenoſcit: et nō niſi per notitiā ſuaꝝ cauſarū: vnde Aug. in de diuinatiōe de. dicit ꝙ demon in aeris affectione / atq; inordinatiōe ſibi nota nobis ignota futuras preuidet tēpeſtates. i. per notitiā qua nouit aerem ſic eſſe affectū ⁊ inordinatū cognoſcit ꝙ tēpeſtas erit.

¶ Tertia concluſio eſt. ꝙ angelus intelligere pōt diſcurrēdo tertio modo. hāc ꝓbo: quia ſi detur oppoſitū. ſequitur ꝙ diabolus quilibet ſimul actualiter nouit diſtincte infinitas veritates ſpecie differētes: ⁊ vlterius etiam ꝙ habet ſimul actu infinitas notitias ſpecifice diſtinctas / vel vnā equiualentem infinitis ſpecifice diſtinctis. ꝯñs vtrūq; puto non eſſe dandū. ꝯñam declaro in exēplo iam ſumpto de ſole: ꝯſtat enī ꝙ ſi mūdus ⁊ curſus aſtrorū vniformiter perpetuareꝶ a deo infinities ſol eclipſareꝶ: cum igitur diabolus quālibet eclipſim futuram / ſeu quocūq; tpe ſol ſit eclipſandus poſſet cognoſcere: ſi nō poſſit ſcire per diſcurſum mō iſto. igitur ſimul nouit qñcūq; eclipſabitur. ⁊ per ꝯñs ſimul nouit infinitas tales veritates ſi mūdus ⁊ curſus aſtrorum perpetuabiꝶ vniformiter. In tpe a. eclipſabiꝶ ſol ſi mundus ⁊c̄. In tpe b. ſol eclipſabitur ⁊ ſic de alijs tēporibus. Idē ptꝫ in alio exēplo: nam cōſtat ꝙ figure angulares in infinitū ſunt multiplicabiles per additionē anguloꝝ. verbi gratia. poſſibilis eſt figura triāgularis. poſſibilis etiā eſt aliqua quadrāgularis: ⁊ itē aliqua pētangularis: ⁊ ſic in infinitū ſuppoſito ꝙ continuū ſit infinite diuiſibile. de qualibet aūt ſpecie figurarum ſcibilis eſt aliqua propria paſſio: certū eſt igitur ſm predicta ꝙ diabolus ſimul cognoſcit infinitas concluſiones ⁊ veritates ſpecifice diſtinctas. ¶ Preterea. Mihi videtur valde mirabile dictu ꝙ nullam veritatem neceſſariaꝫ cognoſcibilem naturaliter diabolus ignoret: ⁊ tñ oporteret hoc dicere ſm illam viā: nam ſi aliquā ignorat / vel illa eſt mediata / vel immediata ſi mediata. ergo per priorē cognoſcibilis: et per cōſequēs aliqua ignota per aliam prius notam cognoſci poteſt ab eo: ac per hoc per diſcurſum hoc tertio modo ſumptum: cuius oppoſitum ponitur. Si vero illa ignota eſt immediata. igitur per locū a minori. ſequitur ꝙ aliqua mediata eſt ſibi ignota: et per conſequens vt prius aliqua eſt ab eo cognoſcibilis per diſcurſum. ¶ Pro opi. oppoſita nō adducūt opinantes aliam rationem / ꝗ illam perſuaſionē de cōparatione corporum ſupremorum ad infima que ſoluta eſt in arti. precedēti. et auctoritatem Dio. allegatam in ſecundo argumento facto ad. q. ¶ Ad primum igitur argumentū cum dicitur ꝙ de extremo ad extremum non deuenitur niſi per medium ⁊c̄. dici poteſt primo ꝙ ꝗuis iſta ꝓpoſitio habeat veritatem in motu locali: cum aliqđ corpus mouetur a virtute finita: non tñ vniuerſaliter in alijs motibus habet veritatē: nam conſtat ꝙ capilli nigri fiunt albi: ⁊ tñ non prius fiunt virides / vel cerulei: qui colores ſunt medij inter albedinem ⁊ nigredinē: eūdo tñ magis ad intentionem arguentis poteſt concedi propoſitio: vbi eſt dare per ſe mediū: ⁊ per ſe extrema: ⁊ parꝫ ꝙ aliter non eſt vera: nunc autē ita aliquid eſt mediū inter aliqua ꝙ inter quedā alia non eſt medium. ver. gra. iuxta materiam de qua eſt ſermo eſſe intētionale in medio eſt mediū per ſe inter eſſe materiale coloris et eſſe eius intentionale in organo viſus. vnde viſibile īmediate ſuperpoſitū organo non cauſat ſpeciem in illo: ⁊ tñ tale eſſe intentionale in medio eſt per ſe medium inter eſſe materiale tangibilis et eius eſſe intētionale in organo tactus: ita etiā eſſe intētionale in ſenſu / vel in imaginatiua eſt mediū inter eſſe materiale ⁊ eſſe pure intellectuale in aīa coniuncta: ⁊ tñ non in anima ſeparata: ⁊ ita dico ꝙ eſſe imaginabile non eſt medium inter eſſe materiale et eſſe intellectuale reſpectu intellectus angelici: vnde ſicut non bene argueretur ꝙ tāgibile nō poteſt agere in organum tactus niſi prius agat in medium extrinſecum: quia viſibile non pōt agere in organū viſus niſi agat in mediū extrinſecū, ita nō bene arguitur. ꝙ res materialis non pōt agere īmediate in intellectū angelicū: quia nō poteſt etiā īmediate agere in intellectū humanū ꝯiūctū. Quod tñ etiā vtrū vniuerſaliter ſit verū in qualibet actione intellectus pro nūc non affirmo / nec nego. ¶ Ad ſcđm quicquid ſit de conſequentia. concedo tñ conſequens: ⁊ ad auctoritatem Dionyſij dico ꝙ ipſe non loquitur de angelis ſm ſtatum mere naturalem: ſed ſm ſtatum beatificum / nec de qualibet notitia eorum: ſed de ea qua deum cognoſcunt: et iſtud patet: tum ex eo ꝙ ſine medio ibidem precedit. at enim ſic. ex ipſa ſcilicet diuina ſapientia intelligibiles ⁊ intellectuales angelicarum mētium veritates ſimplices et beatos intellectus. ecce ꝙ de beatis ſpecialiter loquitur. Quod etiam confirmatur quia cito poſt loquitur ſpecialiter de animabus humanis: et poſtea de demonibus ſpecialiter: tum quia ait non ſermonibus diffuſis congregantes diuinam cognitionem: non ait abſolute cognitionem: ſed determinauit dicens diuinam: ⁊ etiam poſt ſtatim ſequitur. vniformiter intelligibilia diuinorum intelligunt: per que patet ꝙ loquitur de cognitione qua deum beatifice vident. ⁊ certe illam non cōgregāt ex ſermonibus diffuſis, neq; per diſcurſum acquirunt. In propoſito autem non eſt ſermo de tali notitia: neq; de eis ſm ſtatum beatificum: ſed ſm naturalem. i. ſi eſſent in ſtatu eorum pure naturali: ⁊ in tali perſcrutatione melius poteſt videri veritas ex dictis ſanctorum cum loquuntur de demonibus / ꝗ cum de angelis beatis: nam multi dicūt de ipſis ſm ſtatum illum ſibi couenientia: que intelligi non debent ſibi naturaliter conuenire: ꝙ qui non diſtinguunt errant circa intellectum ipſorum.

¶ Diſtinctionis. ix. et. x.
Queſtio prima.

Circa diſt. 9. ⁊ 10. in quibꝰ magiſter agit de diffinitione et preeminētia ordinum angelorū: ⁊ quomodo ſuperiores per medios nuntiant minoribꝰ diuina ꝓcepta: ita ꝙ que ipſi nouerūt quaſi loquētes alijs manifeſtant.

¶ Quero primo. vtrū vnus angelꝰ naturaliter ex ſe poſſit noſſe diſtincte ⁊ intuitiue cogitatiões aliorum angelorū: ac etiam noſtras. Et arguit ꝙ ſic. quia angelus quilibet naturaliter poteſt cognoſcere diſtincte et intuitiue cuiuſlibet alterius angeli: ac etiam hominis eſſentiam ⁊ intellectum ⁊ volūtatem. igitur ⁊ quilibet poteſt naturaliter ſic cognoſcere cuiuſlibet angeli vel hois cogitationes ⁊ volitiones: cōſequētia videtur clara: quia non minꝰ cogitatio ⁊ volitio ſunt de ſe actu intelligibiles ꝗ̄ intellectus ⁊ voluntas: immo plus: nā nos ꝑ huiuſmodi operationes deuenimꝰ in notitiam potentiarum tanꝗ̄ in minus nota ꝑ notiora. antecedens ꝓbatur. nā quilibet angelus cognoſcit eſſentiam ſuā intuitiue. igitur ⁊ quilibet ſuperior cognoſcit eſſentiā inferioris intuitiue. patet conſequētia: quia omne cognoſcibile ab inferiori poteſt eſſe cognoſcibile a ſuperiori eque ꝑfecte vel perfectius. Et ſimili modo ꝓbatur de volūtate ⁊ intellectu: ita etiaꝫ de homine. quoniam homo etiam ſuam eſſentiam anime nouit intuitiue vt ꝓbatum eſt in primo. diſt. 3.

Oppoſitum arguitur. qꝛ dei eſt proprium noſſe cogitationes cordium iuxta illud Hieron. 17. prauū eſt cor hominis ⁊ inſcrutabile et quis cognoſcet illud. Et ſtatim reſpondetur. ego dn̄s ſcrutans corda. ſupple ⁊ nullus alius.

Sco. in re por. lib. 2. diſt. 9. Hec eſt opinio cuiuſdā doctoris: ſicut ex his per que reprobat opi. ſancti Thome. colligitur: ꝙ quilibet angelus naturaliter poteſt intuitiue et diſtincte cognoſcere cogitationes aliorū: nec in hoc dependet a volūtate cogitantis: vnde poſita cogitatione vel volitione non eſt in poteſtate angeli cogitantis vel volentis occultare eam alteri angelo: quin ille eam poſſit diſtincte cognoſcere. probatur autem opi. hec ꝑmo ſic. omne intelligibile in actu preſens intellectui perfecto non dependenti a phantaſmate ⁊ ſibi ꝓportionatum poteſt ab eo intelligi: ⁊ additur non dependenti a phantaſmate: quia intellectꝰ noſter pro ſtatu iſto non intelligit aliquid: niſi per comparationē ad phantaſmata ꝗ̄tūcunꝗ̄ ſit ſibi preſens: ſed cogitatio vel conceptus in vno angelo ꝗ̄tūcunꝗ̄ claudatur per voluntatem eſt intelligibile in actu ⁊ proportionatum intellectui angeli alterius: ergo ab illo poteſt cognoſci.

¶ Secūdo ſi angelus poſſet alteri occultare ſuam cognitionem eadem ratione poſſet illi occultare ſuam eſſentiā ne videretur ab illo. conſequens eſt falſum. conſequentia probatur: quia eſſentia angeli ſibiipſi eſt intimior ꝗ̄ propria cogitatio. ¶ Tertio nō ſubeſt imꝑio volūtatis create actio agētꝭ naturalis approximati paſſio: ſicut ꝙ ignis non calefaciat lignum nō ſubeſt imperio volūtatis create: ſed intellectio in angelo eſt naturaliter intelligibilis et motiua intellectus alterius angeli. ergo non poteſt voluntas vnius angeli occultare ne intelligatur ab alio angelo conceptus ſuus. ¶ Quarto ſi voluntas vnius angeli poteſt claudere ſuum conceptum ne videatur ab alio angelo perfectiori poteſt eadem ratione occultare conceptum ſuum ne cognoſcatur voluntas a proprio intellectu: quod eſt falſum. conſequentia probatur. quia minus poteſt voluntas impedire ne intellectus perfectior ⁊ magis diſpoſitus moueatur ab intellectu ſibi preſente ꝗ̄ impedire intellectum imperfectiorem: et qui non eſt ita diſpoſitus: vt moueatur ab illo intelligibili: ſed intellectus ſuperioris angeli eſt perfectior ꝗ̄ intellectus iſtius ſic occultantis: et etiam magis diſpoſitus: vt patiatur ab illo intelligibili: quia intellectus perfecte intelligens aliquod obiectum non poteſt perfecte ſimul intelligere intellectionem illius oppoſiti: quia non intelligit intellectionem: niſi per actum reflexum: et per conſequens non intelligit perfecte illam intellectionē dum eſt: quia tūc haberet ſimul duos actus intelligendi perfectos: ſed alius angelus poteſt intelligere illam perfecte actu recto intelligendi.

¶ Quinto non minus eſt occultabilis actus voluntatis ꝗ̄ actus intellectus: immo magis: ſed actus voluntatis non poteſt occultari intellectui alterius angeli. ergo nec actus intellectus. probatur minor: qꝛ ſi claudit vel occultat volitionem: vel per ſeipſam: vel per aliam volitionem: non per ſeipſam: quia ipſa poſita ineſſe eſt multiplicatiua ſui ⁊ motiua potētie ſibi proportionate: quia ⁊ hoc eſt de ratione minus perfectioris. ergo per aliam volitionem: et de illa quero ſi occultatur vel non: ſi ſic. ergo per aliam: et ſic in infinitum. ergo eſt deuenire ad vnam que eſt manifeſta: ⁊ per conſequens intellectio vel conceptus non poteſt eſſe occultus per volitionem.

¶ Ad illud autē verbum apoſtoli prime ad Corin. quis enim ſcit hominū que ſunt hominis: niſi ſpūs hominis qui eſt in ipſo. Cap. 2. Quod alia opi. pro ſe adducit. Reſpōdetur ꝙ hoc intelligit de corde hoīs quod eſt volūtas: iuxta illud fili prebe mihi cor tuum. i. amorē tuum. qui eſt actus voluntatis: ⁊ iſtum actum volūtatis dicit ſolus deus noſſe: non qꝛ nō ſit naturaliter itelligibilis ab alio angelo: vnde non poteſt vnꝰ angelus claudere ſuam volitionē: quin ſit intelligibilis ab alio: ſed ideo dicit ſolus deus cognoſcere volitiones: qꝛ non coagit volitionibus: vt agat in intellectum alterius: ⁊ hoc iuſte: qꝛ volitiones ordinātur ad premiationē et punitionē: que ſoli deo ꝯueniunt: iuxta illud. mihi vīdictam ⁊ ego retribuam. ⁊ ideo cognitionē illorū ſibi reſeruauit: ſed iſta ratio nō ita ꝯcludit de intellectionibus: quia nō ſunt ita ordinate ad premiū ⁊ penam: vnde non ſunt meritorie: niſi vt cadunt ſub actu voluntatis: et inquātum imperantur a voluntate. ¶ Cum iſto doctore ſatis concordat quidā alius. d. ꝙ angelus nature ſue derelictus poteſt videre intuitiue cogitationes ⁊ affectiões in alio angelo: ⁊ in nobis ſimiliter: quod probat ꝑmo: quia ſicut viſibile ad viſum: ſic intelligibile ad intellectum: ſed omne viſibile poteſt videri a potentia perfecta viſiua: ſi debito modo approximetur. igitur omne intelligibile poteſt videri ab intellectu angelico qui eſt potentia intellectiua perfecta. Alius doctor. ¶ Secūdo omne actiuum totale vel partiale reſpectu vnius paſſiui poteſt eſſe tam partialis reſpectu cuiuſlibet paſſiui eiuſdem rationis et cuiuſlibet effectus eiuſdē rationis: ſed vna intellectio angeli poteſt eſſe cauſa ꝑtialis reſpectu actꝰ reflexi in eodē angelo: nā pōt itelligere ſe intelligere. igit illa itellectio pōt eē cauſa ꝑtialis reſpectu alterꝰ angeli: ſi debito mō approximet: et eodē modo eſt de intellectione noſtra: ac etiā de affectione: de facto autem forte aliud eſt qđ angelus non poteſt intelligere niſi concurrēte deo: ſicut cauſa partiali: ⁊ quia de facto forte non coagit intellectui angelico ad intelligendum cogitationes noſtras vel alterius angeli: ideo forte non intelligit illas.

¶ Secūdo dicit iſte doctor ꝙ ſuppoſito ꝙ angelꝰ videat cogitationes et affectiones intuitiue: non tamen videt obiectum terminans actum niſi in vniuerſali ⁊ conſpectu communi ſibi et alijs: quia poſito ꝙ diligam ſortem poteſt angelus intuitiue videre dilectionem meam ſi ſit approximata ſibi: et videt ꝙ diligo hominem: ſed non videt ꝙ diligo ſortem. eodem modo in propſito: ſi intelligam ſortem poteſt videre intellectionem meam intuitiue: et poteſt videre ꝙ intelligo hominem: ſed non ꝙ intelligo ſortem vel illum: ⁊ tota cauſa eſt ꝙ obiectum actꝰ non pōt cognoſci a potētia cognoſcente actum niſi per diſcurſum et arguitiue: aliter enim ſi videns actum intuitiue ſemper videret obiectū actus illius intuitiue: cum angelus et intellectꝰ noſter pro ſtatu iſto poſſit cognoſcere cognitioneꝫ abſtractiuā intuitiue: ſequitur ꝙ tūc videt obiectū illius actus intuitiue: qđ falſum eſt: quia poſſum intelligere abſtractiue obiectum qđ nihil eſt in effectu. igitur cognoſco obiectū actus arguitiue tm̄: ⁊ per diſcurſum: ſed iſto modo non cognoſco aliqđ ſingulare determinatū: ſed tātū in conſpectu cōmuni: qꝛ cognitio equaliter aſſimilatur oībus indiuiduis eiuſdē rationis: maxime ſi illa indiuidua ſint ſimillima: ⁊ per conſequens per talē non poteſt determinate plus haberi cognitio vnius ꝗ̄ alterius.

¶ Iſta opinio mihi non videt vera: ad qđ oſtendendum: et pro reſponſione ad. q. pono ꝯcluſiones tres. Prima eſt. ꝙ de facto nulla creatura cognoſcit diſtincte ⁊ intuitiue cogitationes vel affectiões humanas. Scđa ꝙ nulla pōt naturaliter tales cogitatiões vel affectiones ſic cognoſcere. Tertia ſpecialiter contra ſcđm doctorem ꝙ ſi angelus intuitiue cognoſceret cogitationē alterꝰ qua alter diſtincte ⁊ determinate cognoſcit aliqđ ſingulare: ⁊ per hāc cognoſceret obiectū eius vtiꝗ̄ cognoſceret illud diſtincte et determiate. ¶ Primā concluſionē poſſem multis auctoritatibus ſcripture ꝓbare quibus aſſeritur dei eſſe corda hoīm noſſe: verum: quia aliqui ꝓlibito interdum gloſant dicētes ꝙ ex talibus auctoritatibꝰ non excludūtur creature ab huiuſmodi cognitione: ideo vnicam adducoque gloſam huiuſmodi prorſus repellit. Scriptū eñ habemꝰ ſecūdo paralipomenon. Cap. 6. dictū eē deo per Salomonē. Tu ſolus noſti corda filiorꝝ hominū. Si ſolus. ergo nulla creatura. Dices per corda: intelligit affectiones tm̄ non cogitationes ꝓpter cauſam ſuperiꝰ a doctore ꝑmo aſſignatā. Contra. tunc diabolꝰ cogitationes ſaltem noſſet: ſed hoc eſt falſum ſicut ꝓbatur per illud eccleſiaſticū dogma ſcriptum in lib. de eccleſiaſticis dogmatibꝰ: Cap. 49. internas anime cogitationes diabolū non videre certi ſumus: ⁊ ne qꝛ diabolum ſpecialiter nominat ſuſpiceris eū ſolum non alios angelos hanc nō habere notitiam. auſculta quid ſubdit. Secreta autem cordis ille ſolus nouit: ad quem dicitur: tu ſolus noſti corda filiorum hominum.

¶ Preterea. Nimirū foret periculoſum ſi diabolꝰ diſtincte cognoſceret quid homo determinate cogitat.

¶ Preterea. Hoc reprobatur ex intentione Hierony. ſuper illud Matth. 9. cum vidiſſet Jeſus cogitationes eorum ⁊c. dicit eñ ipſe ꝙ illud ex hoc probatur ꝙ ipſe eſſet deus: ſed certe iſtud non eſſet verū: ſi etiam diabolus ſuis naturalibus relictus hoc noſſe poſſet. alias eque bene ſequeretur ꝙ diabolus eſſet deus. Et ſi attendantur verba euangelij precedētia patet manifeſte ꝙ loquitur proprie de cogitationibꝰ: vt pertinēt ad intellectum: nā premittit euangeliſta. Et ecce quidam de ſcribis dixerunt intra ſe hic blaſphemat: ⁊ immediate ſequitur: cum ergo vidiſſet ille cogitationes eorum: cogitationes quidem dixerūt intra ſe non affectiones inquit quibus cupierunt vel voluerunt. Item ꝙ ibi per cogitationes ſignificētur intellectiones: patet per Auguſtinū. 15. de trini. Cap. 10. vbi predictum verbum ad hunc intellectum exponit.

¶ Alias auctoritates nō eſt opꝰ afferre: quia he tam expreſſe ſunt: vt nullus chriſtianus de iſta cōcluſione poſſit licite dubitare: vnde miror multū de ſecūdo doctore etiā qui cum nota dubitationis dicit angelos de facto cogitationes hominū non noſſe: cum tamen illud aſſertiue ſcriptura tam expreſſe determinet.

¶ Preterea. Cauſa quā ille doctor aſſignat ꝓpter quod ſole affectiones lateāt angelos nō eſt ſufficiens. Tū quia ꝗ̄uis ſoli deo conueniat premiare atꝗ̄ punire: vt quid ob hoc fuit neceſſe: vt ipſas volitiones ſolus noſſet: numquid ſi alij noſſent ipſe ꝓpterea minus eſſent premiande/ vel puniēde/ aut hoc minus ſibi ſoli conueniret: pꝫ bene ꝙ non. ¶ Secundā concluſionem probo ſic. nullū genus entium priuatur vniuerſaliter vel vt in pluribus ſm indiuidua ⁊ tpa operatione ſibi naturaliter cōpetente/ ſeu nata cōpetere. Genus aūt angelorꝝ pro ſemꝑ vel in pluribus ſm indiuidua ⁊ tpa priuatur cognitione diſtincta cogitationum hoīm: vt pꝫ ex precedēte concluſione. ergo ipi nō ſunt naturaliter apti ad talem operationē. ꝯña eſt clara. ⁊ prima pars antecedētis ꝓbatur auctoritate Aug. 7. de ciui. dei. Cap. 30. ſic deus adminiſtrat cuncta que creauit: vt etiā ipſas ꝓprios exercere ⁊ agere motus ſinat. ⁊ lib. 5. contra Julianū ait. neꝗ̄ enī deus ita naturas creat vt leges auferat: quas dedit motibꝰ vniuſcuiuſꝗ̄ nature: ⁊ vtrobiꝗ̄ motū pro operatione capit: ⁊ intelligendū eſt dictū vtrūꝗ̄ vt in pluribus: nam aliqñ per miraculū ſuſpēdit aliquas creaturas ab operationibus ſuis: qđ tm̄ rariſſime contingit: ſicut cōtigit in camino ignis trium puerorꝝ. ¶ Confirmatur. qꝛ alias poſſet dici ꝙ albedo pōt naturaliter ꝓducere albedinē/ ſiue calor calorē: ſed ꝙ hoc nō cōtingit eſt: qꝛ deus ſuſpēdit eā a tali actione non coagēdo ſibi: qđ tm̄ nullus diceret. ¶ Scđo deus nullā ſpeciē rerū corporalium priuat: vt in pluribꝰ ſm indiuidua ⁊ tpe vlla operatione ad quā ſit naturaliter apta nata. igit nullas ſubſtantias ſpūales ⁊ nobiliſſimas creaturaꝝ priuat vt ī pluribꝰ ⁊c. ꝯña ꝓbabilis multū eſt/ nec oppoſitū ꝯñtis videt rōnabiliter ſtare cū añte. ⁊ añs eſt clarū. ¶ Preterea. Cauſa nulla rōnalis videt poſſe aſſignari ꝓpter quā deus ſic ſpūs ſuſpēderet ab hmōi cognitione angelos ſaltē bonos: cum non ſuſpēdat eos a cognitione rerū minus perfectarum: nec etiā magis perfectaꝝ: vtpote ſubſtantiarū ⁊ corporaliū ⁊ ſpūaliū. ¶ Tertiā concluſionē ꝓbo ſic. ſi aliquis intelligit per ſpeciem aliquā ſingulariter ⁊ determinate aliqđ indiuiduū repreſentātem determinate intelligit illud indiuiduū qđ illa determinate repreſentat. igitur ſi aliqs intelligit per aliquā notitiā determinate aliqđ indiuiduū repreſentantē intelligit determinate illud indiuiduū. ꝯña pꝫ. Tum qꝛ eadē ratio eſt hincinde: nec aliquid videtur plus obuiare ꝯñti/ ꝗ̄ añti. qđ pꝫ. ſi enī ꝓpter aliquid obuiaret ꝯñti hoc eſſet vt videt ſm iſtum: qꝛ notitia eſt eque ſimilis alijs indiuiduis eiuſdē rōnis: vt ſupra pꝫ per eū qui hāc preciſe cauſam aſſignat. Sed ita etiā ſpecies eſt equaliter ſimilis. Tum qꝛ ſi aliquis intelligit ꝑ aliquā ſpeciem/ vel aliquē conceptū cōmunē ⁊ vniuerſalē intelligit oīa repreſentata/ vel ſignata naturaliter per illū cōfuſe et indiſtincte: ſic ſi aliquis intelligeret ꝑ aliquā notitiā vniuerſalē ⁊ cōem intelligeret indiſtincte ⁊ cōfuſe oīa ſignata ⁊ repreſentata per illā: ita etiā ſi intelligēs per ſpeciem ſingulariter repreſentantē ⁊c. añs pꝫ: qꝛ alias īpoſſibile eſſe determinate recordari ⁊ diſtincte alicuius īdiuidui: nā vt ſupra pꝫ: ⁊ ēt in ꝑmo ipoſle eſt eē naturalr recordationē niſi ſpeciē: ⁊ ꝯſtat ꝙ ꝑ ſpeciē vlem nō pōt eē recordatio alicuiꝰ indiuidui determinate ⁊ diſtincte. ſi igit nec ꝑ ſingularē/ ſeu ſingulariter repreſentantē. igitur nullo mō.

¶ Preterea. ſm hoc nulla ſpecies ſingulariter repreſentaret: cuius oppoſitū aſſumit in añte. ¶ Confirmat ꝑ eūdē doctorē qui in ſuo ſcđo in illa. q. vtrꝝ angelus intelligat alia a ſe ꝑ eſſentiā ſuā/ vel ꝑ ſpecies: ſoluēdo quoddā dubiū a ſe motū dicit ſic: lꝫ intellectio/ vel ſpecies ſi poneret equaliter aſſimilet multis idiuiduis: tm̄ ex natura ſua determinat ſibi ꝙ ducat itellectū in cognitionē illiꝰ obiecti a quo particulariter cauſat: qꝛ ita determinat ſibi cauſari ab illo obiecto qđ nō poteſt cauſari ab alio: ⁊ ideo ſic in eius cognitionē ducit ꝙ non ducit in cognitionē alterꝰ: ex quibus patet tam ipſum antecedēs/ ꝗ̄ etiam ꝙ cauſa quam ſupra aſſignat dicti ſui. ſ. de ſimulatione nulla eſt.

¶ Pro ſolutione rationũ premitto ꝙ ſicut ad hoc ꝙ aliquod ſenſibile naturaliter ſentiatur ab aliquo non ſufficit ꝙ ille ſit ſenſitiuus: ⁊ illud ſit ſenſibile. ſed requirit̃ ꝙ ſenſibile cõparetur ad ſenſitiuũ ſm debitam cõparationem in propinquitate ⁊ diſtantia ⁊ alijs conditionibus certis diuerſis: tamen ſm diuerſitatem ſenſuum et ſenſibilium: vt patet: q2 viſibile neceſſe eſt eſſe oppoſitum ſm rectã lineã ad organum viſus: quod non requiritur inter audibile et auditum. Et ſi aliquis eſſet viſus cui viſibile nõ poſſet ſic opponi directe ille non poſſet illud videre: ſic ad hoc ꝙ aliquid poſſit naturaliter intelligi intuitiue ab aliquo non ſufficit ꝙ ipſum ſit intelligibile: et aliud ſit intellectiuum: ſed neceſſe eſt ꝙ ſi illud intelligibile determinet ſibi aliqualiter ſe habere ad intellectum ad hoc: vt intelligatur taliter vtiqꝫ ſe habeat ad ipſum: ꝙ ſi ſit impoſſibile naturaliter ipſum ad illud taliter ſe habere: impoſſibile etiam eſt naturaliter ipſum ab illo ſic intelligi. Eſt enim potens ꝙ habet potentiam faciendi: ⁊ vt eſt potentia faciendi: eſt autem non omnino: ſed habentium aliquo modo: vt dici-
T.cõ.2. tur .9. metaphyſi. nunc autem ꝗuis cogitatio ſit intelligibilis ⁊ intuitiue ⁊ diſtractiue: tamen ad hoc vt ſic ſit poſſibile eam intelligi ab intellectu creato ipſa ex natura ſua ſibi determinat quẽdam modum ſe habendi ad ipſum. ſic ꝙ ſi taliter non ſe haberet ad illum non eſſet poſſibile illã intelligi ab eo. Iſte autem modus eſt vt puto ꝙ ipſa informet illum: et ſit ſubiectiue in illo. Quod poteſt declarari ex eo ꝙ ſi per potẽtiam dei duo homines eſſent in eodem loco primo adhuc cogitatio vnius non intuitiue intelligeretur ab altero non obſtãte ꝙ eſſet eiuſdem rationis intellectus illius: et alias forſitan diſpoſitus melius: ⁊ ipſa ita eſſet ꝓxima intellectui alterius: ſicut ei in quo eſt: nec apparet propter quid ipſa poſſit concauſare intellectionem ſui in vno ⁊ non in altero: niſi quia eſt in vno ſubiectiue et non in altero: alio etiam caſu poſſibili dato gratia exẽpli declaratur: nam ſi vnus angelus bonus / vel malus ſit in eodem loco primo cum homine: ita ꝙ toti corpori hominis: et cuilibet parti eius coexiſtat totus angelus: ſicut coexiſtit anima rationalis illius preter hoc ꝙ illa informat corpus: angelus autem non: ſicut pluries forte accidit cogitatio talis angeli: eque erit preſens penitus anime illius hominis: ſicut cogitatio propria illius: et tamen non cognoſcetur ab illo diſtincte: nec videt̃ poſſe alia cauſa aſſignari preter hanc: quia illa non erit in eius anima: ſicut forma in materia. Cũ igitur nulla cogitatio iſto modo ſe habeat ad aliquem alium intellectum ab eo: cuius eſt / aut naturaliter habere ſe poſſit. ſequit̃ ꝙ a nullo alio cognoſci poſſit intuitiue: non tamen hoc modo oportet ſe habere ad intellectum omne quod ab eo debet intuitiue cognoſci: ſicut nec neceſſe eſt omne quod ſentire poteſt eẽ directe oppoſitum: ſicut neceſſe eſt eſſet viſibile ad hoc vt videatur: et propter iſtud quod nunc dictum eſt videtur poſſe probari ꝙ vnus angelus nõ poteſt naturaliter intelligere cognitionem alterius: quod concedo. Et ꝗuis hoc nõ inuenerim expreſſum in ſcriptura ſicut de cogitationibus hominum: non tamen habetur oppoſitum: quinimo hoc magis trahi poteſt ex dictis ſanctorum: et antiquiores doctores hoc tenent. ¶ Nunc ad rõnes alterius opi. pro quãto tangunt iſtam concluſionem. reſpondeo ad primam: poteſt primo concedi concluſio que ibi directe concluditur. videlicet ꝙ cogitatio poteſt ab angelo cognoſci: ſed non ſequitur. poteſt cognoſci ab angelo: igitur diſtincte ⁊ intuitiue. Sed eſt fallacia conſequentis: ſed ſi in maiore addatur intuitiue dicendo omne intelligibile in actu preſens ⁊c. poteſt ab eo intuitiue intelligi. dicẽdum ꝙ ꝓpoſitio vera eſt: ſi intelligatur ſibi taliter eſſe preſens qualiter illud: vt ſic intelligatur ex ſua natura requirit: ⁊ tunc patet: ꝙ minor eſt falſa ex his que premiſſa ſunt. ¶ Ad ſecundum ꝗuis directius vadat contra opi. illam quam ibi improbat. Dico ſi cõtra dicta traheretur ꝙ non eſt ex imperio voluntatis ꝙ cogitatio lateat ⁊ non eſſentia: ſed quia cogitatio non eam cõparationem habet ad intellectum angeli qualem requirit: vt intuitiue intelligatur: eſſentia vero eſt in comparatione ſibi ſufficienti ſm ſuam exigentiam. ¶ Ad tertium dicendum. ꝙ intellectio in angelo non eſt ſufficienter motiua intellectus alterius angeli ad intuitionem ſui ꝓpter dictam cauſam. ¶ Ad quartum etiam per idem patet ꝙ poteſt ĩmutare proprium intellectum ad intuitionem ſui ⁊ non alium: ⁊ iſtud ſufficit ad rationẽ: ꝗuis etiã aliqua alia in ipſa ſumãtur ſatis dubia ⁊ forte non vera. ¶ Ad quintum dicendum. ꝙ etiam actus volũtatis eſt occultabilis: immo naturaliter occultatus. i. incognoſcibilis ab alio angelo: nec dico eum occultari per modum illum quo illa opi. forte tenebat: ſi eũ habebat ſenſum in quo ille doctor improbat eam. ¶ Ad primum alterius doctoris. ꝗuis illa ſimilitudo nõ poſſit intelligi vniuerſaliter quo ad oĩa: ſed particulariter tantum: concedo tamen ꝙ cogitatio eſt intelligibilis ab angelo: ſed non ſequitur. ergo intuitiue: ſicut etiam quedam ſunt a nobis intelligibilia: non tñ intuitiue naturaliter: vt puta habitus infuſi: ⁊ ſm hunc doctorẽmet etiã habitus acquiſiti et ſubſtantie ĩmateriales que ⁊ ſi ſint intelligibilia in ſuis conceptibilibus ſimplicibus cõibus ⁊ forſitan proprijs: in ſeipſis tñ et intuitiue a nobis naturaliter nequeunt intelligi. Ita dico etiã ꝙ cogitatio noſtra / vel angeli intelligibilis vtiqꝫ eſt naturaliter ab alio angelo in cõceptu aliquo cõmuni: in ſeipſa tñ ĩmediate nequaqꝫ. Et ſi ſimilitudo de viſibili ad viſum ſumeretur: cum iſta determinatione intuitiue et in reſpectu ad quẽlibet intellectum dicendo: ſicut ſe habet viſibile ad viſum ⁊c. Sed omne viſibile poteſt naturaliter a quolibet viſu intuitiue videri quicquid ſit de minore: nam forſitan falſa eſt: maior tñ eſt neganda ſimpliciter. ¶ Preterea. Illa ſimilitudo debet ſic intelligi ꝙ ita intelligibile ſe habeat ad intellectum ſm exigẽtiam ſuã: vt intuitiue videatur: ſicut viſibile ad viſum: ⁊ tũc nihil cõcluditur cõtra: q2 nõ ſic ſe habet cogitatio ad intellectũ alterius: vt ſupra dictũ eſt: ⁊ ꝙ illa ſimilitudo debeat ſic accipi: patet q2 aliter ꝓbaretur ꝙ viſibile non oppoſitum directe viſui poſſet videri ſic arguẽdo: ſicut ſe habet audibile ad auditum: ſic viſibile ad viſum: ſed audibile non oppoſitum: approximatũ tamen poteſt audiri. igitur ⁊ viſibile non directe oppoſitum: approximatum tamen poteſt videri: ⁊ ptꝫ ad ſenſum ꝙ concluſio eſt falſa. ¶ Ad ſecundã rationem poteſt dici: ꝙ nõ concludit ꝙ cogitatio noſtra ſit intelligibilis ab angelo. ſuppoſito ꝙ intellectus illius ſit alterius rationis a noſtro: ſicut illemet doctor habet tenere: cum ponat intellectum angeli eſſe ſubſtantiam eius: et ſimiliter eſſentiam eſſe anime intellectum. Item ſi non eſſent plures angeli eiuſdem ſpeciei: vt magni dicunt ratio nihil probaret: ⁊ ſi aliquis eiuſdem ſpeciei: non tamen omnes: non probaret tunc de omnibus: ſicut tamen intendit. ¶ Reſpondeo tamen concedendo ꝙ illa intellectio poſſet eſſe cauſa partialis intellectionis in intellectu angeli: ſi debito modo ſibi approximetur: ſed debitus modus quo debet intellectus approximari intellectui: vt cauſet intellectionem ſui eſt: vt informet intellectum illum: quod non conuenit naturaliter in propoſito.

¶ Ad probationem illius alterius ſui dicti. videlicet ꝙ eſto ꝙ angelus videat intuitiue intellectionem qua intelligo ſortem et cetera. dico ꝙ quãuis per illam videret diſtincte et determinate: non tamen ſequitur ꝙ intuitiue inſtantia eſt: nam per aliquam recordationem intelligitur diſtincte aliquod ſingulare: quod fuit et non eſt: non tamen intuitiue: vtrum autem ita per actum ſuum poſſit

+ ſi q̃ ſi talis cogitatio eẽt ſeparata a ſubiecto aut poſita in lapide cognoſceret̃ ab angelo ſaltem in eẽ rei ſit aliud accn̄s [illegible] ſui [illegible] et [illegible] in alio angelo [illegible] eẽ cognoſcet̃ ⁊c.



obiectum videri: ſicut per ſpeciem videt̃ ſuum repreſentatum dubium eſt. Si tamen diceretur ꝙ ſic: tũc aliud dictum ibi aſſumptuꝫ eſſet falſum. videlicet ꝙ obiectum non poſſet intelligi per actum niſi per diſcurſum: nã quod intelligitur per ſpeciem non intelligitur per diſcurſum: vt ſupra fuit dictum.

¶ Preterea. Adhuc non ſeqꝛ. ĩtelligitur ꝑ diſcurſum. igitur non intelligitur diſtincte ⁊ determinate. Intelligimus enim deum in via per diſcurſum: ⁊ tamen diſtincte. licet nõ intuitiue: ſed abſtractiue in aliquo conceptu compoſito ſibi proprio: vt in primo declaratum eſt. diſt. tertia. Et ideo iſte doctor fallitur in hoc ꝙ ex hoc ꝙ aliquid nõ intelligitur intuitiue: infert ꝙ non intelligatur diſtincte et determinate: que illatio nulla eſt.

¶ Ad rationẽ principalem reſpõdeo negãdo cõſequẽtiã. nec probatio valet propter cauſam preaſſignatam.

¶ Diſtinctionis. ix. et. x. Queſtio. ij.

Secundo quero vtrum vnus angelus poſſit naturaliter alteri angeli loqui locutione ĩtellectuali. arguitur primo ꝙ non. Nullus angelus poteſt naturaliter aliũ loquẽtẽ intellectualiter audire auditione intellectuali. ergo nullus angel' naturaliter poteſt alteri loqui locutione intellectuali. conſequentia patet: quia alias fruſtra eſſet talis locutio: ſicut quis fruſtra loquitur ſurdo: qđ non eſt ponẽ-
Cap. 10. dum in angelis. antecedens ꝓbatur: quia ſm Auguſt. 15. de tri. audire ⁊ videre ꝗuis diuerſa ſint in ſenſibus: nõ tñ in intellectu: ſed ibi idẽ eſt audire ꝙ videre ſeu intelligere: ſimiliter loqui idẽ eſt quod verbũ formare: quod nõ eſt aliud ꝙ̃ cogitare: ⁊ per cõſequens intellectualiter alium audire loquẽtem intellectualiter idẽ eſt ꝙ illi' cogitationes videre. Sed hoc non poteſt naturaliter aliquis angelus: vt probatũ eſt in precedenti. q. igitur ⁊c.

Ad oppoſitũ arguitur. Aĩa ſeparata põt alteri anime intellectualiter loqui. igitur multo magis angelus angelo. ꝓbatur antecedens ex eo quod habetur in euãgelio de anima illius diuitis epulonis que anime abrae loquebatur.

Cap. 2. Reſpondeo ꝙ angeli loquãtur adinuicem habemus per ſcripturaꝫ Zach. 2. vbi legitur. Ecce angelus qui loquebatur in me ingrediebatur et alius angelus egrediebatur in occurſum illius et dixit ad eum. curre loquere ad puerũ iſtum ⁊c. hic habetur ꝙ angelus angelo eſt locutus. Itẽ prima ad corin. ſi linguis
Cap. 13. inquit hoĩm loquar ⁊ angelorũ. vbi dicit vna gloſa ꝙ angeli prepoſiti ſignificãt minoribus quod de dei voluntate primi ſentiũt quod fit aliquib' nutibus aut ſignis.

¶ Ad hoc etiã poteſt argui: q2 angeli loqui poſſunt aĩabus mortuorũ: igitur ⁊ angelis alijs: cõſequentia ſatis eſt clara. antecedẽs probatur per illud Auguſt. de cura pro mor. poſſunt ⁊ ab angelis qui rebus que agũtur hec pſto ſunt audire aliquid mortui ꝙ vnũquẽqꝫ illorum audire debere indicat: cui cũcta ſubiecta ſunt. In libro etiam de di. demonũ. dicit ꝙ demones quedam audiunt a ſanctis angelis: vt prenũtient. Si ergo audiũt igitur alij loquuntur. Ex iſtis bene habetur ꝙ angeli loquũtur: vtrũ autem naturaliter vel ꝟtute ſpeciali diuina nõ habet̃ expreſſuꝫ: cõmuniter tamẽ tenetur ꝙ ſic. Videndũ ergo eſt de modo.

¶ Ad quod intelligendum: primo videndum eſt quid eſt loqui intellectualiter ⁊ quid audire. ſecũdo quomodo angelus alteri loquitur ⁊ illum alter audiat.

¶ De primo dicẽdum ꝙ ſicut loqui locutione vocali non eſt niſi ꝓferre verba vocalia: vt aliquis audiat auditione corporali: ⁊ intelligat id quod per voces ſignificat̃: ita loqui intelligibiliter nõ eſt niſi formare ꝟbum intellectuale: vt aliquis audiat auditione intellectuali: ⁊ intelligat illud quod ſignificatur per verbũ. verbũ autẽ intellectuale: ſicut dicit Auguſtin'. 15. de trini. eſt formata ab ea re Cap. 10.
quam ſcimus: qđ nec grecum eſt: nec latinum: nec lingue alicuius alterius: ⁊ ideo intellectualiter loqui eſt in intellectu cogitare. ꝓpter quod ibidẽ quedam inquit. cogitationes locutiones ſunt corde. ⁊ cetera multa ad ꝓpoſitũ. Audire vero per intellectum nõ eſt niſi cognitionẽ alteri' intelligere. Sed audire per ſenſum nõ eſt aliud ꝙ̃ voces prolatas ꝑcipere. vnde ibidem Auguſt. Auditio inquit et viſio duo quedã ſunt ĩter ſe diſtãtia in ſenſibus corporis: in aĩo aũt non eſt aliud atqꝫ aliud videre ⁊ audire: qđ cõſequenter per ſaluatoris verba declarat ibidem. vide ibi. hec de primo. ¶ De ſecũdo ſcilicet de modo loquendi et
audiendi angelorũ adinuicẽ dicit quidam doctor: ꝙ eſt Okã q̃libeto pmo
talis: nã angelus cauſat in ſeipſo cogitationem de aliquo: q. 8.
vt alius angelus audiat: qua cauſata cauſat effectiue cogitationem illius cogitationis in alio: ⁊ ſic ex cõſequenti cauſat aliquo modo in alio cogitationẽ obiecti prime cogitationis: ⁊ ſicut dicit alibi. ſ. in ſuo ſecũdo. talem cogitationem in alio cauſat precife per modũ obiecti. Alius vero in quo cauſatur hui' cogitatio cogitationi alteri' per illam audit aliũ loquẽtem: nec aliud facit qui loquitur: ⁊ hoc modo dicit ipſe ꝙ vnus angelus alteri naturaliter loquitur. ¶ Iſte modus loquẽdi non placet mihi: ratio eſt: quoniam ſm ipſuꝫ ſeqꝛ ꝙ quilibet angelus naturaliter videat ſeu intelligat intuitiue cogitationes alteri': cuius oppoſitum ꝓbatum eſt in. q. proxima: et ꝯſequẽtia patet: nam ex quo ipſe per ſuã cogitationem cauſat preciſe per modũ obiecti cogitationẽ ſue cogitationis in alio: ita naturaliter poteſt huiuſmodi cogitationem alius intelligere: ſicut ipſammet eſſentiã angeli: cuius illa eſt cogitatio: aut aliqꝫ aliã rem: que ſui notitiã naturaliter: ⁊ precipue per moduꝫ obiecti cauſat in eo. vnde ⁊ iſtam cõſequentiã ſatis ipſe implicite cõcedit: ſicut etiam ⁊ ipſum cõſequẽs expreſſe: quod tamen ego falſum reputo.

¶ Alius modus dicẽdi eſt: ꝙ vnus angelus loqꝛ alteri Sco. li. 2.
cauſando in illo intellectionem eiuſdẽ obiecti: quod ipſe diſt. 9.
intelligit. Vbi aduertẽdum ꝙ ſm iſtum doctorem preter viſionem qua angelus videt in verbo aliquod obiectum. verbi gratia. a quattuor modis alijs poteſt idem. a videre. videlicet intuitiue in ſeipſo a. ⁊ iterum intuitiue ⁊ intellectu alteri' angeli cognoſcẽtis: ⁊ etiã abſtractiue ꝑ ſpẽm habitualẽ concretã vel acqſitã: ⁊ nulla iſtaꝝ intellectionũ eſt auditio: q2 nulla eſt per ſe expſſa ab intelligẽte inquãtũ intelligẽs eſt: ĩmo accidit ei ꝙ obiectũ ſit intelligens: eque eni maneret ſi nõ eſſet intelligens: ⁊ in oĩbus iſtis: ſi aliqs intellect' cauſet eſt intellect' ipſi' intelligẽtis non alteri' et ipſum obiectum cõcurrit ibi cum ĩtellectu: vt cauſa ꝑtialis. quarto modo poteſt iſte cognoſcere a. ita ꝙ intellectio fiat in eo per intellectum alium exprimentem: ⁊ intellectus iſtius nullam cauſalitatẽ habeat reſpectu alicui' ſed tantũ erit paſſiuus: ⁊ iſta ſola cognitio eſt auditio: et eſt expreſſa ab intelligente inquãtum eſt intelligens: ita ꝙ ſolũmodo intellectus loquentis vel que ſunt in ipſo vt in ipſo vel pñtia ſibi: vt ſibi ſũt actiua reſpectu auditiõis: et hoc nõ vt ꝓximi effect': nã iſta preſentia loquẽti prius cauſant intellectionẽ actualem loquẽte ꝙ̃ cauſent iſtam auditionẽ in audiẽte: ipſa tñ intellectio loquẽtis nõ eſt in loquente rõ agendi inquãtum loquit̃: ſed aliqđ pertinens ad memoriã loquentis. Qꝫ autẽ angelus poſſit ſic cauſare intellectionẽ ipſius a. in alio angelo ꝓbatur: quia quod eſt ſufficienter in actu primo reſpectu alicuius effectus: poteſt illum cauſare in quocũqꝫ receptiuo illius effectus. Sed angelus habens notitiam actualem alicui' obiecti.

verbi gratia.a eſt ſufficiēter in actu ꝑmo cauſandū intellectionem actualem ipſius a.igitur poteſt illam cauſare in quocunq; receptiuo illius. Sed intellect⁹ alterius angeli eſt receptiuus eius cum ſit eiuſdē rationis cum illo intellectu.igitur ⁊c.probatio maioris:q; prima extrema proportionis actiui ⁊ paſſiui ſunt vniuerſaliſſima abſtracta a quocūq; actiuo ⁊ paſſiuo:quia iſta proportio ineſt particularibus per rationem cōmunem:⁊ ideo extremis: minor ꝓbatur.quia angelus habet in ſe actū cognoſcēdi a.et ſpeciem:quecūq; ponatur neceſſaria ad cognitionē: et per id qḋ habet poteſt facere intellectum ſuum in actu ſecūdo cauſando in ſe intellectionem a ſicut effectum.

¶ Contra hec:quia continent aliqua falſa.primum eſt ꝙ vnus angelus poteſt videre intuitiue a.in intellectu alterius angeli cognoſcētis a.ſi enim hoc eſſet verū:hoc eſſet: quia videndo cognitionem alterius angeli cognoſcentis a.per illam intuitiue videret a.patet:q; non poteſt videre a.in intellectu alterius angeli:niſi vel vidēdo per ſpeciem quā alter angelus habet de a.vel videndo formaliter per cognitionem eandē qua alter angelus videt a.vel vidēdo ipſam cognitionem qua alter videt a.⁊ per illam ſic viſam videndo a.primū non poteſt dici:q; cognitio per ſpeciem ſm eum eſt abſtractiua:nec min⁹ ea que eſſet per ſpeciem exiſtentem in alio intellectu ꝙ̄ que eſt per exiſtentē in ſuo. nec ſecūdū dici poteſt:quia non eſt poſſibile naturaliter ꝙ duo eadem cognitione numero formaliter intelligant: ſicut impoſſibile eſt naturaliter ꝙ vna cognitio numero ſimul informet duos intellectus.relinquitur ergo tertiū: et ſic patet conſequentia:ſed ꝙ conſequēs ſit falſum ꝓbo. Tum quia ſequitur ꝙ angelus videns viſionem ſuā qua videt deum intuitiue:videret etiā illa viſione reflexa deū intuitiue.⁊ per conſequens alia viſio de creatura ſiue habens creaturā pro obiecto eſſet beatifica. Tum quia tunc due viſiones beatifice eēnt in eo. Tum tertio:q; ſm dicta ſua iſte angel⁹ poſſet cauſare in diabolo viſionem ꝑdicte ſue viſionis ꝑme cū ſit ſufficiēter in actu ꝑmo ad cauſandum in ſeipſo viſionem ꝑdicte viſionis. Tum etiam q; ipſamet viſio dei ſimul cū intellectu videntis poſſunt in dicto intellectu cauſare viſionem reflexam ſui.igitur illud poterit cū intellectu diaboli ⁊ ipſo itellectu diaboli. Et vtraq; cōſequentia patet per rationem ſuā:eo autē poſito diabolus videbit deū intuitiue ⁊ omnia iſta ſunt falſa ⁊c.

¶ Preterea. Probatum fuit in primo diſt.3.ꝙ nulla notitia habita de re per aliqḋ mediū cognitū eſt intuitiua.

¶ Secūdo contra illḋ qḋ ponit angelum ſic in alio poſſe cauſare notitiam:quia ſequitur ſm hoc ꝙ etiam in ſeipſo cauſare poterit talem auditionē de a.cum eius intellect⁹ ſit per eum eiuſdem rationis cū intellectu alterius in qua poteſt auditionem de a.cauſare:⁊ ſic ſimul ⁊ ſemel habebit duas notitias de a.vnam que non eſt auditio ꝑ quam ipſe intelligit a.quando cauſat auditionem in alio que ſm eum ibidem eſt effectus prior ſine quo auditio cauſari non poteſt:⁊ aliam que eſt auditio. Sed hoc eſt contra eum.primo quia ſm ipſum intellectus audientis ſe habet mere paſſiue reſpectu auditionis.igiṫ iſte ſe haberet mere paſſiue ad illam:⁊ cum auditio ſm eum efficiatur a loquente non ſe haberet mere paſſiue ad ipſam:quod cōtradicit iam dicto. Tum quia vt patet in quarta ratione ipſius recitata in precedenti.q.contra aliam opinionē impoſſibile eſt ſm eum in intellectu eſſe duos actus ꝑfectos ſimul:ſed ponatur ꝙ illa auditio ſit tam perfecta ꝙ̄ poſſet in alio cauſare:quod oportet dicere eſſe poſſibile per rationē ſuā:ſeqtur propoſitū. ¶ Tertio ſeqtur ꝙ aliquis poterit habere diſtinctā notitiam in ꝑticulari ⁊ determinate de aliquo non exiſtente:eſto ꝙ nullam habeat propriam ſpeciem illius:aut nunq̄ nouerit illum intuitiue: quod non videtur poſſibile naturaliter.

¶ Preterea. Qualis notitia eſſet illa non abſtractiua: quia talis eſt mediāte ſpecie:etiā ſm eum/nec intuitiua: q; illa non eſt non exiſtentis.conſequētia probatur.ponatur enī ꝙ aliquod ſingulare preteritum:quidam angelus non nouerit:quod tñ alius nouit ⁊ habet ſpeciem eius:et poteſt determinate et diſtincte recordari de ipſo. iſte qui ſic poteſt recordari ⁊ eſt ſufficiēter in actu primo ad faciēdum ſe in actu ſecundo recordationis:poterit in illo alio cauſare etiam ſimilem recordationem ſm dicta iſta:et ſic etiam aliquis recordabitur eius quod nunq̄ nouit:quod videtur repugnātiam includere. ¶ Preterea. Si vnus angelus haberet ſcientiā vnius concluſionis que non poteſt cognoſci:niſi per alias priores.ſicut poſſibile eſt:vt in vna.q.ſuperius eſt oſtēſum.⁊ eſſet ſufficienter in actu primo reſpectu actualis cōſiderationis:et ſcientie predicte concluſionis:poterit hmōi notiam cauſare in alio qui nūq̄ cōcluſiones priores nouit:poſito ꝙ ita fuerit:ſicut poſſibile eſt:vt poteſt patere ex dictis in eadē.q. ⁊ ſic aliquis cognoſceret ſcientifice aliquā concluſionem:qui tñ non cognoſceret/nec actu/nec habitu principia illius:quod etiā non eſt poſſibile. ¶ Preterea. Scḋm iſtam viam videtur ꝙ vna creatura poſſit habere ſciētiam per infuſionem ab alia creatura:⁊ naturaliter:quod non libēter ego concederē. ¶ Tertio contra modū dicendi in ſe:nam per iſtum modum locutionis ſi in cetu multorum angelorum vnus vni ſpecialiter loquereṫ neſcire poſſet audiens quis eſſet quis loqueretur:ſuppoſito ꝙ illa locutio eſſet de re alijs actualiter nota:iſtud declaratur ſm dicta iſtorum: volunt enim ꝙ in poteſtate ⁊ ſponte angeli actualiter aliquid cognoſcētis ſit cauſare auditionem illius obiecti in alio:vnde poteſt ita loqui vni ꝙ non alteri:et loqui ⁊ non loqui:ſicut placet ſibi:igitur angelus recipientis in ſe auditionem videns alios angelos ⁊ notitia et ſpecies et alia per que ſunt in actu primo reſpectu auditionis:ſi aliqua alia ſunt quorum quilibet poteſt eiuſmodi auditionē cauſare nō poteſt determinate ſcire quis illam cauſauerit.ac per hoc nec quis ſibi locutus ſit. ¶ Preterea. Iſta via nō dat modū quo vnus angelus poſſit loqui angelo alterius ſpeciei:ac etiam anime humane ſeparate. conſtat autem ꝙ angeli loquūtur angelis alterius ſpeciei ⁊ demonibus et animalibus. Ratio quoq; opi.non eſt efficax:nam maior ſic abſolute ſumpta eſt falſa ⁊ multas habet inſtātias: ſicut ex dictis poteſt videri. ¶ Et preterea in nobis habet inſtantias:nam vnus homo eſt ſufficienter in actu primo ad cauſandum in ſuo intellectu intellectionem ſm aliquem habitum quem habet:nec tamen poteſt ſimilē cauſare in intellectu alterius hominis. Item poteſt in voluntate ſua cauſare volitionem:et non in voluntate alterius: quod etiam de angelis verū eſt. Ita poteſt inſtari de alijs interioribus hominis potentijs:oporteret ergo ꝙ intelligeretur maior illa de illis receptiuis que ſm hoc ꝙ ſunt eiuſdem rationis etiam eodem modo comparantur/ſeu ſe habent ad illud quod eſt in actu primo reſpectu illius effectus:et ſm illum intellectum minor patenter erit falſa:nam ad angelum habentem notitiā actualem et ſpeciem alicuius obiecti non eodem modo ſe habet intellectus alterius angeli:ſicut intellectus proprius.patet:nec eodem modo ſe habet ad notitiam et ſpeciem huius:nam hic informatur per iſtas.ille non.

¶ Preterea. Sicut tactum eſt non omnes angeli ſunt eiuſdem ſpeciei:et ideo minor ſi debeat eſſe vniuerſalis etiam eſſet defectuoſa.

¶ Dico igitur. ꝙ cum angelus non videat cogitationes alterius/nec appareat bene dici poſſe ꝙ non per modum obiecti:ſed per modum agendi extrinſeci:et cauſe libere effectiue cauſet imediate cognitionem in mēte alterius: cum tam primum/ꝙ̄ ſecundum videatur eſſe proprium



deo:nec ideo iuxta primam opi. nec iuxta ſecundam loquuntur adinuicem. Loquūtur tamen ſm ꝙ per ſcripturam certi ſumus:ſed qualiter eſt nobis ignotum:poteſt tamen dici ꝙ ſicut quia homo alterius hominis cogitationes videre non poteſt imediate in ſeipſis format exterius voces vel intuitus:aut ſcripturas:⁊ ſi qua alia ſigna ſint quibus quod corde quis cogitat in alterius deducit notitiam. Sic ipſi angeli volētes inuicem manifeſtare que ſecretis cogitationibus concipiunt formant in ſeipſis quedam itellectualia ſigna et ſpirituales vt ita dicam ſermones ⁊ loquelas ꝑ que ſpiritualiter audita ab alijs cognoſcitur quid cogitant:ita ꝙ ſicut in nobis eſt duplex locutio:vna que eſt primum ſignum rei immediate ⁊ hoc nullius eſt lingue earum que diſtinguūtur ſm diuerſitatem gentium humanarum iuxta ſententiam Auguſt.ſupra tactam:et hanc locutionem ſolus deus audit. alia que eſt ſecundarium ſignum et priori in idem ſignificando ſubordinatum:et ex hoc quodāmodo prioris ſignum et hanc etiam alij audiunt. Sic in mentibus angelorum eſt duplex locutio. prima que eſt ſignum primum et immediatum rei:et hec eſt cogitatio deo et ſibi tantum nota:alia eſt ſignum ſecundarium ⁊ ſubordinatum illi in ſignificando quā alie ſpirituales creature intelligibiliter audiunt: et per eam quid per primam dicatur concipiunt:et hanc puto apoſtolum vocaſſe linguam angelorum. prima ad Corinth. (Cap.13.) Et ad hoc facit gloſa ſupra allegata que dicit ꝙ angeli prepoſiti ſignificant minoribus quibuſdam nutibus/aut ſignis:ſm hunc modum poteſt angelus vni determinate dirigere ſm ſermonem ſuum.⁊ omnimodo quo nos et longe plus/atq; perfectius diſtincte et varie loqui vt ſibi placet:⁊ alius poteſt determinate ſcire quis loquitur. nam is ſcilicet in quo intuetur huiuſmodi ſigna. In eis enim audire intelligere eſt. Si queratur vtrū vni poſſit aliquis ſic loqui ꝙ alius cui non loquitur non audiat. dicendum ꝙ non:ſi alius ſit in debita propinquitate ad audiendm:et ad hoc ſit attentus niſi deus pro tunc eum prohiberet audire non cogendo ad auditionem:et eſt ſimile ſicut cum aliquis noſtrum inter multos conſtitutus non poteſt vocaliter loqui vni quin audiatur ab alijs.

¶ Sed cōtra modum iſtum dicetur ꝙ qua ratione vnus angelus poteſt videre huiuſmodi ſigna in mente alterius angeli eadem ratione videtur ꝙ poſſit videre cogitationes eiuſdē in eadē mente exiſtētes ⁊ ſibi ꝓpinquas equaliter:⁊ per ꝯñs ſuperflue ponūtur hmōi ſigna. ¶ Reſpō. ꝙ propinquitas equalis et vnitas obiecti nichil facit ad hoc. nam iſtis non obſtantibus vnum eſt ab alijs intuitiue intelligibile et non aliud. Exemplum conſtat ꝙ in eadem materia eſt forma ſubſtantialis colorati ⁊ color eiuſdem et vtrūq; eque propinquum eſt videnti/nec eſt ibi aliquis ordo/aut aliqua meditatio ſitualis:et tamen ſic ſentimus colorem:et per intellectum ipſum intuitiue intelligimus ꝙ nec formā ſubſtantialem:nec etiā materiā ſentimus/aut intelligimus intuitiue:ꝙ̄uis alio modo illas intelligere poſſumus:in mēte etiā ſimul habet quis habitū infuſum ⁊ intellectionē actualē:⁊ hanc intelligit intuitiue.illā nō. Sic igitur dico de modo locutionis angelice: vtrum autem ita ſit ignoro. apparet tamen michi ſic eſſe poſſibile:cum et nos etiam inde taliter tales locutiones poſſimus formare ſimiles locutionibus vocalibus:ſicut poteſt quilibet in ſeipſo aduertere.

¶ Ad argumentum. q. reſpon.negando antecedens. ad probationem dicendum ꝙ cogitationes non immediate in ſeipſis audiuntur intellectualiter/ſeu videntur:ſed mediantibus intellectualibus ſignis immediate viſis:ſicut dictum eſt.

¶ Diſtinctionis vndecime. Queſtio.j.

Circa diſtin.11. in qua tangitur de profectu cognitionis angelice:quero vtrum oīa quorum angelus ſimul habet ſpecies/vel poteſt habere ipſe naturaliter poſſit ſimul actu et diſtincte intelligere. ¶ Et arguiṫ primo ꝙ non:q; ſi ſic eſſet. ſequitur ꝙ non tot poſſet ſic intelligere:q̄n poſſet plura.conſequentia patet: quia non poteſt angelus tot ſpecies habere:quin ſi generetur/vel creetur vnum indiuiduum in proportionata ſibi propinquitate poſſit ab illo ſpeciem accipere:et cum non tot indiuidua:quin plura poſſint ſic fieri non erit dare maximam multitudinem poſſibilium ab eo haberi ſpecierum:⁊ per conſequens non tot:quin plura poſſet actualiter diſtincte intelligre:ſed iſtud cōſequēs eſt falſum:q̄m ad ipſum ſequitur ꝙ angelus ſit infinite intellectiuitatis/ ſeu infinite virtutis intenſiue ad intelligendum:quod ſoli deo proprium eſt:declaratur cōſequentia ex eo ꝙ virtus angeli ſm hoc non haberet terminum in poſſe:nec etiam eſſet terminata per maximum:q̄m omnis finita potentia terminatur per maximum in quod poteſt:vt patet primo ce.per Philoſophū.ſequitur ergo ꝙ virtus angeli ſit infinita. (T.c.116.) ¶ Scḋo ſi illud eſſet poſſibile eadē ratione/vel manifeſte poſſet ſimul diſtincte intelligere oīa ei preſentia imediata per ſeipſa:nam ſpecies non ponitur:niſi vt ſuppleat vicē obiecti abſentis:⁊ per conſequens poſſet ſimul diſtincte cognoſcere omnes partes proportionalis vnius continui ſibi preſentis:et cum ille ſint infinite. ſequitur ꝙ poſſet ſimul infinita diſtincte comprehendere:ac per hoc eius ſcientia fore intenſiue infinita.

**Ad oppoſitum** arguitur et ꝓbatur ꝙ non ſolum ſic pōt:quinimo ꝙ nō poteſt oppoſitū.nam ſi poſſet non oīa actu ⁊ diſtincte intelligere:quorꝫ habet ſpecies poſſet aliqua intelligere aliquibus non intellectis.poſito igitur hoc in eſſe:quero aut poteſt intelligere aliquid aliorꝫ/aut nō:ſi non.igitur nō eſt in potētia actuali reſpectu aliorꝫ:quorꝫ habet ſpecies:et per ꝯñs non habet ſpecies illorum:qḋ implicat oppoſita.ꝯñs pꝫ:q; ita per ſpeciem intellectus cōſtituitur in actu primo:⁊ in potētia actuali reſpectu notitie incōplexe ſui obiecti:ſicut per habitū ſciētificum reſpectu cōſiderationis actualis obiecti illius habitus. ¶ Preterea. Qua rōne poteſt intelligere per vnā ſpeciē eadem pōt per quālibet ſaltē diuiſim. ¶ Si dicaṫ ꝙ pōt aliquid aliud intelligere cōtra oēm intellectionē actualē:neceſſe precedere actualem intentionē volūtatis copulātis potētiam cū obiecto. hoc pꝫ:q; etiam ipſam viſionem ſenſualem:⁊ primam in nobis neceſſario precedit intentio voluntatis:iuxta Auguſti.determinationem.11. de trinita. vbi dicit ꝙ volun- (Cap.5.) tas que coniungit ſenſum corpori viſibili ex quo format non procedit a viſione que ſit in ſenſu. ⁊ probatio eius eſt: prius enim inquit/ꝙ̄ viſio fieret iam erat voluntas que formandum ſenſum corpori admouit. igitur ſi angelus de nouo intelligeret aliquam ſpeciem ſuam prius vellet illam intelligeret. Sed ſm eundem.10.de trini. voluntas (cap.1.⁊.2.) non poteſt velle aliquid incognitum. igitur illam volitionem precederet cognitio illius ſpeciei:⁊ ſic volitio preſupponeret cognitionem ⁊ cognitio volitionem:aut ergo eadem preſupponeret eam a qua preſupponitur:et ſic idem eſſet prius ſeipſo:aut aliam preſupponeret:et ab alia preſupponeretur:⁊ ſic eſſet infinitas actualis cognitionum ⁊ volitionum ſe preſupponētium inuicem:quorꝫ vtrūq; eſt impoſſibile. ¶ Si dicatur ꝙ non ex eo ꝙ voluntas nō poteſt velle incognitum:ſequitur ꝙ volitionem precedat cognitio voliti:ſed ſufficit ꝙ ſimul ſit cum ipſa.

¶ Cõtra ex hoc nõ vitatꝛ impoſſibile illatũ. nã vt patet ex
auctoritate allegata cognitionẽ neceſſario ꝓcedit volitio:
ſit ergo illa cognitio a. et volitio precedẽs ipm ſit b. aut igi
tur in illo priori quo b. fuit ante a. fuit aliqua cognitio aut
non: ſi nõ. igiꝛ b. fuit volitio incogniti: ſi ſic: aut a. aut alia
cognitio. Si a. igitur a. fuit anteꝙ̃ fuit: ſi alia. ſit illa c.
igitur ante c. fuit volitio cõiungens potentiã obiecto: aut
igitur b. aut alia. Et ſiue hoc ſiue illud detur vel ꝓceditur
in infinitũ vel dabitur ꝙ aliqua cognitio terminabitur ad
incognitũ. ¶ Secũdo ſi angelus poſſet aliqua ſua ſpecie
non vti actualiter: eadem ratione ⁊ qualibet alia quã ha-
bet: ⁊ ſic poſſet angelus naturaliter ſi vellet ſuſpendere ſe
ab omni intellectione eorũ: quorũ ſpecies habet: ⁊ nullũ
earũ per ſpẽs ſuas actu intelligere: qḋ videtur abſurdũ.

**Reſpondeo** intelligendo. q. de angelis bonis in
quibus nõ eſt vitiata vlla potẽtia na
turalis. pono ꝯcluſiones. Prima. ꝙ angelus poteſt ſimul
diſtincte intelligere omnia: quorũ ſimul habet ſpecies di-
ſtinctas ⁊ diſtincte repreſentãtes. Secũda ꝙ poteſt etiam
non omnia talia ſimul diſtincte intelligere.

Cap. 34. de ꝓuis. **Primã** cõcluſionem ꝓbo auctoritate bti Augu. 4.
ſup Geñ. vbi dicit ꝙ potentia ſpũalis men-
tis angelice cũcta que voluerit ſiꝛ notitia facillime appre
hendit. ¶ Ex hoc arguo ſic. non minus facile eſt angelo
ſimul intelligere ſm omnes ſpẽs ꝙ̃ ſm aliquas earũ. igiꝛ
põt ſimul intelligere ſm oẽs. conſequẽtia ptꝫ: et añcedẽs
probatꝛ ex predicta auctoritate: quoniã ſi minus facile fo
ret intelligere ſm omnes ꝙ̃ ſm aliquas: ⁊ tunc nõ cuncta
que vellet ſimul facillime cõprehenderet: quinimo minus
faciliter cõprehẽderet duo ꝙ̃ vnũ: et tria ꝙ̃ duo: ⁊ quãto
plura tanto minꝰ faciliter. ¶ Confirmatur alia eiuſdem
Cap. 36. auctoritate ibidẽ. vbi ait. ꝙ oĩa ſimul mens angelica põt
que ſigillatim ꝑ ordinem ꝯnexarum cauſarũ ſermo diſtin
guit: vbi vult ꝙ cuncta q̃ creata fuerũt in principio ⁊ di-
ſtincte quodã ordine facta narrantꝛ ſimul mens angelica
comprehẽdit: nec eſt dubiũ ꝙ non ſolũ hoc eſt verum de
notitia ſupnaturali quã habet in vbo: ſed etiã de natura-
li quã habet de rebꝰ in ꝓprio genere: ⁊ quam vocat Aug.
veſptinam: ſicut ptꝫ ibi ſtatim. ⁊ duobꝰ capĩis precedẽti-
bus: nec põt dici ꝙ loquatur de cognitione cõfuſa nõ de
diſtincta: nã hoc nõ attribueret potẽtie mentis angelice:
cum nos etiã hec in via poſſimus oĩa cõfuſe ſimul intelli-
gere in aliquo cõmuni cõſpectu: ⁊ tamen ibi in tali cõpre-
henſione ſimultanea ⁊ facillima multorũ dat differentiã
inter potentiam mẽtis humane ⁊ angelice. ¶ Secũdo ſi
nõ poſſet hoc angelꝰ aut hoc cõtingeret: qꝛ nõ poſſet ſimul
tot intellectiones recipe: aut qꝛ non poſſet ſimul tot ꝓdu-
cere: hoc patet: qꝛ ſi eſt ſufficiens ad agenduꝫ tot ſimul: et
ad ſuſcipiẽdum: cũ poſitis actiuo ⁊ paſſiuo ſufficientibꝰ
poſſit poni actio: ⁊ etiã actiones dũmõ nõ habeãt mutuã
repugnãtiam: ſicut eſt in ꝓpoſito omnes tales potuerunt
ſimul poni. Sed non poteſt dici ꝙ nõ poſſit tot ſimul reci-
pere: qꝛ non minꝰ eſt potens ad recipiendũ intellectiones
ꝙ̃ habitꝰ vel ſpecies: nec eiꝰ receptiuitas limitatꝛ ad certã
multitudinẽ intellectionũ ꝙ̃ ſpecierũ vel habituũ: imo in
rei veritate ad neutrã determinatur. Sed pari facultate
poteſt multas ⁊ paucas recipe ꝙ̃tum eſt ex ſe: ſicut ſupra
in pma. q. de cognitione angeloꝝ dicebatꝛ iuxta finẽ in ſol-
uẽdo quãdã rõnẽ: nec etiã ideo nõ põt qꝛ nõ põt tot ſimul
producere cũ eius actiuitas limitata ſit ad certã multitu
dinẽ poſſibilẽ intellectionũ ſimul ꝓducibilium: nã ſuppo
ſito ꝙ intellectus ſit principiũ actiuũ intellectionis: nõ eſt
tñ totale: ſed ptiale concurrẽs cuꝫ ſpecie ad ꝓductionem
intellectionis: ita ꝙ cum vna ſpecie coagit vnã intellectio
nem: ⁊ cum alia ſpecie aliã: nunc aũt ꝙ̃tũcũꝗ aliquid eſt
ſolũ agens ptiale: ⁊ aliam ⁊ aliaꝫ operationẽ agit cũ alio
et alio ptiali principio coactiuo ꝙ̃tum eſt ex ſe: ita poteſt
in plures opationes ſimul cũ talibus pluribus principijs
coactiuis: ſicut in pauciores cũ paucioribus: niſi ipm for-
ſitan in operãdo debilitetꝛ: aut per ſe modo aliquo depen-
deat ab aliquo qḋ debilitetꝛ ex multiplicatione taliũ ope-
rationũ. Exemplũ: lux eñ exiſtẽs in medio eſt cauſa ptia-
lis ⁊ coactiua ſimul cuꝫ colore ſpeciei coloris in medio vt
vult Cõmẽta. 3. de aĩa. ⁊ cũ alio ⁊ alio colore aliã et aliam Cõ. 36.
coefficit ſpẽm: ⁊ quocũꝗ ꝯcurrerẽt ſecũ colores: tot ſpẽs
congeneraret. nec maior vtus arguitꝛ in luce ex eo ꝙ cum
multis multas põt ꝙ̃ ex eo ꝙ cũ vno poteſt vnã quinimo
ſi eẽnt ibi ſecũ infiniti colores diſtincti in diſpoſitione tali
ꝙ quilꝫ poſſet ſpẽm ꝯcauſare ⁊ eẽt ſufficiẽs ſuſceptiuum
nec aliud ꝓhiberet ipſa cũ illis ſimul infinitas ſpẽs coeffi
ceret. Cũ ergo angelus nõ debilitetꝛ ex intellectione: cum
eius receptio nõ ſit paſſio corruptiua: ſed ꝑfectiua potiꝰ:
nec etiam depẽdeat in intelligẽdo ab aliquo debilitabili:
vtpote abſtractꝰ a corpore nec indigẽs ſenſitiua vlla vtu-
te vel organo corpali ea facilitate qua cuꝫ vna ſpecie põt
coefficere vnã intellectionẽ poteſt cuꝫ multis multas co-
efficere: nec tot cũ tot quin cum pluribꝰ poſſit plures. De
intellectu aũt noſtro in pſenti ſtatu nõ eſt ſic. ⁊ hoc ꝓpter
dependẽtiam eius in opando a vtute phãtaſtica ⁊ ſpiriti
bus corporalibꝰ quibus accidit debilitas ⁊ fatigatio. non
ſolum ex ꝯtinuatione opationis: ſed etiã ex multiplicatio-
ne ſicut experiẽtia monſtrat. vnde Aug. 4. ſup Geñ. mox
poſt vba allegata: ꝙ potẽtia mentis angelice cuncta que Cap. 35.
voluerit ſimul facillime ꝯprehẽdit dicit: ꝙ ꝓpter corpus
corruptibile qḋ aggrauat aĩam: mens humana etiã cum
feruẽtiſſimo ſtudio inſtat notitie rerũ non niſi cuꝫ tẽporis
tarditate ⁊ difficultate agit ⁊ eandẽ cauſam reddit. 15. de
trini. qḋ ex peccati morbo dicit nobis ꝓueniſſe: et in cap. Cap. 24.
precedẽti dicit ꝙ partes imaginis noſtre aĩe. ſ. mẽs intelli Cap. 23.
gentia et volũtas erũt equales cũ fuerint ab omĩ langore
ſanate. igiꝛ tot ſimul poterimꝰ actu ĩtelligere: quot memi-
niſſe. ⁊ per cõſequens quot reruꝫ ſpẽs habebimꝰ. per que
clare videtꝛ ꝙ hõ in ſtatu innocẽtie ⁊ naturalis integrita-
tis oĩbus rerũ ſpeciebꝰ quas habuiſſet: ſimul vti actuali-
ter potuiſſet. quid ergo mirũ ſi hoc poſſit angelus nõ per
peccatũ in ſuis naturalibꝰ virtutibꝰ viciatus: ⁊ iſtud põt
eſſe per ſe confirmatio cõcluſionis ꝓpoſite. ¶ Cõtra iſtã
cõcluſionẽ arguitꝛ: ⁊ preter media aliqua q̃ ſunt ſoluta in
primo. di. 1. q. 1. ar. 3. vbi oſtenditur ꝙ in intellectu poſſunt
ſimul eſſe plures actꝰ: poteſt nũc alijs medijs argui. nam
actualis ĩtellectio ſine actuali attẽtione eſſe nõ poteſt: nec
ad quodcũꝗ indifferẽter poteſt haberi actualis attẽtio.
iuxta illḋ. pluribꝰ intentꝰ deficit ad ſingula ſenſus. et hoc
nos experimur. ergo ⁊c̃. ¶ Secũdo qꝛ ſi ſimul angelꝰ oĩa
actualiter intelligeret iam equaretꝛ deo in intellectualita
te: qḋ non eſt dicẽdum. ¶ Tertio qꝛ ſequitur ꝙ angelꝰ ſit
infinite intellectiuitatis ſeu potẽtie ad intelligendũ quod
eſt falſum ꝯſequentia ꝓbatur. nã poſſe intelligere aliqḋ
vnũ intelligibile diſtincte eſt alicuiꝰ potentie. ⁊ poſſe duo
intelligibilia ſimul diſtincte ĩtelligere eſt maioris potẽtie
in duplo: ⁊ poſſe tria ſimul diſtincte ĩtelligere eſt maioris
potentie in triplo. ⁊ ſic ſemꝑ ſm multiplicationẽ intelligi-
biliũ arguitꝛ maior intellectiuitas. igiꝛ poſſe ſimul ĩfinita
diſtincte intelligere eſt infinite intellectiuitatꝭ: ſeu arguit
infinitam intellectiuitatẽ in eo qḋ ſic poteſt: ſed ſi angelus
poſſet ſimul diſticte oĩa intelligere quoꝝ habet vel poteſt
habere ſpẽs. angelꝰ poſſet ꝙ̃tum eſt ex ſe intelligere ſimul
infinita diſtincte. nã poſſet nõ tot quin plura ſicut poteſt
non tot quin plures ſpẽs recipere. cõſequẽtia ptꝫ. quoniã
propter ſpeciem non fit maior potẽtia angeli: ſed tãta nũc
eſt ꝙ̃ta eſſet quocũꝗ ſpecies haberet etiã ſi haberet actu
infinitas. Si autem haberet infinitas poſſet ſimul infini-
ta diſtincta intelligere. igiꝛ et nunc ꝙ̃tum eſt ex ſe poteſt
infinita ſimul diſtincte intelligere. ¶ Cõfirmatꝛ, qꝛ nõ eſt



bium ꝙ intellectus angeli eſt in ſe perfectior: quia cũ plu
ribus ſpeciebus poteſt ſimul plura ĩtelligere diſtincte ꝙ̃
ſi non poſſet ſimul cum pluribus ſpeciebus ſic plura: ſed
vnum tñ actu intelligere: et etiã ꝙ̃ ſi poſſet duo tñ. et ite-
rum etiam ꝙ̃ ſi poſſet tria tñ: et ſic in infinitum proceden
do ſm aliquam multitudinem infinitã ſemper. et ita etiã
eſt perfectior ꝙ̃ eſſet vnus alius intellectus qui nõ poſſet
niſi vnum et ꝙ̃ alius qui poſſet duo tñ: et ſic in infinitũ: ſi
infiniti tales eſſent ſe inuicem in hoc excedẽtes: quorum
quilibet poſſet ſimul finita tñ intelligere. igitur cum poſ-
ſe tñ vnum intelligere eſſet alicuius perfectionis: et intel
lectus qui tale poſſe haberet eſſet alicuius determinate
perfectionis ſi aliquis talis eſſet. ſequitur ꝙ poſſe in infi-
nita ſeu non in tot quin in plura ſint infinite perfectionis:
et ꝙ intellectus qui ſic poteſt ſit infinite perfectus ſeu in-
finita perfectio intenſiue. ¶ Quarto. ſi angelus poſſet ſi
mul omnia ⁊c̃. poſſet ſimul ĩtelligere omnes ſpecies quas
haberet: quia nõ aliter intelliguntur per ſpecies res qua-
rum ſunt ſpecies: vt patet ex ſupradictis; et etiam in pri-
mo libro. qua autẽ ratione poſſet ſimul intelligere omnes
ſpecies: eadem poſſet ſimul intelligere omnes intellectio-
nes illarum ſpecierum: cum ſint ſibi eque preſentes. et ſi-
militer intellectiones intellectionum illarum: et ſic in infi-
nitum: et per conſequẽs poſſet ſimul infinitas intellectio-
nes in ſe habere: et ſimul illas ĩtelligere. et loquor ſemper
de intellectione diſtincta: vtrũꝗ aũt eſt ĩpoſſibile igiꝛ ⁊c̃.
¶ Quinto. ſi ſimul ĩtelligeret omnes ſpecies cum ille in-
tellectiones dum ſunt cauſent etiam ſuas ſpecies vel no-
tiones vel quocũꝗ vis alio nomine appellare aliquas ſi-
militudines ſuas: per quas angelus poſſet poſtea recor-
dari ſe ſpecies rerum ĩtellexiſſe: ſicut etiam per huiuſmo-
di ſimilitudines relictas ex actibus ĩtellectus et affectio-
nibus voluntatis recordamur earum: vt ſentẽtialiter po-
Cap. 14. nit Augu. 10. confeſ. et ſimiliter. 14. de trinita. igitur ſimul
et. 18. angelus intelligit etiam omnes ſpecies ſuarum primarũ
Ca. 8. ⁊ 9. intellectionũ. ⁊ itẽ ille alie ĩtellectiones cauſant ſuas ſpe-
cies. et per conſequens etiam alias intelligit et per alias
intellectiones: et ſic vltra. ex quo ſequitur ꝙ ſimul ſint in
intellectu angeli infinite ſpecies: quod eſt impoſſibile ſal-
tem naturaliter. ¶ Reſpondeo ad primum dicendum ꝙ
ꝙ̃uis in nobis in ſtatu pſenti actualis attẽtio nõ ſe exten-
dat ad multa: ſed ad pauca: in angelis tamen qui excellẽ-
tiorem habẽt naturam ⁊ iam nullo peccato vitiatam: aut
peccati pena debilitatã ad tot ſe extendere poteſt actua-
lis attentio: ad quot et intellectio: ⁊ illa ad tot quot habet
ſpecies. Illud autem verbum vulgatum intelligendũ eſt
in nobis pro ſtatu iſto. de quo ſcribitur Sap. 9. Corpus
qḋ corrũpitur aggrauat animam. et terrena inhabitatio
deprimit ſenſum multa cogitantem. ¶ Ad ſecundam ne-
ganda eſt conſequẽtia. nam illo dato adhuc intellectiui-
tas angelica ab excellentia diuine intellectiuitatis incõ-
parabiliter ſuperatur. Primo quidem quia deus eſt ſua
intellectio qua vniuerſa intelligit. intellectio vero angeli
non eſt angelus: ſed accidentalis perfectio eius: ⁊ hãc ra
tionem ſatis ad propoſitum. in ſimili reddit Auguſt. 15. de
Cap. 16. trinita. vbi cum dixiſſet ꝙ in patria fortaſſis non erũt vo-
lubiles cogitationes noſtre ab alijs in alia exeuntes atꝗ
redeuntes: ſed omnem ſcientiam noſtram vno ſimul con-
tuitu videmus: que verba multũ fauent concluſioni pro-
poſite. ſtatim addit. tamen cum hec fuerit. et ſi hec fue-
rit formata: erit creatura que formabilis fuit: vt nihil iã
deſit eius forme ad quam peruenire deberet: ſed tamen
coequanda non erit illi ſimplici: vbi non formabile aliq̃d
formatum eſt vel reformatum: ſed forma videlicet infor-
mis neꝗ formata ipſa ibi eterna eſt ĩmutabiliſꝗ ſubſtan
tia. Secundo. quia non ſolum angelus intelligit intelle-
ctione que non eſt ipſa: ſed accidens ſibi: ſed etiam non
ſeipõ ꝓciſe: ſed alio coagẽte ſibi principio; ĩmo pluribꝰ eũ
perficientibus. ſ. ſpeciebus illa intelligit. deus autẽ ſeip-
ſo tñ nullo indigẽs alio. Item ⁊ ſi angelus intelligere poſ
ſit oĩa quorũ ſpecies poſſidet. non tñ poteſt intelligere fu-
tura/ neꝗ cogitationes ſecretas: ⁊ multa forſitã alia que
non ſunt ſibi ſufficienter preſentia: ⁊ ſimiliter preterita ꝙ̃
plura: quoꝝ non accepit ſpecies. deus aũt oĩa vniuerſali
ter cõprehendit. ¶ Ad tertium nego conſequentiam. ad
probationem cõcedo ꝙ poſſe intelligere vnũ diſtincte ar-
guit aliquã potentiã. Et cum dicitur ꝙ poſſe intelligere
duo ſimul diſtincte arguit in duplo maiorem potentiã: ⁊
ꝯcedo ſi cetera ſint oĩno paria. vcꝫ tam ex parte ĩtelligibi-
liũ/ ꝙ̃ ĩtellectionũ ⁊ alioꝝ per ſe ꝯcurrẽtiũ ad ĩtelligẽdũ.
Si vero non ſint cetera paria ꝓpoſitio non eſt vniuerſali-
ter vera. inſtãtia ptꝫ in ſimili. nam alicuius potẽtie eſt poſ
ſe ſe ſolo portare tantũ põdus: ⁊ tñ non eſt in duplo maio-
ris perfectionis poſſe ſimul cum alio cõportante portare
duo põdera ſimul: quoꝝ quodlibet ſit tantũ; quinimo nec
eſt vllo modo maioris potẽtie. Similiter alicuius actiui
tatis ⁊ potẽtie eſt poſſe cum vno colore partialiter cauſa-
re in vna parte medij vnã ſpeciẽ: ⁊ tñ non eſt duplo maio-
ris: ſed nec quidẽ maioris actiuitatis ſue potẽtie cũ duo-
bus coloribus poſſe partialiter cauſare ſimul in eadẽ par
te medij duas ſpecies: nec diſtinguo vtrũ ſint eiuſdem ra-
tionis/ vel alterius. eadẽ enĩ lux numero non aucta/ vel in
tenſa que cũ vno colore poteſt tñ vnã ſpeciem cauſare in
vna parte medij: ſimul cum duobus põt duas: ⁊ ſimul cũ
infinitis ſi infinite ponerentꝛ in debita diſpoſitione ad agẽ
dum in illã partẽ medij poſſet ſimul cauſare infinitas ſpe
cies: ita in ꝓpoſito dico ꝙ poſſe intelligere duo ſimul di-
ſtincte coagẽtibus duabus ſpeciebus non arguit maiorẽ
intellectiuitatem in angelo/ ꝙ̃ arguat poſſe intelligere tñ
vnum coagente ſibi vnica ſpecie/ nec intelligere mille coa-
gentibus ſibi mille ſpeciebus arguit maiorem potẽtiam/
vel intellectiuitatẽ/ ꝙ̃ poſſe tñ vnum cum vna. ¶ Ad cõ-
firmationem dico ꝙ ſi eſſent infiniti intellectus: quorum
vnus nec per paucas/ nec per multas ſpecies poſſit intel-
gere ſimul plus ꝙ̃ vnum. Alius aũt poſſet duo nec plura
per aliquot ſpecies: et alius tria tñ: ⁊ ſic vltra in ĩfinitum
q̃libet angelus q̃ nũc de facto eſt eſſet quolibet illorũ ꝑfe-
ctior. non tñ ex hoc ſequitꝛ ꝙ nunc ſit/ aut ꝙ tũc eẽt ĩfinite
perfectionis. Et ratio eſt: qꝛ quilibet illorum intellectuũ
eſſet alterius rõnis ab iſto angelo/ nec aliter eſſet poſſibi-
le. Et ideo illa prima cõparatio qua dicitur. angelus eſt
perfectior/ ꝙ̃ eſſet ſi cũ pluribus ſpeciebus nõ poſſet plu-
ra intelligere. implicat ĩpoſſibile. iam enĩ non eſſet idẽ an-
gelus qui nũc eſt/ nec eiuſdem rationis: ſed aliquis alius
alterius rationis: ex tali autẽ exceſſu eorum que non ſunt
eiuſdẽ rationis non ſequitur ꝙ excedens ſit perfectionis
infinite. Exemplum. ptꝫ enĩ ꝙ vna ſubſtãtia. verbi gratia
angelus eſt perfectior iſta nigredine. ⁊ item eſt perfectior
vna alia nigredine in duplo perfectiore/ ꝙ̃ prima: ⁊ ſimili
ter vna alia in qualitate alterius rationis perfectiore ipa
nigredine: ⁊ ſic ſi eſſent infinite qualitates eiuſdem ratio-
nis/ vel alterius que ſe inuicem ſemper excederent quali-
bet illarum angelus eſſet perfectior. nec tamen eſſet infi-
nite perfectionis ſicut nec nunc eſt. poteſt enĩ inſtari tali
modo arguẽdi ex eo quod dictũ eſt de luce. nam ipa cum
duobus coloribus poteſt cauſare duas ſpecies: ⁊ cum tri
bus tres: ⁊ ſic in infinitum nec tamen eſt infinite perfectio
nis: et nihilominus ipſa eſt perfectior quadam alia luce
q̃ cũ q̃tcũꝗ nõ poſſet cãre niſi vnã ſpẽm ſimul et ꝑfectior
illa q̃ cum quotcũꝗ nõ poſſet niſi duas: ⁊ ſi eſſent infinite
taliter gradatim ſe excedẽtes ipſa que nunc eſt eſſet qua-
libet illarum perfectior: ita plures alie inſtantie poſſent
dari. ¶ Ad quartum dico primo ꝙ iſtud argumentũ po-
teſt eque fieri contra quãlibet opi. nam ſm quãlibet ange

lus poteſt intelligere ſuam intellectionem. et tunc arguitur ꝙ intellectionem ſue intellectionis poteſt intelligere: et ſimiliter aliam: et ſic in infinitum. ¶ Rñ. tamen et primo poteſt ꝓbabiliter dici ꝙ et omnes ſuas ſpecies et oēs intellectiones poteſt ſimul diſtincte intelligere: nō tamen ipſe poteſt omnes ſuas intellectiones intelligere: nec hoc ſecundū ſequitur ex primo ſicut etiā nō ſequitur. omnem ſuā intellectionē poteſt intelligere. igitur poteſt quēm ſuā intellectionem intelligere. nam ex antecedente non ſequitur ꝙ poſſit habere ſimul infinitas intellectiones: quod tamen ſequitur ex conſequente. Uel ſm alios poteſt reſponderi ad argumentum concedēdo conſequentiam primā. et vlterius ꝙ ipſe poteſt intelligere intellectiones illarum ſpecierum: tamen iſte proceſſus nō vadit in infinitum: ſed terminatur ſatis cito: nam propter poſteriores regulariter ſunt remiſſiores et minus perceptibiles prioribus. et ideo cito deueniretur ad aliquas ita remiſſas: ꝙ non poſſent congenerare actualem notitiam ſui. eſto etiā ꝙ in tali reflexione ſemper poſterior eſſet motior ſm ſpeciem ſicut volunt aliqui quando obiectum prime intellectionis in illo ordine que. ſ. eſt recta eſt minus mobile q̄ ipſa notitia eius: hoc inq̄ non obſtante adhuc aliqua talis propter ſui remiſſionem non poſſet intellectū mouere ad notitiam ſui: ita ꝙ q̄uis eſſet ſm ſpeciem notior: non tamen eſſet actiuior. ¶ Ad quintum dico ꝙ ſicut res extra nullam ſpeciem ſui cauſat in anima niſi cognoſcatur: ſicut ſupra: et etiam in primo habitum eſt: ita nec ſpecies nec intellectio aut aliqd aliud exiſtens in intellectu cauſat ſpeciem ſui niſi actualiter percipiatur et intelligatur ab itellectu: et quia non quelibet intellectio actualiter intelligitur: vt iam dictum eſt: ideo nec quelibet cauſat ſpeciem propriam: ⁊ ſic non prouenit multitudo infinita ſpecierū.

[marginal handwriting: fort. nobilior / ex. mobile]

¶ Secundā concluſionem probo ſic. non minus eſt in poteſtate angeli aliquibus ſuis ſpeciebus nō vti q̄ ſit in poteſtate hominis ſui non vti. hoc patet: quia non plus ſpecies angelice naturaliter mouent nec minus ipſe et intellectus etiam in poteſtate volūtatis angelice quo ad ſuos vſus q̄ ſpecies humane naturaliter moueāt et ſint in poteſtate hominis. igitur etiam aliquibus ſuis ſpecieb⁹ angelus poteſt non vti. conſequentia hec probatur: quia ſicut experimus nos pro libito cum plurium rerum habemus ſpecies ſufficienter firmatas et intenſas nunc vna

Cap. 10. nunc alia vtimur. vnde Augu. 2. de trini. dicit. ꝙ voluntas formandam cogitantis aciem per condita memorie ducit vt libitū eſt. ¶ Secundo. non minus eſt in poteſtate angeli vſus ſuarum ſpecierum q̄ ſit in poteſtate hominis vſus ſuorum habituum: et q̄ etiam eſſet in angelo ſi habitus aliquos haberet a ſpecieb⁹ diſtinctos. iſta patet: quia ſpecies non naturalius mouet q̄ habitus ſicut experientia probat in nobis. Sed homo poteſt habitu quē habet non vti: ſicut patet de perito doctrinarum multarum: qui non ſemper conſiderat quālibet illarum: nec hoc ꝓuenit ex defectu nature: ſed ex libera poteſtate. nam q̄uis non ſimul omnib⁹ poſſit vti ſi multi ſint: tamen ꝙ iſto vtatur et non illo et ꝙ actum eius quo vtitur continuet per tempus aliquod maius vel minus niſi aliunde proueniat impedimentum in poteſtate ſua conſiſtit ſicut experiētia

T. c. 32. probat. Et ideo in. 8. phyſi. et. 2. de anima. frequenter ha

T. c. 60. betur ꝙ habitibus vtimur cum volumus: ex quo etiā patet ꝙ ita cōtingeret in angelo ſi habitus haberet. ¶ Contra. Primo. quia ſpecies eſt agēs naturale reſpectu intellectionis ſui obiecti et intellectus eſt paſſiuus. vnde ſm

Cap. 55. ſententiam Auguſt. 3. de libe. arbi. non eſt in poteſtate noſtra quid nobis veniat in mentem. igitur quelibet ſemper cauſat intellectionem ſui ſi non adſit impedimentum. patet conſequentia ex conditione agentis naturalis poſi

T. c. 10. ta. 9. meta. Sed in angelo omnino eſt impedimentum: vt patet. igitur ⁊c. ¶ Secundo. quia cum in angelo omnes ſpecies ſint ſufficienter intenſe et potentes mouere intellectum et eque preſentes ſi aliqua vteretur angelus et aliqua non: hoc ſolū videretur eſſe: quia angelus vellet determinate illa nō vti qua nō vteretur ⁊ ea determinate vti qua vterer̄: ſed impoſſibile eſt ꝙ aliqua determinate velit vti quin determinate illā intelligat: ſicut impoſſibile eſt ꝙ aliqua determinate velit vti quin determiate illam apprehendat. igitur ſi poſſet alia nō vti poſſet ſimul illam intelligere ⁊ nō intelligere: quod eſt falſum. ¶ Ad primū iſtorum dicēdum ꝙ q̄uis ſpecies ſit agēs naturale: ⁊ poſito ꝙ intellect⁹ ſit naturalr̄ paſſiuus reſpectu intellectionis: nihilomin⁹ vtrūq̄ q̄tum ad hoc dependet a volūtate quo ad ꝓductionem actus ⁊ continuationē vel ſaltē quo ad cōtinuationē: qđ dico ꝓpter p̄mas intellectiones ⁊ repentinas: que nō ſunt in noſtra poteſtate quo ad ꝓductionem primā earū ſm Aug. ⁊ hoc dico ĩ nobis in via. nihilominus tamē etiam ille ſunt in poteſtate noſtra quo ad cōtinuationē ipſaꝝ. vnde libere poſſum⁹ ab illis deſiſtere cū difficultate q̄ locū habet in angelis bonis. ⁊ iſtud ſufficit ad hoc ꝙ aliqua ſpecie habita angel⁹ poſſit non ſemꝑ vti ea actualr̄: ⁊ poteſt cōfirmari reſponſio. nā etiam habit⁹ intellectuales in nobis ſunt naturaliter motiui ſicut ⁊ ſpecies: ⁊ ſimiliter ꝟtutes motiue in mēbris: ⁊ nihilomin⁹ in poteſtate noſtra eſt nō talibus ſemꝑ vti. ¶ Ad ſcđm dico ꝙ conſequētia illa nō eſt bona. nā ad hoc ꝙ aliq̄ ſpeciem determiate intellect⁹ non intelligat nō eſt neceſſarium ꝙ velit illā determinate nō intelligere: ſed ſufficit ꝙ nō velit intelligere: et ꝙ non detineat intellectū in ĩtellectione illi⁹ et memoriā non copulet aciei iuxta modū loquēdi Aug.

et per eū bene innuit. 2. de trini. vbi ait. Jam porro ab eo quod in mēoria eſt cū aciem velle auertere nihil aliud eſt q̄ non idē cogitare: ita ꝙ tunc dicit̄ voluntas velle auertere cū ſponte non facit aciem cogitare. Cap. 8. ¶ Ad argumēta principalia. Ad primū concedo primū cōſequens: et nego conſequētiam: qua infertur ꝙ angel⁹ eſſet infinite intellectiuitatis. ¶ Ad probationem dico ꝙ virtus intellectiua angeli ſm ſe preciſe ſumpta vtiq̄ terminum habet ⁊ maximū in quod poteſt. Sed ſumpta cū alijs coagentibus ſeu ipſa ⁊ alie ſimul ſumptibiles non habet terminū. ſed iſtud non ꝓbat eam eē infinitam: ſicut nec lux ꝓbatur eſſe infinita eo ꝙ cum pluribus ⁊ pluribus colorib⁹ coagentibus vltra q̄libet determinatā multitudinē ſpecierum poſſet vt dictum eſt. Sed ꝓbat infinitatem potētialem infinitorum agentium poſſibilium, que negari nō debet.

¶ Ad ſcđm cū dicit̄: ꝙ ſi poſſet intelligere ſimul diſtincte omnia quorū habet ſpecies eadē ratione poſſet ſimul diſtincte intelligere oīa ſibi preſentia immediate per ſeipſa. dico ꝙ verū eſt de his que diſtinctas cauſant in intellectu ſpecies: ⁊ de quib⁹ in eorū abſentia angelus haberet ſpēs diſtinctas ſupplētes vices eorū: ⁊ de talibus ꝓcedit ꝓbatio cōſequentie: ſed ꝑtes continui nō ſunt huiuſmodi. non enim quelibet diſtincta habet ſpecies proprias: ſed ſimul omnes vnā ſpeciem generāt in ipſo angelo ſicut in nobis.

¶ Ad argumētum in oppoſitū quod eſt cōtra cōcluſionē ſcđam reſpōdeo. et cōcedo primū conſequēs qđ infertur. et vlteri⁹ dico ꝙ poſito ꝙ angel⁹ aliqua ĩtelligat ⁊ aliqua non. adhuc poteſt intelligere aliqd eoꝝ que nō intelligit. Et cum arguit̄ contra: q; omnē intellectionem neceſſario precedit actualis intētio volūtatis ſi per actualem intentionem intelligat̄ aliqua volitio elicita nego ꝓpoſitionē. Et ſimiliter dico ꝙ non oēm ſenſationē nec oēm viſionem precedit volitio q̄uis aliq̄ precedat: et hoc ſepe cōtingat ſicut quādo quis electiue aperit oculos vel flectit ad aliquid determinate videndū. Q; aūt nō omnē ſenſationem precedat volitio pꝫ in repentinis ſenſationib⁹: vt ꝟbi grā. Cum quis in aliqua cōſideratione multū intentus ſubito



a vehementi mouetur ſenſibili vt igne vel aliquo fortiter pungitiuo talem ſiquidē perceptionem ſenſibilis nō preceſſit volitio ſeu voluntatis intentio. Ampli⁹ adhuc patet in violētis paſſionibus: quas nec preuenit nec comitatur volitio vllaꝝ: ſicut cū quis detinetur in igne aut alio multū diſconuenienti et leſiuo. in quo caſu conſtat ꝙ tale nec antecedenter nec concomitanter vult talem ſenſationem nec copulat vel coniungit ſenſum ſenſibili: quimmo nitit̄ quantū valet auertere ſenſum ⁊ refugit ⁊ odit talē ſenſationē. Et ideo ad auctē Augu. dicēdū ꝙ Aug. nō dat illā

n. de tri. Cap. 5. vniuerſalē: ſed idefinitā tātū nō q̄ vtiq̄ veritatē habet in multis: ſicut cum quis volens aliquid videre aperit oculos vt videat illud: aut dū actu videt detinet oculū apertū ⁊ oꝑatione debita volens continuare p̄dictā viſionē: ⁊ ſic in plurib⁹ alijs caſibus. et hoc ſufficit ad intentionem Augu. ibidē: vt patet diligenter auertenti. Si dicatur ꝙ ſaltē notitiā quālibet libere habitā precedit volitio q̄cq̄d ſit de repentinis ⁊ violentis: quarū cauſe ſunt extrinſece vel ſaltē aliqua ipſarū cauſarū. ⁊ hoc ſufficit ad ꝓpoſitū argumēti: q; in angelis nō poſſunt reſpectu ſaltē ſuarum ſpecierū alique notitie repēte vel violente cauſari. Ad illud mihi videt̄ dicēdū ꝙ nō omnē notitiā etiā libere elicitā neceſſario p̄cedit volitio elicita. Qđ poteſt etiam in nobis ſaltē euidēter declarari. nā ꝑ experiētiā conſtat ꝙ nō ſemꝑ habens actualē notitiā de aliquo obiecto habet ſimul notitiā de notitia illius obiecti: alioquin ſimul haberet infinitas notitias: ⁊ tn̄ in poteſtate ſua eſt vt habeat notitiam illius. ponat̄ ergo ꝙ aliq̄s poſtq̄ habuerit notitiā de a. aliquādiu dum nō haberet notitiā illius notitie incipiat habere notitiā ſue notitie de a. aut iſtā ſecundā notitiā nō p̄ceſſit aliqua volitio elicita reſpectu ſui: ⁊ habet̄ ꝓpoſitum: aut p̄ceſſit aliqua: et tūc ſequit̄ ꝙ vel ipſa prius fuit volita q̄ fuit nota: notitia inq̄ ſimplici ⁊ incōplexa: qđ eſt ĩpoſſibile naturaliter: vel prius habuit notitiā: quā habuit ſecūdā notitiā: qđ eſt etiā ĩpoſſibile. tū q; vel notitia ſecūde notitie prius fuit volita q̄ habita. et ꝑ ꝯſequens notia eius fuit habita ante ipſam: ⁊ ſic ꝓcedit̄ in infinitū in p̄teritis notitijs. ⁊ ſequit̄ ꝙ ſēꝑ rectā notitiā p̄ceſſit reflexa: que ſunt ĩpoſſibilia: vel aliqua fuit notitia que nō fuit p̄us volita: ⁊ habet̄ ꝓpoſitū: ⁊ tūc eadem ratione fuit ſtādū in p̄ma. tū etiā q; qua ratione notitia prime notitie p̄us fuit nota q̄ fuit habita: eadē ratione ipſa p̄ma notitia que eſt de ipſo a. immediate p̄us fuit nota q̄ habita: qđ nō eſt intelligibile. Dico igit̄ ꝙ poſſibile eſt tā in nobis q̄ in angelis habere aliquam notitiam libere et ſponte elicitā: quā non p̄cedit volitio elicita reſpectu ei⁹.

Cap. 36. vnde ſicut dicit beatus Aug. 2. de libe. arbi. Ceteris virtutib⁹ ⁊ potētijs de quib⁹ ibi loquit̄ ꝑ liberā voluntatem vtimur: etiā ip̄a libera volūtate ꝑ eā ipſam vti nos poſſumus: vt quodāmodo ſeip̄a vtat̄ voluntas que vtitur ceteris. Uti aūt virtutib⁹ vel potētijs non eſt aliud q̄ facere illa oꝑari ſeu q̄ applicare illa ad ꝓprios actus. vnde tūc volūtas vtit̄ intellectu vel habitu intellectus ſeu potius hoc ꝑ volūtatē: ſicut hāc locutionē ibi corrigit Aug. vtit̄ talib⁹ qn̄ ſponte ⁊ volūtarie intelligit ſm habitū. tūc aūt volūtas vtit̄ ſeip̄a: cū ip̄a in ſe eliciat ꝓpriā oꝑationem. ⁊ ſicut dicit de virtutib⁹ ⁊ potētijs. ita intelligēdum eſt de alijs habitib⁹ ⁊ ſpecieb⁹ ⁊ actib⁹: quoꝝ vſus eſt in noſtra libera poteſtate. Et illorū vſus poſſunt ſic ſeparari ꝙ homo poteſt aliqn̄ libere vti intellectu et habitu vel ſpecie. aut etiā actu: eſto ꝙ tūc nō vtat̄ volūtate vſu ꝓprio. ſ. eliciēdo volitionē: et ꝑ ꝯſequēs habere intellectionē aliquā libere. eſto ꝙ reſpectu illius nō habeat volitionē elicitā. Et forſitan talē vſum intelligit Aug. cū dicit volūtatē copulare ⁊ cōiūgere potētias alias actib⁹ ſuis: ita ꝙ nō ſit aliud volūtatē copulare viſum viſioni aut viſibili: quorū vtrūq̄ dicit Aug. q̄ actualiter vti viſu ad vidēdū: ⁊ eodē modo de acie cogitātis ⁊ alijs de quib⁹ loquit̄ ſepiſſime. Ad ꝓpoſitum igit̄ dico ꝙ nō obſtāte ꝙ plures ſpecies nō intellecte ſint in angelo vel in homie eque potētes cōcauſare notitiā ſui in intellectu: poteſt angelus libere vti vna ſpecie cū intellectu ad cauſandū notitiā illius ſpeciei nō vtēdo alia ſpecie eque potēte ⁊ p̄ſente: nec oportet ꝙ p̄us velit illā ſpeciē determinate intelligere aut illā cōgenerare notitiā ſui: ſicut q̄s plurib⁹ ſciētijs habituatus pōt ſm aliquā illarū determinate oꝑari: eſto ꝙ nullus p̄us velit determinate oꝑari ſm illā. Et ſicut etiā de duobus ꝓpoſitis equaliter vtilib⁹ ⁊ equaliter iudicatis vtilib⁹ ad aliquē finē intētū. poteſt q̄s alterū illorū determinate velle: eſto ꝙ nō p̄us velit illud velle ſuū: aut p̄us velit ſe velle illud: alioquin nunq̄ poſſet habere aliquod nouum velle. ¶ Ad ſecūdū argumētū ꝓ eadē parte rn̄deo: ⁊ ꝯcedo cōſequēs ſuppoſito ꝙ angelus relinqueret̄ ſuis naturalib⁹: nec tamen ex hoc ſequeretur ꝙ ipſe careret intellectione vniuerſaliter. nam adhuc poſſet intelligere ſe ⁊ alia entia p̄ſentia intuitiue: vtrū autē ⁊ ſimpliciter poſſet ſe ꝑ ſuā libertatē omni intellectione p̄uare eſt aliud dubiū de quo nihil ad preſens.

¶ Diſtionis. xij. Queſtio Prima.

CIrca diſtin. 12. in qua Magiſter tractat de materia creaturaꝝ corporaliū. Quero vtrū materia ſubſtātie corporalis ſit entitas actu diſtincta a forma eius. Et arguit̄ ꝙ non. q; materia non eſt aliqđ ens actu. igit̄ nō eſt ens actu diſtinctum a forma. conſequētia eſt nota. añs ꝓbatur. Primo ex auctoritate Philoſophi dicentis. 7. meta. Dico aūt materiā que ſm ſe neq̄ eſt q̄d neq̄ quantū: neq̄ aliud aliqd dicit̄ quibus ens eſt determinatū. i. diuiſum. ſi aūt materia non eſt aliquod eorum: quibus diuiditur ens. igitur neq̄ eſt ens. T. cō. 8.

¶ Secūdo. ex alio dicto eiuſdē. 5. phyſi. volēs enim probare ꝙ generatio nō eſt motus. arguit ſic. Qđ mouet̄ eſt: qđ generat̄ nō eſt. igit̄ generatio nō eſt motus. cōſtat aūt ꝙ ſicut in prima ſubiectū ſupponit ꝓ ſubiecto motus. ſic in ſcđa ꝓ ſubiecto generationis. materia aūt eſt ſubiectū generationis: vt patet ibidē. igit̄ ip̄a nō eſt. ſupple actu: ſicut eſt illud qđ eſt ſubiectū motus. ¶ Secūdo principaliter ſubſtātia corporalis eſt vna entitas ꝑ ſe in actu. igit̄ eius materia non eſt entitas actu diſtincta a forma eius. antecedēs eſt certum. et conſequentia probatur ex dicto Philoſophi. 7. metaphy. ait enim ꝙ ĩpoſſibile eſt ſubſtātiā ex ſubſtantijs eſſe inexiſtentibus ſic in actu. duo nāq̄ ſic actu nunq̄ ſunt vnum actu: ſed ſi poteſtate duo fuerunt erunt vnum. et mox ſubdit probationem. d. actus enim ſeparat. T. cō. 8. T. c. 49.

Inoppoſitum arguitur. Subſtantia corporalis eſt ens in actu. igit̄ materia et forma eius ſunt in actu: ſed ſequitur. materia eſt in actu et forma eſt in actu. et materia non eſt forma. igit̄ materia eſt in actu diſtincta a forma.

Reſpondeo Hic primo dicā. quid videbitur de queſito. Secūdo obijciā quedā per rationem cuiuſdam opi. et reſpondebo ad obiecta.

Quantum ad primum primo premittā aliquas diſtinctiones: deinde cōcluſiones ad ꝓpoſitum. Prima diſtinctio eſt de ente in actu ⁊ de ente in potentia. nā ens in actu poteſt accipi dupliciter. Uno modo generaliter ꝓ omni eo de quo cōtingit ꝑ ꝓpoſitionē de ineſſe ⁊ de p̄ſenti vere enūtiare eſſe. ꝟbi grā. dicēdo

hoc eſt.et ꝑ oppoſitū illud dicit̄ ens in potētia de quo nō
cōtingit ꝑ huiuſmodi ꝓpoſitionē: ſed tm̄ ꝑ illā de poſſibi
li enuntiare eſſe. vtpote dicendo. hoc poteſt eſſe. Et paret
Cap. 2. conuenientia huius diſtinctionis: quia vt dicit Augu. 5.
Cōmē. 15. de trini. ab eo qḋ eſt eſſe dicta eſt eſſentia, et ſm Cōmen.
7. meta. dicere vnūquodq̄ pdicamentoꝝ eſſe ens deriua-
tur ab eſſe. ergo ſm ꝙ aliquid dicit̄ eſſe actu. dicit̄ etiam
ſic ens vel eſſentia: qḋ idē ſignificat. Alio mō poteſt acci-
pi ens ſpecialiter pro eo qḋ eſt ens in actu primo modo. ⁊
eſt eſſentia integra ⁊ ꝑfecta ſpecie vel perfectio alterius:
cum illa ꝑfectā eſſentiā in determinata ſpecie ꝯſtituēs. ⁊
ꝑ oppoſitū ens in potentia poteſt dici illud qḋ et ſi ſit ens
in actu primo modo eſt tm̄ quedā partialis ⁊ incompleta
eſſentia perfectibilis et quaſi complectibilis ꝑ aliā vt ſit
eſſentia integra et ꝑfecta in ſpecie: et iſta diſtinctio ſumit̄
etiā ab eo qḋ dicit̄ eſſe: ſed aliter q̄ ꝓcedens. nā ibi ſumi-
tur ab eſſe ſm ꝙ ꝑdicat̄ abſolute ſine adiūctione alterius
termini ꝑdicati. ita ꝙ omne qḋ eſt dicit̄ illo modo ens in
actu: ⁊ ſic cuiuſlibet noſtrū tā anima q̄ corpus eſt ens in
actu. q2 cuiuſlibet anima eſt: ⁊ etiā corpus eſt: anima ve-
ro que erit antichriſti eſt ens in pōtētia. q2 ipā nō eſt ⁊ po
teſt eſſe. hic autē ſumit̄ ſecūdū qḋ eſt ꝑdicat̄ non abſolu-
te: ſed cum adiūctione alterius termini. verbi grā. aliqua
poſſunt dici lectus in actu: et aliqua lectus in potētia. nā
ligna compoſita ⁊ cōpaginata ſm debitum modum ſunt
lectus in actu. i. lectus integer et ꝑfectus. ligna vero non
ſecta ⁊ non cōpaginata ſunt lectus in potentia. et de pri-
mis ꝑdicat̄ eſſe lectū. de ſecūdis vero q̄uis ꝑdicet̄ eſſe. ⁊
ꝑ ꝯſequēs ſunt ens vel entia in actu primo modo. non ta-
men predicatur de eis eſſe lectum: ſed poſſe eſſe lectum: ⁊
ideo dicuntur eſſe lectus in potentia. i. iperfectus ⁊ poſſi
bilis ꝑfici vt ſit lectus. et ſi hoc quidem ſit poſſibile ꝑ ſolā
trāſmutationem localem et ſegregationem partium ali-
quarum ⁊ coniunctionem aliarū abſq̄ generatione noue
forme vt aliqui volunt de omnibus artificialibus: tūc be
ne poteſt dici ꝙ talia ligna poſſunt eſſe lectꝰ. Si vero for
me artificiales ſunt entitates quedā ab illis materijs di-
ſtincte et eas informātes vt alij opinātur. tūc ligna talia
dicuntur eſſe lectus in potentia ad hūc ſenſum: q2. ſ. poſ-
ſunt in ſe recipe formā cū qua ſimul ſint lectus: poteſt au
tem iſta diſtinctio ſm verba vſitata breuiter formari. vt
dicatur ꝙ aliquid poteſt dici ens in actu dupliciter. vel
actualitate preſentie quo ad primum modum: vel actua-
litate ꝑfectionis quo ad ſecūdū. Et ꝑ oppoſitū ad vtrūq̄
poteſt etiā dupliciter aliquid dici eſſe in potētia. Alia di
ſtinctio eſt ꝙ aliqua eſſe actu abinuicem diſtincta poteſt
ſumi dupliciter. Uno modo actualitate diuiſionis ⁊ mu
tue negationis iuxta modum loquendi Philoſophi. 6.
meta. vbi ait. ꝙ verum affirmationem habet in compoſi-
T. 7. c. 8. to et negationem in diſiuncto. vbi Commen. exponit. i. ve
ra affirmatiua ſignificat compoſitionem in entibus: ⁊ ve-
ra negatiua diuiſionem. Et ſm hunc modum quorūcūq̄
entium vere dicitur. hoc non eſt illud. illa dicuntur actu
diſtincta ſeu diuiſa vel diuerſa. Alio modo aliqua ſunt
diſtincta actualitate ſeparatiōis et diſcretiōis: ⁊ ſic que-
cūq̄ ſint primo modo diſtincta. et cum hoc ſunt ſic diſtin-
cta ⁊ ſeparata vt non conſtituāt ſeu nō ſint ſimul ſumpta
vnum hoc aliquid per ſe dicuntur actu diſtincta: quēad
T. c. 49. modum ſumit Philoſophus. 7. meta. vbi ait. ꝙ actus ſe-
parat: et ob hoc dicit duas medietates magnitudinis nō
eſſe duo in actu: ſed poteſtate tm̄. cuius verus ſenſus po-
ſitus fuit in primo. diſtin. 24. q. 1. ¶ His premiſſis pono
cōcluſiones. Prima eſt. ꝙ materia eſt ens in actu primo
modo. Secūda. ꝙ non eſt ens actu ſcḋo modo: ſed ens in
potentia tm̄. Tertia. ꝙ materia eſt entitas actu diſtincta
a forma primo modo loquendo de diſtinctione. Quar-
ta. ꝙ nō eſt entitas ſecūdo modo actu diſtincta a forma.

¶ Primā concluſionē probo ſic. Subſtantia corporalia
per ſe ſubſiſtēs naturaliter gn̄ata eſt. igit̄ materia eſt: et ꝑ
ꝯn̄s eſt ens i actu primo mō. an̄s notū eſt ſenſu. videmus
enī ignē naturaliter genitū ⁊ plātas ⁊ aīalia ⁊ multa alia
conſequentiā ꝓbo: q2 oīs hmōi ſubſtātia naturaliter ge-
nita habet aliquā partē eſſentialē que prefuit ſue genera
tioni: et talem nos vocamus materiā. cū igitur īpoſſibile
ſit totū eſſe niſi pars ſit ſequitur ꝙ materia eſt. aſſumptū
probo: ⁊ ſumo gratia exēpli: ignē aliquem genitū natura-
liter/ aut aliqua pars eiꝰ prefuit ſue generationi ⁊ aliqua
non/ aut totus prefuit/ aut nihil eius oīno prefuit: nō pōt
dari ſcḋm: q2 tunc ipſe fuiſſet ante ſuā generationē. et ſic
non eſſet genitus cōtra poſitū/ nec pōt dari tertiū: q2 ſequi
tur ꝙ ipſe fuiſſet genitus naturaliter ſicut fuit. eſto ꝙ nul
la alia ſubſtātia fuiſſet corrupta: ꝯn̄s aūt iſtud eſt contra
experientiā. videmus enī ꝙ qn̄cūq̄ aliquis ignis genera-
tur aliqua alia ſubſtantia corrūpitur: vt lignū vel fumus
vel aliquid aliud: nec vnq̄ videmus ipſum generari: quin
alia ſubſtātia corrūpatur. ⁊ ita eſt de oībus que naturali-
ter generant̄. Sed ꝯn̄a ꝓbat̄. q2 ſi nihil eius prefuit. igit̄
ipſe totaliter/ ſeu ſm quodlibet ſui eſt ꝓductus a ſuo ge-
nerāte naturali: cōcurrēte tn̄ actione vniuerſalis ⁊ primi
agētis: ⁊ illud fuit ſufficiēs ꝓductiuū eius. igitur eſto ꝙ
lignū qḋ fuit corruptū qn̄ ignis ille fuit genitus nō fuiſſet
ibi: adhuc ſufficiēs fuiſſet ꝓducere illū ignē. nam cōſtat
ꝙ illud lignū non fuit cauſa efficiēs/ nec totalis/ nec par-
tibilis huius ignis. ⁊ cū generās eius eſſet actiuū natura
liter. ſequitur ꝙ de facto ꝓduxiſſet. ¶ Et iſtud cōfirma-
tur. q2 poſitis oībus per ſe cauſatiuis alicuius effectꝰ ꝓ-
ducibilis circūſcriptis quibuſcūq̄ alijs pōt poni effectꝰ:
quinimo ſi cauſa efficiēs agat naturaliter: ⁊ nullū oīno ſit
impedimentū: ⁊ oīa ſint in diſpoſitione debita ponitur de
facto effectus ipſe. nunc aūt dato hoc fuiſſent oēs cauſe
ignis modo debito: eſto ꝙ lignum illud ibi non fuiſſet
¶ Confirmatur ex ſimili. nam qm̄ deus eſt ſufficiēs ꝓdu
ctiuū ignis ſm totū/ ſiue ſm quodlibet ſui. ideo abſq̄ pre-
ſentia ligni/ aut alicuius poteſt ꝓducere ipſum: etſi age-
ret de neceſſitate nature ipſum etiā abſq̄ cōcurſu alicu-
ius alterius ꝓduceret. ¶ Preterea. Ut quid oporteret
ſubſtantiā aliquā corrūpi: vt alia generaretur ſi nec ipſa/
nec aliquid eius intrat ſubſtantiam geniti: vt quid etiam
agēs naturale requireret materiā/ ſeu paſſum in qḋ agat
nulla certe apparet neceſſitas. ¶ Confirmatur hoc: quia
alias ipſum corrūpendū eſſet ſolū ad impedimentū agen-
tis: vt. ſ. vel non ageret/ vel tardius ageret: ⁊ per cōſequēs
eo non poſito facilius ageret ipſum agēs effectum ſuum.
ergo nec iſtud tertiū pōt dari. Relinquitur ergo primum
vcƷ ꝙ aliqua pars eius prefuit in ipſo corrupto: ⁊ illā vo-
camus materiā: et aliqua non prefuit quā vocamus for-
mā. ¶ Secundo hoc poteſt argui per auctoritatē ⁊ theo
logice ⁊ phyſice. nam ſm theologiā materia creata fuit/
nec deo fuit coeterna. igit̄ materia non eſt ens tm̄ in potē
tia. conſequētia ptƷ. q2 alioquin nō eſſet aliter ens/ q̄ erat
ante creationē: nam ⁊ anteq̄ crearetur fuit in potētia: vt
eſſet ⁊ potuit eſſe per potentiā creatoris tm̄: ⁊ ita etiā nūc
ſi eſſet tm̄ in potentia non poſſet eſſe niſi per potentiā crea
toris. antecedens ptƷ per Aug. in lib. de fi. ⁊ ſymbolo. nul- Cap. 1.
lo modo inquit credendum eſt illā ipſam materiā de qua
factus eſt mundus per ſeipſam eſſe potuiſſe tanq̄ coeter
nam ⁊ coeuam deo: ⁊ infra etiam certiſſime creditur oīa
deum feciſſe ex nichilo. q2 etiam ſi de aliqua materia fa-
ctus eſt mundus eadem ipſa materia de nihilo facta eſt.
eādem ſententiam ponit. 12. confeſ. ⁊ hoc cōmuniter om-
nes theologi tenent. ſm philoſophiam etiam idem patet:
q̄uis oppoſito modo. nam Philoſophi ponunt eam inge
nerabilem ⁊ incorruptibilem. ⁊ ſi ſic. igitur non tantū po-
teſt eſſe: ſed eſt conſequentia. patet: q2 ſi non eſſet: ſed tan-



tum poſſet eſſe. et ſm philoſophiā nō poſſet eſſe per crea-
tionē. igitur ꝑ gn̄ationē: ⁊ ꝑ ꝯſequēs nō eēt īgenerabilis.
Cōmē. 15. Itē Cōmen. 4. meta. Qḋ non eſt inquit actu eſt non ens:
ſed materia non eſt non ens. igit̄ eſt actu. Itē ſm hoc nul
le eſſent cauſe intrinſece: et etiā ꝑ ꝯſequēs nō eſſent quat-
tuor genera cauſarū: ⁊ multa alia ſequerent̄ contra philo
ſophicas veritates. ¶ Secunda cōcluſio eſt. ꝙ materia
nō eſt ens in actu ſecūdo modo. i. eſſentia aliqua ſimplex
vel cōpoſita integra ⁊ ꝑfecta in ſpecie aliqua. Sed quedā
entitas partibilis receptibilis cuiuſdā alterius entitatis
partibilis: ⁊ cū qua ſimul ꝯſtituit vnā entitatē integrā et
ꝑfectā in aliqua ſpecie ſubſtātiarū generabilium et cor-
ruptibilium: ⁊ hoc alia entitas partibilis vocatur forma
ſubſtātialis que ſic differt a materia: ꝙ eſto ꝙ etiā ſit en-
titas partibilis ſicut et materia eſt tm̄ ſm ſe conſtitutiua
ſimul cū materia eſſentie ꝑfecte ſm aliquā ſpeciē deter-
minate. ita ꝙ quātūcūq̄ materiā informaret non conſti-
tueret eſſentiā alterius ſpeciei: ſed eiuſdem tm̄. materia
vero non ſic eſt determinata ad ſpeciem aliquam: ſed ad
omnes penitus indeterminata: ita ꝙ cum vna forma con
ſtituit ignē: ⁊ cū alia aquā. ⁊ ſic de ceteris formis ſubſtā-
T. c. 69. tialibus. vnde ſicut Philoſophus docet ꝑmo phyſi. Si
volumus intelligere qualis ſit natura materie prime de
qua eſt ſermo: oportet eā per analogiā ⁊ proportionabili-
tatem aliarum materiarum cōſiderare. Et verbi gratia.
ſumo exemplum ſupra poſitum de lecto. ⁊ ſupponat̄ pro
nunc ſiue verum ſit: ſiue nō: ꝙ res artificiales habeāt for-
mas diſtinctas a ſubſtātijs et formis naturalibus: ita ꝙ
lectus ſit aliquod cōpoſitum ex lignis et forma artificia-
li propria. dico igitur ꝙ ſicut ligna lecti non ſunt lectus:
nec ſcānum nec arca nec aliquid omnino aliud perfectū
in aliqua ſpecie artificialium: nec etiam ſunt forma lecti
nec forma ſcanni: nec aliqua alia artificialis: ſed ſunt ex
ſe indifferētia et poſſibilia recipere diuiſim quālibet hu-
iuſmodi formarum et cum qualibet conſtituere aliquod
artificiatū perfectum ſm aliquā ſpeciem artificialium.
ſic materia ꝑma ſubſtātie corporalis. verbi gratia. ignis
non eſt ignis: nec aqua: nec lapis: nec ferrum: nec aliqua
res omnino ſimplex vel compoſita perfecta in ſpecie ali-
qua rerum naturalium: nec eſt aliqua formarum natura-
lium. ſed eſt informabilis et perfectibilis per eas et po-
tens conſtituere eſſentiā perfectā in ſpecie: cum vna vnā:
et cum alia aliā ſm determinatā naturam forme. Differt
autem a materia artificialium in hoc ꝙ licet illa non ſit
entitas perfecta in ſpecie artificiatorum eſt tamen enti-
tas quedā perfecta in ſpecie naturalium. vnde ligna le-
cti vere ſunt ligna: et eis conuenit diffinitio ſpecifica li-
gni: ſed materia iſta in nulla ſpecie omnino naturalium
vel artificialium aut aliorum quorūcūq̄ entium ſimpli-
cium vel compoſitorum eſt entitas perfecta: ſicut forte
quidam putarent: ꝙ q̄uis ipſa non ſit perfecta entitas
in ſpecie aliqua ſubſtantiarum compoſitarum: eſt tamen
entitas ſimplex perfecta in propria ſpecie. ſicut etiam di-
cimus ꝙ angelus eſt entitas perfecta in ſpecie ſua: non
obſtāte eſſentiali eius ſimplicitate. non ſic eſt de materia.
¶ Propter iſta igitur. ſcilicet propter eius imperfectio-
nem: et partialitatem per quam differt a ſubſtantia com-
poſita: et propter eius indifferentiam et indeterminatio-
nem ſpecificam per quam differt a forma. dico ꝙ mate-
ria eſt ens in pura potentia: et ita intelligo dicta ſancto-
rum et Philoſophorum loquentium in iſto propoſito.
¶ Qr autem materia ſit talis entitas probatur primo au
Cōmē. 69 ctoritate Commentatoris ꝑmo phyſi. dicentis ſic. et iſta
natura que eſt prima materia eſt vnum principium com-
mune omnibus entibus tranſmutabilibus que alterātur
inuicem: ſed non eſt vna in ſe: ita ꝙ ſit ſubſtantia ſimplex
exiſtēs in actu: neq̄ ita ꝙ ſit aliqḋ cōpoſitum ex materia

et forma. nā ſi haberet formā propriā nullam aliā recipe-
ret ipſa permanente ⁊c̄. hic aduerte ꝙ negat materiā eſſe
ſubſtantiam exiſtentem actu ſiue ſimplicem ſiue compo-
ſitam per aliq̄ formā ſibi propriam. ¶ Item vtroq̄ modo
negat eā eē ens in actu i lib. de ſubſtātia orbis. vnde dicit Cap. ꝑ.
ꝙ trāſmutatio indiuiduorū. in ſuis ſubſtantijs inuenit co
gere ſubiectū non eē ens in actu ⁊ non habere formā qua
ſubſtātiuatur. Si enī haberet formā nullā aliam recipe-
ret ⁊c̄. et ſeqt̄ur. ⁊ ſi eſſet ſubſtātia ſimplex exiſtēs in actu
tunc eſſet impoſſibile ⁊ nō receptiuum. ſupple huiuſmodi
formarū ſubſtantialiū. et ex hoc ꝯcludit. vn̄ natura huiꝰ
ſubiecti recipiētis formas ſubſtantiales. ſ. prime materie
neceſſe eſt eſſe naturā potentie. ſ. ꝙ potentia eſt eiꝰ differē
tia ſubſtātialis: ⁊ ideo nullā habet formā propriā et na-
turam exiſtentē in actu: ſed eius ſubſtātia eſt in poſſe. Ex
iſtis patet ꝙ nō ſolum negat materiā eſſe ens in actu per
aliquam formā propriā diſtinctā et eam ſemꝑ informātē
ſicut aliqui opinati fuerunt: quēadmodū exponunt quā-
doq̄ quidā moderni Cōmenta. Sed etiā negat eam eſſe Cō. 59.
ſubſtantiā ſimplicē que ſit aliquod ens in actu. Ita etiaƷ.
4. phy. vtroq̄ modo negat eā eſſe in actu. Cum dicimus
inquit. ꝙ in materia nihil eſt demōſtratū in actu. nō intel-
ligimus ꝙ poſſit denudari a rebus demonſtratis in actu:
ſed intendimus ꝙ in ſua eſſentia nō eſt aliquid demōſtra-
tum neq̄ eſt in ſe aliquid demonſtratū: quoniā ſi ita eſſet
nō reciperet res demōſtratas. ¶ Secūdo idē probo per
rationē eiuſdem Cōmēta. que in ꝓpoſito facit mihi fidē.
et eſt ratio iā aliqualiter tacta in auctoritate ſecūdo alle-
gata. ⁊ ponit eā ibidē: ⁊ etiā in primo phyſicoꝝ. vbi ſupra. ꝑmo. c. de
arguo igitur ſic. ſi materia eēt entitas in actu iſto ſecūdo ſu ba orbꝫ
modo. ſequitur ꝙ nulla eſſet ſubſtantiarū naturaliū gene- ꝑ. phy. 99.
ratio vel corruptio ꝓprie dicta. conſequēs falſum. proba et. 63.
tio cōſequentie. Quoniā generatio proprie dicta per hoc
differt ab alijs trāſmutationibus: quoniā in ceteris trāſ-
mutationibus manet aliquid vnū ſub vtroq̄ termino re-
tinens illud nomen ⁊ eadē diffinitionem ſpecificā: ita ꝙ ſi
eo demonſtrato queratur quid eſt hoc. reſpondetur idem
nomen ⁊ eadem diffinitio ſpecifica. in generatione vero ⁊
corruptione nequaq̄. Si autē materia eſſet ens perfectū
in ſpecie. iam haberet propriā quiditatem: ⁊ poſſet habe-
re propriū nomen ⁊ propriā diffinitionem ſpecificaƷ ſicut
angelus vel albedo aut alia eſſentia ꝯpleta in ſpecie ſua:
et cum ipſa eadē ſit in genito: ſequitur ꝙ ſubiectū genera-
tionis retineret idē nomen ⁊ eandem diffinitionē. Nec re-
fert vtrum materia ponatur ens in actu per formā infor-
mantē: quia eēt quoddā ſubſtātiale compoſitū: ſicut dici-
mus de igne aut ponatur eſſe quedā ſubſtātia ſimplex in
actu. quoniaƷ ita nulla tranſmutatio angeli eſt generatio
ſimplex ſm quaſcunq̄ formas ſic ſicut nec tranſmutatio
aque. cū ſit calida vel frigida: ⁊ eſt vtriuſq̄ ratio eadē: ſcƷ
quia ſubiectū manet idem ſm eſſentiā et diffinitioneƷ: ſed
dicetur ꝙ cauſa propter quā vna tranſmutatio eſt gene-
ratio ſimpliciter. alia vero non: ſed potius ſm quid ⁊ alte-
ratio eſt. q2 vna fit ſm formas ſubſtantiales. alia vero ſm
formas accidētales: et quia angelus nō tranſmutatur de
forma vna ſubſtātiali in aliā: ideo eius tranſmutatio non
eſt generatio ſimpliciter. Cū aūt ignis generatur ex aqua
materia tranſmutatur ex forma vna ſubſtantiali in aliaƷ.
et ideo illa tranſmutatio dicitur gn̄atio ſimplr̄. Iſtud nō
valet: quoniā ꝙ alique forme ſint ſubſtātiales: alique aūt
accidētales nō aliter cognoſcit̄ niſi ex eo ꝙ cum ſm illas
quas vocamus ſubſtātiales eſt tranſmutatio illud quod
tranſmutatur manet ſub vtroq̄ termino ⁊ mutat nomen
et diffinitionem. cum vero ſm alias que dicūtur acciden
tales eſt tranſmutatio: retinet idem nomen ⁊ eandē diffi-
nitionem. Et hoc eſt quod Cōmenta. ait primo phyſicoꝝ. Cō. 63.
due inquit trāſmutationes. ſ. que eſt in accidētibus rei. ⁊

que eſt in ſubſtantia conueniunt in hoc:quoniam ſunt al-
teratio eiuſdem rei de vna qualitate in aliam : et de vna
diſpoſitione in aliã:ſed qꝛ viderunt ꝙ quãdo res trãſmu-
tatur in quibuſdã ſuis diſpoſitionibus ſtatim nomen et
diffinitio eius trãſmutabũtur:ꝛ in quibuſdã nõ.vocaue-
rũt primũ modũ trãſmutationẽ:in ſubſtãtia et alteratio-
nem ſubſtãtialẽ: ꝛ vocauerunt iſtas diſpoſitiones:diſpo-
ſitiones ſubſtãtiales. Secundã vero trãſmutationem in
qua neqꝫ nomen rei neqꝫ eius diffinitio trãſmutatur : vo-
cauerunt alterationem accidentalem.hec Commen.Ex
iſtis patet ꝙ ſicut concluditur ꝙ nulla tranſmutatio ma-
terie erit generatio ſimpliciter : ſi ipſa ſit aliquod ens in
actu.ſic etiã concluditur ꝙ nulla eius forma erit ſubſtan
tialis:ſed quelibet accidentalis : ſicut et quelibet forma
Cõmẽ.69. angeli. Et ideo Cõmen.vbi ſupra.ꝑmo phyſi.Utrũqꝫ in-
conueniẽs ſimul infert.d.Et ſi materia eſſet aliquod ens
in actu.i.habens formã:tunc generatio in ſubſtãtia eſſet
alteratio:ꝛ forme eſſent accidentia. et dato ꝙ hec incõue
nientia infert in verbis iſtis ſpecialiter contra primũ mo
dũ dicẽdi materiã eſſe ens in actu.ſ.per aliquã formã:ni
hilominus eque concludit contra aliũ.ſ.ſi dicatur ꝙ eſt
ſubſtantia ſimplex in actu: ꝛ hoc ꝓpter rõnem aſſignatã:
vnde ſicut tu diceres ꝙ non obſtãte ꝙ materia ſit ſubſtã-
tia ſimplex in actu adhuc habet aliquas formas ſubſtan
tiales:ꝛ cum trãſmutatur ſm illas trãſmutatio eſt gene-
ratio ſimpliciter:ita dicam tibi ꝙ eſto ꝙ habeat aliquam
formã ſubſtãtialem ſibi propriã ꝛ coeternã adhuc habet
alias ſubſtantiales ſm quas tranſmutatio eſt generatio
ſimpliciter. ¶Tertiam concluſionem probo ſic.materia
ſubſtãtie corporalis eſt:et forma eiuſdem ſubſtãtie eſt:et
materia non eſt forma:nec forma eſt materia . igitur ma-
teria ſubſtantie corporalis eſt entitas diſtincta a forma
eiuſdẽ:ꝛ loquor de diſtinctione primo modo.ꝛ conſequen
tia patet.antecedens etiã quãtũ ad omnẽ ſuã partem eſt
certũ. ¶Preterea. Sumo vnã ſubſtãtiã compoſitã:cu-
ius materia ſit a.ꝛ forma ſit b.conſtat ꝙ ꝛ a.eſt aliqua en-
titas:et b.ſimiliter:qꝛ nulla ſubſtãtia eſt compoſita ex nõ
entitate:hoc ſuppoſito arguo ſic:a.non eſt.b.igitur nõ eſt
eadẽ numero ipſi b.ꝛ vltra.igitur eſt alia a b.et addit.igi
tur eſt diuerſa a b.omnes conſequentie ſunt euidẽtes ex
T.c.11. ſignificatis terminoꝝ:ꝛ ex dicto etiã Philoſophi.10.meta.
probatur.vbi ait.ꝙ idem ꝛ aliud dicuntur eſſe oppoſita:
et propter hoc omne ad omne aut idem aut aliud : et ite-
rum diuerſum quidem igitur aut idem ꝓpter hoc omne
ad omne dicitur quecũqꝫ dicuntur et vnũ ꝛ ens.Ex qui-
bus patent due vltime conſequentie.Prima autẽ eſt cla
ra:qꝛ vera negatiua ſignificat diuiſionem in entibꝰ:vt di-
6.meta. cit Cõmen.et ſm Philoſophũ verũ habet negatiõem in
cap.8. diſiuncto . ¶Sed hic ſurgit dubiũ:qm̃ ſi materia eſt en-
Dubium. titas diſtincta a forma ꝛ ipſa ſm totũ illud qđ eſſentiali-
ter eſt manet eadem in generato ꝛ corrupto: ipſa etiã reti
nebit idẽ nomen ꝛ eãdem diffinitionẽ:talẽ.ſ.qualis cõpe
tit ſibi:ꝛ per conſequens nulla trãſmutatio eius erit gene
ratio ſimpliciter.vel ratio facta ad concluſionẽ preceden
Rñſio. tem non eſt ſufficiens. ¶Reſpondeo ꝙ conſequentia nõ
tenet.nã materia eſto ꝙ ſit entitas diſtincta ſm hunc ſen-
ſum a forma:et per conſequens poſſit habere aliqualem
propriã diffinitionem: quemadmodum loquitur Cõmẽ.
Cõmẽ.65. primo phyſi.cum ait.Potes enim diſſoluere rationẽ ma
terie ꝛ forme et diſtĩguere eas ſm diffinitionẽ: licet nõ in
eſſe ꝛc̃.quia tamen ipſa nõ eſt entitas alicuius vnius ſpe-
ciei determinate:nec ſicut eſſentia perfecta in ſpecie.nec
ſicut perfectio conſtituens in eſſe determinato ſpecifico:
ideo nec ſibi cõpetit diffinitio vlla ſpecifica ex ſe:propter
quod cũ talis eſt trãſmutatio eius ꝙ nulla forma conſti-
tutiua ꝛ cõpletiua eſſentie ſpecifice remanet cum termi-
no vtroqꝫ:illa eſt generatio ſimpliciter vel corruptio.

¶Quarta concluſio faciliter probatur. quoniam ſi ma
teria diſtingueretur actu in ſecundo ſenſu a forma nulla
ſubſtãtia cõpoſita ex materia ꝛ forma eſſet per ſe vnũ hoc
aliquid:hoc autem eſt falſum:vt certum eſt.

**Quãuis** autem tertia concluſio nõ deberet alicui
intelligenti eſſe dubia . Contra eã tamen
videtur eſſe opi.cuiuſdam doctoris ſicut intuentibus ra-
tiones eius apparet et verba:licet in quibuſdã alijs ver-
bis ei videatur facere. ¶Ex autẽ opi.quantum facit ad Aureolꝰ
propoſitũ hec ꝙ ſubſtãtia cõpoſita habet in ſe duas rea- in.2.diſt.
litates incõpletas et quaſi trũcatas : quarũ vna eſt in po- 12.pte.4.
tentia et confuſe realitas oĩs rei generabilis et corrupti- q.ꝑma.
bilis et cuiuſlibet inchoatiuum vel inchoatio.et hec dici
tur materia. Alia eſt actuatio iſtius et cõplemẽtũ vnius
integre et perfecte nature:que eſt iſta ſubſtãtia cõpoſita:
et iſtud cõpoſitũ inquit ipſe eſt res et ratio determinata
demonſtrata in actu cõpleto.Alia autem duo tãtũmodo
ſunt realitates ĩpreciſe iſtius.vna vt inchoatio. altera ve
ro vt cõplementũ:et iterũ in alia parte queſtionis reſpon
dendo ad quoddã dubiũ dicit ꝙ quãuis materia ſit res in-
diuiſa in ſe et forma ſimiliter.et non fundent eãdem indi-
uiſionẽ abſolutã.fundãt tamen omnimodã indiuiſionem
relatiuã in actu:non in potentia.per indiuiſionem autem
abſolutam : vt patet alibi ex dictis eiuſdem opi.intelligit
indiuiſionem rei in ſe.per relatiuã vero intelligit indiui-
ſionẽ ab alio . Ex quibus patet quãtũ ad propoſitum fa-
cit ꝙ iſta opi.vult ꝙ materia et forma in compoſito non
ſunt due entitates adinuicẽ diſtincte : nec materia eſt di-
ſtincta a forma in actu.nec ecõuerſo. ¶Iſtud autẽ pro-
bat multipliciter. Primo ſupponit ꝙ forma dat eſſe ma
terie et participatur a materia. tunc querit aut iſtud eſſe
ꝛ participatio iſta forme a materia eſt ipãmet forma aut
aliquid derelictũ et impreſſum a forma in materia.non po-
teſt dici ſecũdũ ſicut multipliciter probat.relinquitur er-
go primum:ex quo ſequitur ꝙ forma eſt eſſe et entificatio
ipſius materie.et per conſequens non eſt ab ea diſtincta.
hec ratio vt dicũt eſt Philoſophi.12.metaphyſi.vbi ait. T.c.14.
ꝙ materia non eſt hoc:niſi ſm ꝙ videtur: quoniã illud qđ
eſt ſm cõtactum et ſm ordinem eſt materia ꝛ ſubiectum:
qđ Commen.exponit.d.ꝙ eſſentia materie non eſt niſi ex Cõmẽ.14
continuatione eius cũ forma et vt perficiatur per eam:et
infra materia non eſt ens per naturã intellectã de ea : ſed
per continuationẽ cũ forma:nec accipit Commen.vt di-
cunt continuationem quãtitatiuã ſed entitatiuã que nõ
eſt aliud ꝙ̃ indiuiſio mutua relatiua. ¶Secundo.ſi for
ma diceret propriam rationem et determinatam naturã
aliquã.ſequitur ꝙ igneitas nõ importabit naturã vnã.ſi-
militer ignis hic demonſtratus non eſt entitas vna , con-
ſequens eſt falſum quantũ ad vtrãqꝫ partem. conſequen
tia prime partis ꝓbatur per Philoſophũ.7.metaphyſi. T.c.11.
vbi aſſignans rationem propter quid compoſita acciden
tium non habent rationem et diffinitionem ſignificãtem
propriam quidditatem.compoſita autem ſubſtantiarum
habent.dicit ꝙ ratio eſt:qꝛ quidditas et diffinitio ſubſtã-
tie compoſite nõ includit duo:quorum quodlibet habeat
rationem:ſicut contingit de compoſitis accidentium , et
Commenta.ibi dicit.ꝙ diffinitio perfecta eſt ſermo com- Cõmẽ.11.
pletus nõ remanebit in eo aliquod ens in actu de quo in-
terrogatur per quid.cum in eo ſit data quidditas que eſt
eſſe illius rei:et non eſt in eo ens additum ſuo enti. et iſta
eſt differentia inquit Cõmen.inter diffinitiones ſubſtan-
tiarum ꝛ diffinitiones accidentium: ſed hec eſſent falſa.
ſi igneitas nõ diceret vnam rationem ſimplicem:ſed eſſet
in ea materia et forma: quorum quodlibet haberet natu-
ram ſuam propriam. Quantum ad ſecundam partẽ con
ſequentis probatur etiam conſequentia. quia ſi forma di
ceret aliquam entitatem et naturam determinatam et



materia ſimiliter querẽda eſſet cã vnitatis indiuidui cõ-
poſiti ex eis . Si dicas ꝙ cã nõ eſt querẽda ex quo vnum
eſt in actu ꝛ aliud in potẽtia:ſicut dicit Philoſophus.8.
T.c.15. meta. ¶Contra primo hoc non eſt ſm mentem Philoſo
phi.dicit enim ꝙ ex materia et forma fit vnũ: qꝛ hoc eſt in
potentia aliud in actu:ꝛ hoc ideo: qꝛ illud qđ fuit in potẽ
Cõmẽ.15. tia fit actu.vbi dicit Commen.ꝙ cã iſtius veritatis eſt vt
trãſmutetur illud qđ eſt in potentia donec fiat in actu ab
agente.ſ.ab extrahente ipſum ex potentia in actum . Eſt
igitur hic aliquod vnum qđ primo eſt in potentia et poſt
trãſfertur de potentia in actum:trãſlatio enim eius non
largit̃ ei multitudinẽ:ſed ꝑfectiõem in eſſe et in toto:hoc
enim eſt vnũ in actu: et hoc intendebat.ſ.Ariſto.cũ dicit:
qm̃ nõ eſt aliud cauſatũ ꝛc̃.id eſt non eſt enim hoc aliud
cãtũ ab agẽte ab eo in qđ agit . Item ibidẽ.omnis inquit
qui ponit ꝙ anima ꝛ corpus ſunt duo diuerſa cõtingit ei
dicere qui ſit ligamẽti cã anime cũ corpore.Qui autẽ di
cit ꝙ anima eſt perfectio corporis. ꝛ ꝙ corpus non exiſtit
ſine anima non ſunt apud ipſum duo diuerſa:nec accidit
ei queſtio hec. Et infra dicit.ꝙ anima cum corpore ſunt
vnum:ſicut dicimus ꝙ materia et forma ſunt vnum.
Cõmẽ.16. ¶Item Philoſophus.2.de anima . non oportet inquit
querere.ſi vnum eſt anima ꝛ corpus.vbi Cõmen.materia
inquit non eſt hoc niſi ꝑ formã . Et ſi materia et forma eſ-
ſent in cõpoſito exiſtentes in actu : tunc cõpoſitũ nõ dice-
ret̃ vnũ niſi ſicut dicit̃ de rebus que ſunt vnũ ſm cõtactũ
ꝛ ligamentũ: modo aũt qꝛ materia non differt a forma in
cõpoſito niſi in potentia:ꝛ cõpoſitũ non eſt ens actu niſi ꝑ
formã:tunc cõpoſitũ nõ dicetur vnũ:niſi qꝛ ſua forma eſt
vna. Itẽ.3.ce.cõmẽto.20.ait.ꝙ eſſe in potentia eſt eſſe in
alio non diſtinctũ ab eo:ꝛ hoc intendimus cum dicimus
de prima materia qđ eſt non ens in actu et eſt ens in ente
in actu ꝛ non diſtinctũ ab eo:ꝛ hec eſt intẽtio mei ſermo-
nis ꝙ eſt in eo in potẽtia.Ex his omnibꝰ patet inquit opi
nãs ꝙ potẽtialitas que eſt in materia vt faciat vnũ cum
forma nihil aliud eſt ꝙ̃ indiſtictio ꝛ ĩpreciſibilitas vnius
ab alia.Non igitur poſſent conſtituere vnũ ſi dicerent ra
tiones ꝑciſas ꝛ determinatas:quãtũcũqꝫ alterũ eſſet po-
tentia:alterũ vero actus:imo vtrũqꝫ eſſet actus. lꝫ mate-
ria eſſet actus ĩperfectus . ¶Tertio ſic forma in mate-
ria nõ creat̃.ergo forma non dicit rõnẽ ꝓpriã ꝛ determi-
natã vel determinabilem et ſignabilem.antecedẽs patet.
conſequẽtia ꝓbatur ſic.omnis forma de nouo producta:
cuius nulla pars omnino preceſſit:dicitur recte creari.
Sed res que dicit ſic ratiõem determinatã preciſibilem
ſic de nouo eſt:ꝙ nulla pars eius prefuit:qꝛ ꝓſuppono ꝙ
eius realitas preſcindatur ab omni alia realitate . igitur
oĩs talis res ſi de nouo exeat ad eſſe de neceſſitate crea
T.t.c.27 tur.iſta dicunt eſt ratio Philoſophi.7.meta.et Cõmen-
Cõmẽ.18. tatoris etiã ibidem.necnon in.12.vbi hec ſunt verba eius
contra Them̃.Et apparet bene ꝙ iſte non intelligit quo-
modo fit generatio.Cum enim intellexit ꝙ generatum ſit
de nouo a conuenienti.i.quia cauſat formã eius:et ponit
eam in materia:quaſi eſſet aliud in materia:fuit neceſſe
apud ipſum vt in rebus naturalibus ſint res creãtes ani-
malia ꝛc̃.Ex quo patet ſm Commen.ꝙ non poteſt vitari
creatio:niſi quia forma : et ſumit aliud a materia nõ tam
Cõ.27. aliquid preciſum ab ea . Item.7.meta.ait.et cum ſit de-
claratum ꝙ ex forma ſimplici non eſt generatio: nec ma-
teria habet generationem:neceſſe eſt vt omne generatum
ſit diuiſibile in duas partes rõne: nõ in actu:materiã.ſ.et
formam.Clare inquit dicit Commenta.ꝙ materia et for
ma ſunt due partes non habentes realitates in actu: hoc
eſt preciſas:actus enim diſtinguit et ſeparat . ¶Quar-
to.ſi materia et forma ſunt due res diuiſe : et vna non eſt
terminatio et entificatio alterius:ſequitur neceſſario ꝙ
vel vna quantitas erit in duobus ſubiectis.ſ.materia et

forma:vel ſi quelibet habeat propriam quantitatem: vnũ
et idem cõpoſitum erit duo quãta:ꝛ duo corpora.nec va
let dicere ꝙ forma intime illabit̃ materie : nã corpus glo-
rioſum illabit̃ alteri glorioſo/vel nõ glorioſo:ꝛ tñ ſunt cor-
pora diuerſa. ¶He ſunt rationes iſtius opi.ex quibꝰ di-
ligenter inſpectis apparet certiſſime ꝙ iſta opi . intendit
vel ſaltẽ ad hoc eam trahunt ſue rationes : vel etiã verba
inducta ꝙ materia ꝛ forma in cõpoſito nõ ſunt due diſtin
cte entitates non ſolũ tanꝙ̃ duo aliqua ; quorũ quodlibet
ſit ſm ſe vnũ hoc aliquid ꝛ neutrum ſit perfectio alterius.
Quod ſibi oẽs concedunt : ſed etiã ꝙ non ſint due entita-
tes preciſe ꝛ diſtincte aliquo modo adinuicem:ꝛ ꝙ iuxta
ſuum modũ loquendi fundant oĩmodam indiuiſionẽ rela
tiuam:ꝛ ſic intellecta iſta opi.vt mihi videt̃ non ſolum di-
cit falſum: ſicut ꝓbatur per rationes tertie concluſionis:
ſed etiã dicit incõpoſſibilia. Unde arguo ſic contra eum.
materia ꝛ forma ſunt due entitates. igitur ſunt multe en-
titates:ꝛ vltra.igitur materia et forma ſunt adiuicem di-
uiſe.Primũ antecedẽs datur ab opi. ꝛ prima ꝯña ptꝫ.qꝛ
dualitas ſpecies eſt numeri.ꝛ per ꝯñs eſt multitudo que-
dam.ſcđa ꝯña ꝓbatur.qꝛ ſi nõ ſunt a ſe diuiſe. ſunt igitur
indiuiſe: et ſi indiuiſe.igitur vna.ptꝫ per rationẽ vnius.5. A.t.c.8.
et.10.meta. Si aũt vna.igitur nõ multe.ptꝫ ibidem:ꝛ per ad.13.
rationem:qꝛ vnũ ꝛ multitudo opponuntur:vt diuiſum et T.cõ.1.
indiuiſum. ¶Preterea. Iſte doctor in ſuo primo.d.8.q.
3.arti.5.contra ſcđm modum dicendi in tertia ſua ratione
aſſumit iſtã maiorem.vbicũqꝫ eſt multitudo ibi eſt diſtin
ctio:ſed vbicũqꝫ eſt dualitas ibi eſt multitudo. hec eſt cla
ra.igitur vbicũqꝫ eſt dualitas eſt diſtinctio:ſed materia ꝛ
forma ſunt vere duo ſm eum:vt dictũ eſt:quinĩmo in alia
parte queſtionis eiuſdem hoc probat per hoc ꝙ alias nõ
eſſent duo principia.ꝛ dicit ꝙ ad ꝓbandum ꝙ ſint due en
titates non oportet laborare:putans hoc certum eſſe.
¶Preterea.Rationes ſue nunc recitate eque oẽs proce
dunt contra dualitatẽ materie ꝛ forme ſicut cõtra earum
mutuam diſtinctionem: ſicut ſatis ptꝫ cuilibet ꝛ ſoluẽdo
apparebit. vel igitur improbãt dualitatem quam conce-
dunt/vel non improbãt diſtinctionem quã improbare in-
tendunt:ꝛ per conſequens non ſunt ſufficientes:quod cer
te verum eſt. ¶Unde ad primã rationem dico ꝙ forma
non dat materie aliquod eſſe a ſe diſtinctũ:ꝛ cum conclu-
dit ꝙ forma eſt eſſe materie ꝛ entificatio eiꝰ : dico ꝙ illud
poteſt dupliciter intelligi.vno modo ſm intrãſitiuam cõ-
ſtructionẽ:vt ſit ſenſus: forma eſt eſſe materie.i.eſſe quod
eſt materia : et in hoc ſenſu propoſitio iſta eſt falſa.nec ſe-
quitur ex datis:quoniam non ſequitur forma nõ dat ma-
terie aliquod eſſe a ſe.ſcꝫ forma diſtinctum.igitur forma
eſt materia. ¶Preterea. In hoc ſenſu predicta propoſi-
tio eſt contra arguẽtem: quia ſequitur forma eſt materia.
igitur materia et forma non ſunt due entitates. Alio mo-
do poteſt intelligi ſm conſtructionem tranſitiuam:ꝛ tunc
eſt vera. nã forma vtiqꝫ eſt eſſe materie ſicut actus ꝛ per-
fectio eſt ſui perfectibilis.Ex iſto autem ſenſu non ſequi-
tur ꝙ ſit indiſtincta a materia ſed oppoſitum. nam queli-
bet perfectio diſtinguitur a ſuo perfectibili. Auctoritas
Cõmen.eſt etiam contra allegãtem:tum quia omne quod 12.me.14.
continuatur alicui diſtinguitur ab illo.vnde nec materia
continuatur ſibiipſi.nec etiam forma ſibimet cõtinuatur:
tum quia vbi iſte allegãdo ponit hunc terminum forma.
Cõmen.ponit alio:quod eſt relatiuum diuerſitatis:quod
quia ſupponit ibidem pro forma ſicut iſti bene intellexe-
runt.ſequitur ex verbis Cõmen.ꝙ forma ſit diuerſa a ma
teria:pro tãto autem dicit Cõmen. ꝙ materia eſt ens per
continuationem cum alio . ſcilicet cum forma : quia non
poteſt ſm eum exiſtere abſqꝫ forma.non quia indiſtincta
ſit a forma:vt iſti dicũt.aliter etiam met.Cõmen.exponit
ſcilicet per continuationem.i.per comparationem:et ſm

illā etiā expoſitionem arguitur diſtinctio entitatiua for-
me a materia. vide ibi. ¶ Ad ſecundā rōnem dico ꝙ for-
mā dicere propriā rōnē et naturā determinatā poteſt in-
telligi dupliciter. Uno modo ꝙ dicat ſeu ſit natura de-
terminata integra et perfecta: ⁊ illud eſt falſum: vt ſupra
dictum eſt. Alio modo ꝙ ſit quedā natura particularis
propria et determinata ac pciſa a materia: et iſtud eſt ve-
rū. et ſi ſic ſumat̄ antecedēs: nego ꝯſequentiā: nec ꝓbatio
prime partis valet qđ expreſſe patet ꝙ ꝓcedit ac ſi forma
eſſet quedā natura ſpecifica completa ⁊ perfecta habens
diffinitionē: et materia eſſet quoddā ens extrinſecum illi
nature ſpecifice: qđ ego nō cōcedo: nec ſequit̄. forma non
eſt natura integra ⁊ perfecta diſtincta a materia. igit̄ nō
eſt natura particularis diſticta a materia. ¶ Preterea.
Quis non videat ꝙ per illa verba. Et nō eſt in eo ens ad-
ditum ſuo enti: nō minus poſſet inferri ꝙ materia non ſit
aliud a forma: et ipſa et forma non ſint due entitates: que
tamen ambo iſte concedit: ꝗ̄ poſſit inferri ꝙ nō ſint adin-
uicem diſtincte: neutrum tamen ad intentionem Cōmen-
tatoris et vt ibi negatur īferri poteſt. Ad ꝓbationē ꝯ̄ſtie
pro altera parte dico ſicut dictū eſt ibi ꝑ Philoſophum.
8. meta. cap. 15. ¶ Ad primā auctoritatē in cōtrariū dico pͥmo ꝙ iſta po-
teſt trahi cōtra inducentē eā. nā Cōmen. dicit ꝙ trāſlatio
non largitur multitudinē: ⁊ ſi ſic. igitur nec dualitatem: ⁊
per conſequens materia et forma non ſunt due entitates.
¶ Rndeo. tñ ꝓ eo ⁊ ꝓ me. ꝙ ideo Cōmen. dicit ꝙ nō lar-
gitur ei multitudinem: q2 materia et forma non ſunt duo
quedā in actu. Secundo modo. ſ. ꝙ q̄libet ſit ſm̄ ſe aliqđ
vnū hoc aliquid ⁊ neutra ſit perfectio alterius et reliqua
econuerſo ſit potentia ꝑfectibilis ꝑ alterā: nā materia vt
dictū eſt. et hi. auctoritas confirmat dictū illud eſt enti-
tas īperfecta ⁊ incōpleta ꝑfectibilis ꝑ formā ⁊ cōſtituēs
cū ea naturā integrā ⁊ ꝑfectā: ⁊ per conſequēs totā: q2 to-
T. c. 64. tū ⁊ perfectū ſunt idem. 3. phyſi. Et hoc eſt qđ vult dicere
8. meta. cap. 15. Cōmen. cum ait. ꝙ largitur ei. ſ. materie perfectionē que
eſt forma et perfectio eius quo ad eſſe perfectum et totū:
⁊ iſtud declaratur per illud qđ immediate ſequitur. hoc
enim eſt vnum in actu: hoc inꝗ̄ totum qđ cōſurgit ex ma-
teria. ſ. et ex forma. ¶ Ad aliā auctoritatem cum dicit: ꝙ
qui ponit ꝙ anima et corpus ſunt duo diuerſa ⁊c̄. dico ꝙ
intelligit duo diuerſa in actu. Secundo modo. ſ. quorum
quodlibet eſt ſm̄ ſe hoc aliquid et neutrū eſt perfectio al-
terius: et qđ ita intelligat patet per illud qđ ſtatim ſequi-
8. meta. cap. 16. tur. Qui autem inquit dicit ꝙ anima eſt perfectio corpo-
ris: et ꝙ corpus non exiſtit ſine anima non ſunt apud ipm
duo diuerſa. ſ. illo modo premiſſo: ſm̄ quem oportet dare
cauſam ligamēti earum. nunc autem ſic dico ꝙ anima et
corpus ſunt duo: quod tamen anima eſt perfectio corpo-
ris: et ideo mihi remanet queſtio illa: ſed nunquid ſequi-
tur. anima eſt perfectio corporis. igitur anima non eſt di-
ſtincta a corpore. Puto ꝙ quilibet habens rectum iudi-
cium diceret ꝙ non: ſed ꝙ oppoſitum ſequitur. Qđ etiā
additur ꝙ anima et corpus ſunt vnū: ſicut materia et for-
ma ſunt vnum. ſ. compoſitum concedo: nec iſtud infert ꝙ
non ſint adinuicem diſtincte modo predicto. Per idē pa-
tet ad illam de. 2. de anima. et ad illam de. 3. ce. cuius ſen-
ſus oſtenſus eſt etiam in primo. diſtin. 24. q. pͥma. et pa-
T. cō. 7. tet ibi ꝙ recte loquitur Commenta. ad intellectum ſupra
datum. Et ꝙ iſte doctor adiungit ꝙ ſi materia et forma
dicerent rationes preciſas et determinatas vtraꝗ̄ eſſet
actus. dico ꝙ non eſt verum ſi dicerent ſicut dicunt natu-
ras partiales perfectibilem et perfectiuam: vt dictū eſt.
¶ Ad tertiam rationem dico primo ꝙ ipſa manifeſte co-
git ſuum factorem dicere ꝙ per generationem nulla om-
nino forma vel aliqua noua realitas ſit in materia: cuius
nulla pars prefuit: et ꝑ conſequens ꝙ nulla oīno realitas
parua vel magna eſt ſm̄ ſe totā aut ſm̄ aliquā partē vel
gradum ei9 nouiter in materia: alioquin daretur aliqua
realitas noua: cuius nulla pars oīno precеſſit: ⁊ per cōſe-
quens ſm̄ iſtos ipā eſſet creata: qđ vitare nitunt̄. Q2 autē
nulla oīno realitas ſit ꝑ generationē in materia que prius
non fuerit: ⁊ in ſe falſum eſt: ⁊ contra hunc met doctorem.
¶ Preterea. Sicut ꝑ hanc rationē nititur ꝓbare ꝙ for-
ma nō ſit entitas diſtincta ⁊ preciſa a materia: ita ꝓbaret̄
ꝙ forma nō ſit vlla realitas vel entitas alia a materia: et
ꝙ ipſa ⁊ materia nō ſint due: ſi enī ſint due ipā forma que
nō eſt materia nec includit materiā. vtiꝗ̄ creabit̄ ſm̄ eū:
quoniā ⁊ nulla pars eius prefuit: ⁊ ipſa de nō eſſe ad eſſe
exiuit. Et tamē ipſe cōcedit ꝙ materia ⁊ forma ſunt due
entitates: ⁊ ꝙ forma eſt aliđ a materia. Et ſi dicas ꝙ ipſe
ait: ꝙ eſt aliud: ſed nō preciſum ab ea: aut intelligit ꝙ non
ſit pciſum ab ea. ſic ꝙ nō eſt entitas que ſit idipſum qđ eſt
ꝙ ſit etiā materia. ⁊ tunc incōpoſſibilia implicātur dicē-
do: ꝙ eſt aliud ⁊ non pciſum. idē enim valet ac ſi diceretur
ꝙ eſt aliud ⁊ nō aliud. vel ideo dicit ꝙ nō eſt preciſum: q2
nō eſt aliquid ſm̄ ſe hoc aliquid quaſi ſm̄ ſe ſubſiſtens et
non ꝑficiens materiā et cū ea cōſtituens aliquod ꝑ ſe vnū
hoc aliqđ: ⁊ tunc fruſtra laborat in hoc cū nō detur oppo-
ſitum ab aliquo: cū hoc tamen ſtat ꝙ forma ſit entitas di-
ſtincta a materia ꝑficiens eam: ⁊ cum ipā vnam ꝑ ſe ſub-
ſtantiā compoſitam ꝯſtituens. ¶ Ad rōnem autem eius
reſpōdeo ꝙ ſi per creari intelligat̄ preciſe illud quod per
fieri nullo ei9 intrinſeco preſuppoſito. ⁊ omne illud dicaur
fieri qđ exit de nō eſſe ad eſſe: ſiue accipiat eſſe per ſe ſicut
ſubſtātie per ſe ſubſiſtētes: ſiue in alio: ſicut accidentia et
forme ſubſtātiales: quēadmodum ipē videtur vti iſtis vo-
cabulis: in ꝓpoſito concedo ſibi ꝙ forma creatur: ſed non
ſic acceperūt creari ſancti philoſophi. cū negauerunt ali-
quid poſſe a creatura creari. Qualiter autē intellexerit
patebit in. 4. lib. Auctoritas Cōmen. nō facit ad ꝓpoſitū: 12. me. 18.
quia Cōmēta. ibi accipit creationē cōmuniter pro actio-
ne non ſpecialiter vt diſtinguit̄ contra ḡnationem ⁊ natu-
rales alias actiones: ⁊ iſtud ptꝫ: quia nec The. in ḡnatio-
nibus illorū animaliū: de quibus loquitur poſuit aliquid
proprie creari. nec hec Cōmenta. infert. contra eū nec ſibi
imponit ꝙ ſenſerit hoc: quinīmo ſatis cito poſt opinionē
The. cōnumerat inter eos qui non poſuerunt creationem
proprie dictā qualiter autē The. in illo ſuo dicto errauе-
rit. et Cōmenta. improbet eum nō eſt opus ad preſentem
difficultatem differere. Alia autem auctoritas nō iuuat
eum. quia Cōmenta. intelligit ꝙ ſunt due partes non in 7. m̄. 27.
actu ſecūdo modo ſupra poſito: quod concedo.
¶ De quarta autem ratione multū miror: ſi non aduertit
doctor iſte eā aperte militare contra dualitatē quam con-
cedit: ⁊ quin viderit ꝙ ſi ſunt due entitates: et probatio ſit
ſufficiens. neceſſario arguitur ꝙ vnū accidens ſit in duo-
bus ſubiectis. Reſpōdeo ergo ꝓ eo ⁊ pro me negādo con-
ſequētiam. nam dico ꝙ ſola materia eſt ſubiectum primū
et adequatū ꝗ̄titatis: ſicut infra ꝓbabitur: ideo nō ſequi-
tur ꝙ ipſa ꝗ̄titas ſit in duobus ſubiectis. ꝗ̄uis etiā mul-
ti nō habeant pro incōuenienti ꝙ ſit in duobus ſubiectis
partialibus indiſtātibus ⁊ conſtituētibus aliquid per ſe
vnum ſicut ſunt materia ⁊ forma. nō autem duo corpora
glorioſa vel nō glorioſa. ¶ Ad primā rationem in princi-
pio. q. factā reſpondeo negando antecedens. accipiendo
ens actu pͥmo modo. accipiēdo autē ſecūdo modo ꝯcedo.
et hoc ſecūdo modo ꝓcedit ꝓbatio pͥma. vult eñ philoſo- 7. met. 8.
phus ꝙ materia per ſe nō eſt aliqđ indiuiduū ꝑfectum in
ſpecie aliqua: de qua aliqđ predicamentū per ſe predicet̄:
q2 eſt incōpleta ⁊ potētialis entitas ſm̄ modū ſupra expo-
ſitum. ¶ Ad aliam ꝓbationem dicēdum ꝙ philoſophus 5. phy. 8.
nō vtit̄ iſto vocabulo ſubiectū. Sed ait. impoſſibile enim
ꝙ non eſt moueri: et poſtea ſubdit. fit enim quod non eſt.
Et ideo cū doctores dicūt ſubiectū mot9 eſt: ⁊ ſubiectum



generationis non eſt: ſi ad intellectū Philoſophi debeant
accipi tales propoſitiones oportet per ſubiectum intelli-
gere non illud quod realiter ſubijcitur rei que eſt motus/
aut rei que eſt generatio: ſed illud quod denominatur mo-
ueri. Et illud quod dicitur generari: et patet veritas ver-
borum Philoſophi. nam quodlibet quod dicitur moue-
ri proprie loquēdo de mouere: vere dum mouet̄ eſt. vnde
illud quod alteratur/ aut augmētatur/ aut fertur eſt ⁊ exi-
ſtit. Sed illud quod dicitur fieri/ vel generari nō eſt dum
generat̄/ aut fit. ꝗ̄uis tunc ſit materia que erit eius. Ipſa
vero materia ꝗ̄uis ſit ſubiectum quod realiter ſubijcitur
factioni et generationi: non tñ eſt id quod generatur ⁊ fit:
et ſic ptꝫ ꝙ verbū Philoſophi nō valet contra propoſitū.
¶ Ad ſecundam rationem dicēdum ꝙ ſi in conſequente
ſumatur entitas in actu primo modo. conſequentia nō va-
let. Si vero ſecundo modo cōcedo: ꝯñs ipſum. ⁊ in ſecun-
do ſenſu loquendo de ente in actu ꝓcedit probatio conſe-
quentie. nam ita expreſſe accipit Philoſophus: ita enim
T. c. 48. premittit ibi. palam inquit. q2 nullum cōmuniter predica-
torum ſignificat hoc aliquid: ſed tale. Sin autem ſupple
ſi ſignificat hoc aliquid: alia quoꝗ̄ multa accidūt. ſupple
impoſſibilia: ⁊ tertius homo. ⁊ hoc eſt primum impoſſibi-
le quod accidit. ⁊ ſtatim addit aliā probationem/ aut am-
T. c. 49. plius inquit eſt: ⁊ ita manifeſtum eſt. impoſſibile eſt enim
ſubſtantiam ex ſubſtantijs eſſe inexiſtentibus ſic vt actu:
duo nāꝗ̄ ſic actu nunꝗ̄ ſunt vnum actu: vbi notanda eſt
illa determinatio. ſic: quia non abſolute dicit inexiſtenti-
bus actu/ neꝗ̄ duo nāꝗ̄ actu: ſed vtrobiꝗ̄ addit ſic: vt de-
notaret modum illum exiſtendi actu de quo premiſit: ſcilꝫ
vt quoddaꝫ hoc aliquid ſm̄ ſe. Que enī ſic ſunt duo actu
non ſunt vnū actu. Sed materia ⁊ forma non ſic ſunt duo
actu: vt dictum eſt in quarta concluſione.

¶ Diſtinctionis duodeime.
Queſtio ſecunda.

**Secundo** quero. Utrū materia ſubſtātie generabilis ⁊ corruptibilis a qualibet forma ipām informante ſit ſeparabilis naturaliter. Et arguo ꝙ nō. ¶ Primo ſic. dimēſio interminata materie non eſt naturaliter corruptibilis. igitur a ſua dimenſione interminata non eſt ma-
teria naturaliter ſeparabilis. conſequētia patet: quia non
aliter materia ſeparatur a forma quā habuit ꝗ̄ per corru-
ptionem illius: alioquin vel illa forma trāſiret de vna ma-
teria ad aliam/ vel remaneret per ſe non informās aliquā
materiā: quorū vtrūꝗ̄ impoſſibile eſt naturaliter. antece-
Cap. 1. dens ptꝫ per Cōmen. in de ſubſtantia orbis. ¶ Secundo
ſi a qualibet forma informante ſe poſſet materia ſeparari
naturaliter: ſequeretur ꝙ per potentiā dei materia poſſet
exiſtere oīno ſine forma. conſequens iſtud eſt falſum. ait
par. 1. c. 4. enim Hugo de ſacra. lib. 1. Certe non puto primam illam
oīm rerum materiam taliter informē fuiſſe: vt nullā om-
nino formam habuerit. quia nec aliquid tale exiſtere poſ-
ſe omnino: quod aliquod eſſe habeat ⁊ nō aliquā formam
crediderim. ꝯñia vero probatur: q2 ſi per virtutem finitam
a qualibet forma diuiſim eſt materia ſeparabilis ſatis cō-
ueniens videtur ꝙ per virtutem infinitam ſit ſeparabilis
a qualibet: ita vt nullam penitus habeat.

**Ad partem** oppoſitam arguo ſic. a qualibet forma ſubſtātiali materia ſubſtātie ge-
nerabilis eſt ſeparabilis naturaliter. igitur a qualibet for-
ma ⁊c̄. antecedens eſt certum: q2 quelibet hmōi forma eſt
naturaliter corruptibilis: excepta intellectiua. materia
vero eſt incorruptibilis naturaliter. ⁊ per cōſequēs a qua-
libet ſeparabilis. nam etiā ab intellectiua ſeparabilis eſt
materia: ſicut patet in morte hoīs. conſequentia ptꝫ: quia
cuiuſlibet alterius forme a ſubſtantiali forma ſubſtantia-
lis eſt partiale ſubiectū: iuxta illud primi phyſic. materia T. c. 82.
cum forma eſt cauſa oīm accidētiū ſicut mater: ⁊ per ꝯñs
ſicut cauſa materialis ⁊ ſubiectiua. Corrupto autem ſub-
iecto corrumpitur omne accidens exiſtens in eo.

**In iſta** queſtione erunt articuli tres: iuxta tria ipli-
cata in argumētis. Primus erit de ipſa di-
mēſione/ ſeu quātitate materie: de qua ſingulariter eſt du-
bium ⁊ propter eam principaliter queſtio mota. vtrum. ſ.
ipſa ſit corruptibilis naturaliter. ita ꝙ ſicut materia per-
dit vnam formam ſubſtantialem ⁊ acquirit aliam: ⁊ ſimi-
liter vnam qualitatem perdit/ ⁊ aliam acquirit. ſic etiam
perdat vnam quantitatem/ et aliam acquirat. An eadem
quantitas numero ſm̄ eſſentiam ſemper ſit in materia ei
coeua/ et non corruptibilis naturaliter. Secundus erit.
vtrum cuiuſlibet forme ſubſtantialis/ vel accidētalis ſo-
la materia ſit immediatum et primum receptiuum. Ter-
tius vtrum per diuinam potētiam ſit poſſibile materiam
exiſtere ſine forma: ita ꝙ nullam habeat ſubſtātialem/ vel
accidentalem.

**Primus** articulus tractandus eſt ſuppoſita cōmu-
niori opi. de quātitate. videlꝫ ꝙ ſit tertia
quedam res alia a ſubſtantia ⁊ a qualitate informās ma-
teriam ipſam: alioquin hec perſcrutatio foret ſuperflua.
¶ Tunc quātum ad articulum iſtum dico vna cum Cō-
menta. ⁊ alijs multis ꝙ quātitas materie coeue ſibi adhe-
ret/ nec in eadem materia nunꝗ̄ quātitas quātitati ſucce-
dit. ¶ Ad cuius declarationem conſiderandum: ꝙ ſi ta-
lis ſucceſſio quātitatum in materia cōtingeret naturali-
ter: hoc nō eſſet niſi vel cū materia trāſmutatur ſm̄ rarita-
tem/ vel denſitatē/ vel cū tranſmutatur ſm̄ generationē ⁊
corruptionem ſubſtātialem/ vel cum res augetur augmē-
to ꝓprie dicto: qđ ſit per additamentū quāti ad quātum:
vt de ipſo agitur primo de generatione. non enī apparet T. c. 31.
quādo alias quātitas corrumpatur. nam nec in motu ſm̄ et. 32.
locum/ nec in alia alteratione quā non comitetur genera-
tio ſubſtātialis/ vel corruptio/ aut rarefactio/ vel cōdēſa-
tio. nullo aūt predictoꝝ contingit talis corruptio quātita-
tis: vt mihi apparet. pono igitur cōcluſiones tres. Prima
eſt: ꝙ nec in rarefactione/ nec in condenſatione quātitas
materie corrūpitur. nec etiā noua ei acquiritur. Scđa cō-
cluſio. ꝙ nec cum vna res corrūpitur/ ⁊ alia generatur ali-
qua noua quantitas generatur/ aut aliqua corrumpitur.
Sed eadē numero preciſe que fuit corrupti eſt poſtea ge-
nerati. Tertia. ꝙ nec in augmento/ aut decremento quan-
titas aliqua totaliter de nouo generatur/ aut que prefuit
tota corrūpitur. ¶ Primā concluſionē ꝓbo. ⁊ primo de
rarefactione. Et pono gratia exēpli ꝙ portio aeris bipe-
dalis quātitatis debeat rarefieri motu continuo quouſꝗ̄
fiat quadrupedalis et rarefiat tota primo. i. ꝙ non prius
ſm̄ vnam partem: et poſterius ſm̄ aliam: ſed ſimul et eo-
dem tempore quo vna pars eius rarefit etiā alie rarefiāt:
et loquor de partibus ſm̄ extēſionem. et totum iſtud poſſi-
bile eſt et frequenter contingit. hoc ſuppoſito oſtendo pri-
mo ꝙ in huiuſmodi rarefactione prior eius quantitas
non corrumpitur. ¶ Primo quidem: quia ſi corrumpe-
retur: vel corrumperetur tota ſimul et in inſtanti: vel par-
tibiliter in tempore. non primo modo: tum q2 vel in illo in-
ſtanti generaretur noua quantitas in eadem materia/ vel
non. Si non. igitur in illo inſtanti materia eſſet indiuiſibi-
lis ⁊ inextenſa: quod non eſt dicēdum. tum q2 cum forma
ſua ſubſtātialis ⁊ qualitates ꝓprie neceſſario naturaliter
ſimiliter exigāt materiam extēſam tūc in illo inſtāti eſſet
forma ſubſtantialis corrupta: et ſic nunꝗ̄ aer rarefieret:

quin corrumperetur:tū etiam qꝛ querēdum eſſet vbi eſſet
in illo inſtanti ipſe aer.nō enim poſſet eſſe niſi in loco pun-
ctuali:et non contingeret dicere in quo potius q̄ in alio.
tum etiam qꝛ vel tunc eſſet vacuus locus quē occupabat
prius:vel in illo inſtāti latera continētis cōcurrerent:que
non ſunt dicēda. Si dicatur ꝙ in eodem inſtāti generetur
q̄titas noua:aut generatur q̄titas maior bipedali:⁊ tūc
cum nō poſſit eſſe maior p̄ciſe ꝑ indiuiſibile:tum qꝛ indiui
ſibile nō reddit maius:tum qꝛ nulla talia īdiuiſibilia ſunt
vt ſupra ꝓbatum eſt.erit maior ſm aliquē exceſſum diui
ſibilem:⁊ per conſequēs ipſe aer in illo inſtāti occupabit
maiorē locum ſm exceſſum diuiſibilē:⁊ ſic ſeq̄tur motus
localis ipſiꝰ continētis aerē in inſtanti:⁊ etiam ipſiuſmet
aeris loquēdo de tali motu ſm locum quaſi dicimꝰ moue
ri illud qđ maiorem locū occupat q̄ prius:aut tūc genera
tur q̄titas equalis priori:quod non poteſt dici:qꝛ fruſtra
prior corrumperet̃ aut generaret̃ minor:qđ minus etiam
dici poteſt.tum qꝛ ipſius ꝯtinentis et ipſiꝰ aeris dati eſſet
localis motus in inſtāti.tum qꝛ aer iſte condēſaretur:non
autē rareſieret:ꝓpinquius enī ſue ꝑtes iacerēt:⁊ ip̄e locū
minorē occuparēt.nō poteſt ergo dari ꝙ q̄titas illa cor-
rumpit̃ in inſtāti ⁊ tota ſimul. Sed nec pōt dici ꝙ parti-
biliter in tempore:qꝛ vel prius ip̄a corrumperet̃:⁊ poſtea
noua generaret̃:ſicut aliquid trāſmutat̃ ex vna qualitate
in aliam cōtrariam:aut ſimul dū ip̄a corrumperetur alia
ḡnaretur ſicut dicūt q̇ opinātur cōtraria eſſe ſimul ineſſe
remiſſo:⁊ ſimul dū vnum corrumpit̃ reliquum generari.
non primo modo:qꝛ tunc ſeq̄retur ꝙ in toto illo tēpore aer
datus cōdenſaretur:⁊ fieret minoris extēſionis:⁊ ſic quā-
documq̄ naturaliter aliq̄d debeat rareſieri oporteret ip̄m
prius condēſari:quod ptꝫ falſum eſſe. ¶ Preterea. Aut
ip̄a corrumperetur ꝑtibiliter ſm ꝑtes intētionales:⁊ hoc
nō:qꝛ tales nulla q̄titas habet.alias vnū bipedale poſſet
eſſe magis bipedale q̄ aliud:⁊ idem nō magis nec minus
eſſet bipedale:et ſic ſm alias q̄titates certe mēſure:quod
non eſt ītelligibile:vel ſm partes extēſiuas:ita.ſ.ꝙ prius
corrumperet̃ pars q̄titatis informans vnā ꝑtem materie
q̄ pars informās aliam:⁊ iſtud nō ptoeſt dici:qꝛ tunc vel
pars materie priꝰ deſtructa ſua q̄titate remaneret abſq̄
q̄titate oīno que informaretur portione q̄titatis q̄ prius
informabat aliam portionē materie ⁊ adhuc informat:et
vtrūq̄ abſurdum eſt phyſice ſpeculātibus:vt certum eſt.
nec ſecūdo modo:qꝛ ſi corrūperetur ꝑtibiliter ſm partes
intentionales:⁊ alia ſimul ꝑtibiliter generarētur ſm etiā
tales partes:ſequeretur vt dictum eſt ꝙ q̄titas ſuſciperet
magis ⁊ minus.⁊ vltra hoc ſequitur ꝙ due q̄titates ſint
in eadem ꝑte materie primo.ſ.pars remanēs de priore et
pars genita de nouo. Itē vel illa pars remanens eſt equa-
lis extēſionis:vt prius vel maioris.ſi equalis ſequitur al-
terum duorū:ſcilicet ꝙ materia nō eſt extenſior q̄ prius:
et tamen erit rarior:vel alia portio eiꝰ exibit de ſub priore
q̄titate ⁊ informabit̃ noua:remanente tamē in rerum na
tura ea que prius informabat. Si maioris extēſionis ea-
dem rōne tota q̄titas corrupta poterit eſſe extēſior abſq̄
corruptione alicuius ſue ꝑtis ⁊ ſic natura fruſtra corrum
pit eam. Fruſtra etiā generata eſt noua q̄titas:quia non
propter eam materia eſt maioris extēſionis q̄ ſit propter
ſolam ꝑtem que remanſit ex prima. Sed omnia hoc ſunt
prorſus abſoluta. Aut corrumpetur ꝑtibiliter ſm partes
extenſionis:⁊ ſicut continue prior corrumpetur ſic noua
generabitur. Sed nec hoc dici poteſt.nam conſtat ꝙ non
ſtatim ꝑtis aeris erūt in ſumma raritate ſua. Sed prius
eadem pars erit ſm minorē exceſſum rarior:⁊ poſtea ſm
maiorē:⁊ ſic donec terminabitur rarefactio.aut igitur in
quolibet inſtāti temporis menſurātis totam rarefactionē
erit noua q̄titas totaliter in illa parte materie ⁊ nulla du
rabit per tēpus:⁊ iſtud eſt impoſſibile:vt probatum eſt in

primo lib.cum ageretur de intenſione formarū corrupti-
bilium:aut pars primo genita remanebit cū ſequentibus:
queādmodum ſm veritatem contingit in intenſione qua-
litatum:⁊ ſi ſic fruſtra ponitur corrupta prior q̄titas que
fuit anteq̄ materia inciperet rareſieri.ſic enī illa remanē-
te poterat materia rareſieri:ſicut poteſt remanēte ea que
ponitur nouiter generata. Et preſertim:quia iſta non eſt
alterius rationis q̄ fuit illa. ¶ Confirmatur etiam quia
ſi aliquod calidū fiat magis calidum ſm iſtam viam non
corrumpitur prior calor:ſed remanet ⁊ nouus generatur.
Rurſus quia quelibet pars illiꝰ portionis materie infor-
mabitur aliqua ꝑte q̄titatis prius genite:quia nulla exi-
bit de ſub ſua parte q̄titatis:vt ſtatim dicebatur:ſequit̃
neceſſario ꝙ vel tota vel aliqua pars eius informabitur
ſimul duabus q̄titatibus. Et preterea vel prius genita
erit equalis extenſionis cum poſterius genita maioris:et
tunc vtrolibet modo ſeq̄tur ſimiliter incōueniens:vt pro-
xime eſt deductū. Patet igit̃ ex iſtis ꝙ q̄titas non corrū-
pitur in rarefactione. Quod vero nulla noua generetur
patet etiā ex dictis.vel enim generaretur remanente tota
priore vel illa deſinente.nō ſecūdo modo:vt iam ꝓbatum
eſt.nec p̄mo:qꝛ vel priore ſemꝑ informāte totam materiā:
et tunc ſeq̄tur ꝙ due quātitates ſimul eandeꝫ materiam:
informabūt:et iterum ſeq̄tur ꝙ eadē primo quātitas erit
maioris extenſionis q̄ prius:et per cōſequens fruſtra po-
nitur propter huiuſmodi rarefactionē generari aliquam
quātitatem vel priore deſinēte informare aliquam ꝑtem
et aliquē informātem:⁊ tunc ſequitur ꝙ accidens ſepare
tur a ſuo ſubiecto naturaliter remanens in rerū natura:⁊
ꝙ de ſuiecto tranſeat ad ſubiectum.nam pars quātitatis
qua informabat partē illam materie que poſtea ponitur
non informari ꝑ priorem informat poſtea partem aliam
materie:quā prius non informabat. Ex quo etiā vltra ſe-
quitur ꝙ due partes quātitatis eandē partem prime ma-
terie informant:que omnia ſunt impoſſibilia naturaliter.
Secūdo quia cū in quolibet inſtanti tēporis menſurātis
rarefactionem ſit quātitas materie maior vel prior rema-
net cum poſterior vel non ⁊c̄.proſequere dictū eſt. Ex eiſ-
dem motiuis ecōtrario deductis ꝓbari poteſt ꝙ in con-
denſatione non corrumpitur prior q̄titas nec noua gene-
ratur ſicut faciliter patet inſpiciendo:ideo applicare ad
hoc predicta media pro nūc omitto. ¶ Secūdam cōclu-
ſionem probo:⁊ ponatur gratia exempli ꝙ ex aliquo aere
demōſtrato generetur ignis. Si ergo quātitas aeris cor-
rumpitur:aut corrumpitur in tempore partibiliter:aut
tota ſimul in inſtanti.nō primo modo:vt probat̃ ex dictis
ad primā concluſionem.nec ſecūdo modo:quia vel corrū
petur tota ſimul in inſtāti corruptionis forme ſubſtantia
lis aeris ⁊ generationis forme ignis.vel ante illđ in inſtā-
ti non ante:quia vel aer remaneret poſt abſq̄ quātitate:
vel ſi noua generabitur aut illa remanebit vſq̄ ad inſtās
corruptionis:⁊ cum ſemper aer vſq̄ ad illud inſtans fiat
rarior ⁊ augeatur eius quātitas.quātitas illa fiet maior
q̄ fuit cum p̄mo genita eſt et remanebit per totum tēpus
ſue rarefactionis:⁊ ita potuit remanere prima que poni-
tur corrupta:immo multo rationabilius hec de illa conce-
ditur.aut non remanebit vſq̄ ad illud inſtās:ſed corrum-
petur et noua generabit:immo certe in quolibet inſtanti
oportebit dare ꝙ noua quātitas generetur:⁊ tunc ſequū-
tur omnia incōuenientia que deducta ſunt contra ſimileꝫ
imaginationē de intenſione formarū in primo libro. Nec
poteſt dici ꝙ per totum tempus precedens durat quāti-
tas eadem aeris ⁊ in inſtanti corruptionis forme ſubſtan-
tialis ſimul tota corrumpatur. Probo quia in illo inſtā-
ti non corrumpitur raritas aeris.igitur nec q̄titas.con-
ſequentia patet:quia raritas non eſt alia res a quātitate:
vt ſi ſit alia:non minus eſt poſſibile ꝙ eadem q̄titas que

eſt in corrumpendo remaneat poſt eius corruptionem in
genito q̄ ꝙ remaneat eadē qualitas:vt certum eſt antece
dens ꝓbo ⁊ ſuppono vnū demōſtratum.6.phy.ſ.ꝙ omne
quod mutatū eſt quādo p̄mo eſt mutatū eſt in eo ad quod
eſt mutatū.quod generaliter verū eſt in quocunq̄ genere
motus vel mutationis.⁊ ſuppono etiam ꝙ materia aeris
rareſiat continue abſq̄ interruptione quouſq̄ veniat ad
maximā raritatē quā habebit in huiuſmodi generatione:
et illud ſuppoſitū eſt neceſſariū ſuppoſito ꝙ ſemꝑ ſit pre-
ſens actiuū quod rarefacit:⁊ debet ignem generare.aut
igitur materia aeris erit primo mutata ad ſummā quam
habebit raritatē in inſtāti generationis:aut in inſtāti alio
ſequēte:aut in precedēte.non poteſt dici ꝙ in precedēte:
qꝛ non ceſſat materia rareſieri quouſq̄ nō habeatur rari-
tas incōpoſſibilis forme aeris:⁊ ſimiliter qꝛ eadē ratione
poſſent termiāri cetere trāſmutationes aeris quibꝰ diſpo
nitur ad formā ignis:⁊ ſic ſequens generatio nō eſſet ter-
minus precedētis tranſmutationis:⁊ iterū per totū tem-
pus ſequens eſſet actiuū ſufficienter proximū paſſiuo:et
in debitis diſpoſitionibꝰ ad agendum abſq̄ etiā impedi-
mento:et tamen non ageret:quod eſt contra naturam.ſi
materia erit primo mutata ad illam raritatem in inſtanti
generatiōis.igitur tūc erit in illa ſeu habebit illam:quod
eſt ꝓpoſitum:⁊ idem ſequitur ſi in inſtanti ſequente:quo-
niam etſi nō ad ſummā erit in īſtanti illo mutata:qꝛ tamē
cotinue durat rarefactio:vt ſuppoſitū eſt tunc primo erit
mutata ad aliq̄ citra ſummā:⁊ tunc illam habebit:⁊ etiā
poſtea in tēpore ſequēte. Suppono enī ex probatis in pri
mo ꝙ in intenſione pars prior remaneat cum ſequēte. Si
quis autem vellet dicere ꝙ rarefactio non durat vſq̄ ad
inſtans corruptionis:aliqua tamen alia alteratio vt cale-
factio vel deſiccatio durat:q̄uis irrationabil̃r ſic dicens
loqueretur.nihilominꝰ nō impeditur ꝓpoſitum:quoniaꝫ
idem arguit̃ de alia qualibet qualitate:⁊ quecūq̄ pona-
tur remanere in genito multo rationabiliꝰ hic ponitur de
q̄titate. ¶ Fortaſſis reſpondebitur ꝙ q̄uis vbi ſimplici-
ter eſt intēſio forme abſq̄ alia tranſmutatione annexa ꝑs
precedens remaneat cum ſequentibus.vbi tamē concur-
rit alia tranſmutatio contingit oppoſitū aliquando lꝫ per
accidens.verbi gratia.ſi corruptio ſubiecti forme que in-
tenditur interueniat.ſic autē eſt in ꝓpoſito:nam ſubiectū
partiale q̄titatis ⁊ omniū qualitatū eſt forma ſubſtantia
lis:⁊ ideo qꝛ ipſa in illo inſtanti corrumpitur ſimul etiam
corrumpitur ⁊ q̄titas ⁊ omnis qualitas eius:⁊ ſicut tunc
inducitur forma alia.ſ.ignis ⁊ in exemplo dato.ſic etiam
inducit̃ cōgrue ⁊ conuenieter q̄titas ⁊ qualitas. In illo
igit̃ inſtanti vtiq̄ materia mutata eſt ad aliq̄ qualitatē:
vt arguit̃:ſed ad totaliter nouam:⁊ ſic de q̄titate ⁊ quali-
tate qualibet dicetur nec habebitur ꝙ eadem q̄titas vel
qualitas que fuit in corrupto remaneat in genito.

¶ Contra.forma ſubſtātialis rei corrumpende nō prius
corrumpitur q̄ in eiꝰ materia ſint inducte diſpoſitiones
incōpoſſibiles ſibi:et ꝓpter quarū p̄ntia ipſa corrumpit̃:
neq̄ etiā poſtq̄ inducte ſunt. Sed tūc primo igit̃ in inſtā-
ti ſue corruptiōis ſunt ī materia q̄titas ⁊ qualitates que
prefuerūt.antecedēs ex ſe ē euidens.conſequētia ꝓbatur
ex eo ꝙ diſpoſitiones que inducūtur tanq̄ ſequele forme
genite ſi que tales ſint nō ſunt cauſa corruptionis alteriꝰ
forme ſubſtātialis.quinīmo prius natura vel cauſa corrū
pitur illa q̄ iſte inducātur:vnde ⁊ iſta corruptio forme p̄-
cedentis eſt diſpoſitio quodāmodo ad formā ſequentem:
id eſt materia ex hoc ꝙ priuatur priore forma diſponitur
ad ſequentem:inductio vero forme ſuſtātialis noue prior
eſt ſaltem cauſaliter inductione accidentiū conſequentiū
eam.non igit̃ huiuſmodi diſpoſitiones ſequentes ſunt he:
propter quas forma corrūpitur:ſed precedentes:que tūc
primo ſunt in gradu incompoſſibili ipſi forme.

¶ Fundamentum quoq̄ reſponſionis.vcꝫ ꝙ forma ſub-
ſtantialis eſt partiale ſubiectū accidentium:vtiq̄ falſum
eſt:ſicut in.2.arti.oſtēdetur. ¶ Secundo ad concluſionē
arguo ſic.agēs naturale generatiuum alicuius ſubſtātie
diſponit materiā generationi forme diſpoſitionibus con-
uenietibus forme in ſuo eſſe.igitur diſpoſitiones preindu
cte remanēt cum ipſa forma.igitur ⁊ quātitas.nam ipſa
eſt vna de diſpoſitionibus formarū naturaliū.antecedēs
ptꝫ ad ſenſum.ꝯña ꝓbatur.tum qꝛ non eſt aliqđ agens qđ
ipſas corrūpat:cum ipſum generās vincat actionem cu-
iuſlibet cōtrarij:⁊ iſtas ipſas faciat:tū qꝛ fruſtra deſtrue
retur ex quo ſimiles oporteret iterū cauſari. ¶ Cōfirma-
tur:qꝛ nullus vnq̄ artifex ⁊ agēs ſm artē deſtruit diſpoſi
tiones artificiales:quas facit:nec etiā eas quas inuenit
prius factas in ſua materia ab alio artifice ſi quas inue-
niat/aut etiā a natura.dūmodo ſint conuenientes forme
artificij/q̄ intendit. Quia ſi quis faceret non artificioſe age
re:ſed inſipiēter ⁊ ſuperflue ⁊ non ſm artem:ſed cōtra po-
tius agere diceretur.conſtat aūt ꝙ natura in ſuis opera-
tionibus non minus ſuperfluū fugit/q̄ ars. Tum tertio
qꝛ ſi tales diſpoſitiones remanerent in ſuſceptione forme
a materia nullum generans diſponeret materiā inducen-
do diſpoſitiones conueniētes:ſed ſolūmodo corrumpēdo
contrarias ⁊ diſconueniētes:cuius oppoſitum videmus
ad ſenſum.nam ignis nō ſolum corrūpit frigiditatem ligni
ſicci:ſed auget ⁊ intendit eius ſiccitatem:⁊ quodlibet ele-
mentum agens in aliud auget ſibi ſymbolam qualitatem
in illo. Tum quarto quia ſequeretur ꝙ materia ſm ſe pre-
ciſe ſufficienter eſſet diſpoſita ad ſuſcipiendum immedia
te quālibet formam indifferenter:ita ꝙ ſi per potentiam
dei ip̄a eſſet ſeparata per ſe:⁊ nullam haberet formam ac
cidentalem/aut ſubſtantialem q̄cunq̄ formam ſubſtan-
tialem nulla preueniēte diſpoſitione īmediate ſuſciperet:
ſi eſſet agens propinquū potēs formam inducere:ex quo
etiā ſequitur ꝙ nunc de facto ipſa eſt ſm ſe ꝓpinqua ma-
teria ⁊ proprium ſuſceptiuū omnium formarum nō remo
ta ſolum.hoc autem eſt contra Philoſophum.8.meta.et
contra Cōmen.1.meta.cōmento.35.⁊ lib.12.cōmento.2.⁊
cōmento.22.⁊ multis alijs locis vbi diſtinguūt materiā T.c.11.
propinquā a remota:⁊ materiā propriam vnius generis
formarum a materia propria alterius generis:et volunt
ꝙ naturaliter materia quaſdam formas non recipiat niſi
quibuſdam alijs mediātibus ⁊ vbi nunq̄ dicerēt nos ita
eſſe videmus ad ſenſum. Tum quinto qꝛ ſi tales diſpoſi-
tiones preueniētes non manēt in inſtāti generationis for-
me:ſequitur ꝙ exiſtente aliqua materia diſpoſita ad vnā
formam.verbi gratia.terre poterit naturaliter introduci
forma alia diſparata oīno ⁊ requirēs cōtrarias diſpoſitio
nes.verbi gra.forma ignis. Iſtud aūt nullus phyſice lo-
quens diceret:ſicut puto.ꝯña declaratur.ponat̃ ꝙ aliqđ
ligni fruſtum diſponat̃ ad formā terre:⁊ ſit aliquis ignis
diſtans qui continue moueatur verſus hoc lignum:⁊ mo
ueatur ſic ꝙ in eodem inſtanti corrūpetur forma ſubſtan-
tialis ligni ipſe primo ſit in diſtantia debita ad agendum
in materiam illam:et volo ꝙ iſte ignis ſit potentior/q̄
agens illud quod diſponit ad formam terre.totus caſus:
ſicut patet poſſibilis eſt.hoc poſito conſtat ꝙ aliqua for-
ma ſubſtantialis inducetur in alia materia.tum quia ma
teria non poteſt naturaliter exiſtere ſine forma ſubſtantia
li:tum qꝛ eſt ibi agens naturale ſufficiens ad agendum:⁊
ipſa eſt ſufficiens receptiuū forme:⁊ in debita diſtātia ad
agens:ſed non inducet̃ forma terre.probatio quoniam in
illo inſtanti corruptionis forme ſubſtantialis ligni per te
non eſt aliqua diſpoſitio ad formam terre in materia illa:
q̄uis prefuerint multe:et per conſequens ipſa pro tunc
non eſt magis diſpoſita ad formam terre/q̄ ad for-
mam ignis:quāuis prius fuerint magis diſpoſita ad

formam terre. Cum ergo ignis ſit eque ſufficienter ꝓpin-
quus: ⁊ ſit potētioꝛ ad agēdū ſuppoſita equali diſpoſitio-
ne materie: ſequitur ꝙ inducet in materiam formā ignis.
Tertio nulla qualitas rei coꝛrūpende cōueniēs forme in-
ducēde coꝛrūpitur naturaliter cū illa forma debet indu-
ci. igitur nulla q̄titas rei coꝛrūpende coꝛrūpitur cū ex ea
aliam nauraliter generat͛. ↄ̄ña probat͛. tum qꝛ oēs qui po
nunt eādem qualitatē numero remanere in generato: que
fuit in coꝛrupto: ponūt etiā ꝙ eadem q̄titas numero ſm
eſſentiā manet: lꝫ aliqñ ſit maioꝛ vel minoꝛ: non tñ oēs qui
ponunt eandē q̄titatem manere ponunt ita de qualitate:
vnde magis videt͛ hoc ponēdum de q̄titate / ꝙ̄ de quali-
tate. tum qꝛ eadē cauſa eſt vtrobiqꝫ. ſ. conueniētia ad foꝛ-
mam generandā. nulla eſt enī forma ſubſtātialis que non
requirat naturaliter materiā q̄tam. añs probatur ex au-
T.c.25. ctoꝛitate Philoſophi. 2. de ge. c. 2. vbi vult ꝙ in elemen-
tis habētibus ſymbolū facilioꝛ eſt generatio vni⁹ ex alio:
et aſſignat cauſam: qꝛ facilius inquit eſt vnum / ꝙ̄ multa
trāſmutare. verbi gratia. Ex igne quidem erit aer altero
tranſmutato. ſ. humiditate: ⁊ ibi per longū ꝓceſſum vult
ꝙ ſola qualitas cōtraria coꝛrūpatur ⁊ ſymbola que eſt cō
Cō.25. ueniēs ⁊ cōmunis remaneat. ibidē etiā Cōmen. Genera-
tio inquit hoꝝ que contrariātur ſm vnam differentiā erit
per coꝛruptionē vnius contrarietatis. ver. gra. ꝙ ignis fit
aer coꝛrupta ſiccitate ⁊ remanente caliditate: et hec faci-
lioꝛ generatio. ¶ Hanc rationē totā in virtute facit idē
Cap.1. Cōmen. in de ſubſtātia oꝛbis. vbi ait. dimenſiones ſimpli-
ces que appellātur coꝛpus ſimplex non denudātur a pri-
ma materia: ſicut nec alia accidentia cōmunia oībus coꝛ-
poꝛibus cōtrarijs / aut duobus coꝝ / aut plus. verbi gratia.
diaphaneitas in qua cōicant ignis aer ⁊ aqua. Et paulo
ante premittit: ⁊ qꝛ. ſ. Ari. inuenit oēs formas cōmunicari
in dimēſionibus non terminatis ſciuit ꝙ nunꝙ̄ prima ma
teria denudat͛ a dimēſionibus non terminatis. Et per to-
Cō.63. tum capitulū tenet iſtā concluſionē. ⁊ ſimiliter. 1. phyſi. et
multis alijs locis. nec alicui qui ſua dicta circa hoc vidit
poteſt dubiū eſſe: quin ipſe fuerit iſtius ſententie. ¶ Ter-
tiam concluſionē ꝓbo. nam nec q̄titas aucti / nec q̄titas
alimēti coꝛrūpitur. igitur nulla. ptꝫ ↄ̄ña: qꝛ non eſt aliud
cuius q̄titas in tali trāſmutatione poſſit coꝛrūpi. antece-
dens probat͛: qꝛ ſi aliqua predicta coꝛrūpetur / vel hoc erit
ampliatione poꝛoꝝ ipſius augēdi in rarefactione / ſeu par
tium eius / ſeu ipſius alimēti / vel in digeſtione / aut preuia
aliqua alteratione alimenti / vel in diuiſione eius ⁊ diſtri-
butione partiū ipſius ad partes aliti / vel in ↄuerſione ea-
rum in ſubſtantiā aliti. hoc ptꝫ: qꝛ in augmēto non cōcur-
runt alie trāſmutationes: vt ptꝫ conſideranti: ⁊ etiam per
Com.33. et.38. Cōmen. 1. de generatione. ¶ Sed in rarefactione nō coꝛ-
rumpit͛ q̄titas: vt ptꝫ in cōcluſione prima. Nec in cōuer-
ſione vt patere poteſt ex ſcđo. Et eadē ratione / nec in dige
ſtione / aut aliqua alia alteratione precedēte. Nec etiā in
diuiſione. nam q̄uis per diuiſionē coꝛrūpatur q̄titas to-
talis q̄tum ad eſſe totius pro eo ꝙ poſt diuiſionē partes
que erāt continue ⁊ ſimul vna q̄titas totalis ſunt poſt di-
uiſionē diſcrete ⁊ nō vna: vt prius. nulla tñ pars materie
priuata eſt parte q̄titatis quā prius habuerit: ac per hoc
nulla q̄titas coꝛrupta eſt ad ſenſum: in quo tractatur pre
ſens difficultas. In ampliatione quoqꝫ poꝛoꝝ eius: quod
eſt augēdū: bene ptꝫ ꝙ non coꝛrūpitur aliqua q̄titas. Si
aūt nulla q̄titas coꝛrūpitur in augmentatione tali. patet
etiā ꝙ nulla de nouo generatur: ſic. ſ. ꝙ aliqua pars mate
rie infoꝛmet͛ aliqua parte q̄titatis: qua prius non infoꝛ-
mabat͛: alioquin ipſa infoꝛmaretur ſimul duabus q̄tita-
tibus: quod nō eſt poſſibile naturaliter. Poteſt tñ dici ꝙ
noua quātitas totalis generatur: et pro eo ꝙ noua quāti-
tas vna totalis reſultat ⁊ cōtinuatione partis adgenera-
te per quem augeri dicitur alitum ad partes ipſius aliti:
et eſt talis q̄titas que prius non fuit: licet fuerint partes
eius: vtrum reſpectu talis totalis q̄titas dicatur ꝓprie
generari / vel non: non curo pro nunc: qꝛ non facit ad pro-
poſitum: qꝛ in tali ſenſu nunc non loquoꝛ de generatione.
¶ Per ſimilem modum probari poteſt ꝙ in decremento
non coꝛrūpitur / aut generatur q̄titas aliqua. ¶ Contra
predicta poteſt argui primo ſic. coꝛrupto ſubiecto coꝛrū-
pitur naturaliter quodlibet accidens eius: alioquin vel
accidens remaneret per ſe ſine ſubiecto / vel migraret de
ſubiecto in ſubiectum. vtrūqꝫ quoꝝum eſt impoſſibile na-
turaliter. Subiectū autem q̄titatis eſt cōpoſitum de ge-
nere ſubſtātie. igitur coꝛrupto compoſito coꝛrūpitur q̄ti-
tas. Et ſimiliter arguitur de ceteris accidētibus: aſſum-
ptum probatur. 1. auctoꝛitate Cōmen. in de ſubſtantia oꝛ-
bis di. ꝙ Ari. inuenit ꝙ ſubiecta omnium accidentiū ſunt Cap.1.
indiuidua ſubſtantie que ſunt in actu de quibus declara
tum fuit ab eo eſſe cōpoſita ex formis ⁊ ſubiecto quod eſt
in potentia: ⁊ ſtatim poſt dicit ꝙ ſubiectum recipiens ac-
cidentia non eſt ſimplex actu: ſed cōpoſitum. expreſſa val
de auctoꝛitas eſt. Item. 2. de anima. ſubiectum inquit ac
cidentis eſt cōpoſitum ex materia et forma et eſt aliquod
exiſtens in actu ⁊ non indiget in ſuo eſſe accidente. Sub-
iectum autem forme nō habet eſſe actu ſm ꝙ eſt ſubiectū
niſi per formā: ⁊ indiget forma vt ſit in actu. vbi ptꝫ idem
quod prius. et probatur etiā tertio ratione: quia idem eſt
ſubiectum q̄titatis ⁊ motus ad q̄titatem. ptꝫ: qꝛ motus
ad q̄titatem eſt ipſamet q̄titas ſicut alij motus ſunt ipſe-
met res que acquiruntur. Sed ſubiectum talis motus ſi-
cut ⁊ ceteroꝝum eſt totum cōpoſitum ⁊ ens in actu nō au
tem ſola materia. igitur ⁊c. ¶ Secundo ſi q̄titas coꝛru-
pti remaneret. igitur precederet in materia formam ſub-
ſtantialem ipſius geniti: ex quo vlterius ſequeret͛ ꝙ prius
haberet eſſe ⁊ actum ſm quid ꝙ̄ eſſe ſimpliciter ⁊ actum
ſimpliciter. hoc autem falſum eſt quoniā quod eſt ſimpli-
citer prius eſt eo quod ſm quid tm ↄ̄ña patꝫ: qꝛ q̄titas eſt
accidens ⁊ dat eſſe ſm quid tantū. forma vero ſubſtātia-
lis dat eſſe ſimpliciter: vnde dat eſſe ſpecificum ⁊ nomē et
diffinitionē. ¶ Tertio ſequeret͛ ꝙ introductio forme ſub
ſtantialis eſſet alteratio: qꝛ eius ſubiectū eſſet ens in actu
ſaltem ſm quid. ¶ Quarto qꝛ tunc forma ſubſtantialis
non eſſet cauſa quātitatis in materia / nec diuerſitas foꝛ-
marum cauſa diuerſitatis quātitatum in materijs. Con-
tra Commenta. primo ce. dicentem ꝙ diuerſitas forma- Cō.72.
rum eſt cauſa diuerſitatis quātitatum ⁊ magnitudinum
recipientium formas. idem vult primo de anima.
¶ Quinto ſequeret͛ ꝙ nulla eſſet mixtio vera / neqꝫ aug- Cō.53.
mentum / vel plura coꝛpoꝛa eſſent in eodem loco primo.
vtrumqꝫ eſt falſum. conſequentia probatur. nam in vera
mixtione quelibet pars mixti eſt mixta. et ſimiliter ſi eſt
verum augmentum quelibet pars aucti eſt aucta. Si igi
tur quantitates miſcibilium manent ſequitur ꝙ in quali-
bet parte mixti tot erunt quātitates quot miſcibilia: et ſi-
militer eſſet de qualibet parte aucti.
¶ Ad idem videtur eſſe auctoꝛitas vna Commēta. in de Cap.1.
ſubſtantia oꝛbis. videmus inquit ꝙ forma caliditatis
quando agit in aquam incipit aqua augeri et creſcere in
dimenſionibus aeris. cum igitur peruenerit ad maximā
q̄titatē aque: tunc ſubiectū denudabit͛ a forma aque ⁊ a
q̄titate dimenſionū aque ꝓpria: ⁊ recipiet formā aeris ⁊
quātitatē dimenſionū propriaꝝ forme aeris: vbi vt videt͛
vult ꝙ materia aque denudetur a prioꝛibus dimenſioni-
bus ⁊ recipiat ſimul cum forma aeris nouas dimēſiones.
¶ Ad primum concedo maioꝛem de eo ꝙ eſt primo ſub-
iectum / vel pars eius inquātum huiuſmodi. et tunc nego
minoꝛem. nam forma ſubſtantialis non eſt primo ſubie-
ctum / nec pars eius quod eſt primo ſubiectum quātita-
tis: qꝛ ſola materia eſt eius primū ſubiectū. de eo vero qđ eſt



ſubiectum non primo: ſed ſm partem eius nego maioꝛem
ſi vniuerſaliter ſumatur et concedo minoꝛem.
¶ Ad ꝓbationes inductas reſpondebit͛ in arti. ſequenti.
¶ Ad ſecūdam loquendo de preceſſione ſm tempus. cō-
cedo ꝙ quālibet formā que de nouo inducit͛ in materia
preceſſit in eadem materia q̄titas: ⁊ etiam quā habent: et
illum actū ſimpliciter qui de nouo cauſat͛ in materia pre-
ceſſit actus ſm quid: nec hoc incōueniens eſt. preceſſione
tamen ꝑfectionis forma ſubſtantialis precedit q̄titatem
et actus ſimpliciter actum ſm quid. ¶ Ad tertium nego
conſequētiam nec ꝓbatio ſufficiens eſt: quoniam ad hoc
ꝙ introductio forme ſit alteratio: opoꝛtet ꝙ ſubiectum ſit
in actu per formā dantem nomen ⁊ diffinitionem qualis
nō eſt quātitas nec aliqua forma accidētalis: alioqñ non
remaneret idē nomen: ⁊ eadē diffinitio ſub vtroqꝫ termio
tranſmutionis: per qđ differt alteratio a generatione: vt
dictum eſt in queſtione precedēte. ¶ Ad quartū dicendū
ꝙ formam ſubſtātialem eſſe cauſam q̄titatis in materia
poteſt dupliciter intelligi. Uno modo ꝙ ſit cauſa ei⁹ q̄ti
ad eius eē abſolute. alio modo ꝙ ſit eius cauſa q̄tum ad
eius terminationē ſiue q̄tum ad eſſe tantū vel tantū: ſeu
in planioꝛibus verbis. Uno modo poteſt dici cauſa q̄tita-
tis in materia. i. cauſa qua mediante vel per quā materia
eſt quāta. Alio modo ꝙ eſt cauſa propter quā materia eſt
quāta tanta vel tanta extēſione ⁊ ſua q̄titas eſt tante vel
tante extēſionis: vbi ſciēdum eſt ꝙ eadē eſſentia q̄titatis
demōſtrata poteſt eſſe maioꝛ ⁊ minoꝛ ⁊ plus ⁊ minus extē
ſa ſeu habere partes extremas plus minuſve diſtantes. et
ſimiliter materia eadē preciſe poteſt eē maioꝛis vel mino-
ris extenſionis: ita ꝙ nec materia ex ſe nec eius q̄titas ex
ſe determinat͛ ad certū et prefixū gradum extenſionis: vt
pote ꝙ ſit bicubita vel tricubita aut alicui⁹ alterius certe
menſure. Sed talis terminatio ꝓuenit ex forma ſubſtan-
tiali. primo igitur modo forma ſubſtantialis nō eſt cauſa
entitatis in materia: vnde nō ex ipſa forma ſubſtātiali ha
bet materia ꝙ ſit q̄ta: quinimo quātitas eſt paſſio conſe-
quens materiam per ſe: ſed ſecūdo modo forma eſt cauſa
quātitatis: quoniam ſm exigentiam ⁊ conditionē ſubſtā-
tialis forme exiſtētis in materia quātitas materie ſicut ⁊
ipſa etiam materia eſt tante vel tante extenſionis. Et hoc
p.ce.72. vult dicere Cōmenta. in verbis allegatis. Eſt igit͛ in vna
p.aīa.53. poꝛtione materie ſemꝑ eadꝫ numero poꝛtio q̄titatis: ſed
exiſtens ſub forma ſubſtātiali terre eſt tante extenſionis.
verbi gratia. vnius palmi: exiſtens vero ſub forma aque
eſt. 10. palmoꝝū ⁊ ſub forma aeris. 100. ſub forma aūt ignis
1000. et huiuſmodi diuerſitatis quātitatum ⁊ magnitudi-
num ſeu ꝙ materia ⁊ ſua quātitas ſint tāte vel tante. cau-
ſa eſt diuerſitas formarū ſubſtantialium. nā et ipſa mate-
ria ⁊ ipſa quātitas ex ſe ſunt indeterminate ac indifferen-
tes ad huiuſmodi gradus ⁊ in potentia ad quemlibet: et
propter hanc cauſam vocat Cōmenta. aliquādo dimēſio-
nes materie dimenſiones in potentia.
¶ Ad quintū nego conſequētiam. Ad probationem cum
dicitur ꝙ in vera mixtione quelibet pars mixti eſt mixta.
Reſpōdendum eſt ſm diſtinctionem philoſophi et Cō-
T.c.35. menta. primo de ge. de partibus. nā quedam dicūtur par
tes materiales vel q̄ti ſm ꝙ eſt quātum: ⁊ ſic oīe ex quo
q̄tum componit͛ eſt pars. quedā autem dicuntur partes
formales ſeu quāti ſm ꝙ eſt q̄tum habens formā: ⁊ tales
ſunt omnes ille ⁊ tantū ille: in quaruꝫ qualibet per ſe ſepa
rata a ceteris partib⁹ poſſet naturał͛ ſaluari forma ſua
ſpecifica: omne quod eſt pars ſecūdo modo eſt pars p̄mo
modo. Sed non oīe quod eſt pars modo primo eſt pars
ſecūdo modo: quinimo quelibet pars ſcđo modo ſumpta.
continet infinitas: quarum nulla eſt pars ſecūdo modo.
Et eſt ratio: quoniā in qualibet ſpecie rerū naturaliū ha-
bentium partes ſm magnitudinē eſt dare minimū ſm ex-
tenſioneꝫ in quo forma ſua poteſt ſaluari naturaliter: aut
ſi non eſt dare minimū tale: neceſſario eſt dare infra q̄ti-
tatem in qua poteſt ſaluari maximū in quo nō poteſt ſicut
in primo diſt. 17. prolixius dictū eſt. Sed in quolibet tali
minimo ſeu maximo in quo nō ſunt infinite partes primo
modo dicte. nā quodlibet huiuſmodi eſt q̄tum: ⁊ infinite
ei inexiſtunt partes eiuſdē rationis. vnde in qualibet pre
ignis ſunt infinite partes: quaꝝ quelibet eſt ignis: ⁊ ſic de
alijs. Nunc ad ꝓpoſitum dicēdum ſm Cōmenta. primo
de generatione. contra Alexā. ꝙ nec mixtio naturalis et Cō.38.
natura: nec augmētū fiunt ſm partes primo modo datas
ſed ſm partes ſumptas ſecūdo modo. In tales enim diui
duntur miſcibilia ⁊ iuxta ponūtur. vna vnius iuxta vnā
alteri⁹. ſimiliter in tales partes fit diuiſio alimenti: ⁊ ad ta
les partes aliti fit harū diſtributio: ⁊ iuxta poſitio deinde
ſequitur actio mutuo ⁊ ibi mixtio. hic augmētum. rema-
nentibus ſemꝑ proprijs q̄titatibus iſtarum partiū ſicut
etiam remanent partes materie quas infoꝛmāt ſicut ſue
materie nō ſunt in eodē loco p̄mo: ſed iuxta poſite: ſic nec
ipſe q̄titates. Pro auctoꝛitate vero Cōmēta. que vltimo
adducit͛: ſciēdum ꝙ aliqui putauerūt Cōmenta. poſuiſſe in p.ce. de ſuba oꝛb.
duplex genus dimenſionū: quarū quaſdā vocabat dimē-
ſiones interminatas ⁊ dimenſiones ſimplices. ⁊ etiam ali
quādo dimenſiones in potentia: ⁊ iſte erant inſeparabiles
a materia ⁊ cōmunes et generato ⁊ coꝛrupto. Quaſdam
vero alias vocabat dimenſiones terminatas ⁊ dimenſio-
nes in actu: ⁊ iſte vtiqꝫ erant in materia ſimul cum alijs et
ab illis realiter diſtincte et ſeparabiles a materia nec cō-
munes generato et coꝛrupto: ſed vtrūqꝫ propꝛiam habet
dimenſionem terminatā: et de iſtis intelligeretur ſm iſtaꝫ
imaginationem auctoꝛitas allegata non deinterminatis.
Sed iſtam imaginationem nec puto fuiſſe Commenta. et
eſto ꝙ fuiſſet nō puto eſſe veram. primo quidem: quia ſu-
perflue ponitur duplex dimēſio in materia. nā per vnam
ſufficienter poſſunt omnia ſaluari que ſm veritatem poſ-
ſunt ſaluari per duas. Secūdo ponitur ꝙ impoſſibile eſt
ſm naturaꝫ: eo ꝙ ponuntur due q̄titates in eodem loco
primo ⁊ ſe penetrantes. nā tam hec ꝙ̄ illa eſt longa lata et
profunda: ⁊ totam eandem materiā primo infoꝛmat ſm
viam iſtam. Tertio quia cum materia rareſit cōtinue an-
teꝙ̄ ſequitur ſubſtātialis generatio aut in quolibet inſtā-
ti generatur noua dimenſio terminata: ⁊ tunc vel opoꝛtet
dicere ꝙ nulla duret plus ꝙ̄ per inſtans: quod eſt impoſ-
ſibile naturaliter: vel ſi durat per tēpus erūt ſimul in ea-
dem materia infinite dimenſiones terminate: quarū que-
libet infoꝛmabit eam totam ⁊ iterum cuꝫ materia ſemper
fiat extenſioꝛ qualibet dimenſionum predictarum etiam
fiet extenſioꝛ: ⁊ ſic eadem dimenſio terminata nūc erit ma
ioꝛ nunc minoꝛ: nec plus ex ſe terminata ad certam men-
ſuram ꝙ̄ illa quam vocant interminatam: ⁊ eadem ratio-
ne qua prime interminate dant vnam terminatam. dabi-
tur etiam huic alia terminata: ⁊ illi alij alia in infinitum:
vel generabitur quelibet talis in tempoꝛe et partibiliter:
et hoc eſt impoſſibile ſicut ex probationibus prime cōclu
ſionis patet: vel nulla ante generationem ſubſtātialem ge
nerabitur: ſed eadem ſucceſſiue fiet maioꝛ ⁊ extenſioꝛ: et
ſequitur idem quod iam dictum eſt. Dico igitur ꝙ nō eſt
in materia duplex q̄titas: ſed vna tantum: que poteſt ter
minari maioꝛi ⁊ minoꝛi extenſione: ſeu poteſt eſſe plus et
minus extenſa: ⁊ rarioꝛ et min⁹ rara: ſicut ⁊ materia quā
infoꝛmat: nec ad hoc opus eſt addi vel ſubtrahi aliqua
q̄titas noua vel pars q̄titatis: ſicut nec etiam materie: et
ipſa ſm ſe abſolute vt indifferens ad hanc vel illam extē
ſionē dicitur interminata ⁊ dimenſio ſimplex ⁊ in poten-
tia. vt vero eſt tāte extenſionis ⁊ menſure ⁊ tante dicitur
terminata: et ſm hāc dicūtur forme differre: ſicut ſuperi⁹
dicebat͛. Eſt ergo ſenſus verus auctoꝛitatis allegate: ꝙ

tunc materia denudabitur a q̄titate dimenſionum aque
propria: ⁊ recipiet q̄titatem dimēſionum propriarū for-
me aeris.ſ.tunc materia ⁊ etiam dimēſio eius deſinet eſſe
tante extēſionis q̄tam appropriat forma aque ⁊ fiet tāte
extenſionis q̄tam exigit forma aeris.hoc autē contingit
abſqꝫ corruptione alicuius prioris q̄titatis ⁊ abſqꝫ gña-
tione noue quātitatis ſm̄ eſſentiam.

Quātum ad ſecūdum articulum. vtrū videlicet cuiuſlibet forme ſola materia ſit imme-
diatū ⁊ primū receptiuum eſt dubiū:quoniā quibuſdam
videtur ꝙ compoſitum ex materia ⁊ forma ſubſtātiali ſit
primū ſubiectum accidentiū:⁊ quidam etiā volunt ꝙ q̄-
titas ſit ſubiectum qualitatū corporaliū.⁊ alij vero cōce-
dunt quidē ꝙ compoſitū ex materia ⁊ forma ſubſtantiali
vtiqꝫ eſt ſubiectū accidentiū. Sed nō primo:eo ꝙ non ſm̄
q̄libet vel per q̄libet partē ſui:quoniā non per formā ſed
per materiā tantum.dicunt etiā ꝙ nullum accidens in ſe
ſubiectiue recipit aliud:q̄uis per vnū diſponatur ad ſuſci
piendū aliud ⁊ ſic ſm̄ eos omnis forma materie corpora-
lis immediate recipitur in ſola materia:⁊ per cōſequens
cuiuſlibet ſola materia eſt primū et imediatū ſubiectum.
Quorū dictum mihi plus placet. Et ideo iſtud ꝓbo pri-
mo ſic.per illud ſui tantum compoſitū eſt ſubiectū forme
ſiue ſubſtātialis ſiue accidentalis:per quod tantū ipſum
anteqꝫ ipſam haberet erat in potētia receptiua ad illam.
hoc patet:q2 cuius eſt potentia eius eſt actus. Sed per ſo
lam materiā compoſitū erat in potentia receptiua ad for-
mā q̄libet corporalem quā habet.ergo ⁊c̄.probo minorē
Ca. p̄mo. multipliciter.primo quidem auctoritate Cōmenta.in de
ſubſtantia orbis.vbi ait.ꝙ ſubiectū tranſmutationis non
eſt ſubſtātia ſimplex in actū:quia tunc eſſet impaſſibile.i.
carens potētialitote ⁊ nō receptiuū:⁊ infra dicit ꝙ Ariſt.
inuenit ꝙ ſubiecta omniū accidētium ſunt idiuidua ſub-
ſtantie que ſunt in actu:de quibꝰ declaratū fuit ab eo eſſe
compoſita ex formis ⁊ ſubiecto quod eſt in potētia:⁊ acci
pit etiam ſignū ex hoc ꝙ ſubiectū recipit accidentia con-
tingentia in eo ꝙ non eſt ſimplex.i.ſignum per qđ Ariſto.
cognouit ſubiectū accidētium.ſ.corporalium nō eſſe ſim-
plex in actu eſt:quia recipit accidentia cōtingentia:vnde
ait:quoniam ſi eſſet ſimplex actu non poteſt recipere acci
dentia.pati enī eſt contrarium ipſi actui.hec Cōmē.hinc
aduerte ꝙ Ariſto.in eo ꝙ vidit ſubſtantias exiſtentes in
actu recipere accidentia contingentia cognouit ipſas nō
eſſe ſimplices ⁊ eſſe compoſitas ex ſubiecto ⁊ potentia.et
ratio eſt:quia pati repugnat actui.igitur non ſm̄ formā
que eſt actus ipſum cōpoſitum eſt in potentia ad accidē-
tia:⁊ per eandem rationem nec ad aliam formā cuius re-
ceptio eſt paſſio ꝓprie dicta.quod dico ad differentiam
formarū ſpiritualiū. Secūdo probatur minor:quoniam
alias ſequeretur ꝙ forma eſſet principiū patiendi et trāſ-
mutandi ab alio:ac per hoc potentia paſſiua ꝙ non cōue-
nienter conceditur. Tertio q2 tunc tranſmutatio nō plus
faceret nos ſcire materiā q̄ formā:ſi forma eſt ſubiectuꝫ
tranſmutationis ſicut materia. Iſta ratio nō ꝓbat de q̄-
titate quoniā ipſa nō recipitur de nouo in materia:ſed q2
eius ſubiectū ſit ſola materia.ꝓbatur ꝑ hoc q2 ipſa alias
migraret de ſubiecto in ſubiectū:qđ ptꝫ:q2 ſi nō ſola mate
ria:ſed etiā forma eſſet ſubiectū q̄titatis:cū nulla forma
ſit eterna in materia:ſed vni alia ſuccedat:q̄titas nūc eēt
ſubiectiue in vna forma nūc vero in alia. ¶ Tertio ſic.in
hoīe ſola materia eſt ſubiectū omniū formarū corporaliū.
igitur in oībus rebus corporalibꝰ ſola materia eſt talium
formarū primū ſubiectū.conſequētia eſt euidens:quoniā
nō minꝰ ſufficit materia in alijs ad recipiendū q̄ in hoīe.
añs ꝓbatur:q2 nec forma ſubſtātialis hoīs eſt ſubiectum
accidētiū corpaliū:cum ipa ſit ſpūalis:⁊ nulla alia forma
ſubālis eſt i eo:vt ꝓ nūc ſuppono:nec etiā aliqđ accñs eſt
ſubiectum alterius accidentis: ſicut patet per Philoſo- T.c.13.
phum.4.meta.in illa parte: oīno vero deſtruunt ſubſtan-
tiam. vbi vult ꝙ accidēs vnum non accidit alteri niſi pro
tanto dicātur accidere ſibiinuicē: q2 ambo accidunt ter- T.c.14.
tio.ſ.ſubiecto:vnde hec ſunt verba eius.accidens enī non
accidenti accidet:niſi quia ambo eidem accidunt:⁊ ſatis
prope poſt probat iſtud per hoc q2 non eſt ratio ꝙ vnū ac-
cidit alteri potius q̄ ecōuerſo.vnde ait.nec itaqꝫ albo ali
quod eſt accidens vt muſicum. nihil enim magis illi/q̄ il
lud huic accidit.patet igitur ꝙ in homine formarum ac-
cidentalium ſola materia eſt ſubiectum.ꝙ autem ipſa ſo-
la ſit ſubiectum forme ſubſtantialis. patet ex eo ꝙ in ipſo
non eſt niſi vna tantum ſubſtantialis forma : vt ſuppono.
igitur illius nulla ſubſtātialis forma eſt ſubiectū.⁊ cōſtat
ꝙ nulla forma accidentalis etiā eſt ſubiectū eius. igitur
ſola materia. ¶ Nunc reſpōdeo ad ea que contra hoc ar- Ad q̄daꝫ argumenta dimiſſa in.1.arti. Cap.1.
guebātur in prima obiectione precedētis articuli. Ad au
ctoritatē Cōmen.de ſubſtātia orbis.dico ꝙ Cōmen.intē-
dit ꝙ cōpoſitum eſt ſubiectū accidentis per ſe. non tm̄ pri-
mo: q2 per ſuam partem tm̄.ſ.materiā. et iſtud manifeſte
ipſe monſtrat per illud quod ſequitur: ꝙ.ſ.ex hoc Ariſto.
cognouit ipſum.ſ.ſubiectum eſſe compoſitum ex ſubiecto
in potentia.i.materia: et iterum ꝙ pati repugnat actui et
ꝙ ſi eſſet ſimplex actu non eſſet receptiuum. ¶ Ad aliam
de ſecundo de aīa eodē modo dicendū.ſ. ꝙ cōpoſitum ex
materia ⁊ forma ſubſtātiali eſt per ſe ſubiectū accidentis
non tm̄ primum/ ſeu non primo. Et aduerte differentiam
inter ſubiectum forme ⁊ ſubiectū accidentis ſm̄ Cōmen.
nam ſubiectū accidētis eſt aliquid cōpoſitum exiſtens in
actu ſimpliciter per aliam formā ab ipſo accidente.ita ꝙ
ad ſuū eſſe ſimpliciter nō indiget accidēte cuius eſt ſubie
ctum. Sed ſubiectū forme ſubſtātialis nō eſt aliquid tale
cōpoſitū habēs eſſe in actu ſimpliciter per aliā formā ab
ipſa:ſed per ipamnet cuius eſt ſubiectū habet eſſe ſimpli
citer:⁊ ideo indiget ea in ſuo eſſe ſimpliciter: vnde etiam
ipſa materia ſola differēter eſt ſubiectū forme ⁊ acciden-
tis.nam accidētis eſt ſubiectū actuata ſimpliciter/ſeu ha
bens eſſe in actu ſimpliciter per aliā formā ab illo accidē-
te.cui cōcordat aliud dictū Cōmē. in de ſubſtātia orbis. Cap.1.
vbi ait.ꝙ hec diſpoſitio in oībus accidētibus exiſtentibꝰ
in prima materia.ſ.ꝙ non inueniuntur in ea niſi ſm̄ ꝙ ha-
bet formam exiſtentem in actu. Sed forme.ſ.ſubſtātialis
quā hic inttelligit per nomen forme eſt ſubiectū materia
non habēs eſſe ſimpliciter ꝑ aliā formā ſed per ipſamnet.
Nec ſequit̄. materia habēs formā ſubſtātialē/vel actua-
ta per formā ſubſtātialem eſt ſubiectum accidētis.igitur
forma ſubſtātialis eſt ſubiectū accidētis:ſicut nō ſequit̄.
materia quāta eſt ſubiectum aīe rationalis / vel alterius
forme ſubſtātialis.igitur q̄titas eſt ſubiectū aīe rōnalis.
nam añs eſt verū: et ꝯñs falſum:nec ſequit̄ materia alba
eſt ſubiectū dulcedinis. igitur albedo eſt ſubiectū dulce-
dinis.nam in lacte añs eſt verū:et ꝯñs falſum. ¶ Ad ra-
tionem que ad idē adducitur. dico ꝙ quecūqꝫ res ſit mo-
tus ſm̄ q̄titatem ⁊ qualitercūqꝫ debeat intelligi fieri hu
iuſmodi motus:quod pronunc non eſt diſcutiēdum : cu-
iuſlibet motus qui eſt aliqua res formaliter exiſtēs in eo
quod mouetur primū ſubiectum eſt materia ſola ſicut et
generationis ſubſtātialis ſed differēter:qm̄ generationis
eſt ſubiectū ſm̄ ꝙ non habet eſſe actu ſimpliciter per aliā
formā:⁊ ideo in generatione ſimpliciter non remanet ali-
quid demōſtratum habens idem nomen et diffinitionem
quam prius:in alijs aūt motibus eſt ſubiectum ſm̄ ꝙ per
aliam formā habet eē actu ſimpliciter que remanet in to-
ta trāſmutatione: ⁊ ideo etiā remanet aliquod demōſtra-
tum retinens ibidem nomen et diffinitionem eandem:et
iſta eſt ex toto ſententia Cōmenta. primo phyſico. cuius Cō.63.
verba recitare propter breuitatem omitto.



Quantum ad tertiū arti. vtrū vꝫ ſit poſſibile per diuinā potētiam materiā exiſtere ⁊
nullā in ſe formā habere ſubſtantialē/ vel accidētalē. Re-
ſpondeo ꝙ ſuppoſita dei oīpotentia:quā veraciter cōfite-
mur ⁊ ꝙ materia ſit eſſentia diſtincta ab eēntia forme : vt
ex precedēti.q.apparet ⁊ cōmuniter cōcedit̄ : nō apparet
mihi ꝙ aliquis debeat opinari: quin hoc non ſit poſſibile
deo facere. Et ratio que debēt mouere quēlibet eſt:q2 om
vult ꝙ ſicut figure eſt vna diffinitio cōmunis ꝯueniēs cui-
libet ſpeciei figure ⁊ nulli ꝓpria. ita ⁊ de aīa opꝫ eſſe com-
munē diffinitionē conuenientē cuilibet partiū eius inter
quas expreſſe noīat intellectū: que diffinitio nulli illaꝝ ſit
propria. Et dicit ꝙ talis cōmunis diffinitio eſt illa quam
dedit. ſ. ꝙ eſt actus corporis ⁊c̄. ⁊ vt ipſe dicit Cōmē. met. Cō. 30.
volens dare diffinitionē cōmunē aīe: ⁊ dimittēs predictā
deridendus eſt. Ex his oībus manifeſte ptꝫ ꝙ Philoſo-
phus voluit illā diffinitionē ita cōpetere aīe intellectiue
ſicut alijs. ¶ Scđm etiā dictū nō tollit rationē predictā:
qm̄ Philoſophus cū ait ꝙ de intellectu nihil adhuc ma-
nifeſtū eſt. refert verbū ſuū ad vnum dubiū qđ ſtatim pre-
miſit. vcꝫ vtrū vnaqueq̄ partiū aīe ſit ſeparabilis: qđ du-
biū de qualicūq̄ ſeparatione intelligat̄ ſm̄ diuerſas ex-
poſitiones que de hoc dant̄ non erat adhuc per Philoſo- T. c. 21.
phum declaratū de intellectu vtrum ſeparabilis eſſet. de
quibuſdā aūt alijs partibus aīe dicit ꝙ hoc manifeſtum
eſt ꝙ nō ſunt ſeparabiles ſicut īmediate ſubdit ⁊ ante etiā
declarauit. ex diffinitione igitur illa quā Philoſophus
vult cōmnem eſſe omni aīe habet̄ ꝙ intellectus eſt actus
corporis: q̄uis adhuc nō eſſet declaratū vtrū eſſet actus
ſeparabilis. ¶ Secundo principaliter idē ꝓbatur ex dif-
ferētia quā ipē Philoſophus dat. 12. meta. inter cauſas
agētes et formales. dicit enī ꝙ cauſa agēs precedit illud
cuius eſt cauſa. nulla autē cauſa formalis precedit rem
cuius eſt cauſa formalis: ſed ſimul eſt cū ea. Quādo enī
inquit ſanat̄ homo tūc eſt etiā ſanitas. ⁊ figura eree ſphe-
re ſimul ⁊ erea ſphera. ⁊ Cōmen. etiā ibi exponēdo. cauſa T. c. 16.
inquit agēs differt a formali: qꝛ agens ⁊ mouēs precedit et. 7.
illud quod agitur ⁊ mouetur ab eo. formalis aūt ⁊ mate-
rialis eſt cum generatione. Sed dubiū eſt ſm̄ Philoſo-
phum: vtrū aliqua talis cauſa. ſ. formalis remaneat poſt
corruptionem compoſiti. Si aūt inquit Philoſophus. et
poſterius aliquid manet perſcrutādum eſt. In quibuſdā
enī nihil ꝓhibet: vt ſi eſt aīa tale. ſ. remanens poſt. non om-
nis ſed intellectus. omne nāq̄ impoſſibile forſan. Ex his
ptꝫ ꝙ Philoſophus opinatus eſt animā intellectiuam
eſſe formalē cauſam alicuius. alias non eſſet dubiū: vtrū
aliqua cauſa formalis remaneat poſt. Si autē eſt cauſa
formalis. ſequitur ꝙ eſt forma dās eſſe. ſic enī accipit ibi
cauſam formalem. quod etiā confirmatur ex expoſitione
cōmenti. nam vbi littera noſtra habet. que autem vt ratio
ſimul. habet littera cōmēti. que aūt ſunt vniuerſalia ſunt

inſimul.⁊ Commen.exponit.i.cauſe ꝓpter quas res ſit omne ⁊ vnũ.vel vt aliqui libꝛi habent: ꝓpter quas ſit ens ⁊ vnũ ſunt cũ eo ꝙ ꝑ ipſas ſit totũ ſimul cum talẽ diſpoſitionẽ habeãt in cõgregato ſicut partes in toto. Sic ergo ĩtellectus eſt cã formalis alicuius compoſiti:qđ per eum tãꝗ̃ ꝑ formã eſt hoc vel illud.tale autẽ cõpoſitũ eſt ꝙ homo vocatur.igitur ⁊c̃. ¶ Nunc ſecundo ꝓbo ꝑ rõnem ꝙ anima intellectiua ſit forma ſubſtãtialis hominis. et eſt
T.c.36. ⁊.37. ratio cõmunis que ſumit̃ a Philoſophꝰ.3.de anima.homo intelligit ⁊ non ſeipſo pꝛimo:neqꝫ ꝑ materiã ſuam pꝛimo.igit̃ ꝑ formã ſuã aliquã pꝛimo intelligit.et vltra. igitur aĩa intellectiua eſt forma hoĩs:ſed nõ accidẽtalis.igitur ſubſtãtialis. Pꝛima pars antecedẽtis nota per experientiam.experitur enim aliquis homo ſe intelligere. Secunda pars ⁊ tertia etiã ſunt clare:cũ materia eiuſdẽ rationis ſit etiã in rebus carẽtibus naturaliter cognitione. conſequentia pꝛima etiã eſt euidens.qꝛ omnis opatio cõpetens alicui cõpoſito cõpetit illi vel p̃ciſe ꝑ ſuã materiã vel ꝑ ſuã formã p̃ciſe vel ꝑ vtraqꝫ:cum pꝛeter hoc nihil ſit eius.alioquin non plus competit ſibi ꝗ̃ cuilibet alteri.
¶ Secunda conſequentia eſt nota.ex quid nominis anime intellectiue ſupꝛa p̃miſſo. Minoꝛ pꝛoſyllogiſmi ꝓbatur:qꝛ forma ꝑ quã homo pꝛimo intelligit non ineſt homini accidẽtaliter.alias non ꝑ ſe.ſed accidentaliter eſſet potens intelligere.nec etiã eſt accidens ꝑ ſe cõſequẽs ipm̃. qꝛ omne tale conſequitur ipſum ratione alicuius. qđ eſt de eſſentia hominis.Si ergo illud quo pꝛimo ĩtelligit homo eſſet accidens hominis:iã ipſum non eſſet quo pꝛimo intelligit.ſed illud ratiõe cuius ipſum competit homini. vnde ſiue immediatũ pꝛincipiũ intelligendi ſit ſubſtãtia ſiue accidens.pꝛimum tamen pꝛincipale eſt ſubſtantia.
Rñſio ꝑ Auerro. ¶ Ad hãc ratiõem dicit̃ a defenſoꝛibus Cõmẽ.Auerro. ꝙ foꝛma eſt duplex.quedã dãs eſſe et opari. quedã dans opari tm̃. ¶ Secundo diſtinguunt de homine.nam vno modo ſumitur pꝛo eſſentia aliqua ꝑ ſe vna.⁊ ſic eſt quedã eſſentia cõpoſita ex coꝛpoꝛe tãꝗ̃ ex materia: et anima cogitatiua tãꝗ̃ ſpecifica eius foꝛma.que etiã aliquãdo vt dicũt vocat̃ ab Ariſto.intellectus et ratio. Et aliqui etiã doctoꝛes vocãt cã rõnẽ particularẽ. quia ipſa ſicut dicit
Cõmen.5. Cõmen.recipit intentiones particulares tm̃: et diſcurrit in illis.Alio modo ſumitur homo ꝓ quodã aggregato ex homine pꝛimo modo ſumpto ⁊ anima intellectiua ſeu intellectu ſibi coniuncto.⁊ ſic non eſt ꝑ ſe vnum:ꝗ̃uis ſit aliquo modo plus ꝗ̃ per aggregatiõem ſimpliciter dictam ꝓpter naturalẽ vniõnẽ ⁊ inclinationẽ quã ſue partes habent adinuicem. ¶ Tertio.diſtinguunt de intelligere:nã quoddã eſt intelligere particulariter:⁊ illud eſt operatio cogitatiue.quoddam eſt intelligere vniuerſaliter:⁊ illud eſt opatio ꝓpꝛia aĩe ĩtellectiue ſeu ĩtellectꝰ ꝓpꝛie ſumpti.
¶ Ex his ad foꝛmã rõnis põt rñderi.cũ enim dicit̃ ꝙ homo intelligit:ſi accipit̃ intelligere ſecundo modo vera eſt de homine ſecũdo modo accepto: non aũt de accepto pꝛimo modo. Et vlteriꝰ cõcedit̃ ꝙ ꝑ ſuã foꝛmã appꝛopꝛiatã ⁊ dãtẽ opari tm̃.non aũt ꝑ aliquã dãtẽ ſibi eſſe.qꝛ nec homo ſic ſumptus eſt aliquid ꝑ ſe vnũ.ſi vero accipit̃ intelligere pꝛimo modo.ſ.particulariter.vera eſt de homine pꝛimo modo ſumpto:⁊ vltra ꝯcedit̃ ꝙ ꝑ ſuã foꝛmã que vtiqꝫ eſt aĩa cogitatiua. ¶ Iſta rñſio deficit in p̃mo in hoc ꝙ ponit aliquã foꝛmã dare opari que non dat eſſe.nõ enim eſt poſſibile ꝙ aliqua res operetur per aliquem tãꝗ̃ per pꝛincipium operandi: quin per illã aliquo modo habeat eſſe:ſicut impoſſibile eſt ꝙ aliquid calefiat per caloꝛẽ aliquem niſi per illum ſit calidum.vnde ſi caloꝛ aliquis eſſet ſeparatus nec alicui ĩhereret quãtũcũqꝫ eſſet pꝛoximus alicui vel indiſtans.non tamen illud calefieret per caloꝛem illum.eſto ꝙ caloꝛ ille calefaceret aliquid aliud. ſicut vtiqꝫ contingeret ſi haberet pꝛopinquum calefactibile.vt Cõmen.etiã concedit pꝛimo de generatione.⁊ ita generaliter per nullam foꝛmã aliquid põt agere niſi habeat eſſe per illam.alias ſimili modo poſſet dici ꝙ veſtis ſentit:qꝛ veſtitũ ſentit.et ꝙ coꝛpus in quo locatur angelꝰ intelligit. qꝛ angelus intelligit:qđ nihil eſt. ¶ Confirmat̃ ex intẽtione philoſophi.2.de aĩa.vbi dicit actum pꝛimũ eſſe pꝛioꝛẽ actu ſecũdo.et ꝙ ſecũdus alicui ineſt.qꝛ illi ineſt pꝛimus. vnde ait.inexiſtere enim aĩam ⁊ ſomnus ⁊ vigilia eſt. Cõmẽ.55. T.cõ.2. et.5.
¶ Secũdo ſi hoc eſſet verũ ſequitur ꝙ per nullã operationem alicuiꝰ aĩalis poſſet cõuinci ꝙ anima eiꝰ eſſet foꝛma dans illi eſſe.ſemꝑ enim dicit aduerſarius ꝙ illa aĩa dat ei opera tm̃.et nulla dat eſſe.aut cõſtituit ineſſe ſpecifico.
¶ Pꝛeterea.Dicant mihi tales defenſoꝛes Auerro.quo modo Magiſter ſui magiſtri.ſ. Philoſophꝰ pꝛobat ꝙ aĩa ſit actꝰ coꝛpoꝛis ſi ipſa poteſt dare operari nõ dando eſſe. ſicut eñ tu dicis ꝙ intellectiua dat operari tãtũ.et nõ eſt actus coꝛpoꝛis.ita dicã tibi ꝙ ſenſitiua leonis ⁊ etiã motiua dat ei operari tm̃.nec eſt actus eiꝰ.certus ſum enim ꝙ huius oppoſitũ non magis eſt euidẽs ꝗ̃ illius.⁊ ita vt pꝛetangebatur de nulla ſufficienter pꝛobatur ꝙ ſit actus coꝛpoꝛis infoꝛmans ⁊ dans eſſe cõpoſito. ¶ Secũdo deficit ſolutio in eo ꝙ conſequẽter ponit:de illo hoĩe aggregato ⁊c̃.pꝛimo quidẽ:qꝛ ſequitur ꝙ non idẽ ipſe hõ qui intelligit ꝑticulariter intelligit vniuerſaliter.nec econuerſo.pꝫ cõſequentia:qꝛ nullũ aggregatũ eſt pars ſua.homo autẽ intelligens ꝑticulariter ſm̃ iſtam ſolutionẽ eſt pars hoĩs aggregati:qui ĩtelligit vniuerſaliter.ſed cõſequens eſt cõtra experientiã manifeſtam.experioꝛ enim ꝙ ego ipſe qui intelligo ꝑticulariter intelligo vniuerſaliter.⁊ ita puto ꝙ ipſemet Auerro.experiebat̃.et quilibet poteſt expiri qui diſcernere nouit inter intelligere vniuerſaliter ⁊ intelligere particulariter. ¶ Dices ꝙ ego experiẽs me intelligere et vl̃iter ⁊ ꝑticulariter ſum hõ aggregatus ⁊ per vnã mei partẽ.ſ.per hoĩem per ſe vnũ experioꝛ me ĩtelligere ꝑticulariter.⁊ per aliam ꝑtem.ſ.intellectũ experioꝛ me intelligere vniuerſaliter. ¶ Cõtra.pꝛimo:qꝛ ꝙ aliquod aggregatum experiat̃ ſe aliq̃d operari ĩpꝛopꝛiiſſime dictuꝫ eſt. alias poſſet dici ꝙ conuẽtus vel populus experit̃ ſe operari id quod operatur vnus de conuẽtu vel de populo.et ꝙ vniuerſum vel mũdus experitur ſe cognoſcere futura. quia deus cognoſcit futura.quod nullus diceret.
¶ Secũdo aliq̃s homo ꝑ ſe vnus ĩ ſpecie humana poteſt intelligere ꝑticulariter ꝑ foꝛmã ſibi dantẽ eſſe:ſicut cõcedit ſolutio.igit̃ aliq̃s homo ꝑ ſe vnꝰ per foꝛmã ſibi dantẽ eſſe põt intelligere vl̃iter.pꝫ cõſequẽtia:qm̃ quicũqꝫ intelligit vl̃iter.ita experit̃ ſe intelligere quãdo intelligit.⁊ ita in ſua poteſtate habere hmõi opationẽ ſicut aliq̃s experiens ſe intelligere ꝑticulariter expiat̃ ſe ſic intelligere et hmõi opationẽ hr̃e in ꝓpꝛia ptãte.et ꝑ cõſequens illa opatia ita eſt a foꝛma dante eſſe intelligenti.⁊ ita intima ſibi: ſicut eſt foꝛma a qua eſt iſta.⁊ ita ille intelligẽs eſt vnꝰ per ſe hõ ſicut ⁊ iſte.aut ſi ꝓteruiter neget̃ de iſto:ꝑiter negari poterit de illo.⁊ dici ꝙ nec aĩa cogitatiua cõſtituit aliq̃d vnũ ꝑ ſe ſicut nec intellectiua.nec vnq̃ꝫ ꝓbabit̃ oppoſitũ. quin eque foꝛtiter vel foꝛtiꝰ pꝛobet̃ de intellectiua:cũ iſta intellectio magis appareat ꝓpꝛia hoĩ aut ſaltẽ non minꝰ.
¶ Conſequẽter arguo cõtra modũ dicendi Cõmenta.de cõtinuatione intellectꝰ.⁊ pꝛimo de ꝯtinuatione intellectꝰ poſſibilis.dicit enim ꝙ continuat̃ nobis per pati ſeu recipere.quia.ſ.recipit intentionẽ a ſpecie imaginata que eſt in hoĩe.ſi enim taliter p̃ciſe continuaret̃ homini.ſequitur ꝙ nec hõ p̃mo modo ſumptꝰ.nec hõ ſumptꝰ ſcđo modo.ſ. pꝛo aggregato intelligeret.cuius oppoſitũ ipſe nitit̃ ſaluare per talẽ continuationẽ.conſequẽtia declaratur.quia ſi per talem continuationẽ pꝛeciſe intelligeret.eadem rõne paries coloꝛatus vel aggregatũ ex pariete ⁊ viſu videret. quod nullus diceret:niſi qui oĩno vſu mentis careret:pꝫ conſequẽtia.qꝛ coloꝛ exiſtens in pariete cauſat viſionẽ in viſu:et viſus recipit ab ea. ¶ Pꝛeterea.Pꝛiꝰ tẽpoꝛe vel natura aliq̃ cã operãs habet pꝛincipium operãdi ꝗ̃ operetur per illud.nã potẽtias pꝛius accipimus.deinde ope
Cap.1. ratiões reddimus.vt dicitur.2.ethi.igitur pꝛius aliquo modo homo habet intellectũ ꝗ̃ ꝑ ipm̃ intelligat.igitur ⁊ pꝛius ꝗ̃ intellectionẽ intellectus recipiat.⁊ ꝑ cõſequens ante receptionem illã intellectus aliquo modo vnitus eſt homini:aut ſi non. ſequitur ꝙ homo ꝑ ipm̃ non intelligat.
¶ Pꝛeterea. Si aliquis puer poꝛtaretur extra cõſoꝛtiũ hominũ ad locũ inhabitatũ et plurimũ diſtãtẽ.conſtat ꝙ veniens ad etatẽ perfectã aliquid intelligeret et aliquas veritates naturaliter cognoſceret:que non niſi ꝑ ĩtellectũ poſſunt apphẽdi.igit̃ ſm̃ iſtã viã eius ſpecies imaginata intẽtionẽ cauſaret in intellectu poſſibili. Et qꝛ nec in non exiſtens nec in quãtũlibet diſtãs poteſt agere aliq̃ virtus naturalis actione vera ſeu coꝛpoꝛali ſeu ſpirituali.ſequitur ꝙ vel tunc ibi de nouo cauſatur ĩtellectus qđ nec etiã Cõmen.concederet:vel ꝙ ille intellectus p̃us exiſtens illuc aliũde accedat:qꝛ abſqꝫ rõne dictũ apparet.vel ꝙ ibi p̃us erat.et hoc vel ſpontanee tm̃:qđ nõ eſt dicẽdũ.alias potuerat abfuiſſe ⁊ non aduenisse.⁊ ꝑ ꝯſequẽs in eius poteſtate fuit vt ille puer nũꝗ̃ ĩtelligeret: vel erat illi puero naturaliter p̃ſens ⁊ ꝓximus.et tunc de tali coniunctione naturali querendũ eſt q̃lis ſit.nec apparet alia ꝗ̃ ꝯiũctio foꝛme ad materiã. Nec valet dicere ꝙ ſubſtãtia ſpũalis nulli eſt localiter ꝓpinqua aut diſtãs: quoniã ꝗ̃uis ipſa non circũſcriptiue ſeu dimenſiue ſit alicubi: quin tñ ipſa ſit alicubi diffinitiue:qđ nõ vbiqꝫ nec Philoſophus nec
8.phyſi. cap.84. Cõmen.negat.vnde motoꝛem celeſtem dicunt eſſe determinate in circunferentia ſphere ad partem oꝛientalem.
Cõmẽ.20 ¶ Pꝛeterea. Suꝑ illo verbo Philoſophi.2.de anima. Que vero eſt ſm̃ potentiã tẽpoꝛe pꝛioꝛ in vno eſt. vel ſm̃ l̃ram aliã.indiuiduo eſt.dicit Cõmen.exponẽdo.ſm̃ opi. enim noſtrã ⁊ Themiſtij ĩtellectus qui eſt in potẽtia p̃us cõtinuatur nobis ꝗ̃ ĩtellectus agẽs. et opꝫ ꝙ ĩtelligat de p̃oꝛitate etiã tẽpoꝛis.alias nõ exponeret textũ. igit̃ opoꝛtet eũ dicere ꝙ intellectꝰ poſſibilis ſit homini huic demõſtrato pꝛius continuatus ꝗ̃ a phantaſmate eius aliquid
Cõmẽ.18. recipiat. ⁊ ꝑ ꝯſequẽs opoꝛtet Cõmen.aſſignare aliã cõtinuationẽ pꝛioꝛẽ. Pꝛima ꝯſequẽtia ꝓbat̃:qꝛ ĩtellectꝰ poſſibilis p̃us recipit ꝗ̃ agens abſtrahat.quinimmo ait ipſe. ꝙ intellectus qui eſt abſtrahere intellectũ ⁊ cauſare eum neceſſe eſt vt p̃cedat in nobis intellectũ qui eſt recipere eũ. ⁊ cõmento.36.iſta inquit actio.ſ.cauſare intellecta ⁊ facere ea eſt p̃oꝛ in nobis ꝗ̃ actio que eſt intelligere. igitur intellectus agẽs p̃us ſaltẽ cãliter cõtinuat̃ homini ꝗ̃ poſſibilis aliq̃d recipiat a phãtaſmate eius. ⁊ ꝑ ꝯñs ipſe poſſibilis p̃us ꝯtinuat̃ ꝗ̃ recipiat. ¶ Secũdo arguo ꝯtra continuationẽ intellectus agentis cũ homine.aut enim intelligenda eſt p̃ciſe ſm̃ cõtactũ vel ſimultatem localem.aut ſm̃ contactũ virtualẽ:qui eſt per actionem vnius in alterũ:aut per quedã concurſum in cauſando eũdẽ effectum cõmunem.aut per infoꝛmationem verã.non enim apparet alius modus poſſibilis naturaliter quo ſubſtãtia ſpiritualis poſſit concipi continuari cum homine.ſed nõ poteſt dici pꝛimum vt ſupꝛa dictũ eſt. de poſſibili ĩtellectu. nec ſecundũ:qꝛ ſm̃ Cõmen.nec phãtaſma aliquid agit in intellectum agentẽ:cum non ſit in potentia: nec econuerſo intellectus agens quicꝗ̃ agit in phãtaſma.vt patet ꝑ
Cõmẽ.5. eũdem.3.de anima.cõtra Auẽpace.nec tertium:qđ tamẽ magis trahi poſſet ex dictis eius:qꝛ tũc non vniretur ĩtellectus agens homini: vt lumen exiſtens in medio coloꝛato coꝛpoꝛi.ſimul enim et indiuiſe cõcurrunt ad cauſandũ viſionem ſicut phantaſma cum intellectu agente ad cauſandum ſpeciem vel intellectiõem. ¶ Pꝛeterea. Si duo agentia partialia cõcauſent non ex hoc ſic dicitur vnum foꝛma alterius aut aggregati ex eis:neqꝫ aggregatũ aut altera pars dicitur agere per alterã ſicut per ſuã foꝛmã. ⁊ tamen hec dicitur agere per intellectum agentem ſicut per pꝛopꝛiã foꝛmã ſm̃ Cõmẽ.3.de anima.ſic ergo patet ꝙ Cõmẽ.36.
talis modus continuationis vel vnionis intellectus cum homine nõ ſufficit ad ſaluãdum ꝙ homo poſſit intelligere queãdmodum ſe intelligere experitur.et neceſſe eſt ponere quãtũ ex his que naturaliter cõpꝛehendimus ꝙ anima intellectiua ſit vere foꝛma ꝑ quã homo eſt homo. Nec obſtat ꝙ quidã theologi inducunt de Chꝛiſto:qui per diuinitatem intelligit et cognoſcit omnia. et tamen diuinitas non eſt foꝛma infoꝛmãs Chꝛiſti humanitatẽ:qꝛ ꝗ̃uis diuinitas nõ ſic infoꝛmat humanitatem:nihilominus tamen licet modo incõpꝛehenſibilia a nobis cũ ipſa humanitate conſtituit vnum ſuppoſitum ita per ſe vnum ſicut aliquod creatum ſuppoſitum. ⁊ ita vere illud conſtitutũ benedictum qđ Chꝛiſtus vocatur eſt deus per diuinitatem ſicut animal aliquod vere eſt animal per ſuã animã. Sed in pꝛopoſito ſm̃ viã Cõmen.nõ poteſt ſaluari ꝙ homo ſit ſic vnus aut ſit homo per animã ĩtellectiuã. neqꝫ ꝑ aliquã aliã viã nobis naturalirer cõpꝛehẽſibilem:niſi ponatur ꝙ anima intellectiua infoꝛmet coꝛpus humanum ꝗ̃uis in multis conditionibꝰ differenter ab alijs foꝛmis.
¶ Contra concluſionẽ iſtã arguo multipliciter. Pꝛimo ſic.omne recipiens opoꝛtet eſſe denudatũ a natura ſpecifica recepti. Sed intellectus noſter eſt receptiuus omniũ foꝛmarũ materialium.igitur eſt denudatus a natura cuiuſlibet foꝛme materialis.⁊ vltra.igitur ipſe nõ eſt foꝛma materialis. Maioꝛ patet:tum qꝛ alias idem eſſet receptiuum ſui ⁊ eſſet mouens ⁊ motum:tum per inductionẽ. viſus enim recipiens coloꝛitatem neceſſe eſt vt careat coloꝛe:⁊ auditus recipiens ſonum careat ſono.hãc rationem innuit Philoſophus.3.de aĩa.cum ait.neceſſe vtiqꝫ quoniã oĩa intelligit immixtũ eſſe.et ita foꝛmat eã ibi Commẽ. T.c.4.
¶ Secundo.ſi intellectus eſſet foꝛma coꝛpoꝛis.ſequeretur ꝙ ipſe eſſet foꝛma cõplexionalis vel addita cõplexioni.⁊ ꝑ conſequens virtus oꝛganica.conſequẽs falſum.cõſequẽtia ꝓbat̃. quoniã vt dicit Cõmen.omnis virtus in coꝛpoꝛe cõpoſito aut attribuitur p̃mis qualitatibꝰ.ſ.foꝛme cõplexionis.aut erit virtus exiſtẽs in foꝛma cõplexionabili:⁊ ſic neceſſario erit aĩa oꝛganica.hãc etiam innuit Philoſophus in illa parte.vñ neqꝫ miſceri. ⁊ Cõmẽ:ibi. cõ.4.⁊.19. T.⁊.c.6.
¶ Tertio.tunc intellectus trãſmutaret̃ a ſuo obiecto. et ꝑ ꝯſeqñẽs in intelligendo debilitaret̃: ⁊ ſimiliter ab excellẽti obiecto coꝛrũperetur:qđ eſt falſum.conſequẽtia pꝛobatur:qꝛ omnis virtus recepta in coꝛpoꝛe trãſmutat̃ ſm̃ ꝙ ſuũ recipiẽs.ſ.coꝛpus trãſmutat̃.et hãc ponit Cõmen. Cõmẽ.7.
¶ Quarto.nulla potentia iudicãs infinita ⁊ etiã vniuerſalia eſt foꝛma coꝛpoꝛis.intellectus eſt huiuſmodi.iudicamus enim per ipſum vt ait Cõmen.infinita in pꝛopoſitione vniuerſali.igitur ⁊c̃.maioꝛ patet:quia omnis virtꝰ mixta indicat indiuidualiter et finita tm̃ vt patet ĩductiue.⁊ hãc ponit Cõmẽto.19. ¶ Quinto.ab alijs ſic arguitur.omnis foꝛma coꝛpoꝛis extenditur extenſione coꝛpoꝛis.intellectus non extenditur.igitur ⁊c̃. Maioꝛ pꝛobat̃. Pꝛimo.qꝛ ꝑfectio et ꝑfectibile ſunt coꝛrelatiua. Vno autem coꝛrelatiuoꝝ multiplicato multiplicatur reliquum. igitur ſi perfectibile habet partes.et perfectio etiã habebit partes coꝛreſpondenter. Secundo.qꝛ omne qđ cõpetit toti per ſe neceſſario competit cuilibet parti ſaltem ſecundario. Sed eſſe extenſum per ſe competit homini ſicut et cuilibet alij aſſignat. Tertio.ex intentione Philoſophi.8.phyſi.ibi enim pꝛobat ꝙ pꝛimus motoꝛ nõ eſt virtus in magnitudine. qꝛ tunc pars virtutis moueret partem mobilis in tempoꝛe finito ⁊c̃. vbi ſupponit tãꝗ̃ neceſſario conſequens ꝙ haberet partem et partem ſm̃ extenſionem. et idem vult ibidem Commen. vnde deridet eos Cõmẽ.36 3.⁊.19. T.c.78.

qui repꝛehendunt Ariſto. in hoc ꝙ accipit partem virtu-
tis in arguēdo: cum illa ſit indiuiſibilis. nam vt ait: omni
forme in corpore conuenit diuiſibilitas. quobꝛem illa vir-
tus ſi erit in materia erit diuiſibilis. ¶ Cōfirmatur: quo-
niam aut anima adueniret materie mediante quātitate:
et tunc neceſſario extenderetur: ex ꝙ reciperetur in quā-
to. et omne qđ recipitur: recipitur per modum recipien-
tis: aut adueniret immediate materie: et tunc ſequitur ꝙ
quantitas adueniat toti compoſito ex materia et anima
intellectiua. et tunc fortius idem ſequitur. quia omne in-
formatum quantitate neceſſe eſt eſſe quātum. et per con-
ſequens extenſum. ¶ Sexto. omnis forma que eſt perfe-
ctio materie educitur de potentia materie. anima intelle
ctiua non educitur de potentia materie: quia ſm theolo-
gos ipſa creatur. et ſm Philoſophos ipſa aduenit corpo
ri ab extra. Maior probatur: quia educi de potentia ma-
terie non eſt aliud ꝙ imperfectum deduci ad perfectum
eſſe: et perfectibile ad actum. ¶ Septimo. omnis forma
corporis eſt corruptibilis ad corruptionem cōpoſiti. ani-
ma intellectiua non eſt corruptibilis. igit ⁊c. Maior pro-
batur: quia ad corruptionē compoſiti neceſſe eſt aliquod
eius intrinſecū principiū deſinere eſſe. alioquin ſi quodli
bet principium intrinſecum remaneret: tota eſſentia eius
remaneret: ac per hoc et ipſum: et ſic non corrumperetur.
Conſtat autem ꝙ materia hominis non corrumpitur. igi
tur et forma. ¶ Octauo. omnis forma corporis commu-
nicat corpori ſuum effectum formalē. viſio enim quia eſt
perfectio oculi cōmunicat ei ſuum effectum formalem. ⁊
ideo hec eſt vera. oculus videt et albedo cōmunicat cor-
pori eſſe albū. ⁊ ſic patet in omnibus inducendo: ſed intel
lectus non communicat corpori ſuum effectum forma-
lem. non enim hec eſt vera. corpus intelligit. igitur ⁊c.
¶ Confirmatur: quia cuius operatio eſt abſtracta et di-
uiſa a corpore non eſt forma corporis. Sed intelligere eſt
abſtractum a corpore. nam corpus non intelligit. igitur
⁊c. Maior probatur: quia accidēs non poteſt eſſe abſtra-
T.c.36. ctius ſuo ſubiecto. vnde Philoſophus. 3. phyſicorū. con-
tra antiquos ponentes infinitum ſeparatum a ſenſibilibꝰ
arguit hoc eſſe impoſſibile per hoc: quoniam paſſio ⁊ ac-
cidens non eſt magis ſeparatum ꝙ ſuum ſubiectum.
Subiectum autem infinitum eſt numerus vel magnitu-
Cōmē. 36. do: que non ſunt ſeparata. Idem ibi Commen. ¶ Ad pri
mam. omne recipiens ⁊c. dico ꝙ illa propoſitio poteſt ha
bere duplicem ſenſum ſm ꝙ receptum dupliciter poteſt
accipi. ſcilicet pro eo ꝙ formaliter recipitur in alio vt in
ſubiecto. Alio modo pro recepto obiectiue: quemadmo-
dum potentia dicitur recipere ſuum obiectum. Si pri-
mo mō adhuc recipiens denudari a natura ſpeciei ipſius
recepti poteſt dupliciter intelligi. Uno modo ꝙ ipſum
recipiens non ſit eiuſdem nature ſpecifice cum ipſo rece-
pto: et in iſto ſenſu poteſt propoſitio concedi. et minor ne-
ganda eſt. non enim intellectus in ſe formaliter recipit
omnem formam materialem. ¶ Alio modo ꝙ ipſum reci
piens non habeat in ſe aliquid eiuſdem ſpeciei cum re-
cepto: et ſic eſt propoſitio falſa. inſtantia patet. quod eſt
habens in ſe vnam ſpeciem coloris: adhuc cum illa po-
teſt aliam eiuſdem rationis recipere. Si vero intelliga-
tur de recepto obiectiue: ſicut magis videtur intelligere
Cōmē. 4. Commenta. per probationem quam addit deducens ad
hoc ꝙ idem erit mouens et motum: etiam nego propoſi-
tionem. nam non ſolum idem ſpecie: ſed idem numero po-
teſt mouere ſeipſum et agere in ſe: ſicut patet de intelle-
ctu cum intelligit ſe: et graui ſe mouente. et infra. et de
alijs oſtendetur.
T.c.4. ¶ Pro intentione autem Philoſophi dicentis intelle-
ctum eſſe corpori immixtum et ſeparatum ⁊ abſtractum
et ſimilia verba. Dicendum ꝙ formam aliquam eſſe
materie mixtā dupliciter poteſt intelligi. Uno modo cō-
muniter: vt ſcilicet omnis forma cōiuncta materie ⁊ eam
informās dicatur forma materialis mixta materie. Alio
modo ſpecialiter: vt ea tantum dicatur materialis ⁊ mix-
ta que cum hoc ꝙ informat materiam ſubiacet etiam le-
gibus et conditionibus materie: vtpote: quia extenditur
ſm extenſionem materie: et per eius tranſmutationem na
turalem educitur de potentia ad actum: et hoc ſecundo
modo proprie ſoliti ſumus aliquas formas dicere mate-
riales diſtinguendo contra immateriales et ſpirituales
formas. Cum Philoſophus ergo dicit intellectū eſſe im-
mixtum et ſeparatum: intelligit ſecundo modo: ⁊ non pri-
mo / vel forte negat eum eſſe mixtum ex diuerſis miſcibili
bus: queādmodum antiqui aliqui putauerunt animam
ex omnibus eſſe mixtam: vt omnia cognoſceret. ¶ Ad ſe-
cundam rationem neganda eſt conſequentia. quia proba
tio non valet de forma vniuerſaliter: ſed ſi ſit vera: verita-
tem habet de forma que educitur per naturalem trāſmu-
tationem de potentia materie. ¶ Ad tertiam conſequen-
tia eſt neganda. et ad probationem dicendum ꝙ propoſi-
tio aſſumpta non eſt vera de forma non extenſa / neqꝫ orga
nica / neqꝫ per tranſmutationem naturalem materie non
adducta: qualis eſt anima intellectiua. ¶ Ad quartam
maior neganda eſt loquendo vniuerſaliter de forma / nec
illa inductio valet: cum fiat tantum in virtutibus mixtis
ſecūdo modo. ¶ Ad quintam etiam nego maiorem. et ad
primam probationem dicendum ꝙ nihil valet. nam con-
ſtat ꝙ creator et creatura dicuntur relatiue: tamen non
multiplicatur creator ad multitudinem creature. ita etiā
multorum ſeruorum vnus eſt dominus et multorum fi-
liorum vnus eſt pater. et tamen hec correlatiua ſunt. ⁊ ita
in multis alijs propoſitio illa capit inſtantiam.
¶ Ad ſecūdam probationem: qua dicitur: ꝙ omne quod
competit toti per ſe neceſſario competit cuilibet parti. di-
cendum ꝙ propoſitio eſt falſa. nam leoni et equo: et ſic de
alijs ſpeciebus animalis competit per ſe eſſe corruptibi-
le: quod tamen non competit materie eius.
¶ Item competit eſſe animal ⁊ animatum. et tamen ani-
ma eius / nec eſt animal / nec animata. ⁊ ita in multis alijs
dari poſſet inſtantia. ¶ Ad tertiam probationem dicen-
dum: ꝙ ratio illa Philoſophi non indiget illo ſenſu de to
to ⁊ parte: ſed ſufficit ſibi ꝙ per partem virtutis intelliga-
tur alia minor virtus. et per partem mobilis aliud mobi-
le minus: et ſic melius et clarius procedit ratio illa ad cō- T.c.78.
cludendū omnimodam abſtractionem motoris a magni- 8. phyſi.
tudine: ſicut concludere intendit. Utrum autem hoc ef-
ficaciter concludat / vel non. dubium eſt. De dicto vero
Commenta. non eſt curandum in hoc. nam pro certo ipſe
non putauit ꝙ aliquis poſſet eſſe actus / vel forma mate-
rie quin extenderetur extenſione illius: et in hoc ipſe de-
ceptus eſt.
¶ Ad confirmationem dicendum ꝙ tam anima / ꝙ quā-
titas: ſuppoſito ꝙ quantitas ſit alia res a materia imme-
diate informat materiam. dico tamen ꝙ anima vere infor
mat materiam quātum nec tamen ipſa eſt quanta.
¶ Cum ꝯtra hoc aſſumit ꝙ omne qđ recipitur in alio re-
cipitur per modum recipientis. dicendum ꝙ iſta propoſi
tio que a multis plurium aſſumitur quaſi maxima. ſi ve-
ritatem debeat habere intelligenda eſt ſic. omne qđ reci-
pitur recipitur ⁊c. id eſt ſm ꝙ recipiens eſt aptum recipe
re. non autem ꝙ ſit tale quale eſt recipiens ſaltem ſm om-
nes conditiones recipientis. Inſtantias enim innumera-
biles haberet. conſtat enim ꝙ in corruptibili materia re-
cipitur corruptibilis forma: et in vaſe denſo frigido ⁊ ſic-
co recipitur aer rarus calidus et humidus. et ideo ꝙuis
in quibuſdam quedam recepta conformentur recipienti-
bus: ſicut aq̄ et alia fluida configurātur ſm figuras reci-



pientium. non tamen omnia. nec iſta etiam in omnibus
recipientibus conformantur.
¶ Ad ſextū nego maiorē. ad ꝓbationem dicēdum ꝙ non
omne quod eſt actu in materia poſtꝙ fuit in ea tantum in
potentia dicitur educi de potentia materie. iuxta ſenſum
qui in tali dicto ſolet haberi. Sed illud tantū quod ꝑ na-
turales tranſmutationes materie per naturale agens exit
ad actum: quod non contingit anime intellectiue.
¶ Ad ſeptimū etiam maior eſt neganda. ¶ Ad probatio
nem dicēdum ꝙ poſſibile eſt compoſitum vere corrumpi.
eſto ꝙ nulla pars eius corrumpatur: ⁊ hoc per ſolā diſſo-
lutionem ipſiꝰ et ſeparationem partis a parte. vnde ſi ali-
quod corpus continuū. verbi gratia. lignum. a. ſecetur in
duas partes aut plures. eſto ꝙ omnes remaneant in rerū
natura. non tamen remanet. a. quia non qualitercūqꝫ exi-
ſtentes: ſed cōtinue ſunt ille partes. a. ita in propoſito non
qualitercunqꝫ ſint anima et corpus ipſa ſunt homo. Sed
anima informans corpus et actuans et corpus informa-
tum ⁊ actuatum per animam ſunt homo.
¶ Ad octauū dicēdum: ꝙ ſi per effectum formalem ali-
qua res intelligi debeat: non poteſt congrue alia intelligi
ꝙ materia vel cōpoſitum: ⁊ ſiue hoc ſiue illud patet quid
in ꝓpoſito eſſet dicēdum. Si vero ꝑ effectum formalem
intelligatur determinatio ſumpta a forma ſicut videtur
argumētum accipere: ⁊ multi in tali ſenſu vtuntur huiuſ-
modi termino. dicēdum ꝙ proprie loquēdo maior non eſt
vera niſi de formis accidētalibus: nō tamen de omnibus
fortaſſis: ratio eſt qꝛ forme ſubſtantiales dant eſſe hoc vel
illud ſeu per ipſas aliqđ eſt hoc vel illđ vt ſupra tangeba-
tur. Id autē quod per formā eſt hoc vel illud. vbi gratia.
ignis vel aqua leo vel ceruus aut aliquod aliorum nō eſt
materia illius forme. Sed compoſitum ex vtraqꝫ. et ideo
iuxta illum modum loquendi non materie ſed compoſito
forma ſubſtantialis dat ſuum formalem effectum.
¶ Accidētales đo forme: qꝛ dant eſſe tale vel tale vt albū
vel calidum et hmōi ꝙ vere cōpetit ſubiecto forme. ideo
dici debet ꝙ ſuum formalem effectum dent ſubiecto.
¶ Ad cōfirmationē cum dicit operatio eſt abſtracta ⁊c.
dicendum ꝙ operationē eſſe abſtractam a corpore poteſt
intelligi dupliciter. vno modo ſic ꝙ nec principium quo
ſuſceptiuum vel elicitiuum eius ſit corpus nec etiam pn-
cipium quod: ſit per ſe ex corpore cōſtitutum. ⁊ iſto modo
concedo maiorē. et dico ꝙ intelligere hominis vel anime
intellectiue coniuncte nō eſt ſic abſtractum: quoniā prin-
cipium ꝙ talis operationis eſt ipſe homo: cuius ꝑ ſe pars
eſt corpus: imo forſitan non proprie anima coniuncta: ſed
T.c.64. homo tantū dicitur intelligere. iuxta illud philoſophi pͥ-
mo de anima. dicere iraſci animam ſimile eſt ac ſi aliquis
dicat eam texere vel edificare. Melius autē fortaſſis eſt
non dicere animā miſereri aut addiſcere aut intelligere.
ſed hominem anima. i. per animā et non eſt dubiū ꝙ acci-
pit intelligere ſm qđ eſt operatio intellectus proprie dicti
vt patet ex ſequentia textus. ſimilem ſententiam innuit
Cap. 36. Auguſtinꝰ. 2. de lib. ar. vbi ait. Memoria nō ſolū aliorū:
ſed etiā ſui meminit vel potius nos ⁊c. et etiam ipſam per
ipſam meminimꝰ. alio modo poteſt intelligi operationem
eſſe abſtractam a corpore. ideo preciſe: quia corpus nō eſt
eius principium quo: ſuſceptiuum vel elicitiuum. Et in
iſto ſenſu dico maiorem eſſe falſam. nec eſt inconueniens
alicuius operationem ⁊ accidens eo eſſe abſtractius iſto
modo: videlicet ꝙ ipſum informet corpus ⁊ eius accidēs
informet ipſum: et non corpus. et ita dico de intelligere.
Et quod plus eſt aliqui etiam idem dicūt de qualibet ho
minis ſenſatione. ⁊ ſm illam opinionem que quālibet ani-
mam ſenſitiuam in alijs etiam ab homine dicit eſſe inten-
ſam ⁊ totam in qualibet parte. Idem eſſet dicendum de
ſenſationibus eius: quod alij dicunt de ſenſationibus
hominis. Et ego de intelligere pro nunc de alijs non diſ-
finiens. Incōueniens autem foret dicere ꝙ accidens ſit
abſtractius a ſuo ſubiecto ꝙ eius ſubiectum a ſuo ſubie-
cto: aut ꝙ accidens eſſet per ſe ſubſiſtens vel magis aptū
per ſe ſubſiſtere ꝙ ſuum ſubiectum. neutrum autem dico
in propoſito. et ad ſimilem ſenſum procedit aliqualiter in-
tentio philoſophi vbi allegatur. nam principaliter inten-
dit probare ꝙ infinitum non eſt ſubſtantia per ſe exiſtens 3. phy.
ſicut clare patet ex textu et cōmento. T.c.36.

**Quātum** ad ſecūdum articulum eſt opi. Auerro.
ꝙ idem intellectus numero eſt omnium
hominum ⁊ non alius vnius hominis ⁊ alius alteriꝰ. hoc
autem ꝓbat ipſe. 3. de anima ſic pͥmo: quia ſi detur oppo- Cōmē. 5.
ſitum ſequitur ꝙ intellectus ſit aliquid hoc. i. aliquid ſin-
gulare demonſtratū infra ſpeciem ⁊ non natura ſimplici-
ter. ⁊ ſm hoc erit intētio intellecta in potentia. ⁊ per conſe
quens erit mouēs vel potens mouere intellectū ad inten-
tionem intellectam in actu ſiue ad intellectionem. ⁊ ſic ſe-
quitur ꝙ intellectus recipiet ⁊ mouebit ſeipſum: quod eſt
impoſſibile. ¶ Secūdo ſi ſit ſic ſingularis ⁊ indiuiduus
non recipiet intētiones vniuerſales: ſed ſingulares tantū:
ſed hoc eſt falſum: qꝛ tunc intellectꝰ eſſet ſenſus. conſequē
tia ꝓbatur: quia ſi recipiēs eſt ſingulare ſignatum: etiam
receptum eſt ſingulare. alias ita poſſet dici ꝙ ſenſus reci-
piet intentiones vniuerſales. ¶ Tertio ſequitur: ꝙ res
intelecta apud me ⁊ apud te ſit vna in ſpecie: ⁊ due in indi
uiduo: et ſic res intellecta habebit rem intellectam: et ſic
procedit in infinitum. hec ſunt verba eius: et puto ꝙ per
rem intellectam intelligit conceptum rei exiſtentem in in-
tellectu vt ratio ſit hec. ſequitur ꝙ cōceptus de aliqua re.
verbi gratia. de roſa exiſtēs in intellectu meo: et cōceptus
de roſa exiſtens in intellectu tuo erunt vnus ſpecifice: et
duo numeraliter: et cum a quibuſlibet eiuſdem ſpeciei
poſſit abſtrahi conceptus vnus communis potero ab eis
alium conceptum abſtrahere: ⁊ tu ſimiliter. Et iterum iſte
conceptus ſecūdus in me eſt alius a tuo: ⁊ tamē eiuſdem
ſpeciei ei. ⁊ per conſequēs ab eis iterum alius poterit ab-
ſtrahi: ⁊ ſic in infinitum. Prima conſequētia probatur ex
eo: ꝙ impoſſibile eſt ꝙ vnus cōceptus numero ſit ſimul ex
diuerſis intellectibus ſubiectiue.
¶ Quarto ſequitur ꝙ diſcipulus non poterit addiſcere
aliquid a magiſtro: quod eſt contra experientiam. conſe-
quentia probatur: qꝛ vel addiſceret acquirendo eandem
ſcientiam numero quam habet magiſter: vel acquirendo
aliam cauſatam a ſciētia magiſtri. non primo modo: quia
non eſt poſſibile vt eadem ſcientia ſit in duobus homini-
bus niſi in eis ſit idem ſubiectum ſcientie: quod data hy-
potheſi de diuerſitate intellectuum non eſt in propoſito.
nec ſecūdo modo: quia tunc ſcientia magiſtri eſſet virtus
generans ⁊ cauſans ſciētiam in diſcipulo ad modum ſm
quem iſte ignis generat alium ignem ſibi ſimilem in ſpe-
cie: quod eſt impoſſibile.
¶ Quinto poteſt argui ſm principia philoſophi et Cō-
menta. nam cōſtat ꝙ intellectus eſt incorruptibilis ⁊ infi-
niti homines ſm opinionē eorum fuerunt. Si igitur non
eſſet vnus intellectus omium: ſed cuiuſlibet eēt proprius
intellectus actu. eſſent intellectus infiniti. et licet ſm ve-
ritatem falſum ſit infinitos homines fuiſſe: poſſibile ta-
men fuit ſic fuiſſe vt in prima. diſt. probatum fuit. Si au
tem infiniti iam fuiſſent actu eſſent anime infinite. quod
eſt impoſſibile.
¶ Iſtā opinionē falſam eſſe nō ſolū ſtat in veritate fidei
noſtre. Sed etiam ex euidēti ratione. Et primo quidē per
rationem Auguſt. 2. de lib. arb. vbi primo probat ꝙ vnuſ- Cap. 12.
quiſqꝫ hominum habet proprium ſenſum exteriorem. et
non eſt vnus plurium. deinde hoc ipſum probat de ſen-
ſu interiori quo quis ſe videre aut alias ſentire ſentit.

Poſtremo hoc etiam probat de intellectu in ratione ipſa.
vnde ex verbis ſuis poteſt ratio duplex formari.
¶ Prima eſt talis. poſſibile eſt me aliq̃d intelligere illud
te non intelligente. igitur intellectus meus non eſt intelle-
ctus tuus. antecedens notū eſt ex experientia. conſequē-
tia ꝓbatur: quia ſi intellectus meus eſt intellectus tuus.
igitur omnis intellectio mea eſt intellectio tua. et vltra.
igitur omne quod intelligo tu intelligis. hoc enim eſt ho-
mini aliquā rem intelligere quod eius ītellectionem in ſe
habere ſubiectiue. ¶ Secūdo ego poſſum ſcire me aliq̃d
intelligere te non potente naturaliter ſcire ꝙ ego intelli-
gam. igitur intellectus meus nō eſt intellectus tuus. ante
cedens etiam per experientiam notum eſt. nam nullus po
teſt naturaliter noſſe cogitatiōes alterius ſeu quid alius
cogitet. cōſequentia probatur ſicut prior: q2 ſi intellectus
meus eſt tuus. igitur cogitatio mea qua cognoſco me in-
telligere eſt etiam tua. nā ideo eſt mea ⁊ per illam cogno-
ſco: quia ipā eſt in intellectu meo. Si ergo eſt in intellectu
tuo. cōſequens eſt ꝙ tu per illam cognoſcas me intellige-
re ſicut ⁊ ego cognoſco. Has rationes breuiter abſq3 ꝓba
tione conſequētiarū: eo ꝙ ſtatim poſſunt occurrere: ſimul
tangit Auguſtinꝰ in his verbis. nōne vnuſquiſq3 noſtrum
habet ſuam rationem quandoquidem fieri poteſt vt ego
aliquid intelligam cum tu id nō intelligis. hec eſt prima:
et cōtinuo ad ſecūdam: nec vtrū intelligam tu ſcire poſſis
Ego autē ſciam. ⁊ tunc in perſona diſcipuli reſpondens.
Manifeſtū inquit etiam eſt rationabiles mētes ſingulos
quoſq3 noſtrum ſingulas habere. Sed hanc cōſequētiam
vitare nititur. Cōmenta. vbi ſupra. ⁊ eſt ſententia eius ꝙ
non obſtante vnitate intellectus in me ⁊ in te: aliq̃d quod
tu non intelligis ego poſſum intelligere: quoniam nec ego
intelligo nec tu per aliquam intellectionem niſi quatenus
illa tibi vel mihi copulatur per phantaſma ſeu intentio-
nem imaginatam que eſt in te vel in me. copulatur autem
per huiuſmodi ſpeciem: quia ipſa mouet intellectum ad
intellectionē ipſam. Et quia poſſibile eſt phantaſma meū
mouere ad intellectionem. tuo vero nō mouente ad illam
poſſibile eſt me aliq̃d intelligere te illud non intelligente.
et per hoc poſſet ad formā rationis facte reſponderi negā
do quod ſequatur: vt ſi intellectus meus eſt tuus: omnis
intellectio mea ſit intellectio tua: quoniaꝫ intellectio mea
eſt intellectio mea: q2 ad eam mouet me phantaſma meū:
quod ita eſt meum ꝙ nō eſt tuum. ⁊ ſimiliter ītellectio tua
eſt intellectio tua: quia ad eum mouet phantaſma tuum:
et quia ad aliquā mouet meum phantaſma tuo nō moue-
te ad illam: aliqua intellectio eſt mea ītellectio. ⁊ per eam
intelligo que nō eſt tua intellectio: nec tu per eā intelligis.
¶ Aliter iuxta ſententiam eiuſdem aliqui videnꝉ reſpon
dere: videlicet ꝙ q̃uis intellectꝰ meus ſit intellectꝰ tuus.
non tamen eodem modo eſt meus: et tuus: quia non eque
perfecte tibi ⁊ mihi copulatur. ⁊ ideo nō oportet vt omne
quod intelligis per illum ego intelligam: nec econuerſo.
¶ Neutra reſponſio ſufficiens eſt. ⁊ de prima patet p̄mo:
quia ſm ipſam ſequitur ꝙ ſi tu rem aliquā intelligis quaꝫ
ego non intelligo: ego non poſſum illam intelligere te per-
ſeuerante in intellectione eius: cuiꝰ oppoſitum docet ex-
perientia. cōſequentiam declaro. ſi detur oppoſitū. igitur
phantaſma meū mouebit intellectum ad intellectionem.
aut igitur ad eandem ad quā mouet tuum: vel ad aliam.
non ad eandem: quia ipſum non poteſt agere ꝙ iam actu
per aliud actum eſt. nec ad aliam: quia vel ad aliam non
componentem cum prima vel componentem. et per con-
ſequens conſtituentem intenſiorem et perfectiorem intel-
lectionem non poteſt dari. Secūdum: quia tunc ſequitur
ꝙ ex eo ꝙ illud intelligerem tu perfectius intelligeres q̃3
prius intelligeres. nam intelligeres perfectiori ītellectio-
ne. Niſi dicatur ꝙ non intelligeres tota intellectione: ſed
parte eius tm̄: quod eſt abſurdum. nec poteſt ſm Cōmen.
dari primum: quia tunc in te/ vel in me poſſent eſſe diuer-
ſe intellectiones ⁊ conceptus ſm numerum et eiuſdē ſpe-
ciei. contra illud ad quod nititur ipſe Cōmen. deducere
in tertia ſua ratione ſupra poſita. nec poteſt dici ꝙ meum
phantaſma mouet ad eādem intellectionem non quidem
producendo ipſam/ aut faciēdo ipſam eſſe poſtq̃3 nō fuit:
ſed faciendo ipſam eſſe intellectionē meā poſtq̃3 non fuit
mea. Quia ſi ſic eſſet ſequeretur ꝙ nec ipſum phantaſma
meum/ nec intellectus agens ſimul eo concurrēs eſſet ve-
rum agens. ſed vtrūq3 diceretur agens ſm metaphoram
tm̄ ⁊ ſimilitudinem. cuius oppoſitum ipſe vult in eodem
cōmento. et infra. ad hoc tanq̃3 ad inconueniens deducit Cō. 20.
Themiſtium. ¶ Preterea. Poſito ꝙ ego intelligam per
eandem intellectionē qua ⁊ tu prius intelligebas/ aut nō
potero perſeuerare in eadē intellectione de deſinente illā
rem per illam intellectionem intelligere. quod eſt contra
experientiam/ aut ſi ſic eadem ratione ⁊ alius poſt me: et
ſic in eternum per eandem intellectionem numero a qui-
buſlibet hoībus illa res intelligeretur. et per conſequens
etiam per eādem ſimul intelligunt oēs qui illā rem intelli
gunt ⁊ intellexerūt: ⁊ ſic non ſolū intellectus agēs ⁊ poſſi-
bilis ſunt ſm ipſum eterni. ſed etiā ⁊ ipſa intellectio. ⁊ per
conſequēs etiā intellectus ſpeculatiuus: ⁊ nihil eſt ibi ve
re factū. Cuius oppoſitū ex intētione preallegatis cōmē-
tis nititur defenſare. ¶ Preterea. Quero quomodo illa
intellectio ſit mea. aut enī ſit mea tanq̃3 agentis. ⁊ ptꝫ per
reſponſionē ꝙ non/ aut tanq̃3 recipiētis/ ⁊ nec hoc dici po
teſt: q2 non recipio eam niſi per intellectū ⁊ ipā prius erat
in intellectu. igitur nullo modo ſit mea. ⁊ per conſequens
nec per ipſum intelligo/ nec poteſt dici ꝙ ſit mea: q2 phan
taſmate intellectus plus/ vel alio modo mihi de nouo co-
pulatur: q2 tunc queſtio redit. quomodo copuleꝉ de nouo
intellectus: ſi nihil noui ſit in ipſo/ nec in phantaſmate. cū
tm̄ copulatio illa ſm Cōmenta. intelligatur per preciſam
actionem phātaſmatis in intellectu. ¶ Secundo non va
let illa ſolutio: qm̄ ſm eam ſequitur ꝙ nichil poſſimus in-
telligere niſi cuius intellectionē phantaſma cauſet: quod
eſt manifeſte per experientiam falſum. nam intelligimus
intellectiones: ⁊ dilectiones noſtras ⁊ preteritas ⁊ preſen
tes: quarum tamen nullum eſt oīno phātaſma ſenſibile de
quali phantaſmate tm̄ nunc eſt ſermo. Item prime ꝓpoſi
tiones que nobis naturaliter eueniunt in mentem: vt ipſe-
met Cōmen. dicit. 3. de aīa. verbi gratia. Quodlibet aut Cō. 36.
eſt/ aut nō eſt. intelligimus nos. ⁊ tamē eoꝝ intellectiones
nulla phātaſmata cauſant. non igitur per aliquā intelle-
ctionē intelligimus: q2 ad illa mouet noſtrum phātaſma:
ſed q2 ipā eſt in noſtro intellectu ⁊ illā informat. vnde hoc
preciſe poſito intelligimus per ipſam. ¶ Preterea. Ipſa
principalis ratio poteſt formari ſpecialiter de intellectio
ne taliū ſpiritualiū rerū non habētium phātaſmata ſenſi-
bilia; et ſimiliter veritatū cōplexarum quarū notitiā non
recipimus a phātaſmate. nam ⁊ quodlibet taliū te non in-
telligente ego intelligo ⁊ non ecōtra. ¶ Preterea. Poſi-
to ꝙ ſimul intelligamus roſam. poſſibile eſt ꝙ ego intelli-
gam me intelligere roſam: te non intelligente: et ꝙ intelli-
gam roſam. ⁊ iſtam intellectionem reflexā nō cauſat phā-
taſma roſe. ſed ipſa cognitio recta roſe. Si ergo ⁊ mea co
gnitio roſe et cognitio reflexa eiuſdem eſt in te/ ſeu in tuo
intellectu. vt quid ergo tu non intelligis me intelligere ro-
ſam ſicut ego? ¶ Secunda etiam ſolutio non valet. nam
poſito ꝙ ſm illam fictionem cōmēticiam intellectus etiā
ſit tibi multo perfectius copulatus/ q̃3 mihi adhuc poſſi-
bile eſt ꝙ aliquid intelligam: dum tu non intelligis illud.
¶ Tertio contra cōcluſionem illam principaliter argui-
tur: qm̄ ſi vnus eſſet intellectus omnium hominum ſeque
retur ꝙ in eodem ſubiecto primo eſſent contraria in actu



ſimul. hoc autem eſt falſum in ſe et ſm Philoſophum et
Cōmen. etiā cōſequētia declaratur. nam ſimul in intelle-
ctu vnius hoīs eſt aſſenſus etiā intenſus vnius concluſio
nis. ⁊ in intellectu alterius hominis eſt intēſus diſſenſus
eiuſdē ⁊ aſſenſus contradictorie: qui vtiq3 aſſenſus ⁊ eſti-
mationes ſunt vere cōtrarie: vt ptꝫ ex ſcđo perihermenias. nec ad
hoc valet refugiū ad phantaſmata. tum q2 tales aſſenſus
et diſſenſus poſſunt eſſe circa phantaſiabilia. tum q2 nec
diuerſitas agentiū facit: vt contraria poſſint ſimul eſſe in
vno ſubiecto. alias idem ſubiectū poſſet eſſe calidum ca-
lore cauſato ab igne: ⁊ frigidum frigore cauſato ab aqua:
quod eſt falſum. ¶ Nunc ad rationes Cōmen. reſpōdeo.
ad primā dico primo ꝙ ita poteſt adduci cōtra eum: quia
ipſe nō negaret quin intellectus poſſit ſeipm̄ intelligere. ⁊
tunc ſequitur ꝙ agat in ſe/ aut moueat ſe/ aut ſi hoc non
ſequitur: ſed vitatur per aliam viam: ita etiā dicam. Ego
autem cōcedo illud vltimū conſequens. ſcꝫ ꝙ intellectus
poſſit mouere ſeipſum. ¶ Ad ſecūdum nego conſequētiā
ſi intelligatur de intentionibus vniuerſalibus vniuerſali-
tate repreſentionis: quomodo intelligendum eſt aliquas
intentiones eſſe vniuerſales. nec probatio valet. quia non
obſtante ſingularitate recipientis adhuc intētio recepta
poteſt repreſentare vniuerſaliter. ſicut ⁊ ipſemet Cōmen.
fateri cogitur. nam et ſm ipſum intellectus eſt vere ali-
aliquid ſingulare: q̃uis non ſint plures eiuſdem rationis:
et tamen intentio aliqua exiſtens in eo eſt vniuerſalis per
repreſentationem. Et cum dicitur ꝙ ita poſſet dici de ſen
ſu. dico ꝙ ita dicā contra eum. nec aliquā rationem pote-
rit ſufficientē aſſignare: quin eādem ego aſſignē in ꝓpoſi-
to. q2 implurificabilis in eadē ſpecie non impedit verā ſin
gularitatem. Redditur tm̄ ratio ab aliquibus: quia intelle
ctus eſt virtus inextenſa et non organica. Senſus autem
extēſa: ⁊ ideo ſpecies in intellectu poteſt repreſentare vni
uerſale: non aūt in ſenſu. Utrum aūt hec ſit cauſa vel non.
non diffinio. dico tm̄ ꝙ illa nō eſt quā ipſe aſſignat/ nec op-
poſitū ipſe ꝓbat/ nec puto ꝙ ꝓbare poſſit. ¶ Ad tertium
concedo ꝙ conceptus de roſa exiſtēs in intellectu meo eſt
alius numero a conceptu roſe exiſtēte in intellectu tuo: et
ꝙ iſti cōceptus ſunt eiuſdem rationis. et ab eis poteſt ab-
ſtrahi alius cōceptus: qui ita erit conceptus illorum con
ceptuum ſicut illi primi ſunt conceptus roſarum: ⁊ talem
poſſibilem ꝓceſſum in infinitum nullus deberet negare.
Si vero per rem intellectā non intelligeret Cōmē. ipſum
conceptū rei/ aut intellectionē: ſed ipſam rem extra intel-
lectam. dicendum ꝙ eadem res numero poteſt intelligi a
te ⁊ a me non obſtāte diuerſitate intellectus mei a tuo. ſi-
cut idem ſol videtur a te ⁊ a me. nec tm̄ eſt idē viſus meus
et tuus. ¶ Ad quartum nego cōſequentiā. Ad ꝓbationē
dico ꝙ diſcipulus addiſcit acquirēdo aliam ſciētiā: non
tm̄ cauſatā a ſciētia magiſtri: ſed a notitijs ⁊ intellectioni-
bus ſuis: ad quās moueꝉ per verba ⁊ ſermones magiſtri.
¶ Ad quintū dico ꝙ a Philoſopho vtiq3 expreſſum ha-
betur ꝙ aīa intellectiua eſt actus ⁊ forma corporis. Utrū
aūt plurium/ vel oīm hoīm ſit vna aīa: an ſingule ſingulo-
rum. ⁊ ſi ſic vtrum vna/ nec ſimul/ nec ſucceſſiue plura cor
pora informauit: an ſit naturaliter reditus aīarum ad cor
pora: ita ꝙ ſit certus ⁊ finitus numerus aīarum: per quas
quorūlibet hominū preteritorum corpora informata ſunt
ſucceſſiue ſicut plures Philoſophi poſuerūt non inueni-
tur expreſſum. Ego tm̄ concedo ꝙ poſſibile fuit ab eterno
mundum fuiſſe ⁊ infinitos homines preceſſiſſe: ⁊ etiā infi-
nitas animas ſimul eſſe. nec talis infinitas impoſſibile eſt
deo: vt probatum eſt in primo. ¶ Ad rationes principa-
les queſtionis patet ex dictis reſponſio.

¶ Diſtinctionis. xvj. et. xvij.
Queſtio ſecunda.

**S**ecundo quero vtrum pre-
ter animā intelle-
ctiuā ſit aliqua alia forma ſubſtā
tialis in homine: et videtur ꝙ ſic.
¶ Primo. q2 hō nō tm̄ eſt homo.
ſed etiā eſt aīal et aīatum corpus
et corpus ⁊ ſubſtantia. igitur non
tm̄ eſt in eo forma per quā eſt ho-
mo. ſ. aīa rōnalis: ſed etiā forma
per quā eſt aīal. ⁊ hec eſt aīa ſenſitiua: ⁊ forma per quā eſt
aīatum corpus: que eſt aīa vegetatiua: et ſimiliter forma
corporeitatis per quā eſt corpus: ⁊ forma per quā eſt ſub-
ſtātia: ac per hoc preter aīam intellectiuā ſunt multe alie
forme ſubſtātiales in hoīe: antecedens notū eſt. ꝯña ꝓba-
tur ex eo ꝙ impoſſibile eſt aliquid effectū formalē ſine for
ma habere. Sicut autē eſſe hominē eſt effectus formalis
aīe rationalis. Sic eſſe aīal eſt effectus formalis aīe ſenſi
tiue: et ſic de alijs. ¶ Secundo in hoīe ſunt operationes
vitales diuerſarū rationum: vt vegetari ſentire ⁊ intellige
re. igitur ⁊ in eo ſunt diuerſe aīe que ſunt prima principia
hmōi operationū. ptꝫ ꝯña: q2 diuerſitas operationū ꝓce-
dit ex diuerſitate formaꝝ. ¶ Tertio nulla res eſt corpus
per formā mere ſpūalem. igitur in hoīe eſt alia forma ſub
ſtantialis preter animā intellectiuā. antecedens notū eſt.
ꝯña ꝓbatur: q2 homo eſt corpus. ſm ꝙ corpus eſt genus:
et eſt cōpoſitus ex corpore: vt corpus dicit alterā partem
cōpoſiti/ vel ſaltē altera predictarū concediꝉ: ſed nec hō/
nec aliqua pars eius eſt corpus per aliquā formā accidē
talem. igitur per ſubſtantialē: ſed nō per intellectiuā cum
illa ſit mere ſpūalis. igitur per aliā. ⁊ ſic ſaltē vna alia for-
ma ſubſtantialis eſt in homine. ſ. forma corporeitatis.
¶ Quarto ſi non eſſet aliqua alia forma ſubſtantialis in
homine: ſequereꝉ ꝙ carnes ⁊ oſſa nerui et ſanguis et alie
hmōi organice partes hoīs nō differrēt ſubſtātialiter ſpe
cifica differētia. ꝯña ptꝫ: ſed qđ ſequitur eſt falſum. nam
hmōi partes habēt accidētia ꝓpria ⁊ ꝓprias opationes
ſpecifice differētes. talis aūt diuerſitas accidentiū ⁊ ope
rationū neceſſario arguit diuerſitatē ſpecificā formarūꝫ
ſubſtātialiū. alias nunq̃3 poſſet argui ꝙ aliqua differanꝉ
ſpecie in genere ſubſtātie: qđ eſt incōueniēs dicere.

**Ad oppoſitum** homo eſt vnum per ſe hoc ali
quid in genere ſubſtātie. igiꝉ
eius eſt vna tm̄ ſubſtātialis forma. ptꝫ ꝯña: q2 ſicut ꝑ for-
mā ſubſtantialē res habet eſſe: ſic ⁊ vnū eſſe. igitur preter
aīam intellectiuā nō eſt alia forma ſubſtātialis in hoīe.

**Reſpondeo** circa pluralitatem formarū in hoīe
varij ſunt modi dicēdi. quidā enim
tot dicunt eſſe ſubſtantiales formas: quot ſunt predicata
eſſentialia que in quid dicūtur de eo: ⁊ ita in quolibet cō-
poſito ſubſtātiali ponunt multitudinē formaꝝ ſubſtātia-
lium ſm gradus predicati/ ſeu predicatorum in quid de
ipſo. Alij ponunt hmōi pluralitatē ſm pluralitatē opera-
tionū vitaliū. ⁊ dicūt tres aīas eſſe in hoīe. vegetatiuam/
ſenſitiuam/ ⁊ intellectiuā. Alij aūt duas tm̄. ſ. ſenſitiuā/ et
intellectiuā. Alij etiā duas tm̄. non tm̄ duas animas: ſed
formā corporeitatis ⁊ aīam intellectiuā. Quidā vero tot
ponūt quot ſunt partes ethrogenee in corpore. Et q2 nul
la predictarum opī. videtur mihi vera: ideo circa hoc po
no quatuor concluſiones. Prima eſt ꝙ non ſunt ponende
in hoīe tot ſubſtātiales forme quot ſunt predicata que de
ipſo dicunꝉ in quid. Scđa ꝙ nō ſunt tot ponēde quot ha-
bet hō operationes vitales. Tertia ꝙ non tot quot partes
habet etherogeneas. Quarta ꝙ non eſt ponēda alia for-
ma ſubſtātialis in homine preter animam intellectiuam.
¶ Primā concluſionē probo ſic. ſi in hoīe ſunt tot ſubſtā
tiales forme quot ſunt p̄dicata ⁊c̄. Eadē rōne in angelo ⁊
in qualibet forma accidentali erūt tot entitates diſtincte

quot predicata de eis in quid dicũtur ſm gradus predi:
cati:ꝯſequens eſt falſum.qm̃ tunc in michaele eſſet vna
entitas per quam eſt ſubſtãtia ⁊ alia ꝑ quã eſt ſpiritus:et
alia per quam eſt michael.et ſic eſſet ſubſtãtialiter cõpo:
ſitus ex tribus ſubſtãtijs:quod nullus dicit. Similiter in
albedine eſſet vna entitas per quã eſt qualitas:⁊ alia per
quã eſt color:⁊ alia per quã eſt albedo:qđ cõmuniter etiã
negatur.cõſequentia patet:qꝛ ſi detur oppoſitum.ſ.ꝙ per
eandẽ entitatẽ michael ſit michale:⁊ ſpũs ⁊ ſubſtãtia:et
ſimiliter albedo ꝑ eandẽ ſit albedo et color ⁊ qualitas:nõ
apparet ꝓpter quid equus nõ ſit per eandẽ formã equus
aĩal:⁊ ſic de alijs. ¶Cõfirmatur:qꝛ non minus hõ eſt per
eandẽ formã ſubſtantialẽ hõ et aĩal ꝙ̃ ipſe per eandẽ for:
mã accidentalẽ ſit albus ⁊ coloratus.patet:qꝛ non minus
eſſentialr̃ et in qđ predicatur aĩal de hoĩe ꝙ̃ coloratũ de
albo:aut etiã color de albedine. ¶Secũdo ſi ſic.ſumo cõ
poſitum ex materia ⁊ forma ſubſtantialitatis ipſi⁹ ignis:
ſiue per quã ignis eſt ſubſtantia preciſe:aut iſtud compo:
ſitum ſic preciſe acceptũ eſt ſubſtãtia corporea aut incor:
porea:aut nec corporea nec incorporea.ſi corporea:igitur
vel eſt corpus vel pars ei⁹ eſt corpus:nõ enim aliter poteſt
intelligi ꝙ ſit ſubſtantia corporea. Si eſt corpus:cũ oĩne
corpus ſit ſubſtãtia:⁊ non oĩs ſubſtãtia ſit corpus:alia
forma eſt in illo cõpoſito per quã eſt ſubſtãtia:⁊ alia per
quã eſt corpus:⁊ idem ſequitur ſi dicatur ꝙ ideo eſt ſub:
ſtantia corporea:qꝛ eius pars eſt corpus.nam etiam illa
pars que eſt corpus eſt ſubſtãtia:⁊ tunc ſequitur ꝙ illud
compoſitũ non eſt preciſe ex materia ⁊ forma ſubſtantia:
litatis.contra poſitũ. Item ſequitur ꝙ in igne ſint plures
forme corporeitatis. ¶Preterea. Adhuc preſcindatur
ſm intellectũ iſta forma alia corporeitatis:⁊ ſumatur ꝑci
ſe materia ⁊ forma ſubſtãtialitatis ipſius ⁊ fiat argumẽ:
tum vt prius.ſi dicatur ꝙ eſt ſubſtãtia incorporea:cũ an:
gelus michael ſit etiã ſubſtãtia incorporea ⁊ alterius ra:
tionis ab iſta:aliqua ſpecies ſubſtãtie incorporee predica
bitur in quid de tali cõpoſito:que ſpecies erit predicatũ
inferius ad ſubſtãtiam:⁊ per conſequẽs ab iſto adhuc in
iſto compoſito ꝑter formã ſubſtãtialitatis eſt alia forma.
contra poſitum. Si dicatur ꝙ nec eſt ſubſtãtia corporea
nec ſubſtantia incorporea:igitur eſt alterius rõnis a ſub:
ſtantia corporea ⁊ ab incorporea:⁊ per cõſequens adhuc
aliqua ſpecies ſubſtantie predicatur in quid de tali com:
poſito:ex quo vt prius ſequitur ꝙ preter formã ſubſtãtia:
litatis eſt alia forma in eo.cõtra poſitum. Nec poteſt dici
ꝙ ſit quoddam cõmune ad ſubſtantiã corpoream et ſub:
ſtantiã incorpoream:⁊ per cõſequens nec eſt eiuſdem ra:
tionis vel ſpeciei cũ hac vel illa:nec etiam alteri⁹ ſpeciei:
ſicut nec genus differt ſpecie a ſua ſpecie:nec etiã eiuſdẽ
T.c.24. ſpeciei:eſt cũ illa:vt dicitur.10.meta.hoc inquã dici non
poteſt. Tum quia huiuſmodi cõpoſitum ſi tale detur eſt
ſubſtantia quedã vere ſingularis:ſicut ⁊ materia hec iſti⁹
ignis demonſtrati:⁊ quelibet eius forma eſt vere ſingula:
ris. Tum quia ſi eſt ſic cõmune predicabitur de ſubſtãtia
corporea:⁊ per cõſequens per cõuerſionem ipm̃ eſt ſubſtã
tia corporea:⁊ redit incõueniens prius illatum. Tum ter:
tio quia extra aĩam nõ eſt aliqđ vniuerſale vt ſuppono.
¶Cõfirmari poteſt ratio theologice ponendo ꝙ deus cõ
ſeruet materiã iſtius ignis ⁊ formã ſubſtantialitatis que
eſt in ipõ ceterꝭ formis annihilatis:qđ et vtiq̃ bene poſſet
ſuppoſita diſtinctione talium formarum.
¶Tertio ſequitur ꝙ poſſibile eſt aliquid eſſe ignem ⁊ nõ
eſſe corpus aut ſubſtãtiam:⁊ aliquid eſſe hoĩem vel equũ
et nõ eſſe animal:qđ nullus cõcederet:cum qđlibet ſupe:
rius predicetur de ſuis inferiorib⁹ in primo modo.conſe:
quentia ꝓbatur:qꝛ deus poterit cõſeruare materiã ignis
cum ſola forma igneitatꝭ deſtructa forma corporeitatis:
et forma etiã ſubſtantialitatis:⁊ ſimiliter cõſeruare mate
riam hoĩs cum forma humanitatis:ſeu cum anima rõna:
li deſtructa forma aĩalitatis ſi diſtincte ſint vt dicitur.
¶Quarto ſm Philoſophũ.7.meta.in diffinitione ſuffi T.c.43.
cit ponere primũ genus cũ finali differentia:ſed hoc eſſet
falſum ſi ſm multitudinẽ predicatorũ in quid eſſet multi:
tudo formarũ ſubſtantialiũ nam tũc per huiuſmodi diffi
nitionẽ nõ explicaret̃ aliqua formaꝝ importatarũ ꝑ diffe
rentias medias inter primũ genus ⁊ differentiam finalẽ.
¶Quinto ſi ſic.ſeq̃tur ꝙ nullũ ſuperius ꝑdicetur ĩ quid
de ſuo per ſe inferiori:qđ manifeſte falſum eſt ſm oẽs:et
huic etiam opinioni videt̃ ſpecialiter repugnans.nã hoc
conceſſo ſeq̃tur ꝙ non ſit multitudo aliqua predictorũ in
quid:quã tamen iſti ſupponũt.conſequẽtia ꝓbatur.nam
ſm hoc qđlibet ſuperius vel ſignificabit tantũ ꝑtem eius
quod ſignificat̃ per inferius. Vbi gratia.animal ſignificat
ſm illam viam cõpoſitum ex materia ⁊ anima ſenſitiua.
Homo vero cõpoſitum ex materia ⁊ aĩa ſenſitiua.et etiã
ex anima rõnali:⁊ tunc habet̃ ꝯpoſitum:qꝛ nomẽ partis
nõ predicat̃ in quid de noĩe totius:vt certũ eſt cum pars
et totũ realiter diſtinguant̃. Aut ſuperius ſignificabit cõ
poſitum ex materia ⁊ vna forma tantũ.verbi gratia aĩal
ſignificat preciſe ꝯpoſitum ex materia ⁊ anima ſenſitiua.
Inferius autẽ ſignificat preciſe materiã et aliam formã
vt homo materiã et aĩam rõnalem:⁊ tunc idẽ ſeq̃tur:quia
et hoc ꝯpoſitum ⁊ illud eſſent realiter diſtincta:ꝙ̃uis vna
pars vnius eſſet pars alterius in materia.
¶Sexto nõ ſunt in hoĩe plures anime:ergo nõ ſm multi
tudinẽ predicatorũ ⁊c̃.antecedens ꝓbabitur in ſequenti
concluſione.cõſequentia patet:quia ſi nõ ſunt plures ani:
me in hoĩe.ergo per eandẽ aĩam homo eſt homo ⁊ eſt ani:
mal:⁊ per conſequens per eandem formam.
¶Contra cõcluſionem iſtam ſunt alique rõnes tenentiũ
oppoſitũ.prima eſt talis.ſi per eandẽ formã homo eſt hõ
et animal:oẽ quod ineſt homini per formã per quã homo
eſt homo ineſt ei per formã per quã homo eſt aĩal. Omne
autẽ quod ineſt homini per formã per quã eſt aĩal ineſt ei
inquantũ eſt aĩal:⁊ per cõſequens ex virtute reduplicatio
nis ineſt omni aĩali:ſed eſſe riſibile ineſt homini per formã
per quã eſt hõ.igit̃ eſſe riſibile ineſt oĩ aĩali:qđ eſt falſum.
Mi aũt oĩne qđ ineſt homini per formã per quam eſt aĩal
ineſt ei inquantũ eſt aĩal.ꝓbatur:quia oẽ tale aut ineſt ei
ſm ꝙ eſt homo:aut ſm ꝙ eſt aĩal.nõ ſm ꝙ eſt homo:quia
ſentire debet̃ ſorti ꝑ formam qua eſt animal:⁊ tamen non
ineſt ei ſm ꝙ eſt homo.ergo ſm ꝙ eſt animal.
¶Secũdo forma generis poteſt remanere corrupta for:
ma ſpeciei.ergo ſunt realiter diſtincte.antecedẽs ꝓbatur:
qꝛ plura accidẽtia eadem numero manent in gñato ⁊ cor:
rupto:quoꝝ ſubiectũ eſt ꝯpoſitũ ex materia ⁊ forma.igit̃
eadẽ forma ſubſtãtialis manet:⁊ illa nõ eſt forma ſpeciei.
¶Tertio ſicut dicit Philoſophus.7.meta.diffinitio eſt T.c.33.
ſermo habẽs partes:⁊ partibus diffinitionis reſpondent
partes rei.igitur generi reſpõdet alia pars diffiniti ab ea
que reſpondet differẽtie. Sola autẽ materia nõ reſpõdet
generi:qꝛ genus dicit formã mediam inter potentiam et
actum:vt dicit Cõmẽta.2.metaphy.Cõmẽ.33.igit̃ reſpõ: ⁊ ꝑ.meta.
det ſibi vel forma tantum vel materia cum forma alia ab c.17.
ea forma que reſpondet differentie.
¶Quarto Philoſophus.2.meta.volens probare ꝙ nõ t.c.6.⁊.10
ſit proceſſus in infinitũ in cauſis formalibus:probat̃ non
eſſe proceſſum in infinitum in predicatis in quid.igitur
videtur velle ꝙ ſm diuerſitatem talium predicatorũ di:
uerſentur forme in eodem indiuiduo.
¶Ad hoc videtur eſſe auctoritas Cõmenta.2.metahy.
Cõmẽ.33.vbi dicit ꝙ materia ꝑmo recipit formas vniuer: ⁊ ꝑ.meta.
ſales et mediantibus illis formas vſq̃ ad indiuiduales. c.17.
Tales aũt forme:quaꝝ vna mediãte alia recipit̃:differũt
abinuicẽ:cũ nihil ſit mediũ recipiendi ſeipſum.igitur ⁊c̃.



¶Ad primã concedo cõſequẽtiam.⁊ cum aſſumitur vlte
rius:ꝙ omne quod ineſt homini per formã per quam eſt
homo ineſt ſibi inquãtũ animal:dicẽdum ꝙ hec eſt falſa.
ſumẽdo ly.inquãtũ.reduplicatiue:vt ſumit argumẽtũ in
vlteriori deductione. Inſtãtiam habet multiplicem.ali:
quod enĩ bicubitum per eandem formã eſt bicubitum et
quãtum:⁊ per conſequens per formã per quã eſt quãtum
eſt bicubitum:nec tamẽ eſt bicubitum inquãtum quãtũ:
quia nõ omne quãtum eſt bicubitum:ſil'r aliquod album
per formã per quam eſt quale eſt albũ:nec tamen eſt albũ
inquãtum quale:nec probatio valet:ſiue enĩ probatio illa
aſſumpta ſit diſiunctiua:ſiue de diſiuncto predicato fal:
ſa eſt:⁊ inſtãtiam poteſt in ſimili habere in exemplis pro:
poſitis:ſi quis aduertat ⁊ in multis alijs.
¶Ad ſecũdum nego antecedẽs:nec valet probatio:quia
fundatur in falſo.videlicet ꝙ primũ ſubiectum acciden:
tium ſit compoſitum ex materia et forma : cuius oppoſi:
tum ſupra habitum eſt.
¶Ad tertiũ dicẽdum ꝙ illud dictũ Philoſophi ſm vim
7.met.33. vocis acceptum intelligi debet de diffinitione data per
terminos obliquos.verbi gratia.ſi dicatur ꝙ homo eſt cõ
poſitus ex corpore ⁊ anima.tales enĩ diffinitionis partes
vtriq̃ ſignificant partes rei:vna materiã:alia formã:nec
ex hoc concluditur ꝙ ſint plures ſubſtãtiales forme in re
diffinita. De diffinitione autem que datur per terminos
rectos genus ⁊ differentiã non proprie poteſt dictũ illud
intelligi:quoniã vt in primo.diſt.8.q.3.oſtẽſum eſt:etiam
ſm mentẽ Philoſophi genus non ſignificat partẽ:ſed to:
tum.alias nõ plus predicaretur in quid ꝙ̃ differentia:po
teſt tamẽ improprie dici ſignificare partem pro eo ꝙ ſigni
ficat rem imperfecte cõfuſe ⁊ per hoc.q.partialiter ⁊ ſimi
liter differẽtia. Tota vero diffinitio ſignificat explicite et
Cap.5. perfecte:⁊ hoc docet bene Auicẽ.5.metaphi.vbi mouens
queſtionẽ quomodo partibus diffinitionis debent reſpon
dere partes rei:⁊ loquens de tali diffinitione dicit talem
multitudinẽ non eſſe in re:ſe eſſe ſm intellectũ pro quãto
res concipitur:vt nõ termĩata in conceptu cõmuni:⁊ etiã
vt termita que terminatio ⁊ interminatio non in re:ſed in
conceptu:⁊ propterea dicit ipſe ꝙ cũ diffinimus hoĩem
dicẽtes ꝙ eſt animal rationale:non intendimus ꝙ ſit com
poſitũ ex animali ⁊ rationali:ſed ꝙ ipſe eſt animal:quod
eſt rationale : ita ꝙ primo ſignatur homo : vt quoddam
commune ⁊ non terminatũ :deinde per differentiam qua
ſi terminatur. ¶Ad quartum neganda eſt conſequen:
tia : quoniam non ideo Philoſophus volens illud pro:
bare probat non eſſe proceſſum in infinitum in predicatis
in quid:ſeu potius in diffinitionibus et partibus earum:
quia ſm multitudinem predicatorũ talium ſit multitudo
Cõ.10. formarum. Sed ſicut etiam innuit Cõmenta.ideo quia ſi
eſſent infinite forme in re diffinitiones vel partes diffini:
tionis eſſent infinite:quod eſt falſum:quia cum hoc bene
ſtat ꝙ nõ ſint plures forme in re que diffinitur.auctoritas
ꝑ.meta. Cõmenta.nõ eſt cõtra.quia qualitercũq̃ intelligi debeat
Cõ.17. vniuerſalitas illa formarũ:non dicit Cõmenta.ꝙ ille for:
me ſint ſimul in materia:ſed ꝙ vnam recipit mediãte alia:
quia videlicet prius vnam deinde aliam.
¶Secũdam concluſionem probo primo ſic.multo plura
ſunt genera operationum vitaliũ que competunt homini
ꝙ̃ ſint genera animarũ.igitur non tot anime ſunt in homi:
ne quot vitales habet operationes:aſſumptũ probatur:
nam nutriri creſcere generare ſentire ſomniare reminiſci
appetere ꝓgredi intelligere:⁊ multa alia genera ſunt ope
rationum vitalium.nã quedam predictorum ſub ſe plura
genera continent:ſicut ſaltem patet de intelligere ⁊ appe:
tere:et horum omnium generum operationes conueniũt
homini.conſtat autem ꝙ non ſunt tot genera animarum
nec aliquis tot ponit.ergo ⁊c̃.
¶Secundo ſic.in homine non ſunt plures anime. igitur Cap.15.
non quot ⁊c̃.cõſequentia clara eſt. antecedens probatur.
primo quidẽ ex eo ꝙ in de eccleſiaſticis dogmatibus : ſic
ſcribitur.'neq̃ duas aĩas dicimus in vno hoĩe : ſicut Ja:
cobus ⁊ alij ſyrorum ſcribunt. ¶Ad hoc quidam moder Ochã qđ
nus doctor reſpõdit.d.ꝙ hic non condẽnãtur ſimpliciter lib.3.q.10.
due anime in hoĩe : ſed due aĩe intellectiue: quarum vna
ſit a deo:altera a diabolo:⁊ hoc vt dicit ptꝫ inſpiciẽti litte
ram ibi. Ego autem multum miror de expoſitione iſta:et
de hoc ampli⁹ quod dicit ex littera iſtud patere. Sic enĩ
iacet littera/neq̃ duas aĩas dicim⁹ in vno homine :ſicut
Jacobus ⁊ alij ſyrorum ſcribunt.vnã aĩalem qua anime:
tur corpus:⁊ mixta ſit ſanguini:et alterã ſpiritualem que
rationem miniſtrat. Sed dicimus vnã eſſe eãdẽq̃ aĩam
in hoĩe que ⁊ corpus ſua ſocietate viuificet:⁊ ſemet ipſam
ſua ratione diſponat habẽs in ſe libertatem arbitrij:vt in
ſua ſubſtãtia eligat cogitatione quod vult: hic ptꝫ ꝙ nec
illi ponebãt duas intellectiuas in homine:ſed vnã aĩalem
alterã ſpiritualem/nec aliquã illarum dicebãt a diabolo
eſſe creatã:vnde hic eſt alius error ab illo quem dicit iſte
doctor: quinĩmo de illo/nec ibi/nec ĩ toto libro illo vlla fit
mentio. ¶Preterea. Ex determinatione quã addit.d.
Sed dicimus ⁊c̃.ptꝫ ꝙ ſit intẽtio ſcribentis nullã animã
preter intellectiuã eſſe in homine fruſtra enĩ poneretur:
ex quo ipſa per ſeipſam viuificat corpus:⁊ per conſequẽs
eſt principiũ operationũ vitalium. ¶Confirmatur ex in:
tentione Aug.10.ſuper Geñ.vbi dicit ꝙ aĩa rationalis nõ Cap.12.
ſolum carni prebet aĩalem vitã:verũetiam ſm ipſam car:
nem aliquid concupiſcit ⁊c̃. Si aĩalem vitã prebet.igitur
preter eam ſuperflue ponitur alia aĩa ſenſitiua/vel aĩalis
et eadẽ ratione vegetatiua : qꝛ vegetatiua ſm quod dicit
Philoſophus.2.de aĩa cõtinetur virtualiter in ſenſitiua T.c.15.26
ita ꝙ oĩa poteſt que poteſt vegetatiua: et per conſequens et.31.
quod continet ſenſitiua: cõtinet etiã vegetatiuam. ¶Et
hoc etiã expreſſe ꝓbatur per Daſſ.lib.2.qui dicit ꝙ con: Cap.13.
tinetur aĩa rationalis organico corpore ⁊ ei eſt vite ⁊ aug
mentationis ⁊ ſenſus ⁊ generationis tributiua. Et eandẽ
ex toto ſentẽtiam ponit Aug.in de quãtitate anime.vnde Cap.65.
ex hoc poteſt etiam argui ad principale: quoniam plurali
tas ponenda non eſt ad quã non cogit experientia ratio/
vel auctoritas cui cõtradici non liceat. Sed nec experiẽ:
tia cogit ad ponendum in homine plures animas patet:
nec etiam auctoritas vlla talis/nec ratio:quoniã ſi aliqua
deberet ad hoc cogere videretur de illa que propter mul:
titudinem operationum vitalium argueret multitudinẽ
animarum:nam ex ſolis eiuſmodi operationibus deueni
mus naturaliter in notitiam anime. Hec autem nõ cogit:
cum vna anima poſſit plurium operationum : immo oĩm
que conueniũt homini eſſe primum principium:ſicut ptꝫ
ex dictis.ergo ⁊c̃. ¶Tertio. Aug.1.lib.de fide ⁊ ſymbo: Cap.3.
lo.homo inquit excepta forma membroꝝ que diuerſis ge
neribus animãtium diuerſa tributa eſt:non diſtat a peco
re:niſi rationali ſpiritu qui mens etiã noĩatur.⁊ intelligit
de differentia ſpecifica:qꝛ etiam per materiam numerali
ter diſtat a pecore. Ex hoc arguo ſi in hoĩe ſit anima ſenſi
tiua diſtincta ab intellectiua illa eſt eiuſdẽ rationis cum
anima pecoris : alias non ſolo ſpiritu rationali diſtaret a
pecore:vt ait Auguſti.ſi eſt eiuſdem rationis. ergo homo
vel pars hominis eſt pecus : nam quelibet ſubſtantialis
forma conſtituit in ſuo eſſe ſpecifico: et ſic ſequitur ꝙ ho:
mo/vel pars eius ſit aſinus/vel bos: aut aliquid tale eiuſ
dem ſpeciei:cum aliquo brutorum:quod certe qui conce:
deret non inter homines:ſed inter bruta eſſet cõputãdus.
¶Confirmatur. qꝛ ſi talis aĩa informaret materiã abſq̃
aĩa rationali cõpoſitum reſultãs vtiq̃ eſſet quoddam pe:
cus. igitur ⁊ nunc ita eſt de facto cum illa per aduentum
intellectiue non mutet̃ a ſua ſpecie:aſſumptũ ꝓbatur per

Qō.80. Aug.83.q.contra Apollinariſtas vbi dicit ꝙ cōtra Apollinarem ponentē primo ꝙ xp̄s non habebat humanā mentem hoc eſt rationalē aīam qua hō a pecoribus ſm aīam differt:verba ſua ſunt:ſequitur ꝙ verbū ſuſcepit quandā beluā cū figura corporis humani. Et ex hoc dicit ꝙ mutauit errorem:⁊ ſcđo poſuit ꝙ verbū aſſumpſit carnē ſolā abſq; aīa ex quibus ptꝫ ꝙ Apollinaris primo poſuit verbum aſſumpſiſſe carnē:cum aliqua aīa ſenſitiua:⁊ ad hoc ſm Aug.ſequitur ꝙ beluā quādam aſſumpſerat:igitur ſi aliquod tale cōpoſitū eſſet illud vtiq; eſſet quoddā pecus et belua. ¶ Quarto idem Augu. vbi ſupra de fide ⁊ ſymbolo ait.ſi quis tenuerit catholicā fidem:vt totum hoiem credat eſſe ſuſceptū a verbo dei.i.corpus aīam ſpiritū:ſatis contra illos.ſ.hereticos munitus eſt. In libro autē de eccl'iaſticis dogmatibus ipſe ait:ſi liber fuerit ſuus:vt cōmunius creditur ⁊ antiquoꝝ voluminū rubrice teſtātur/aut ſi non fuerit ſuus:ſed gēnaſij;vt videt̄ velle Magiſter ſcđo ſententiaꝝ.d.18.circa finē.nihilominus auctēticus liber eſt apud oēs theologos:⁊ in eo regule noſtre fidei cō-
Cap.20. tinentur. ¶ In illo inquā lib.ſic ſcribit̄:non eſt tertius in ſubſtātia hoīs ſpūs:vt dydymus contendit:ſed ſpūs ipſa eſt aīa pro ſpiritali natura / vel pro eo ꝙ ſpirat in corpore ſpiritus appellata:aīa vero ex eo vocat̄ ꝙ ad viuendum/vel ad viuificādū animet corpus. Ex quibus ptꝫ ꝙ in prima auctoritate cū ait. aīam ſpiritū cōſtructio eſt appoſitiua:et eſt ſenſus aīam ſpiritū.i.aīam que eſt ſpūs. Ergo ſm has auctoritates nihil eſt de ſubſtātia hoīs preter corpus ⁊ aīam que eſt ſpūs.i.aīam rōnalem. ¶ Quinto ſi in hoīe eſſent plures aīe.ver.gra.ſenſitiua ⁊ intellectiua:tūc ſequitur ꝙ homo erit cōpoſitus ex aīali:⁊ per ꝯn̄s nō erit aīal.ꝯn̄a ſcđa ptꝫ. prima probat̄:q; quedā pars hoīs erit quoddā cōſtitutum ex corpore ⁊ aīa ſenſitiua:quodlibet aūt tale eſt aīal. ¶ Confirmatur,q; ſi tale cōſtitutū remaneret abſente aīa rationali vtiq; ipſum viueret ⁊ ſentiret:et per ꝯn̄s eſſet aīal. Sic ergo dico ꝙ ne dum non ſunt tot aīe in hoīe quot habet operationes vitales:ſed nec aliqua anima in eo eſt diſtincta ab intellectiua. ¶ Contra iſta tn̄ eſt opi.etiā aliquoꝝ modernoꝝ tenētium ꝙ in hoīe eſt aīa ſenſitiua diſtincta ab intellectiua:hoc probant primo ſic. Impoſſibile eſt ꝙ in eodē inſtāti ſint in eodē cōtraria:ſed actus appetēdi aliquid ⁊ actus renuēdi idem ſunt cōtrarij:igitur ſi ſint ſimul in rerū natura non ſunt in eodē ſubiecto. Sed manifeſtū eſt ꝙ ſunt ſimul in hoīe:q; ideo idē quod homo appetit per appetitum ſenſitiuum renuit per
T.c.53. appetitū intellectiuū. ¶ Confirmatur per Philoſophū tertio de aīa. qui dicit ꝙ in eodem ſunt appetitus cōtrarij:hoc eſt eſſent contrarij:ſi nati eſſent recipi in eodē ſubiecto. ¶ Secundo eadem forma ſubſtātialis non poteſt ſimul ⁊ ſemel habere duos actus appetēdi reſpectu eiuſdem obiecti:ſed frequēter in hoīe ſunt ſimul actus volendi aliquod obiectū ⁊ actus appetēdi idem appetitu ſenſitiuo:igitur illi actus non ſunt in eodē ſubiecto. ¶ Tertio eadem forma numero nō elicit ſimul actum appetēdi aliquid naturaliter ⁊ alium libere. Sed volūtas libere vult aliq̄d ⁊ appetitus ſenſitiuus naturaliter appetit. igit̄ ⁊c̄. ¶ Quarto ſenſationes ſunt obiectiue in aīa mediate vel immediate:⁊ nō ſunt ſubiectiue in aīa intellectiua.igitur aīa ſenſitiua diſtinguitur:maior ptꝫ:q; nihil aliud poteſt aſſignari ſubiectum ſenſationum:niſi aīa/vel potentia:et ſi potētia ſit accidēs aīe erit ſubiectiue in aīa:minor probatur:q; aliter oīs apprehenſio anime ſenſitiue eſſet intellectio:q; eſſet ſubiectiue in anima intellectiua. Item tūc aīa ſeparata poſſet ſentire:q; ex quo ſenſatio eſſet ſubiectiue in anima intellectiua:et deus poteſt conſeruare omne accidens in ſuo ſubiecto ſine quocūq; alio poſſet cōſeruare ſenſationē in aīa intellectiua ſeparata:quod eſt abſurdum. ¶ Quinto eadem forma numero non eſt extenſa et non extenſa materialis et immaterialis:ſed aīa ſenſitiua in hoīe eſt extenſa ⁊ materialis:aīa vero intellectiua non:q; eſt tota in toto ⁊ tota in qualibet pte.ergo ⁊c̄. ¶ Sexto arguitur per aliū doctorem ſic.homo in generādo hoiem producit animā ſenſitiuā:anima vero intellectiua creat̄. igitur in homine eſt anima ſenſitiua diſtincta ab intellectiua.antecedēs probat̄:q; niſi ſic ſit:ſequitur ꝙ homo ſit ignobilioris cōditionis ex ſe quo ad actum generādi ⁊ cōtinuādi ſuā ſpeciem/q̄ cetera animātia:quod non videt̄ rationabile. Tum q; natura non deficit in neceſſarijs:et
Cō.45.1. maxime in rebus pfectis ſm Philoſophū tertio de aīa:⁊
c.32. Cōmen. Tum q; potentia nutritiua eſt nobilior in homine/q̄ in alijs aīalibus:igitur potentia generatiua in ipſo eſt perfectior:⁊ igitur poteſt in effectū ita nobilem:ſicut poteſt potētia generatiua bruti:ſed illa poteſt in aīam ſenſitiuā:igitur potentia generatiua hoīs pōt in aīam ſenſitiuā.ponatur igitur ꝙ in generatione hoīs deus nō creet aīam intellectiuā.ſequit̄ ꝙ hō generabit adhuc veꝝ aīal. igitur ita facit qn̄ deus creat aīam intellectiuā:cum iſta creatio non impediat actionē hoīs. Tum q; cōplexio hominis nobilior eſt/q̄ cōplexio aliorum aīalium:igitur forma cōplexionalis eius eſt nobilior/q̄ ceterorum:cum igitur in ceteris ſit aīa:ſequitur ꝙ etiā in homine huiuſmodi forma eſt anima. ¶ Ad primū dico. ꝙ propter illam rationem fuerunt moti manichei ad ponēdum duas animas in homine:qui vt dicit Auguſt.10.ſuper Geñ.cum viderunt non poſſe carnem ſine aīa concupiſcere aliā quādam aīam ſuā ex alia natura deo contrariā carnē habere putauerūt:vnde cōcupiſcat aduerſus ſpiritum:ſed vt in
Cap.14. 12.c.oſtendit non opꝫ ꝓpter hmōi repugnantiā carnis ⁊ ſpūs ⁊ cōcupiſcentiarū cōtrariaꝝ diuerſas aīas ponere:
Qō.40. ſimiliter.83.q.ex diuerſis inquit viſis diuerſus appetitus aīarum eſt ⁊c̄. ⁊ ſubdit:non itaq; ob hoc putandum eſt diuerſas eſſe naturas aīarum:q; diuerſe ſunt volūtates:cū etiā vnius anime volūtas pro temporū diuerſitate varietur ⁊c̄. et facit ad propoſitum tota queſtio illa. Item contra Julianum libro ſexto ante medium. Motibus inquit ſuis anima quos habet ſm ſpiritū aduerſatur alijs motibus ſuis quos habet ſm carnem. Rurſus motibus ſuis quos habet ſm carnē aduerſatur alijs motibꝰ ſuis quos habet ſm ſpiritū:⁊ ideo dicitur caro concupiſcere aduerſus ſpiritū:⁊ ſpiritus aduerſus carnē:ex quibus etiā ptꝫ ꝙ vnius eiuſdem aīe ſunt tales plures motus ſibi inuicē aduerſantes:de hoc etiam aliquid in ſequenti.q.dicetur. Sed quātum pro nunc dicendū ad argu.ꝙ actus appetēdi aliquid eſt actus renuēdi illud idem:ſi vterq; ſit rationalis/vel vterq; ſenſualis / aut naturalis:vtiq; contrarij ſunt/nec vnq̄ ſimul ſunt in eodem homine:ſed actus appetendi rationalis non eſt cōtrarius formaliter actui renuendi ſenſibili etiā eiuſdē obiecti:lꝫ virtualiter ſint contrarij:⁊ iſtud ptꝫ:qm̄ appetitioni rationali cōtraria eſt renuitio rationalis de eodem obiecto:⁊ iſta renuitio rationalis alterius rationis eſt a renuitione ſenſibili eiuſdē obiecti:et quia vni tantum vnum eſt contrarium.10.meta.ſe-
T.c.17. quitur ꝙ iſta ſenſibilis non ſit illi appetitui rationali contraria formaliter:lꝫ virtualiter:vtpote q; in cōtrarios effectus inclinant. ¶ Ad ſecundum et tertium ſimul dico. primo ꝙ non apparet vlla impoſſibilitas ꝙ eadem anima circa idem obiectum habeat vnum actum mere naturaliter receptum mediāte ſenſatione illius obiecti trāſmutatione alicuius organi corporalis et alium ſpontaneum et liberum preuia deliberatione creatum. ¶ Ad quartum nego minorem:ad probationes in.q.ſequenti reſpondebitur. dico tamen pro nunc ꝙ illa ſecunda probatio etiā reducitur contra arguētem:cū ipſe non negaret:quin deus poſſet illam ſenſitiuam animam a corpore ſeparare:⁊ per conſequēs ſm rationē ſuā in ea poſſet ſenſatio cōſeruari.

¶ Ad quintū dico ꝙ anima ſenſitiua in homine nō eſt extenſa nec materialis:ſicut nec intellectiua:cum ipſamet intellectiua ſit ſenſitiua.

¶ Ad ſextum dico p̄mo ꝙ per idem poſſet argui ꝙ homo in generando ꝓduceret aīam intellectiuam:q; alias quo ad continuationem ſue ſpeciei eſſet ignobilioris cōditionis alijs aīalibus.nam anima intellectiua eſt forma ſpecifica hoīs:nec alicuius alterius forme productio ſufficit ad continuationem humane ſpeciei.

¶ Reſpōdeo autem ad argumentū primo cōcedendo ꝙ homo in gn̄atione hominis ꝓducit aīam aliquā ſenſitiuā:ſicut multi ⁊ magni cōcedunt:ſed ex hoc nō habetur ꝙ in hoīe ſint due aīe diſtincte:vna ſenſitiua:alia intellectiua:nā ſenſitiua prius introducitur:⁊ deinde facta vlteriori diſpoſitione ad intellectiuā ſimul corrumpit̄ ſenſitiua et infunditur intellectiua:⁊ ſic dicēdum eſt de alijs formis ſubſtātialibus que p̄cedunt aīam intellectiuā:⁊ ſimiliter ſenſitiuam ⁊ vegetatiuā in materia que diſponit̄ ad intellectiuā:ſimul enī cum poſterior gn̄atur prior corrumpit̄.

¶ Tertiā cōcluſionē probo ex quodā medio ſupra tacto Quoniā pluralitas nō eſt ponenda:ad cuius poſitionem nō cogit experiētia nec ratio nec auctoritas ſacra:ſed ad pluralitatē formarū ſubſtātialium ſm pluralitatē partiū organicarū ⁊ etherogenearū hominis ponendā nō cogit auctoritas ſacra vt notū eſt:nec experiētia etiā nec ratio. probatio q; oēm talem diuerſitatē accidentiū requirit in corpore humano vna ⁊ eadem forma ſubſtātialis ⁊ oēs partes ſic differentes accidentibꝰ ipſa eadem informat. nā eadem aīa intellectiua forma eſt totiꝰ corporis humani.igitur nō propter diuerſitatē accidētium:quā in partibus corporis videmꝰ:poſſumus arguere diuerſitatē formarū ſubſtātialium. Itē nec ꝓpter diuerſitatē operationum:quoniā eadem forma in diuerſis:⁊ eiſdem etiā ptibus corpis poteſt aliarū et aliaꝝ operationū eſſe p̄ncipiū primū ſicut ſupra ptꝫ. Cum ergo non ſint alia:vnde poſſit argui talis diuerſitas formaꝝ ſub'alium iō nō eſt ponēda ¶ Preterea. Nec in plātis:nec in alijs aīalibꝰ eſt diuerſitas formarū ſubſtātialiū ſm diuerſitatē talium ptium. igitur nec in hoīe.conſequētia patet.antecedēs probo:q; organizatio corporis et diſtinctio talium ptium preuenit aliquo modo gn̄ationē anime.igitur ſm hoc tales forme ſubſtātiales preueniunt in ptibus corporis ipſam animā:aut ergo corrumpuntur in gn̄atione anime aut manent.ſi corrumpūtur vel alie ſimiles inducūtur:⁊ hoc nō eſt dicēdum:q; tunc ille fruſtra corrumperētur:aut nō inducuntur alie:⁊ tunc ſequitur ꝙ in tali animato nō ſit huiuſmodi diuerſitas formaꝝ ſubſtātialium:quod eſt ꝓpoſitum. ſi vero manēt:tunc ſequitur ꝙ erit vera ſubſtātialis gn̄atio alicuius abſq; cuiuſq̄ ſubſtantiali corruptione:qđ
Cō.69. repugnat toti philoſophie. ¶ Confirmat̄ per Cōmenta. primo phy.vbi ait.ꝙ ſi materia haberet formā propriam nullam aliā reciperet ipſa pmanente:ſed ſtatim corrumperetur q̄cito alia forma generaretur:nec pōt̄ dici ꝙ aliqua vna forma totius corporis corrumpit̄. Tum quia nō apparet ꝙ aliqua forma vna prius informet corpꝰ plante q̄ anima eius. Tum q; qua ratione ille ptiales forme remanerent ita ⁊ iſta totalis. ¶ Preterea. Si manēt ſequitur ꝙ productio illa nō erit vera generatio ſimpliciter:ſꝫ alteratio tantū:nā ſubiectū deferens trāſmutationē retinebit ſub vtroq; termino idē nomen ⁊ eandē diffinitionē:cum q̄libet ſubſtātialis forma conſtituat in eſſe ſpecifico:nec refert quātum ad hoc vtrū illa forma ſit perfecta vel impfecta:q; quelibet cōſtituit hoc aliquid vnū ſm ſpēm:et per conſequens ipſum manēte eadem forma erit idem ipſum nō variatum ſm ſuam ſubſtātiam:ac p hoc q̄libet tranſmutatio ſupueniens erit tantūmodo accidentalis.
1.phy.69. ¶ Iſtud confirmat̄ per Cōmenta.vbi ſupra.qui per hoc probat ꝙ materia nō eſt aliq̄d exiſtens actu hn̄s ꝓpriam formā ſubſtātialem:quoniā tunc gn̄atio in ſubſtātia eſſet alteratio ⁊ forme recepte eſſent accidētia:⁊ hoc eſt aliud incōueniēs:quod etiā ſequitur in ꝓpoſito.videlicet ꝙ aīa intellectiua erit accidens:⁊ certꝰ ſum ꝙ iſta incōueniētia non minꝰ ſequūtur in ꝓpoſito q̄ in eo ī quo arguit Cōmē. ſicut ptꝫ cuilibet volenti attendere:⁊ per hoc excluditur etiā vna ſolutio q̄ ab aliquibꝰ dari conſueuit.videlicet ꝙ nō oſtāte ꝙ eadē forma ſubſtātialis remaneat adhuc erit vera gn̄atio ſi forma recepta ſit ſubſtātialis:nam per hoc etiā probat̄:vt ſupra ꝓlixius.diſt.12.q.1.fuit declaratū ꝙ nulla forma ſupueniens erit ſubſtātialis:hec etiā incōuenientia ſequi ptꝫ per Philoſophū.2.de gn̄atione ſicut
T.c.31. ſupra.diſ.15.in.4.concluſione.q.ꝓbatur ſi dicat̄ ꝙ adhuc erit gn̄atio pro eo ꝙ noua ſubſtātia gn̄abitur.ſ.compoſita ex precedēte q̄ defert trāſmutationem et forma noua que acquiritur:ita dicā tibi ꝙ cum lignū caleſit eſt vera gn̄atio:q; noua ſubſtantia gn̄atur.ſ.cōpoſita ex ligno ⁊ forma caloris:nec poterit ꝓbari ꝙ forma caloris nō ſit ſubſtātialis:aut iſtud compoſitum nō ſit ſubſtātia:niſi ex hoc ꝙ lignum eſt idē numero in actu ſm ſpeciem ligni quod erat ante trāſmutationem:⁊ eodem modo in propoſito.

¶ Quartā concluſionem ꝓbo primo ſic.omnis ſubſtantia que eſt in hoīe eſt anima vel corpus:⁊ non ſunt in hoīe plures anime.igitur in hoīe non eſt aliqua forma ſubſtātialis alia ab intellectiua:cōſequentia patet:q; in homine eſt aīa intellectiua:vt ptꝫ in precedēti.q.antecedens quo ad ſcđam ptem ꝓbatur ex cōcluſione ſcđa:quo ad primā
Cap.19. vero auctoritate expreſſa que habetur in de eccleſiaſticis dogmatibꝰ:ſic enim ſcribit̄ ibi.duabus ſubſtātijs conſtat homo aīa tantū et corpore. Ex hoc autē maniſte ſequitur ꝙ omnis ſubſtātia ex qua cōſtat homo ſit aīa vel corpus. Secūdo ſic.ſi in homine eſſet alia forma ſubſtātialis ab intellectiua vel ipſa eſſet forma elemēti vel forma mixti:quā aliqui vocant formā corporeitatis vel alia anima:nō forma elementi:q; nulla talis manet eſſential'r in mixto:vt diſt.15.probatum eſt:nec aliqua alia anima:vt patet ex ſecūda concluſione huius queſtionis.

¶ Item ſi eſſet aliqua alia anima:aut vegetatiua aut ſenſitiua:⁊ ſiue hoc ſiue illa preceſſit vtiq; animā intellectiuā in materia illa:nā prius:vt cōmuniter dicit̄ embrio viuit vita vegetatiua ⁊ ſenſitiua anteq̄ infundat̄ anima rationalis:⁊ quia natura nō corrumpit aliquā formā:vt aliam oīno ſimilē introducat:q; ſupflua foret actio eius:ſeq̄tur ꝙ ſi aliqua talis anima eſt in hoīe illa eadem eſt que p̄uenit intellectiuā in corpore:⁊ ſi ſic.ſequitur ꝙ noua ſubſtātia generata eſt.ſ.homo abſq; corruptione alicuiꝰ ſubſtātie:ſicut inferebatur in concluſione tertia:nec poteſt dici ꝙ ſit forma corporeitatis vel mixtionis:quoniam et idem inconueniens nunc illatum ſequitur.

¶ Preterea.nō magis incōueniēs eſt ꝙ homo aut pars aliqua eius ſit belua vel pecus q̄ ꝙ ſit lapis vel lignū:aut aliquod ptinens ad aliquā ſpeciem corporis inaīati:cum minor ſit cōueniētia inter aīam rationalē et tales formas q̄ inter ipſum ⁊ alias animas. Sed primū non eſt ponēdum.igitur nec ſcđm:ſed illđ ſeq̄tur:ſi ponat̄ aliqua talis forma in homine:nam quelibet talis cōſtituit indiuiduū ſue ſpeciei. Nec valet refugium ad diſtinctionem de formis imperfectis ⁊ perfectis:quoniam nulla omnino forma ſubſtātialis eſt extra animā que nō ſit indiuidua ⁊ ſingularis ⁊ determinate ſpeciei:⁊ per cōſequens conſtituat ſingulare determinate ſpeciei.

¶ Contra cōcluſionem iſtā poteſt argui ꝓbando ſpecialiter ꝙ preter animā intellectiuā ſit in homine:alia forma ſubſtātialis.ſ.forma corporeitatis.primo q; vere eſt corpus:⁊ nō per animā intellectiuā:cū illa ſit forma ſpiritualis.igitur per aliam formam ſubſtantialem.

¶ Secūdo homo eſt ↄpoſitus ex anima rōnali ⁊ corpore:
vt oēs concedunt:aut igiꝉ corpus ex quo componitur eſt
materia ſola:aut materia cum aliquo accidēte:aut mate=
ria cū anima intellectiua:aut materia cū aliqua alia for=
ma ſubſtātiali.non materia ſola:q: tunc etiā ignis ⁊ qᷝli=
bet elementū:⁊ ſimiliter qᷝlibet corpus mixtū eſſet cōpo=
8.phy.30. ſitum ex corpore ⁊ forma:qᷝ nullus dicit:ſola eñ anima=
lia dicūtur compoſita ex corpore ⁊ forma:nec eſt materia
cum accidēte:quia nullum accidens eſt de eſſentia hoīs:
nec materia cū anima intellectiua:q: anima intellectiua
eſt altera pars hoīs corpori condiſtincta:igitur eſt mate=
ria cum alia forma ſubſtātiali:⁊ habetur propoſitum.
¶ Tertio quādo aliquod aīal moritur:materia pro nullo
inſtāti eſt ſine forma corporeitatis.aut igiꝉ iſta preerat in
aīali dum viueret:⁊ habetur ꝓpoſitum:aut eſt nouiter in
troducta:⁊ hoc rōnabiliter dici nō poteſt:quoniā nullus
effectus vnus ſm ſpeciem ꝓducitur indifferēter a quoli=
bet ab vno ⁊ a pluribꝰ ſm ſpeciē:nec etiā indifferēter per
quālibet tranſmutionē preuiā:ſe a determinata cauſa:et
a determinata diſpoſitione preuia:nunc autē videmus ꝙ
ſi bos aut aliud aīal interficiaꝉ gladio vel fuſte:aut ſuffo=
cetur:vel ſubmergatur:aut aliquo alio modo moriaꝉ ſem
per cadauer eſt eiuſdē rationis:⁊ per conſequēs forma ca
daueris illius eſt eiuſdē rationis.igiꝉ non ꝓducitur tunc
de nouo:ſed p̄erat in viuēte ꝓducta a determinato ⁊ ꝓpo
generāte ſue ſpeciei:⁊ ita etiā de hoīe probari poteſt.
¶ Quarto mortuo aīali manent eadē accidētia numero
que prius erant.igiꝉ habent idē ſubiectū numero:q: acci
dens nō migrat naturaliter de ſubiecto in ſubiectū:nunc
autē ſubiectū eorū non eſt materia prima.q: illa non ime=
diate recipit accidentia abſoluta.igitur remanet aliqua
forma precedens ⁊ non ſenſitiua.igitur corporeitatis.
¶ Quinto hoc ſpecialiter ꝓbatur de hoīe:quia ſi corpo=
reitas nō diſtinguiꝉ ab intellectiua ſequeretur ꝙ corpus
chriſti in ſepulchro nunq̄ fuiſſet pars eſſentialis nature
humane in chriſto:nec fuiſſet idē corpus viuū ⁊ mortuū:
nec fuiſſet deitas vnita illi corpori:niſi ꝑ nouā aſſumptio=
nem:quod videꝉ abſurdum. Similiter nō eſſent eadē cor=
pora ſanctorū viua ⁊ mortua:⁊ per conſequens non eſſent
adoranda:ſicut corpora ſanctorū:quia illa corpora nunq̄
habuerūt:igitur magis concordat cū fide eccleſie ponere
diſtinctionem inter illas formas q̄ vnitatē. Plures alie
rationes adducuntur ad idem:ſed he ſunt potiores ⁊ eis
ſolutis cetere faciliter ſoluuntur. ¶ Ad primū dicēdum:
ꝙ hoc nomē corpus equiuoce accipiꝉ:quādoq̧ eñ ſigni=
Ca.p̄mo. ficat ipſam quātitatē ſeu dimēſiones:ſicut apd Cōmēta.
Cō.63. in de ſubſtātia orbis:⁊ p̄mo phy.qñq̧ aūt oē in naturā ſeu
Cap.17. ſubſtātiā quātā:vt apud Aug.7.ſup Gen.vbi ait.nos di=
de paruis cimus naturā qualibet longitudine latitudine altitudine
Egi.in de ſpatiū loci occupātē:⁊ iſto modo hō eſt corpꝰ:⁊ etiā mate
plalitate ria eiꝰ eſt corpus. ¶ Moderni aūt doctores diſtinguunt
formaꝝ. corpus in corpꝰ de gñe quātitatis:⁊ illud eſt trina dimen=
ſio:⁊ corpus de gñe ſubſtātie:⁊ iſtud ſubdiuidūt in corpꝰ
qᷝ eſt genꝰ:⁊ ſic diciꝉ de oī ſubſtātia cōpoſita ex materia
et forma ſubſtātiali:⁊ in corpus qᷝ ſignificat alterā partē
compoſiti diſtinctā contra formā:primo modo cōcedo ꝙ
hō eſt corpus. Sciēdū tamen ꝙ ſicut aīal:eſto ꝙ ſignificet
totum cōpoſitum:q: tamen eiꝰ differētia cōſtituitiua:vt
loquitur modo cōſueto ſignificat determinate formā:ſcʒ
animā:ideo animal diciꝉ eſſe principaliter aīal per aīam:
ſicut licet corpus qᷝ eſt genus ſignificet ſubſtātiam cōpo
ſitam:⁊ de illa ſolū ſm hunc modū accipiēdi p̄dicetur:q̄a
tamē eiꝰ cōſtituitiua differētia ſigt determinate naturā:
ſicut ptʒ in diffinitione eiꝰ:nā diffiniꝉ ꝙ eſt ſubā materia
lis:iō corpus dr̄ eſſe corpus p̄ncipaliꝛ ꝑ materiā:⁊ ſic dico
ꝙ hō eſt corpꝰ per materiā.i.quia ex materia cōpoſitus:
et nō eſt corpꝰ per aliquā aliā formā ab aīa intellectiua.

+ q̄ hoc vr̄ nā corpꝰ p̄ut eſt genꝰ ſup̄a
at. nū dr̄ n̄ compoſitū ex m̄a et for̄a ſubāli
et ſic ſict ꝑ animā hō eſt hō et at et corpꝰ
ſic̄ lapis nū ꝑ m̄am dr̄ corpꝰ de genere ſubē
ſꝫ ꝑ formam corpꝰ n-x in ſc̄o dr̄ corpꝰ
n̄. ibi ꝑ m̄am ſic debet nominari cū ſit
in extenſa for̄. q̄ dat tales ꝑ ſ..tones ſ.

¶ Ad ſecundum dicendum ꝙ corpus altera pars cōpoſi
ti eſt ſola materia. verūtamen hoc poteſt dupliciter acci=
pi.ſ.cōmuniter:⁊ ſic quelibet materia eſt corpus:quomo
do accipit etiā Cōmen.1.phyſi.vbi poſita diſtinctione de Cō.63.
duplici alteratione.ſ.ſubſtātiali ⁊ accidentali ait:et cum
conſiderauerint iſtud quod defert vtrāq̧ trāſmutationē
inueniūt ipſum idem numero:et eſt corpus demonſtratū:
videmus eñ idem corpus in eodem loco trāſferri de car=
neitate in terreſtritatē:et de terreſtritate in vegetabilita=
tem ⁊c.⁊ in.1.meta.d.ꝙ quatuor elemēta alterātur adin= Cō.15.
uicem in accidētibus ⁊ formis ſubſtātialibus remanenti
bus illis in hac corporeitate ſingulari.i.remanēte eorum
corporeitate ſingulari:cōſtat aūt ꝙ illud non poteſt intel=
ligi niſi de ſola materia non de cōpoſito ex materia ⁊ alia
forma ſubſtātiali. Tum q: in nullo elementoꝝ eſt plus/q̄
vna forma ſubſtantialis. Tum q: ſola materia ſm ipſum
eſt ſubiectū generationis:ſicut ptʒ in eodē cōmen.primi Cō.63.
phyſi.per eūdem contra Auiceñ.⁊ infra:nec eſt cōtra hoc Cō.69.
ꝙ ibidē ait.ꝙ qui ponit hanc materiā eſſe corpus peccat:
quoniam tunc accipit corpus pro ipſis dimenſionibus:
quas ibi probat differre a materia:⁊ iſtud clarum eſt vo=
lenti aſpicere:ſic autem accipiendo corpus cōmuniter po
teſt concedi ꝙ ignis ⁊ quelibet ſubſtantia materialis/ſeu
corpus primo modo dictū cōpoſitum ex corpore ⁊ forma
alio modo pōt accipi ſpecialiter pro materia organizata:
et ſic ſola animata conſueta ſunt dici cōpoſita ex corpore.
¶ Ad tertium dico.ꝙ forma cadaueris de nouo introdu
citur:non tñ ſemper eiuſdem rationis:ſicut aſſumit argu=
mentū:ſicut nec ſemꝑ eodē modo diſſoluitur armonia:et
corrūpitur cōplexio aīalis:ſed aliqñ per ſuperabundan=
tiam vnius humoris:aliqñ per ſuperabūdantiā cōtrarij:
et qñq̧ per exceſſum vnius qualitatis:et aliqñ per exceſ=
ſum cōtrarie:⁊ interdū tam varie:vt tā diuerſe cōplexio=
nes generētur ꝙ eas etiā diuerſe ſm ſpeciem forme cada
ueris conſequūtur:quod etiā frequēter apparet ſenſibili
ter ex diuerſitate accidētium ipſoꝝ cadauerū:q̄uis etiā
plerūq̧ in exterioribus accidentibus non percipiaꝉ talis
diuerſitas:nec tamē nego:quin etiā aliqñ diuerſis cauſis
poſſit ſequi forma cadaueris eiuſdē rationis:nec hoc eſt
incōueniens:qm̄ et hoc etiā videmus in pluribus effecti=
bus naturalibus:eundē eñ calorem ſm ſpeciē cauſat ſol
et ignis:⁊ ſic de multis alijs. ¶ Ad quartū concedo ꝙ fre
quenter multa accidētia manent eadē numero in eodem
ſubiecto:⁊ dico ꝙ ſola materia eſt ſubiectum eorum:ſicut
frequenter dictum eſt in precedentibus diſtinctionibus.
¶ Preterea. Vel iſte qui ſic arguit intēdit ꝙ ſola forma
ſubſtātialis eſt ſubiectum taliū accidētium corporaliū:⁊
hoc eſt valde mirabile ⁊ diſſonum phyſicis dictis:ac etiā
veritati:vt ptʒ ex dictis in.q.de dimēſionibus diſtin.12.
vel vult ꝙ cōpoſitum ex materia ⁊ forma ſit eoꝝ ſubiectū
et tunc cōtradicit ſibi:nam in.q.precedēte vult ꝙ nullum
accidens ſit ſimplicius ſuo ſubiecto:⁊ per hoc ꝓbat ꝙ ſen
ſatio non eſt ſubiectiue in compoſito ex materia ⁊ anima.
¶ Ad quintū nego oēs illas conſequētias:ſi in eis capia=
tur corpus pro altera parte cōpoſiti:nam ſicut eadē ipſa
materia exiſtens in ſepulchro fuerat pars eſſentialis na=
ture humane in chriſto:ita et idem corpus exiſtens in ſe=
pulchro fuerat pars nature humane in chriſto:⁊ qᷝ tunc
erat mortuum prius fuerat viuū:nam tale corpus nihil
aliud erat intrinſece/q̄ ipſa materia:iterū illa fuit vnita
verbo abſq̧ aſſumptione noue rei. Idem etiā dico de cor
poribus ſanctorū loquēdo preciſe de eo ꝙ eſſentialiter eſt
corpus:verūtamen in eis noue ſubſtantiales forme intro=
ducte ſunt:quod neminem puto debere negare:alioquin
pulueres ⁊ cineres in quos reſoluta ſunt multoꝝ corpora
ſanctoꝝ quos veneramur fuiſſent partes eſſentiales ipſo=
rum ſanctorum dum viuerent:qᷝ abſurdum ⁊ manifeſte



falſum eſt. Et ideo quilibet habet concedere ꝙ tales reli=
quias veneremur:non quia fuerunt ipſe partes ſancto=
rum:ſed quia pars eorum fuit pars ſanctorum. Illā au=
tem partem dico ſolam materiam. ¶ Addo etiam ꝙ hoc
argumentum fortius reducitur contra ſuum factorem.
Nam ſm ipſum.3.quol.q.5.forma corporeitatis ⁊ forma
mixtionis ſunt penitus idem.forma igitur cineris ſiue ci
nereitas eſt eius corporeitas.ſi ergo corpus eſt aliquod
compoſitum ex materia et forma:cum cinereitas nō fue=
rit in ſanctis viuentibus:ſicut nec ipſi fuerunt ex cineri=
bus eſſentialiter compoſiti:ſequitur ꝙ iſta non ſunt illa
corpora que habuerunt. ¶ Ad argumēta.q.ad primum
concedo ꝙ in homine eſt anima intellectiua et ſenſitiua ⁊
vegetatiua:quia eadē ipſa anima eſt que eſt homini prin=
cipium viuendi ſentiendi et intelligendi:vt ſupra proba=
tum eſt:et ipſa etiam ſubſtantia etiam per eam formali=
ter:homo etiam ſubſtantia eſt:ita ꝙ non oportet ponere
aliquam multitudinem formarum in homine:de forma
vero corporeitatis dicendum ꝙ ſi ſumatur corpus pro al
tera parte non eſt dicenda alia forma corporeitatis. Si
vero ſumatur vt eſt genus:ſic vel intelligimus per for=
mam corporeitatis formam eius quod eſt corpus:et ſic
anima intellectiua eſt forma corporeitatis:vel intelligi=
mus formam qua ipſum primo eſt corpus ad modum
quo dicimus ꝙ homo eſt homo per animam rationalem:
et ſic nego talem formam corporeitatis et in homine et in
quolibet compoſito:nam vt dictum eſt ſupra non per for=
mam principaliter:ſed per materiam materialis ſubſtan
tia eſt corpus. ¶ Ad ſecūdam et tertiam patet ex dictis.
¶ Ad quartum concedo conſequens et dico ꝙ talis di=
uerſitas accidentium et operationum non prouenit ex
diuerſitate formarum ſubſtantialium:ſed ex conditione
vnius forme.ſcilicet anime que ſuum proprium et debi=
tum ſuſceptiuum requirit taliter organizatum ⁊ talibus
accidentibus diuerſis diuerſas partes materie perficien
tibus diſpoſitum et eadem ipſa in huiuſmodi diuerſis or
ganis et partibus eſt diuerſarum operationum primum
principium. Et omnia hec quilibet ponens animam for=
mam corporis habet concedere:nec preter illam pro hu=
iuſmodi diuerſitate accidentium et operationum opor=
tet alias formas ſubſtantiales in partibus illis fingere.
Quod autem dicitur ꝙ ſm hoc nunq̄ poſſet argui ꝙ ali
qua differant ſpecie in genere ſubſtantie:dico ꝙ immo:
nam licet ex huiuſmodi diuerſitate in partibus vnius to=
talis perfectibilis quod eſt debitum eſt proprium forme
ſuſceptiuum:non poſſit argui diuerſitas formarum ſub=
ſtantialium:quādo tamen in proprijs ſuſceptiuis et per=
fectibilibus talis accidentium et operationum diuerſi=
tas reperitur:bene arguitur diuerſitas ſpecifica ſubſtan
tialis in illis:vnde quia in corpore cerui quod totum cō=
paratur ad ſuam animam:vt proprium perfectibile et
in corpore leonis:qᷝ etiā eſt vnum propriū pfectibile ſue
anime:videmus huiuſmodi diuerſitatem accidentium:
bene arguimus in eis diuerſitatem ſpecificam anima=
rum:nec tamen in diuerſis partibus eiuſdem corporis
dicimus animas ſpecie diuerſas exiſtere non obſtante
ꝙ in eis ſit diuerſitas et accidentium et operationum:
quia nulla earum partium per ſe eſt proprium anime
ſuſceptiuum.

¶ Diſtinctionis.xvj.⁊.xvij. Queſtio Tertia.

Tertio quero. Utrum in homine poten=
tia ſenſitiua et intellectiua reali=
ter diſtinguaꝉ ab eius anima. Et arguo pri=
mo ꝙ ſic.de potentia ſenſitiua.nam potentie
ſenſitiue ſunt multe in homine:anima vero
tñ vna.igitur aliqua potentia ſenſitiua hominis diſtin=
guiꝉ ab anima:et qua ratione vna et quelibet. conſequen
tia patet:quia ſi quelibet eēt eadem anime:eſſent omnes
eedem inter ſe:et per conſequēs non eſſent multe:ſed vna
tñ:antecedēs notum eſt. ¶ Secundo idem probatur de
intellectiuis:et per idem medium ſic.memoria et intelle=
ctus et voluntas in homine ſunt tres res diſtincte. igitur
quelibet eſt res alia ab anima. conſequentia probatur ſi=
cut precedens:antecedens probatur auctoritate Augu.
4.de trinita.d.Cum memoriam meam intellectum ⁊ vo= Cap.vlti.
luntatem nomino ſingula quidem nomia ad res ſingulas
referuntur:ſed tamen ab omnibus tribus ſingula facta
ſunt.nomen enim horum trium nominum eſt quod non ⁊
memoria intellectus et voluntas mea ſimul operata ſit:
vbi patet ꝙ ſm ipſum illa tria nomina pro tribus rebus
diſtinctis que ſunt in ipſo ſupponunt:⁊ vnum ſupponit ꝓ
re pro qua aliud ſupponit:alias nō ſingulas ad res ſingu
las referuntur vt ait.

**Ad oppoſitum** arguitur per auctoritatem il= Cap.8.
lius de ſpiritu et anima:qui
ait. Anima eſt ſpiritus rationalis et intellectualis.et ſe=
quitur ſtatim.ſm ſui operationis officium varijs nuncu=
patur nominibus.dicitur nāq̧ anima dum vegetat:ſpiri
tus dum contemplatur:ſenſus dum ſentit:animus dum
ſapit:mens dum intelligit:ratio dum diſcernit:memoria
dum recordatur:voluntas dum vult vel conſentit. Iſta
tamen non differunt in ſubſtantia quemadmodum in no
minibus:quoniam iſta omnia anima vna eſt:et proprieta
tes quidem diuerſe:ſed eſſentia vna:et paulo poſt etiam
ſubdit:has potentias habet anteq̄ corpori miſceatur.na
turales ſiquidem ſunt ei:nec aliud ſunt q̄ ipſa. Itē infra
potētie nāq̧ eius atq̧ vires eius idem ſunt ꝙ ipſa.et mul
totiens eādem ſententiā ponit in illo libello.

**Reſpondeo** primo tractanda eſt queſtio quo ad
potentiā ſenſitiuā. ¶ Secūdo.quo
ad intellectiuam.

**Quantum** ad primū eſt triplex ſollēnis opi.vna S.Tho.
enim ponit ꝙ potentia ſenſitiua ani= 1.pt.q.77
me eſt quedā qualitas a corpore ⁊ anima eſſentialiter di= arti.1.⁊.5.
ſtincta ſubiectiue exiſtens non in corpore tñ neq̧ in ani=
ma ſola:ſed in coniuncto. Qꝛ autem huiuſmodi potētia:
quinimmo vniuerſaliter quelibet potentia anime ſit acci
dens diſtinctū ab anima ꝓbaꝉ dupliciter. Primo.q: cū
potentia et actus diuidant ens et quodlibet genus entis:
oportet ꝙ ad idē genus entis referātur potētia et actus.
Et ideo ſi actus nō eſt in genere ſubſtātie:potētia que di=
ciꝉ ad illū actū non poteſt eſſe in genere ſubſtātie:opatio
autē anime nō eſt in genere ſubſtātie:ſed in ſolo deo eius
opatio eſt eius ſubſtātia.igiꝉ potētia ad opationē aīe nō
eſt ſubſtātia. ¶ Secūdo.anima ſm ſuā eſſentiā eſt actꝰ:
ſi ergo ipſa eſſentia anime eſſet imediatū opationis prin=
cipiū ſemꝑ habēs aīam actu haberet opa vite:ſicut ſem=
per habēs aīam actu eſt viuū:ſed hoc eſt falſum.ergo ⁊c̄.
¶ Tertio.Diony.de diui.nomi.dicit.ꝙ celeſtes ſpiritus Cap.11.
diuidūtur in eſſentiā virtutē ⁊ opationē:et multo magis
in anima aliud eſt eſſentia aliud potentia. ¶ Quarto.ab
alijs arguitur ꝙ potentia eſt de ſecūda ſpecie qualitatis:
igitur eſt accidens et diſtincta a ſubſtātia. Qꝛ autē iſtud
accidens ſit ſubiectiue in cōpoſito.probatur:q: eius potē
tia eſt ſicut ſubiecti:cuius eſt operatio:vt dicit Philoſo=
phus in de ſom.⁊ vigi.ſed opationes potētiarū ſenſitiua=
rū ſunt non anime ſolius:ſed totius coniuncti:quoniā ta=
les exercetur per organa corporalia.igitur ⁊c̄. ¶ Confir
matur per Philoſophum in de ſom.et vigi.qui dicit.ꝙ
neq̧ anime ꝓprium eſt ſentire:neq̧ corporis:cuius enim
potentia eſt eius et actio. ¶ Iſta opi.non placet mihi eo ꝯ Tho.
ꝙ pluralitatem rerum ponat:ad quam ponendam nec co vbi.ſ.
mm

git experientia:nec ratio ex experientia ſumpta : nec ali-
qua auctoritas ſacra:ꝙ non exꝑientia patet:nullus enim
experitur animam et eius potētiam quaſi duo diſtincta:
quod non ratio patebit ſoluendo:ꝙ etiam nec auctoritas
ſacra:patet.quia nullibi in ſacro canone habetur. ¶ Ar-
guo tamen et arguitur contra eam primo ſic:omne per
T.c.14. quod primo ſentiens ſentit:eſt potentia ſenſitiua:anima
eſt huiuſmodi.patet in ſecūdo de anima.ergo ⁊c. Ad hāc
reſpondendum ꝙ forma accidentalis hoc ipſo ꝙ ipſa eſt
actionis principium a forma ſubſtantiali habet. Et ideo
forma ſubſtātialis eſt principium primum oppoſitionis:
ſed non proximum:⁊ ſic intelligit Philoſophus. Ex hoc
ad formam rationis debet dici ꝙ maior non eſt vera niſi
de eo per quod proxime et immediate ſentiens ſentit:⁊ in
S.Tho. hoc ſenſu minor eſt falſa . ¶ Contra.ſi anima non eſt im-
mediatum principium ſentiendi poſſibile erit ꝙ aliquid
inanimatum vere ſentiat:nā poterit deus in corpore crea
re potentiam vel creatam conſeruare non creādo animā:
hoc autem poſito id vtiq̄ ſentiet:ſicut ſi fieret calor in cor
pore abſq̄ forma ſubſtantiali illud calefaceret:hoc autē
non videtur concedendum : nam illo caſu poſito tale cor-
pus non viueret cum anima ſit vita corporis: et per con-
ſequens nec vite oꝑationes haberet. ¶ Preterea. Qua
ratione hoc poſſet fieri de vna operatione potentie ſenſi-
tiue:et de qualibet: et ſic de operationibus appetitus ſen
ſitiui:ex quo ſequitur ꝙ aliquis carens anima poterit do
lere et triſtari timere et eſurire et ſitire:hoc autem eſt con
Qō.80. tra intentionē Aug.83.q. vbi contra Apollinarem negan-
tem Chriſtum habuiſſe animam probat ꝙ ipſe vere ani-
mam habuit ex eo ꝙ ipſe vere doluit:et eſuriuit:et cetera
ſimilia paſſus fuit. vnde ait. ꝙ ſicut quia habemus euan-
geliſtarum narratiōes per quas Chriſtū natum de Ma-
ria virgine cognouimus et comprehenſum a iudeis ⁊ fla
gellatum ⁊ crucifixum atq̄ interfectum ⁊ ſepultum:que
eum corpus habuiſſe teſtātur: ſic eum habuiſſe animam
indicāt affectiones ille que non poſſunt eſſe niſi in anima:
quas euangeliſtis teſtātibus legimus. et miratus eſt Je-
ſus et iratus et cōtriſtatus et exhylaratus et multa alia
innumerabilia:ſicut etiam illa que coniunctim officia ſi-
mul et corporis et anime oſtendunt ſicuti ſunt ꝙ eſuriuit
ꝙ dormiuit ⁊c. Et infra ſubdit:ſicut autem quia mandu-
cauit ſine corpore intelligi non poteſt:ſic:quia eſuriuit ſi-
ne anima fieri non potuit . Nec iſta gloſari poſſunt:vt in-
telligatur loqui tantum de potentia naturali:quoniā tūc
nihil contra illum probaret: nam et ille non dixiſſet natu-
raliter eſſe factum ꝙ Chriſtus habuit corpus humanum
et ſimile alijs:et tamen caruerit anima humana : ſed per
ſingularem potentiam dei : et per conſequens niſi ſit ſim-
pliciter impoſſibile aliquē dolere vel eſurire ⁊c. ſine ani-
ma non ex illis ſufficienter arguitur contra eum . ¶ Di-
ces ꝙ idem ſequitur contra alios ponētes potentias eſſe
idem quod anima:nam ipſe operationes poterūt fieri per
potentiam dei abſq̄ anima:ac per hoc nihil arguetur cō-
tra Apollinarem. ¶ Reſpondeo. ꝙ vtiq̄ tales qualita-
tes que ſunt dolor vel eſuries ⁊ ſimiles poſſent fieri abſq̄
anima: ſed tunc nulla eſſet dolor vel eſuries nec per eam
aliquis doloret et eſuriet:ſed ꝙ aliquis doleat vel eſuriat
aut aliquid eiuſmodi patiatur abſq̄ anima eſt penitus
impoſſibile: nunc autem legimus ꝙ Chriſtus doluit eſu-
riuit ⁊c. Jdeo bene contra illum concludit ꝙ vere animā
habuit. Et ideo qđ dicit Augu. ꝙ ille affectiones nō poſ-
ſunt eſſe ſine anima : non eſt intelligendū quin poſſint exi-
ſtere ſine anima: ſed ꝙ non poſſunt eſſe tales affectiones.
nam ſi fierent ſine anima q̄uis eſſent alique entitates nō
eſſent tantū affectiones tales. verbi gratia. dolor vel eſu-
ries.et ſic de alijs:ſicut ſi rem illam que nunc in me eſt vi-
ſio deus me deſtructo conſeruaret abſq̄ iſto:aut etiam in

aliquo ſubiecto:dūmodo non eſſet in anima. verbi gratia.
in lapide/ſiue hoc ſit poſſibile/ſiue non:illa non eſſet:tunc
viſio/nec lapis/aut aliquid aliud per illam videret :ſicut
in ſimili diffuſius dictum eſt in libro primo. ¶ Preterea
Si potentia ſenſitiua. verbi gratia. viſiua ſit tale accidēs
exiſtens in coniuncto ex organo viſus ⁊ anima informan-
te illud ſequitur ꝙ ad deſtructionem organi deſtratur po
tentia viſiua:⁊ hoc etiā conſequens opi. concedit:ſed hoc
vt videtur eſt contra Auguſt. in lib. ſuper Gen̄. ad litterā
in principio vbi ait : alia enim eſt lux que ſentitur oculis:
alia autē qua per oculos agitur vt ſentiatur : illa enim in
corpore:hoc autē q̄uis per corpus ea que ſentit accipiat
inanimatum eſt : ⁊ paulo poſt de iſta luce qua per oculos
agitur:vt ſentiatur ⁊ que per corpus accipit ea que ſentit:
que non eſt aliud/q̄ illud quod nos vocamus potentiam
viſiuam et viſualem : ſubdit. neq̄ hoc cum miniſteria de-
ſunt corporis:ſicut in cecis/aut in ſurdis: nam in iſtorum
animis eſt iſta lux de qua nunc agimus : ſed inſtrumenta
corporis deſunt. neq̄ illo modo quo in ſilentio vox nō au-
ditur: cum iſta lux eſt in anima ⁊ aſſunt corpori inſtrumē
ta:ſed nihil quod ſentiatur infertur: non ergo qui his cau
ſis non ſentit caret iſta luce : ſed cum talis potentia nō eſt
in anima que nec anima dici ſolet:ſed tantum vita qualis
perhibetur eſſe vitis ⁊ arboris ⁊c. hic nota ꝙ in animis ce
corum ⁊ ſurdorum dicit eſſe lucem iſtam:⁊ inſuper ꝙ qui
non ſentit propter carentiam organorum ſentiendi non ca
ret iſta luce: ex quo patet ꝙ non deſtruitur talis potentia
ad deſtructionem organi. Quod autem addit. Sed cum
talis potentia non eſt in anima ⁊c. non eſt accipiēdum ſic
vt intelligatur ꝙ eadem anima aliquando habeat in ſe ta
lem potentiam: et aliquando non habeat:ſed quia aliqua
anima talem potentiā nō habet:ſicut eſt anima viuētium
inſenſibilium/ſeu inſentientium : ſi tamen talium vita ap-
pelletur anima:⁊ ideo addit ipſe que nec anima dici ſolet
⁊c. ¶ Ad primam rationem opi. cum dicit ꝙ actus ⁊ po-
tentia diuidunt ens ⁊ quodlibet genus entis ⁊c. aut acci-
piuntur actus ⁊ potētia:vt ſunt differentie entis/ſeu eſſe:
quod ſignificat verum:⁊ tunc nihil ad propoſitum/vel ac-
cipitur potētia pro principio actiuo/vel paſſiuo: et actus
pro eo cuius dicitur talis potentia: ⁊ tunc illa propoſitio
aſſumpta ſcilicet ꝙ actus ⁊ potentia ſunt in eodem gene-
re vniuerſaliter accepta eſt falſa ſimpliciter et contra ar-
guentem:nam vt ſupra probatum eſt omne accidens me-
re corporale immediate recipitur in materia:ita ꝙ imme-
diata potentia ſuſceptiua ipſorum eſt alterius generis ab
eis. Jtem ſm̄ hunc doctorem ſupe. 4. meta. nullum acci-
dens inheret alteri accidenti:⁊ per conſequens eius potē
tia non eſt eiuſdē generis cum eo. Jtem in ꝓpoſito eſſen-
tia anime ſm̄ eum eſt principium potētie etiam actiuum
a quo fluit ⁊ paſſiuum/ſeu materiale in quo recipitur igi-
tur vel eſſentia anime eſt accidens: quod ipſe non diceret
vel potentia eſt ſubſtantia:quod eſt contra eum. ¶ Ad ſe
cundum argumentum primo contra eum : nam potentia
anime ſi ſit tale accidens ſm̄ ſuam eſſentiam eſt actus:in-
format enim ſubiectum. igitur ſi ipſa eſt imediatum prin-
cipium operationis ſemper habebit in actu opera vite.
Reſpon. igitur ⁊ nego conſequentiam:nec probatio valet
quoniā non oportet vt actui primo ſemper ſit coniunctus
actus ſecundus: ſicut in multis declarari poſſet. ¶ Ad
auctoritatem Diony. dicendum ꝙ non vult aliud dicere:
niſi ꝙ in omni ſpiritu celeſti eſt eſſentia virtus ⁊ operatio:
que tria quedam ſunt : non tamen realiter ſed ratione : et
hoc manifeſte ipſe dicit. Eſt enim textus ſuus talis. Jn
tria diuiduntur ſm̄ ſe ſuper mundana ratione omnes di-
uini intellectus in eſſentiam virtutuem operationem. Et
Hugo in cōmento exponit ſuper mundana ratione. i. ſpi-
rituali ratione. ¶ Ad quartum nego cōſequentiam. nam



forma ſubſtantialis inquantum eſt principiū operatiuū:
ſeu per quā aliquid eſt potens operari eſt in ſecunda ſpe-
cie qualitatis:nec tamen eſt accidēs:vt de accidente nūc
Cō.20. loquimur:et hoc etiā Cōmē. approbās dictū Alex. 7. phy.
in fine idem dicit. Querit enim quare Ariſto. inueſtigās
ad quas ſpecies qualitatis eſt motus tacuit ibi ſpeciem
ſecundā que eſt naturalis potentia: et reſpondet ꝙ Alex.
dicit ꝙ iā determinatum eſt vniuerſaliter: ꝙ nō eſt qua-
litas:et intēdit inq̄t Cōmen. ꝙ res agūt ꝑ ſuas formas et
patiunt̄ ꝑ materias:⁊ materie et forme ſunt ſubſtātie ne-
Secūda ceſſarie. ¶ Alij tenentes potentiam ſenſitiuam non eſſe
opinio eſt accidens dixerunt ꝙ ipſa eſt compoſitum quoddam ex
Sco. lib. corpore ſic mixto ⁊ anima proportionaliter perficiēte ad
4. diſ. 45. actum correſpondentem tali cōpoſito:vnde ſm̄ iſtos ipſa
3. q. anima non eſt potentia ſenſitiua loquendo de potētia to-
tali:ſed pars huius potētie. Hoc dictū q̄uis abſq̄ ꝓba-
tione inuenerim poſitū:videtur tamen poſſe ꝓbari auc̄te
Cap. 2. Aug. 2. de tri. Nam omē in quo ſenſatio recipit̄ ſubiecti-
ue pertinet eſſentialiter ad potentiam ſenſitiuam:ſed ſen-
ſatio recipitur tam in anima q̄ in corpore. igitur ⁊c. Mi-
nor patet per Aug. vbi ſupra:ibi enim commemoratis tri
bus. ſ. re viſibili:viſione:et voluntate animi que re viſibili
ſenſum admouet ait:ꝙ primum non pertinet ad animan-
tis naturam:alterum autem. ſ. viſio ita pertinet:vt etiam
in corpore fiat:et per corpus in anima : fit enim in ſenſu q̄
neq̄ ſine corpore eſt neq̄ ſine animā. Tertium vero ſolius
anime eſt:quia voluntas . Hic attenditur ꝙ primo dicit
viſionem fieri in corpore et in anima : per quod probatur
minor aſſumpta . Jtem dicit ꝙ ſenſus non eſt ſine corpo-
re neq̄ ſine anima. ¶ Ad idem eſt alia auctoritas eiuſdē
Cap. 12. 10. ſuper Gen̄. Veriſſime inquit ſcriptum eſt:caro concu
piſcit aduerſus ſpiritum et ſpiritus aduerſus carnē:ſed
tamen carnem ſine anima concupiſcere nihil poſſe puto:
qđ omnis doctus indoctuſq̄ non dubitat:et ꝑ hoc ipſius
concupiſcentie carnalis cauſa non eſt in anima ſola : ſed
multo minus eſt in carne ſola:ex vtroq̄ autem fit ex ani-
ma. ſ. ꝙ ſine illa delectatio nulla ſentitur: ex carne autem
ꝙ ſine illa carnalis delectatio non ſentitur. carnem itaq̄
concupiſcentem aduerſus ſpiritum dicit Apoſtolus car
nalem proculdubio delectationē quā de carne et cū car-
ne ſpiritus habet aduerſus delectationem quā ſolus ha
bet. hec Augu. Jn his verbis patet ꝙ delectatio ſpiritus
eſt in ſolo ſpiritu:ſed delectatio carnis eſt ſpiritu ⁊ in car
ne:q̄ delectatio vtiq̄ actus eſt ſenſitiui appetitus:ex quo
ſequitur ꝙ appetitus ſenſitiuus includit et carnem ⁊ ani
mam : et eadem ratione alie etiam ſenſitiue virtutes .
¶ Tertio. idem poteſt probari per dictum Philoſophi
de ſomno et vigil. ſupra allegatum . ¶ Quarto poteſt
argui:quia ſi non ſic eſſet ſequeretur ꝙ inſtrumentum ſeu
organum ſentiendi nō eſſet per ſe requiſitum ad ſenſatio-
nem:quia ſi eſſet aliquo modo per ſe cauſa eius:nō enim
vllam per ſe cauſalitatem habet reſpectu ſenſationis : vt
videtur:niſi ſit ꝑ ſe eius ſuſceptiuum ⁊ cauſa materialis.
¶ Quinto. quia alias ſola anima ſuſciperet ſenſationē:
⁊ ꝑ ꝯn̄s in ea ſeparata poſſet deus ꝯſeruare ſenſationem:
et ſic a corpore ſeparata ſentiret:quod videtur valde mi-
rabile. Scđm hanc viā patet:ꝙ potentia ſenſitiua diſtin-
guitur ab anima:ſicut et totum diſtinguitur a parte. pa-
tet etiam quomodo potentie adinuicem diſtinguuntur.
Quāuis enim anima humana tota ſit in qualibet corpo-
ris parte:diſtinctio tamen potentiarum ſaluatur propter
diſtinctionem organorum ⁊ partium corporis:cum qua-
rum vna ipſa anima conſtituit vnam potentiam ſenſiti-
uam:vtpote viſum:⁊ cum alia aliam vt auditum:⁊ ſic de
alijs. Jn alijs vero animalibus: ſi anima ſenſitiua exten-
datur in eis vna pars anime cum vno corporis membro
conſtituit vnā potentiā:⁊ alia pars cū alio cōſtituit aliā.

¶ Alia opinio eſt:ꝙ ſola anima eſt potētia ſenſitiua:et in
ea ſola ſenſatio recipit̄ ſubiectiue. Quod probatur:quia
nulla forma ſimplex recipit̄ primo ⁊ immediate in cōpo-
ſito eſſentialiter : ſed vel recipit̄ in altera parte tantū vel
in vna imediate ⁊ in altera mediate:alias idem accidens
ſimul eſſet in diuerſis ſubiectis:ſenſatio autem eſt forma
ſimplex. igitur ⁊c. Jſta videtur intētio Cōmenta. ſecūdo
de anima. Cōmen. 136. ⁊. 137. in quorum primo ait. Sonus
q̄ eſt in actu extra aīam ita mouet īſtrumētū audit⁹:ſicut
auditus qui eſt in actu. i. organū īmutatū a ſenſibili ꝑ q̄li- Cōmē. 36.
tatem mouet v̄tutem auditus:in alio cōmē. ait. ꝙ ſenſus et. 137.
mouēt v̄tutes:ſicut ſenſibilia que ſunt extra aīam mouēt
ſenſus:in quibus patet ꝙ virtutes diſtinguūtur ab orga-
nis:⁊ dicit ꝙ mouētur ab illis factis:⁊ per cōſequens nec
virtus ſeu potētia includit organū:nec in organo eſt ſen-
ſatio. ¶ Quāuis autē prima iſtarū duarū opinio michi
valde ꝓbabilis videatur:hec tamē ſecūda plus placet:et
ideo preter eius ꝓbationes adductas ꝯfirmo eam auctor-
ritatibus ⁊ ratione. Auctoritas prima eſt Auguſt. 12. ſup
Gen̄. d. neq̄ enim corpus ſentit:ſed anima per corp⁹ quo Cap. 46.
veluti nuntio vtitur ad formādum in ſeipſa quod extrin-
ſecus nuntiatur. Si autem corpus reciperet ſenſationem
ſimul cū anima:ita etiā ſentiret ſicut ⁊ ipſa. Non enim na-
turaliter ſenſatio in alio q̄ in ſentiente recipit̄:vult igitur
Auguſt. ꝙ organum ipſum corporale nō recipit ſenſatio-
nem in ſe immediate:ſed eſt quoddā mediū velut nūtius
per quod ſenſibile ſenſationem cauſat in anima. ſ. cauſan-
do ſpeciem in organo:per quam organum cauſat ſenſatio
nem in anima iuxta premiſſum dictum Commenta.
¶ Ad hoc eſt alia auctoritas eiuſdē. 14. de ciui. dei. vbi Cap. 15.
ſimiliter loquitur de paſſionibus ſeu operationibus ſenſi-
tiui appetitus:ait enim ſic. dolores porro qui dicūtur car
nis anime ſunt in carne ⁊ ex carne. Quid enim caro per
ſeipſam ſine anima vel dolet vel concupiſcit:q. d. nihil. et
ſubdit:ſed dolor carnis tantūmodo offendendo eſt anime
ex carne:⁊ quedā ab eius paſſione diſſentio:ſicut anime
dolor que ⁊ triſtitia nuncupatur diſſentio eſt ab his reb⁹
que nobis nolentibus accidūt:vbi diſtinguit duplicē do-
lorem. ſ. carnis ⁊ anime:ſicut in. 12. ſuper Gen̄. vt prealle-
gatum eſt:diſtinguit duplicem cōcupiſcentiam. ſ. carnis
et ſpiritus:dolorem carnis qui maxime ſpectat ad appe-
titum ſenſitiuū:dicit eſſe anime exiſtentis in carne:et eſſe
ex carne ſeu paſſione in ea facta tanq̄ ex cauſa:⁊ ipſa eſt
offenſio ſeu anime tantū diſſentio. eſt igitur ſm̄ ipſum in
anima tantū ſubiectiue:⁊ tamen in carnem cauſaliter effi
ciens. Superius etiam habitum eſt ſm̄ Auguſtinū. 83. q. Qō. 8.
ꝙ affectiones appetitus non niſi in anima eſſe poſſunt:et
per conſequēs vocando potētiam illud preciſe in quo pri-
mo ⁊ immediate recipitur actus ſola anima eſt appetit⁹
ſenſitiuus:⁊ idem iudicium eſt de ceteris potentijs ſenſi-
tiuis. ¶ Ad hoc arguo etiā per Cōmenta. rationem ſatis
mihi ꝓbabilem:ſic. anima humana ē memoria ſenſitiua.
igitur eſt quelibet potentia ſenſitiua hominis:cui⁹ eſt for-
ma:igitur in quolibet animali anima eius eſt eius poten-
tia ſentiua:cōſequentia prima patet:quia idem iudicium
eſt de ſingulis. patet etiā ſecūda:quia qua ratione anima
hominis eſt potentia ſenſitiua hominis eadem et anima
bruti eſt eius potentia. antecedens probo:⁊ primo aucto-
ritate Auguſt. 10. off. animus inquit eſt ipſa memoria:et Cap. 15.
declarat per cōmunem cōceptionem. d. nam ⁊ cū manda-
mus aliquid vt memoriter habeat̄ dicimus vide vt iſtud
in animo habeas:⁊ cum obliuiſcimur dicim⁹. hoc fuit in
in animo:⁊ elapſum eſt animo. ipſam memoriam vocātes
animū:et certum ꝙ loquitur de mēoria ſenſitiua ſeu qua
retinētur ſpecies rerum ſenſatarū et acquiſite per ſenſus:
vt patet ex. c. 10. et pluribus ſequentibus.
¶ Secūdo idem probatur ratione:q: ſpecies ſenſibilium

et cauſate per ſenſus ſunt ſubiectiue in anima ītellectiua et remanent in ea poſtꝗ̄ eſt a corpore ſeparata: alias non haberet diſtinctam memoriam ſingularium ſenſibilium: qđ eſt contra ſanctos. Si ergo nō ipſa anima tm̄ eſt potētia conſeruatiua talium ſpecierū: et per conſequens memoria: vel oportet dicere ꝙ dum eſt coniuncta quedam ſpecies ſenſibilium ſunt in ea tm̄: quedā vero omnino eorūdem obiectorum: et ſimiliter illa repreſentantes ſunt in corpore tm̄ vel in corpore ſimul et anima: ⁊ horum vtrūqꝫ videtur ſuperfluum cum ille quas ſola habet ad omnia: propter que iſte alie ponerentur ſufficiant: aut oportet dicere ꝙ ille eedem que remanent in anima ſeparata ſunt in anima ſimul et corpore dum eſt coniuncta: et tunc ſequitur ꝙ de cōmuni lege ⁊ naturali curſu accidens vno tempore informet aliquod ſubiectum ſaltem partiale: et alio tēpore nō informet illud: qđ nō videtur eſſe concedendū.

¶ Sed circa dictū iſtud eſt grāde dubiū: qm̄ ſicut Aug.
Cap.14. dicit. 7. ſuper Geñ. Quidam ventriculus in medio cerebri organum eſt memorie quo aliqua paſſione leſo compertum fertur hominem amittere memoriam eorū: quorum prius habebat. hoc autem non conuenit: niſi per corruptiōem ſpeciei. igitur ila ſpecies prius erat in illa parte corporis: qđ ꝓbatur: qꝛ nihil qđ eſt in ſola anima ſubiectiue corrumpitur per corruptionem factam in corpore.

¶ Reſpondeo. ꝙ ſuppoſito eſſe verum qđ dicit̄ quecūqꝫ ipſius ſit cauſa quā ꝓ nunc latere me fateor: nō ſequitur tamen illatum: qđ patet: qꝛ in tali caſu non ſolum ille ſic leſus videtur amiſiſſe memoriam: ſeu potius ſpecies rerum ſenſibilium: ſed et inſenſibilium ſi aliquorū prius habebat: et tamen ſpecies tales nullatenus immediate partem aliquam corporis informant.
Riſſio ad rões pro opi. Sco. ¶ Ad ea que pro precedenti opi. adducta ſunt reſpondeo. Ad primam auctoritatem Auguſt. dicendum ꝙ viſio ſm̄ eum ſit in corpore mediate tm̄: quoniam ſit immediate in anima informāte ipſum: ſit etiam per corpus in animam: quoniam a ſpecie cauſata in organo cauſatur in anima viſio: et quia voluntas de qua ibi loquitur non īmediate cauſatur ab aliquo qđ immediate corpus informet. idcirco eam dicit ſolius eſſe anime. Qđ vero additur ꝙ ſenſus non eſt ſine corpore ⁊c̄. dicendum ꝙ ſenſus poteſt accipi dupliciter. Uno modo pro ipſa vi ſenſitiua que nō eſt aliud ꝗ̄ ipſa anima informās talem corporis partem: ita ꝙ hoc nomē ſenſus vel ſpeciale vt viſus ſignificat animā connotando certam partem corporis qđ informat: et propter iſtā connotationem poteſt dici ꝙ ſenſus non eſt ſine corpore: ⁊ cōſtat etiā ꝙ non eſt ſine anima: cum ipſe ſit anima: ⁊ ſm̄ hunc modū anima ſeparata non dicitur ſenſus ꝗ̄uis ipſa poſſit dici ſenſus: ſi accipiatur ſenſus pro potentia ſenſitiua abſolu-
Cap.9. te: et ſic dicit auctor de ſpiritu ⁊ anima: cum ait. ꝙ anima cum ſeparatur a corpore ſecum trahit ſenſum imaginationem intellectum et rationem ⁊c̄. Si igitur primo iſto modo accipitur ſenſus viſio ſit in ſenſu immediate. Alio modo accipitur ſenſus pro inſtrumento per qđ anima ſentit: cum connotatione tamen anime informantis ipſum: vnde viſus ſm̄ hunc modum eſt oculus anima informatus: et ideo non eſt ſenſus etiam ſine anima propter quod oculus mortuus non dicitur niſi equiuoce oculus: vt di-
T.cō.9. citur. 2. de anima. neqꝫ eſt etiam ſine corpore cū ipſum ſit corpus: et ſic accipit ſenſum idem Auguſt. vt patet circa pricipium capituli. In ſenſu autem ſic accepto ſit etiam viſio: ſed mediate: vt dictum eſt. ¶ Ad aliam auctoritatē ſatis patet: quid dicendum eſt ex his que ex. 14. de ciui. dei. proxime allegata ſunt. Similiter enim intelligit de concupiſcentia carnis: et de dolore carnis: nam tam hic ꝙ ille in ſola eſt anima ſubiectiue: et eſt a carne cauſaliter et effectiue. Qđ vero in fine auctoritatis ponitur ꝙ. ſ. cōcupiſcentiam carnalem cum carne et de carne: neqꝫ intelligendum eſt ꝙ habet illam cum carne. i. exiſtēs cum carne vel in carne: ſicut etiam dicit ꝙ dolores carnis anime ſunt in carne. i. anime exiſtentis in carne: habet etiam illam de carne. i. ex carne: et quia aliam concupiſcentiam vel delectationem que vocatur concupiſcentia ſpiritus: qualis eſt illa quā ſignat propheta cum ait: concupiſcit ⁊ deficit vel deſiderat anima mea in atria domini: ⁊ alie de quibus idem Augu. ſtatim exemplificat: non habet ſpiritus ex carne: ideo dicit ꝙ eam ſolus habet. ¶ Ad Philoſophum dicendum. ꝙ non ideo dicit nō eſſe anime pro- In de ſō. et vigil.
prium ſentire: quia ipſa ſenſatio in alio ſit ſubiectiue particulariter ꝗ̄ in anima: ſed quia ſenſatio nō ſit in anima: niſi per corpus: vt dictū eſt ad auctoritatem primā Aug. et hic ſenſus patet ex eo qđ immediate ſubiungit Philoſophus: ſequitur enim qui vero dicitur ſenſus vt actio motus quidem per corpus anime eſt: et ex iſta cauſa concludit. Manifeſtum quoniā neqꝫ anime propria paſſio: neqꝫ inanimatum corpus poſſibile eſt ſentire et reddit ſingula ſingulis: vt quoniam eſt per corpus: ideo nō eſt ꝓpria anime: quia vero eſt anime ideo inanimatum non eſt poſſibile ſentire. ¶ Ad quartum patet ex dictis: nam inſtrumentum per ſe requiritur ad ſenſationē tāꝗ̄ per ſe ſuſceptiuū ſpeciei cauſatiue ſenſationis: nō enim quelibet ſpecies nata eſt cauſare quālibet ſenſationem: ſed determinata determinatā: vnde ſpecies nata immediate cauſare viſionē in anima non eſt nata cauſare in ea auditionem nec econtra. Similiter ſpecies nata cauſare viſionē ita poteſt naturaliter cauſari in organo viſus ſeu in oculo ꝙ non in aure. ¶ Ad quintum concedendo conſequens. ſ. ꝙ ſenſationē poſſet deus in anima ſeparata conſeruare: et vlterius concedo ꝙ ſi cetera requiſita ad hoc ꝙ talis qualitas ſit ſenſatio concurrerent: anima ſeparata ſentiret. nec video cur alicui theologo hoc debeat eſſe mirabile. ¶ Sed cōtra cōcluſionem iſtam in ſe poteſt obijci. Primo. quia ſequitur ꝙ omnis ſenſatio hominis ſit intellectio: cū quelibet ſit in intellectu. Item ꝙ ſenſus ſit intellectus et econ-
uerſo: cuius oppoſitum probat Philoſophus. 2. de aīa. T.c.52.
¶ Tertio. ſequitur ꝙ ſit vnus ſenſus tm̄ in homine: ſicut vna tm̄ in eo eſt anima. contra Augu. 2. de libe. arbi. po- Ca.6.⁊.7
nentem quinqꝫ ſenſus exteriores ⁊ preter illos adhuc ſenſum quēdam interiorem: qui ſenſuum numerus vulgatiſſimus etiam eſt apud omnes Philoſophos. ¶ Quarto tunc eadem potentia eſſet appetitus ſenſitiuus et intellectus: quod eſt impoſſibile cum ſibi in ſuis deſiderijs plurimum aduerſentur ſm̄ ſanctos. ¶ Quinto. ſequit̄ vnū abſurdiſſimum. ſ. ꝙ viſio ſit in aure: et auditio in oculo: et guſtatio in pede: et per conſequēs ꝙ homo videat per aurem audiat per oculum et guſtet per pedem et vniuerſaliter per quālibet partē corporis percipiat quelibet ſenſibilia: et patet conſequētia: quia anima in qua ſubiectiue dicunt̄ eſſe iſte ſenſatiōes in qualibet eſt corporis parte.

¶ Ad primū dico ꝙ per intellectionem vno modo poſſumus intelligere omnem notitiam formaliter exiſtētem in intellectu: et ſic cōcedo ꝙ ꝗ̄uis non omnis ſenſatio ſit intellectio: qꝛ non ſenſatio bruti. Omnis tamen ſenſatio hominis eſt intellectio. Alio modo per intellectionem poſſumus intelligere tm̄ notitiam intellectus: ad quā non īmediate per ſe mouet organum corporale ſeu aliqua forma exiſtens in eo: et tunc falſum eſt ꝙ ſenſatio ſit intellectio: hoc duplex genus notitie in ipſa anima diſtinguit Aug.
7. ſuper Geñ. His inquit ſenſibus quaſi nuntijs accipit Cap.10.
anima quicquid eam corporalium nō latet: et paulopoſt ſubdit ꝙ nunc qđ ex ceteris emittat anima non adiuuatur: niſi ad corporeas formas coloreſqꝫ ſētiēdos: ⁊ addit. habetqꝫ ipſa innumerabilia longe diſſimilia cuncto generi corporum: que non niſi in intellectu atqꝫ ratione conſpiciat: quo nullus ſenſus carnis aſpiciat. ¶ Ad ſecundum dicendum: ꝙ vt ſupra dictum eſt ſenſus dupliciter accipitur. Uno modo pro inſtrumento corporali: quo ſentiēs ſentit: et ſic nullus ſenſus eſt intellectus. Alio modo accipitur ſenſus pro vi ſeu potentia que ſentit: et ſic licet non omnis ſenſus ſit intellectus: ſenſus tamē humanus eſt intellectus: quia eſt ipſa rationalis anima que vtiqꝫ intellectus eſt: licet non vna ſed alia et alia ratione dicatur ſenſus et intellectus: ⁊ hoc expreſſe patet per auctorē de ſpiritu ⁊ anima: vt allegatum eſt in principio. q.

2.a.t.c.52. ¶ Ad Philoſophum autem dicendum: ꝙ ipſe non probat nec probare intendit ꝙ in homine ſenſus et ītellectus potentia diſtinguant̄: ſed bene vult et probat ꝙ intelligere ⁊ ſentire non ſunt idē cōuertibiliter ⁊ diffinitiue vt opinabantur antiqui. vnde primo probat ꝙ non omne ſentire eſt intelligere: deinde ꝙ non omne intelligere eſt ſentire: ſicut patet attendenti. ¶ Ad tertium ſi accipitur ſenſus ꝓ organo, nego conſequentiam: ſi pro potentia concedo cōſequens. ſ. ꝙ eſt tm̄ vnus ſenſus in homine: ꝗ̄uis propter diuerſa exercitia varijs nominibus nuncupetur: et aliqñ plures ſenſus: licet īproprie eſſe dicantur: hoc etiam patet per auctorem lib. de ſpiritu et anima. ait enim ſenſus minus eſt in anima: ⁊ idem ꝙ ipſa etiam cum corpus non ſit: corporeus dicitur: et cum intellectus non ſit niſi vnus ſenſus: verūtamen per exercitia varia neceſſarie nuncupātur. Dicitur autem ſenſus imaginatio ratio ītellectus vel intelligentia: ⁊ hec omnia nihil aliud ſunt ꝗ̄ ipſa: alie et alie inter ſe proprietates ꝓpter varia exercitia: ſed vna eſſentia rationalis ⁊ vna anima. Augu. autem per ſenſus
Cap.2. intelligit organa ſentiendi: ſicut patet. 2. de trini. ⁊. 7. ſup
Cap.10. Geñ. et pluribus ſequentibus. ¶ Ad quartum dicēdum ꝙ appetitus ſenſitiu⁹ et intellectiuus in homine nō ſunt due potentie eſſentialiter diſtincte: ſed eadem ipſa anima inquantum ſm̄ ſenſualem motum mouetur vel mobilis eſt ad appetitionem dicitur appetitus ſenſitiuus: inquātum autem ſm̄ intellectualem apprehenſionē dicitur appetitus intellectiuus. Contrarietas vero illa non eſt accipienda velut diuerſarum animarū aut potentiarum: ſed tātūmodo diuerſarum delectationum aut concupiſcentiarum eiuſdem anime aliter et aliter mouente ſm̄ Aug.
Cap.12. 10. ſuper Geñ. Cōmen. etiā. 3. de anima. vult ꝙ eadem po-
Cō.50. tentia ſit voluntas et appetitus: ſed vt ait. ſi deſiderauerit per cogitationē dicitur voluntas: ſi fuerit ſine cogitatione dicetur appetitus: vide cōmentū illud: qꝛ plura ibi ſunt ad propoſitū. ¶ Ad quintum concedo ꝙ ſicut intellectio eſt īmediate in anima et mediate in qualibet parte corporis ſic et viſio et ſenſatio quelibet: nec tamen quelibet pars corporis audit vel videt: ſicut nec etiam ⁊ quelibet intelligit: nec etiam homo audit per oculum: ſed per aurem quia per aurem et non per oculum cauſatur auditio in anima eius.

**De ſecundo** articulo dico conſequenter ꝙ ipſa anima rationalis eſt intellectus et voluntas: ita ꝙ nec intellectus eſt res diſtincta ab eſſentia anime nec etiam voluntas. iſta eſt intentio Auguſt. in
Cap.11. ſermone de imagine. vbi ait. Anima eſt intellectus. anima eſt memoria. anima eſt voluntas. Item. 10. de trini. dicit ꝙ hec tria. memoria: intelligentia et voluntas nō ſunt tres vite: ſed vna vita: nec tres mentes: ſed vna mens. conſequenter nec tres ſubſtantie: ſed vna ſubſtantia. et in fine capituli ait. hec tria vnum vna mens vna eſſentia. Alie auctoritates poſſent adduci. ſed non curo: quia iſte ſufficiunt. Ad hoc mouet me maxime ratio tacta in precedenti articulo. quia pluralitas rerū non eſt ponenda: ad quā nec experientia nec ratio ex experientia procedens nec auctoritas ſacra cogit. alias enim fruſtra poni videtur. nullum predictorum cogit de auctoritate enim et experientia clarum eſt. de ratione ex experientia ſumpta probo ſi qua enim eſſet ſumeretur ex eo ꝙ experimur in nobis diuerſa genera operationum aīe. aut qꝛ experimur in nobis diuerſos modos operandi. ſ. libere et naturaliter. Sed ex primo non poteſt argui ſufficiēter diſtinctio realis potētiarum. alias oporteret ponere in vno hoīe plures potentias intellectiuas ⁊ plures volitiuas: cum plura genera actuū intellectualiū experiamur: ⁊ ſimiliter volūtariorꝫ: nec ex ſecūdo: qm̄ etiā ſm̄ opi. contrariā eadem volūtas reſpectu quorūdam obiectorꝫ elicit quoſdā actus naturaliter ⁊ reſpectu aliorum elicit actus quoſdam libere. ex quo ptꝫ ꝙ ꝓpter talem diuerſum modū operandi non opꝫ ponere diuerſas potētias realiter. igitur ⁊c̄. ¶ Preterea. probatū eſt in precedenti articulo ꝙ aīa ipſa eſt potentia ſenſitiua. igitur aīa humana ipſa / ſeu rationalis eſt ſua potentia intellectiua. Contra hoc tm̄ videntur alique
auctoritates. vna eſt Augu. 15. de tri. vbi ait ꝙ ſi detracto Cap.7.
corpore ſola aīa cogitetur aliquid eius eſt mens: tanꝗ̄ caput eius / vel oculus / vel facies. Sed non hec vt corpora cogitanda ſunt. non igitur aīa. ſed quod excellit in anima mens vocatur. ¶ Scđo ſi non diſtinguerētur hec adinuicem. vt ab aīa: ſequeretur ꝙ ſicut intelligimus per intellectum: ita intelligeremus per voluntatē: ⁊ ſicut diligimus per volūtatem: ita diligeremus per intellectū. ſed hoc eſt falſum ſm̄ Aug. ibidē. oſtēdens enī diſſimilitudinem trinitatis reperte in anima noſtra ad trinitatem incauſatam ait ſic. Itaqꝫ in hoc magna diſtantia eſt ꝙ ſiue mentem dicamus in homine eiuſqꝫ notitiam ⁊ dilectionem / ſiue memoriam intelligentiā ⁊ voluntatem mihi mentis meminimus niſi per memoriā: nec intelligimus niſi per intelligentiam: nec amamus niſi per volūtatem. at vero in illa trinitate quis audeat dicere patrem / nec ſeipſum / nec filium / nec ſpiritum ſanctū intelligere ⁊c̄. ¶ Tertio infra vult ꝙ quelibet perſona diuinarum eſt memoria intelligentia et voluntas / nec iſta diſtāt in eis. in nobis aūt aliud eſt memoria / aliud intelligentia / aliud dilectio / ſiue charitas.
¶ Preterea. Frequenter Augu. loquitur de eis velut de Cap.17.
pluribus ⁊ diſtinctis rebus. vnde vt ſupra habet̄ loquens
de eis dicit. hec tria ⁊c̄. ¶ Quarto Anſel. de cōcor. ſicut Cap.29.
habemus in corpore membra et. 5. ſenſus. ſingula ad ſuos vſus apta: quibus quaſi inſtrumentis vtimur ⁊c̄. ita anima habet in ſe quaſdam vires quibus vtitur velut inſtrumentis ad vſus cōgruos. Eſt nāqꝫ ratio in anima qua ſicut ſuo inſtrumento vtitur ad ratiocinādum: et voluntas qua vitur ad volendum. non eſt enim ratio / vel voluntas tota anima: ſed eſt vna que aliquid in anima. hec ipſe.

¶ Quinto magiſter ſentētiarum libro primo. diſtin. 3. expreſſe dicit ꝙ illa tria naturales proprietates / ſeu vires ſunt ipſius mentis et a ſe inuicem differunt: quia memoria non eſt intelligentia / vel voluntas / nec intelligentia voluntas / ſiue amor. et ante premiſit ꝙ dictum Auguſti. quo ait ꝙ ſunt vna mens ⁊ vna eſſentia non eſt verū iuxta proprietatem ſermonis. ¶ Pro ſolutione predictorum ſciendum eſt ꝙ cum anima ſit potentia ⁊ principium multarū operationum in homine: diuerſa vt ſupra dictum eſt ſortitur vocabula: quorum aliquod ſignificat ipſam eſſentiaꝫ anime conſignificando determinate quaſdam operationes in quas pōt. verbi gratia. intellectus ſignificat eſſentiam anime cōnotando determinate operationem que eſt intellectio. vnde idem ſignificat illam eandem eſſentiam connotando aliam operationem eius que eſt velle: vt eſt hoc nomen voluntas: ⁊ ita eſt de multis alijs. ⁊ quia talia nomina ſic partialiter exprimunt̄ eam non partialitate intrinſeca. nam quodlibet eam totam ſignificat et pro tota ſupponit: ſed partialitate. q. intrinſeca pro eo ꝙ nō omnia in que poteſt: ſed aliqua ex illis determinate dat intelligere. ideo dicitur aliquando ꝙ intellectus ⁊ voluntas ⁊ huiuſmodi ſunt anime partes: ⁊ dicuntur etiam plurali-

ter potentie:ita ꝙ inquãtum poteſt in iſta dicitur vna potentia:inquantum autem in illa dicitur alia potentia. et
Cap.8. ideo dicit auctor de ſpiritu et anima.tota anime eſſentia in ſuis potentijs conſiſtit: nec per partes diuiditur cum ſit ſimplex et indidua.⁊ ſi aliquando habere partes dicitur ratione potius ſimilitudinis q̄ veritate compoſitionis intelligendum eſt.ſimplex ſubſtantia eſt anima nec aliud.nec minus eſt ratio in ſubſtantia q̄ anima.ſed vna eadem ſubſtantia ſm̄ diuerſas potentias.i.ſm̄ ꝙ diuerſa ſortitur vocabula.
Cap.3. Item docet Augu.12.de trinitate. Intellectum inquit noſtrum et actionem vel conſilium ⁊
Cap.4. excecationem vel rationem et appetitum rationalem:vel ſi quo alio modo ſignificantius dici poſſunt vna mentis natura complectitur.⁊ ſtatim ſequitur:cum igitur diſſentimus de natura mentis humane de vna quadam re diſſentimus:nec eam in hec duo que commemoraui niſi per officia geminamus. Ex his patet ꝙ ratio ⁊ appetitus nõ ſunt due partes mẽtis neq; due res ſed vna tñ ſm̄ diuerſa officia diſtincte ſignificata: per quod etiam concluſio preſens principaliter cõfirmatur. Ex his ad primam auc-
15.de tri. ctoritatem Auguſt.dicendum ꝙ non intendit ꝙ mens ſit
Cap.17. quedam nobilis pars anime ad modum quo caput vel oculus pars eſt in corpore.ſed cum anima humana ſit homini principium vegetandi et ſentiendi ⁊ appetendi ⁊ intelligendi et volendi et multarum operationum:nec ipſa dicatur mens inquãtum eſt vegetatiua vel ſenſitiua: ſed inquantum intellectiua et intellectualiter volitiua:idcirco mens quaſi quedam pars anime dicitur: et quia illi actus penes quos anima dicitur mẽs ſunt nobiliores ceteris in quos poteſt.ideo mens dicitur nobilius aliquid ſeu nobilior anime pars. Eſt ergo ſenſus:non igitur anima:ſed qd̓ excellit in anima mens vocatur.i.nõ igitur anima abſolute dicitur mens: ſed ſm̄ excellentiam conſiderata vocatur mens. ¶ Ad ſecundum dicẽdum.ꝙ hec nomina intellectus et voluntas aliquando ſumuntur ad ſignãdum operationes:que ſunt intelligere ⁊ velle.aliquãdo autem ad ſignãdum potentiam intellectiuam et volitiuam.ſi primo modo accipiantur non arguit ad propoſitum. Si ſecundo modo tunc dico ꝙ ſi attendamus preciſe veritatem dicti concedendum eſt ꝙ nos intelligimus ꝑ voluntatem et volumus per intellectum.vnde Commen.
Cõ.49. 3.de anima.virtualiter hoc concedit. d. deſideratum mouet intellectum et tunc deſiderabit intellectus. et cũ deſiderauerit tũc mouetur homo a virtute deſideratiua:que eſt intellectus aut imaginatio. ecce ꝙ intellectus deſiderat et eſt virtus deſideratiua.et ꝑ conſequens homo deſiderat per intellectum. Si autem attendamus non ſolum veritatem dicti:ſed perſeitatem.et per conſequens artifi-
T.c.74. cioſitatẽ:quoniã ſicut dicit Philoſophus p̄mo phyſicoꝝ. Maxime proprie dicimus medicum aliquid facere:aut
Cõ.74. pati ſi ſm̄ ꝙ medicus hoc patiatur aut faciat.et Commen. ibi dicit ꝙ paſſio aut actio non attribuuntur rei per ſe niſi ſm̄ ꝙ eſt illud cui attribuuntur: et intentio eſt predicatio que eſt per ſe.hoc eſt ꝙ in locutione artificiali. et maxime propria cum actio aut paſſio attribuũtur alicui intelligitur ꝙ competat illi inquantum tale. Si hoc inquã attendamus non eſt concedendum ꝙ homo intelligit per voluntatem aut ꝙ intellectus vult:quia propter differentiam connotatorum iſte non ſunt per ſe ad intellectũ premiſſum.quia nec intellectus inquãtum intellectus vult: nec homo inquantum intelligit vult. Et ob hanc cauſam auctores intelligendi ſunt tales locutiones negare: non quia ſint falſe:ſed quia non ſunt locutiones per modum artis et ſcientie.
15.de tri. ¶ Ad auctoritatem Augu.dico ꝙ illis terminis memoria intelligentia et voluntate vtitur pro actibus. et ſm̄ hoc maxime patet differentia quam intendit: quoniam quelibet perſona diuina eſt ſua memoria ⁊ intelligẽtia et voluntas. Et memoria eſt intellectiua ſeu intellectio ⁊ volitio.in nobis autẽ non ſic. Vel poteſt dici ꝙ ſi accipit pro potentia ponit illas negatiuas deuitãs affirmatiuas oppoſitas non tanq̄ falſas:ſed tanq̄ inartificiales.mihi tamen p̄ma ſolutio magis placet:eo ꝙ plene patet ex textu. ¶ Ad tertiũ dico ſimiliter ꝙ illa accipit pro actibus.et iſtud clarum eſt ſatis:eo ꝙ illud vocabulũ charitas nũq̄ conſuetum eſt poni pro aliqua potentia anime.ſed tantũ pro actu vel habitu. ¶ Ad illud quod additur de plurali locutione dicẽdum:ꝙ locutio vtiq; eſt impropria:viſitata tamẽ eſt ad explicãdũ diſtincte multa in que poteſt:ſeu ꝙ ipſa eſt multe potentie per equiualentiam.a ſimili etiam Auguſtinus.9.ſuper Geñ.dicit pluraliter.video abſcõditas eſſe quorũdam factorũ cauſas:tamen cũ ipſa ſimpli- Cap.26.
ciſſima ſua volũtas vnica ſit oĩm cauſa prima:ſed ꝓpter eius diuerſos effectus pluraliter cauſas eius dicit:ſicut docet magiſter.18.diſ.huius ſecũdi. Et ſm̄ hunc ſenſum ego loquor ſicubi me contingat circa iſtam materiam ſic loqui. Quod Auguſtinꝰ.dicit hec tria nõ debet mouere. Cap.7.
nam in.15.de trini.de intelligẽtia memoria ⁊ voluntate in deo loquẽs dicit ꝙ omnia tria hic omnes ⁊ ſingule ꝑſone habent nec diſtant in eis: ita ꝙ dicit illa tria.et cum hoc dicit ꝙ non diſtinguũtur:ſicut ⁊ verum eſt. ¶ Ad Anſel. et Magiſtrũ ſimul quãuis aliqui conẽtur eos exponere. dico tamen ꝙ mihi apparet eos fuiſſe illiꝰ opinionis ſicut et multi alij ſollẽnes doctores.q̄ tamen Auguſt.videtur mihi eis cõtrarius.nec neceſſitatem video ponẽdi huiuſmodi diſtinctionẽ:idcirco teneo oppoſitum ſalua ſemper aliorum reuerentia. ¶ Ad primum argumẽtum.q.patet reſponſio in articulo precedenti. ¶ Ad ſecundum dico ꝙ Auguſtinꝰ accipit illa pro actibus nõ pro potentijs.⁊ hoc etiam cogũtur concedere alij:cum ipſi nõ ponãt ꝙ memoria ⁊ intellectus ſint due potentie realiter diſtincte.

## ¶ Diſtinctionis.xviij. Queſtio prima.

Super diſtinctionẽ.18.in qua Magiſter agit de formatiõe mulierꝫ ex coſta viri. Quero vtrum ex coſta illa abſq; alteriꝰ materie addimẽto fuerit corpus. Eue formatum.arguitur ꝙ ſic. ¶ Primo auctoritate Magiſtri in diſtinctione preſenti dicentis ꝙ de ſola ipſius coſte ſubſtantia ſine omni extrinſeco additamento per diuinã potentia multiplicata mulieris corpus eſt factum.

**Ad oppoſitum** arguitu:quia ſi ita fuiſſet ſequeretur ꝙ corpus prime mulieris fuiſſet multo rarius corporibus aliarum:quod non eſt credendum.conſequẽtia declaratur.nam quãto in eadem extẽſione materia eſt paucior tanto eſt rarior.igitur ſi ex ſola materia coſte eſt corpus eue formatũ tanto fuiſſet rarius corpore viri ꝙ plures portiones materie equales portioni materie que fuit in coſta illa fuerũt in tanta quãtitate corporis viri quãta fuit tota ſtatura mulieris. Sed conſtat ꝙ multo plures portiones tales fuerunt:eo ꝙ non nimis excedat in ſtatura corporis vir mulierem. Sed conſtat ꝙ corpora aliarum mulierum poſito ꝙ ſint corporibus virorũ rariora.nõ tamen ſm̄ tantũ exceſſum. igitur corpus eue fuiſſet multo rariꝰ q̄ ſint corpora aliarum mulierum. Hec eſt opinio Magiſtri ⁊ Hugo.de ſa. libro p̄mo ad partem affirmatiuam:et vtriuſq; ratio eſt. parte.6.
quia ſi deus ad ꝑficiẽdum mulieris corpus aliã materiã ca.penul.
addidiſſet magis fuiſſet illud additum q̄ coſta.⁊ per cõ-



ſequẽs potius ex illo q̄ ex coſta corpus mulieris dici factum debuiſſet. Scriptura autem Geñ.2.dicit. Edificauit deꝰ coſtã quã tulerat de Adã in mulierẽ. nec de alia materia facit mentionem. Poſſibilitatẽ autem huiuſmodi probant ex illo miraculo Chriſti quo de quinq; panibꝰ ſua benedictione multiplicatis quinq; millia hominum ſaturati ſunt.ſicut enim fuit poſſibile deo illos panes in tot plures multiplicare abſq; alio additamento: ſic fuit poſſibile illã coſtã ad maiorem quãtã voluit magnitudinem trahere abſq; omni additamento. ¶ Pro declaratione huius poſitionis diſtinguit Hugo ſex opera:quibꝰ vt ait:fiunt quecũq; fiunt. Vnũ eſt opus creationis:cũ.ſ. de nihilo aliquid fit. Secundum eſt opus multiplicationis:quo.ſ.de aliquo fiunt aliqua ſm̄ ſubſtãtiã et quãtitatem in maius ſeu cum de aliquo aliquid maius fit. Tertium eſt opus minutionis vtputa cum de aliquibus aliquid fit in minus: ſeu quod magnum factum eſt minus. Quartum eſt opus diuiſionis:quo.ſ.de aliquo fiunt aliqua.nõ tñ ſm̄ ſubſtãtiã ⁊ quãtitatem in maius:ſed in minus:ſicut cum totũ in partes diuiditur. Quintum opus eſt compoſitionis vel coniunctionis:cum.ſ.ex aliquibus aliquid fit.nõ tñ ſm̄ ſubſtãtiã ⁊ quãtitatem in minus:ſed in maius:velut cum partes in totum vniuntur. Sextum eſt opus annihilationis cum aliquid in nihilum redigitur. Horum ſex quattuor dicit eſſe propria diuine virtuti.ſ.tria prima et vltimum: quartum vero et quintum dicit cõuenire creature:cuius opus inquit recte propterea nihil eſſe dicitur: quia per eius opus eſſentijs rerum ſiue in coniungendo diuiſa ſiue in diuidendo cõiuncta nihil tollitur vel confertur. Declarãdo autem magis opus multiplicationis dicit ꝙ cũ de aliquo plus fit aliquid fit: q̄ nihil in eo qd̓ iã aliquid eſt aliq̄d fieret ipſum qd̓ plus poſtea ibi eſt nõ eſſet.et addit de opatione vnionis. Rurſus cum de aliquibus aliquid minus fit aliquid fit:q̄ niſi illud quod prius ibi plus fuit aliquid factum eſſet in eo
Contra Magi.et Hugonẽ. ꝙ minus modo eſt:illud omnino non eſſet. ¶ Iſtam opi. non capio:et ideo contra eã quattuor concluſiones ꝓbo. Prima eſt.ꝙ impoſſibile eſt illud opus multiplicationis ſic intellectum vt ponit. Secunda.ꝙ etiã opus tale vnionis eſt ĩpoſſibile. Tertia.ꝙ creatura poteſt in aliud opus ꝓter illa duo que ſibi attribuũt. Quarta.ꝙ ex coſta Ade non fuit ſine additamẽto materie formatũ corpus Eue. ¶ Primã concluſionem ꝓbo ſic. Sit.a.nomen alicuius portionis materie que debuit multiplicari et fieri maior ſm̄ ſubſtãtiã ⁊ quãtitatẽ.⁊ ſit.b.nomen portiõis maioris materie in qua.a.portio multiplicata eſt.tũc ſic.aut in.b. eſt aliquid qd̓ nec eſt nec fuit.a.nec pars eius.aut nõ eſt aliquid in.b.qd̓ non ſit vel fuerit.a.vel pars eius.ſi detur primum.igitur.a.nõ eſt factum maius ſine additione alterius.nam additum eſt illud qd̓ nec eſt nec fuit.a.neq; pars illius. ¶ Preterea. Vel illud additamentum fuit aliquid:vel non. Si aliquid et non fuit.a.nec pars eius. igitur.b.eſt factum per compoſitiõem iſtius ad illud qd̓ eſt vel fuit.a.⁊ ſic illud opus non eſt opus multiplicationis quo ex aliquo fiũt aliqua:ſed potius eſt quartũ opus quo ex aliquibus fit aliquid maius:qd̓ ſm̄ opi.et veritatem competit etiã creature. Si vero non fuit aliquid:igitur ipſum eſt factum de nihilo:quoniã ſm̄ ipſum ibidem de nihilo aliquid factum eſt quãdo id qd̓ prius nihil erat vt aliquid eſſet factum eſt.⁊ iſtud vt ſubdit eſt opus creationis.ſi vero in.b.nõ eſt aliquid qd̓ nõ ſit vel fuerit.a.vel pars eius.igitur in ipſo nihil eſt plus q̄ fuit in.a.⁊ ꝑ conſequẽs nulla multiplicatio facta eſt.nec.b.eſt maius ſm̄ ſubſtãtiam q̄ fuit.a. ¶ Tertio.aut.a.in hoc opere penitus deſijt eſſe.et tunc ſequitur ꝙ ipſum eſt annihilatum. et habetur ſextum opus ſupra poſitum.et iterum ſequitur ꝙ.b.ſit factũ de nihilo vt prius et ſic huiuſmodi multiplicatio nihil aliud erit q̄ annihilatio vnius et creatio alterius.aut non penitus deſijt:et tunc vel ipſum vel aliquid eius remanſit: et tũc id quod remanſit vel eſt ipſum b.vel pars eius. Si eſt.b.igitur per hoc opus non eſt aliquid factum qd̓ prius non eſſet. Si autem eſt pars ipſius b.igitur aliquid aliud eſt in.b.quod non eſt factum ex.a.⁊ per conſequẽs non de aliquo facta ſunt aliqua:ſed ex aliquibus factum eſt aliquid. Secunda cõcluſio probatur quaſi eiſdem motiuis:modo tamen cõuerſo.vnde ſi ex.b. que fuit portio magna materie ponatur facta eſſe portio minor que ſit.a.quero aut in.b.fuit aliquid qd̓ non eſt.a. nec pars.a.⁊ hoc eſt contra dictum opi.vltimo allegatũ. Et preterea ſequitur ꝙ tale opus vnionis non ſit aliud q̄ quedam partialis annihilatio vel deſtructio eius qd̓ dicitur fieri minus vel alicuius eorũ ex quibus dicitur fieri aliquid in minus vel in.b.non fuit aliquid:qd̓ non eſt.a. vel pars ipſius.a.et tunc ſequitur ꝙ.a.in nullo eſt minus ſm̄ ſubſtãtiã q̄ fuit.b.cuius oppoſitum ponitur.ſed ſi eſt minus ſm̄ quãtitatem tm̄ eo modo quo cum aliquid denſatur fit minoris quantitatis et certe ſic de magno facere paruum eſt opus etiã creature. ¶ Secundo.aut in tali operatione.a.penitus incepit eſſe.ita ꝙ nec ipſum nec aliquid eius prius fuit.et tũc ſequitur ꝙ ipſum ſit de nihilo factum.et per conſequẽs creatũ et ipſum.b.ſit annihilatum.et tale opus vnionis non aliud ſit q̄ vnum magnum quid annihilare. et vnum quid minus creare. aut ipſum vel aliquid eius prius fuit. et ſi ipſum.a.prius fuit.igitur non eſt factũ ꝑ huiuſmodi opus. Si vero non ipſum: ſed aliquid eius vel illud quod prius fuit:fuit ipſum.b. vel fuit pars ipſius.b.ſi fuit.b.igitur in ipſo.a.eſt plus q̄ b.et per conſequens non eſt factum aliquid minus ſm̄ ſubſtantiam ex magno.ſed ex paruo magnum: nec ex aliquibus aliquid:ſed potius ex aliquo aliqua.cuius oppoſitum dicitur. ¶ Tertio.communiter pro vtraq; concluſione arguo.ſiue enim ex.a.fiat.b.per multiplicationem ſiue econuerſo ex.b.fiat.a.per vnionem. quero aut materia ex qua fit deſinit eſſe. et tunc materia que fit:ſit ex nihilo et creatur aut deſinit eſſe:et cum in neutro modo factionis ſm̄ poſitionem iſtã aliqua portio materie creetur vel annihiletur:ſequitur ꝙ eadem ipſa materia primo eſt illa que fit ⁊ ex qua fit. qd̓ eſt impoſſibile. ¶ Ad iſtud poteſt reſponderi ſm̄ eum:ꝙ ideo dicitur ex hac fieri illa:q̄ hec fit illa.et tunc hec quidem deſinit eſſe quod eſt:ſed tamen non deſinit eſſe:quia incipit eſſe illa que vtiq; eſt aliquid.et ideo ipſa non annihilatur:nec illa que fit de nihilo: quia priuſq̄ fieret fuit aliquid. Sed non fuit illud quod ipſa fuit.nec etiam de aliquo:quia ipſa deſinit eſſe quod prius ipſa fuit. et hec ſolutio poſſet ſatis applicari ad precedentes etiam rationes. Trahitur autem hec ſolutio ex his verbis que ſunt iſta. Cum duo ſint.vnum fit aliud.et tranſit in illud. vt ſit illud. et deſinit quidem eſſe quod eſt. et tamen non deſinit eſſe: quia incipit eſſe quod non eſt.⁊ cum ſit illud quod eſſe incipit.ſit aliquid: quia illud aliquid eſt quod eſſe incipit et quod fit. et tamen non de nihilo illud fit quod fit: quia prius q̄ hoc fieret aliquid fuit.nec rurſum de aliquo id fit quod fit:quia deſinit eſſe quod prius fuit:quãdo eſſe incepit hoc quod prius non fuit.hoc ipſe. ¶ Primo contra illud dictum. ipſa deſinit eſſe quod eſt. et tamen non deſinit eſſe.illud enim eſt inintelligibile mihi. nam q̄uis aliqua res poſſit deſinere eſſe qualis aut quanta eſt:eſto ꝙ nõ ſimul deſinat eſſe.verbi gratia.corpus album et bicubitum poſſit deſinere eſſe album et bicubitum:et ſic de ceteris que de ipſo accidentaliter et contingenter predicantur.eſto ꝙ non deſinat eſſe.impoſſibile tamen eſt ꝙ ipſum deſinat eſſe id quod ipſum eſt: et tamen non deſinat eſſe. Ipſum enim nõ eſt niſi ipſum.cum igitur impoſſibile ſit eſſe ipſum

non ipſum.impoſſibile eſt ipſum deſinere eſſe ipſum:quin
ipſum deſinat eſſe.et ita vniuerſaliter eſt in omnibꝰ: quo:
niã nulla entitas eſt niſi ipſa vt Socrates non eſt niſi So
crates . et materia non eſt niſi materia : et ſic de ſingulis.
Impoſſibile eſt igitur Soꝛ. deſinere eſſe ſoꝛtẽ:quin Soꝛ.
deſinat eſſe . et ita impoſſibile eſt hanc materiam deſine:
re eſſe hanc materiam.et illud quod ipſa eſt quin deſinat
eſſe. ¶Preterea. Demonſtretur illud ipſum preciſe qđ
eſt hec materia.a.aut hoc deſinit eſſe . et habetur ꝓpo:
ſitum.aut non deſinit eſſe.igitur hoc erit poſt hoc inſtãs.
et tunc ſequitur ꝙ eodem ipſo penitus demonſtrato.ve:
rum erit poſt hoc inſtans dicere hoc eſt:quia ſi non:ſed
tantum de alio ab iſto erit verum dicere hoc eſt. ſequi:
tur ꝙ nunc non vere dicitur de ipſo hoc erit:quoniam de
ipſo vere dicetur ꝙ erit preciſe: quia quoddam aliud ab
alio erit.alias et de eo qui nunc annihilatur ſupponatur
ꝙ nunc aliquid annihiletur nunꝗ̃ amplius recreãdum:
eſſet verum dicere ꝙ ipſum erit:et ꝙ non deſinit eſſe.nam
quoddam aliud erit.quod nullus diceret. Si autem eo:
dem penitus demonſtrato vere dicetur hoc eſt.igiť tunc
etiam vere dicetur hoc eſt:hoc eodem penitus demõſtra
to per primum:quod demonſtratur per ſe cundum. alio:
quin eſſet aliud ab hoc:et ſic aliud a Soꝛ. Si autem iſta
erit vera. hoc eſt hoc. igitur hec nõ eſt vera. hoc erit hoc.
et per conſequens de primo ad vltimum : ſi hoc non deſi:
nit eſſe : hoc non deſinit eſſe hoc . Ex quo vlterius ſequi:
tur etiam ꝙ non incipit eſſe aliud . alias ſimul erit hoc et
aliud ꝗ̃ hoc:quod non contingit. ¶Secundo.contra
aliud dictum:ſcilicet ꝙ illa que fit prius ꝗ̃ fieret fuit ali:
quid.ſi enim fuit aliquid.⁊ conſtat ꝙ non fuit aliud ꝗ̃.a.
ſuppoſito ꝙ.b.ſit illa que fit.igitur.b.prius fuit.a.igitur
b.prius ꝗ̃ fieret fuit:quod eſt falſum . Item ſi.b.prius
fuit.a.igitur.a.prius fuit.b.impoſſibile enim eſt in ter:
minis mere abſolutis et connotatis : quales ſupponun:
tur iſti eſſe talem conſequentiam impedire . Si aũt.a.
prius fuit.b.igitur non modo fit.b.aut tranſit in.b. Et
preterea ſi.a.prius fuit.b.eadem ratione et nunc.a.eſt
b.et.b.non eſt aliud ab.a. ¶Preterea . Si.b.fuit.a.ſiue
illud quod eſt.b.fuit.a.quod dico:quia aliqui ſequentes
premiſſam opinionem dant hanc ſecundam:et non pri:
mam.igitur illud ipſum quod fuit.a.eſt.b.et hanc etiam
concedunt.ſed ſi ſic . igitur impoſſibile eſt deum repara:
re idem numero.a. quin deſtruat ipſum.b. conſequens
eſt falſum.ꝓbo conſequentiam : quia ſi deus poteſt re:
parare.a.non deſtruendo.b. hoc preciſe erit recreando
ipſum.a.quia non per reconuerſionem vel tranſitionem
ipſius.b.in.a.quoniam tunc.b.deſtrueretur. Sed ꝙ non
poſſit per recreationem ꝓbo:quia ſm opi.a.non eſt re:
dactum in nihil.igitur non poteſt recreari ſicut nec crea:
ri:niſi prius redigatur in nihil:et non poteſt redigi ad ni:
hil niſi prius ipſum habeat eſſe:vel ipſum.b.redigatur in
nihil:et per conſequens deſtruatur. ¶Preterea. Si po:
teſt recreari ponatur in eſſe. hoc poſito verum eſt dicere
ꝙ idipſum penitus quod fuit.a.modo eſt.a.alias non eſ:
ſet idem numero.a.ſed per conceſſum etiam idipſum qđ
fuit.a.eſt modo.b.ex quo ſequitur ꝙ idipſum ſingulare
demonſtratum modo eſt.a.et eſt.b.et per conſequens.b.
non eſt alia eſſentia ꝗ̃.a.ac per hoc nec cum.a.fieret.b.
fiebat alia eſſentia ꝗ̃ erat:et ſic non deſinebat eſſe illud
quod erat.contra datum ab opi.
¶Rurſus conſtat ꝙ.a.fuit quedam eſſentia ſingularis
nullis realiter inter ſe diſtinctis communis:ſicut et mo:
do non eſt communis aliquibus pluribus : igitur ſi ipſa
eſt illud ipſum quod fuit : omne quod fuit ipſa modo fa:
ctum eſt ipſa.et per conſequens id quod eſt.b.eſt factum
a.igitur.b.tranſiuit in.a.et eſt deſtructum. Qꝛ autem cõ:
ſequens illud falſum ſit puto ꝙ nullus negaret . ꝓbo
tamen:quia ponatur ꝙ poſtꝗ̃.a.factum fuit.b.⁊ alia poꝛ
tio materie:videlicet.c.ſit facta.a. et ſimiliter quedã alia
poꝛtio:vt.d.ſit facta eadem ipſa poꝛtio.b.totum enim hoc
poſſibile eſt ſm viam illam hoc poſito ſi.a.non põt repara
ri:quin deſtruatur.b.hoc ideo preciſe erit:quia.a.non po
teſt reparari niſi fiat ex.b.niſi.b.vel id quod eſt.b.⁊ fuit.a.
retrãſeat in.a.igitur hoc facto.c.reparari non poterit niſi
deſtruatur.a.in quod tranſiuit.b.⁊ per conſequens id qđ
fuerat.c.⁊ per conſequens impoſſibile erit:vt ſimul ſint in
rerum natura.a.et. c.et idem iudicium eſt de.d.et alijs
quotcũꝗ̃ tranſiuiſſent in.d. Hoc autem omnino abſurdũ
eſt cum non habeant incompoſſibilitatem ad eſſe ſimul in
rerum natura non plus ꝗ̃ haberẽt ante ſuos tranſitus in
d. ¶Preterea.ſm opi.ex vno poſſunt per multiplicatio:
nem multa fieri.ponatur ergo ꝙ ex.a. fiãt.b.c.d.hoc poſi:
to verum eſt dicere ſm opi. ꝙ idipſum totuȝ quod fuit.a.
eſt.b. ⁊ eadem ratiõe etiam idem ipſum totum quod fuit
a.eſt.c.et ſimiliter idem ipſum eſt.d.et ſic idem ipſum om:
nino eſt.b.c.d. ⁊ per conſequens non ſunt multa adinuicẽ
connumerata.⁊ hec ratio ſpecialiter facit pro prima con:
cluſione. ¶Preterea. Ponatur econuerſo ꝙ ex aliqui:
bus diſtinctis fiat vnũ per opus vnionis : vt ex.c.d.b.fiat
a.ſequitur ꝙ illud ipſum qđ eſt.a.fuit.b.⁊ fuit.c.⁊ etiam
d.⁊ per conſequẽs.vel.a.non eſt vnum tale: ſed plura/vel
illa non fuerunt plura:ſed vnum cuius vtriuſꝗ̃ oppoſitũ
ponitur. ¶Vltimo aliud dictũ ſcilicet ꝙ id quod fit deſi
nit eſſe quod prius fuit quando eſſe incipit hoc qđ prius
non fuit fundari videtur ſuper falſa imaginatione : ſalua
reuerentia ſemper eius. videtur enim imaginari ꝙ ſicut
quando aliquid album fit nigrum eſt ibi aliquod cõmu:
ne ſubiectum : quod ſimul deſinit eſſe album ⁊ incipit eſſe
nigrum. ſic in tali tranſitu eſſentie in eſſentiam / vel mate:
rie vnius in aliam fit aliquid cõmune.quod prius eſt hec
eſſentia: et poſtea eſt alia eſſentia:ſed illa imaginatio non
eſt vera:quoniam non ſic eſt aliquid:id quod eſt per aliqđ
a ſe diſtinctum quod ſit in ipõ:ſicut aliquid eſt album per
aliquid quod non eſt ipſum: exiſtẽs tamen in eo. ¶Pre:
terea. Ita poſſet argui de illo communi imaginato quod
prius eſt hoc ⁊ poſtea illud.nam cum id non minus ſubſit
diuine potentie ꝗ̃ hec materia/vel illa: ita ipſum poterit
diuina operatione tranſire in quoddã aliud ſicut hec ma
teria: ⁊ tunc vel ipſum etiã reſoluetur in quoddam aliud
cõmune ſubiectum : ⁊ ſic in infinitum ipſum tranſeũdo in
aliud : ſicut deſinet eſſe illud quod eſt ita deſinet eſſe ſim:
pliciter. ¶Tertia concluſio faciliter ꝓbatur. nam crea:
tura poteſt in opus generationis et in opus alterationis.
et conſtat ꝙ nec generatio / nec alteratio eſt diuiſio alicu:
ius totius in partes/nec coniunctio plurium prius diſtin
ctoꝛum in vnũ. Et ſi fieret calũnia de cõpoſito dicendo il:
lud fieri per vnionẽ materie et foꝛme : ꝗ̃uis hoc non eſſet
ſm intentionẽ opi. De ipſa aũt foꝛma hoc non poteſt dici.
⁊ tñ illã facit creatura:occurrẽte tñ actione dei:ſicut etiã
non niſi deo coagẽte põt aliqua diuidere/ vel cõiungere.
vnde vt videť Hugo.in hac parte fuit illius antique opi.
reprobate per Philoſophum : que poſuit generationẽ et
corruptionẽ non fieri:niſi per congregationẽ ⁊ diſiunctio:
nem quoꝛũdã coꝛpoꝛũ minimoꝝ. Que etiã coꝛpoꝛa mini
ma vocata athoma ipſe in eodẽ.c.ponit. ¶Quartã con:
cluſionem ꝓbo. qꝛ vel illa eadem numero materia coſte
fuit coꝛpoꝛe mulieris/ſeu coꝛpus mulieris/aut nõ.nõ põt
dici ꝙ non: qꝛ tunc non illã coſtam quam tulerat deus de
Adam edificaſſet in mulierem:vt dicit ſcriptura:ſed quã:
dam aliam materiam. ¶Preterea. Ex hoc magis ha:
beretur ꝙ non ex illa preciſe ſine aditamento fuiſſet mu:
lier foꝛmata . Si vero eadem materia numero fuit in
coꝛpoꝛe / vel coꝛpus mulieris / aut ipſa fuit tota mate:
ria mulieris . Et tunc ſequitur ꝙ quelibet pars coꝛpoꝛis



mulieris fuit pars illius materie coſte.et per conſequens
nihil plus de materia ſm ſubſtãtiam fuit in coꝛpoꝛe mu:
lieris ꝗ̃ in coſta.ex quo vlterius ſequitur:ꝙ per ſolam ra
refactionem tracta eſt ad tantã magnitudineȝ ſicut patet
Ca. vltio ex.4.phyſicoꝝ.cui cõſonat dictum Auguſtinũ.10.ſuper
Geñ. vbi contra Tertullianũ ait.quid abſurdius ꝗ̃ puta
re nullum eſſe coꝛpus manẽte nature ſue quãtitate:quod
vndiꝗ̃ creſcat niſi rareſcat. Et ſi ſic fuiſſet ſequitur ꝙ coꝛ:
pus mulieris multo fuiſſet rarius ꝗ̃ coꝛpus viri:⁊ ꝗ̃ ſint
coꝛpoꝛa aliarum mulierum:quod eſt falſum.aut ipſa non
fuit tota materia mulieris.⁊ habetur ꝓpoſitum.
Detex. p ¶Dico igitur ꝙ ex illa materia coſte ⁊ alia etiã vel noui
ter creata vel preexiſtente in alijs rebus ſicut deo placuit
foꝛmatũ eſt coꝛpus mulieris.nec tamen ꝓpter huiuſmo:
di additamentum materie non debuit dici ex ea factum
coꝛpus mulieris cum etiã non obſtante ꝙ non ex ſola ma:
teria ſeminis in terra iacti generetur planta:adhuc dici:
mus ꝙ ex ſemine plante generatur. Cur autem de illa po:
tius ꝗ̃ de alia facta ſit mentio:eadem ratione eſſe poteſt
qua ⁊ illam coſtam voluit de viro ſumere vt ex ea partia:
liter foꝛmaret mulierem:et eſt multiplex myſtica ſignifica
tio quã magiſter ponit in littera.⁊ ita etiã innuit Augu.9.
ſuper Geñ.et per hoc patet ſolutio ad rationem poſitis.
Cap.19. de ꝑuis. ¶Ad illud de panibus euangelicis etiam dico ſicut alij
doctoꝛes dicũt ꝙ non ſine additamento alterius materie
illa panum multiplicatio facta eſt. Auctoꝛitas vero Ma:
giſtri ⁊ Hugo.in hac parte cõmunius non recipitur ſicut
nec aliud dictum eoꝛum huic ſimile:quod ponit Hugo
ibidem ⁊ Magiſter.diſt.30.huius ſecundi:videlicet ꝙ id
ſolum ſubſtãtie paterne quod in generatione deſcinditur
ſine addimento alterius ſubſtãtie in ſeipſo multiplicatur
et creſcit ad perfectam filij quãtitatem:ita ꝙ nec aliquid
alimentoꝛum conuertitur in ſubſtãtiam eius.huius enim
oppoſitum tenent doctoꝛes cõmuniter.

¶Diſtinctionis.xxiiij.et.xxv.
Queſtio prima.

**Circa** diſtinctionẽ.24.⁊.25.
in quibꝰ Magiſter tra
ctat de libero ar.hominis. Que:
ro primo vtrum actuum lib.arb.
volũtas hominis ſit cauſa imme:
diate productiua.⁊ videtur ꝙ nõ
quia ſi eẽt ſic cauſa.aut eſſet cau:
ſa actuum imperatoꝛum per lib.
ar.aut elicitoꝛum.non imperato:
rum:quia talium voluntas nõ eſt
principium niſi mediante actu ſuo elicito qui eſt velle vel
nolle.et per conſequens non immediate principiat illos.
Item nec elicitoꝛum:quoniam tales immediate recipiũ:
tur in eã ſubiectiue:⁊ illam infoꝛmant.et per conſequens
ſi voluntas immediate tales actu produceret ipſa moue:
ret ſeipſam ad foꝛmã talem.hoc autem eſt contra Philo:
ſophum qui vbiꝗ̃ vult ꝙ nihil mouet ſeipſum ꝑmo. Item
contra Auguſt.2.de libero arbitrio.dicentem.nulla res
Cap.30. ſeipſam foꝛmare poteſt:et ꝓbat.quia nulla res poteſt da:
re ſibi quod non habet : ⁊ vtiꝗ̃ vt habeat foꝛmam foꝛma:
tur aliquid. Quapꝛopter quelibet res ſi quam habet foꝛ
mam non ei opus eſt accipere quod habet.ſi quam vero
foꝛmã non habet nõ poteſt a ſe accipere quod non habet.
nulla ergo res vt dicimus foꝛmare ſe poteſt.hoc ipſe.

**Sed in oppoſitum** eſt.quia idẽ ipſe ait.5.
de ciui.dei.volũtates
Cap.10. inquit noſtre faciunt quicquid volendo facimus : quod
non fieret ſi nollemus.oẽm autem actum libero arbitrio.
volendo facimus:⁊ nullus fieret ſi nollemꝰ.igitur omnem
huiuſmodi actum noſtre voluntates faciunt ; ſed actum
elicitum non faciunt mediante.alias huiuſmodi actus in
infinitum ſeipſos preſupponerent : ⁊ non daretur aliquis
¶ Hec concluſio ſic intellecta probatur ſic. nemo poteſt habere ante primā gratiam actum aliquem liberi arbitrij non culpabilem. igitur nemo de condigno vel de congruo poteſt mereri primā gratiam. patet conſequētia. quia nullus meref niſi per actus liberi arbitrij: ⁊ certum eſt ꝙ non per aliquem culpabilem meretur gratiā: ſed potius penā: antecedens probatur. quia ſi aliquis poſſet ante primam gratiam habere actum liberi arbitrij nō culpabilem iam aliquis poſſet ſine ſpeciali adiutorio talem aliquē actum habere: cui⁹ oppoſitū ꝓbatum eſt: ꝓbatur etiā per Augu. hypoſ. reſponſione quarta dicētem. Damnan⁹ auctoritate diuina opera liberi arbitrij q̄ gratie preponūtur. igitur talia opera preueniētia gratiam ſunt culpabilia.

¶ Confirmatur. hec cōcluſio ſm ſe alia auctorite eiuſdē. ait enim ipe ad Paulinū Nolanū epiſcopū. ſi querere homo voluerit ante gratiā quid meruerit vt accipiat eam: mala ſu[illegible] poterit homo inuenire non bona. Et ſubdit. Quem ſi debitum ſequeretur quid eius merito niſi ſupplicium redderetur. ¶ Cōfirmatur. nam vt ſubdit. Et ipm hominis meritū donum eſt gratuitū: nec a patre luminū: a quo deſcēdit omne datum optimū: boni aliquid accipere quiſq; meretur niſi accipiēdo quod nō meretur. igitur primū meritum hominis eſt gratia ſeu gratuitū donum dei. igitur nō meretur primā gratiam: alias ante primam eſſet prior: ⁊ ante primū meritum eēt aliud meritū prius.

Cap.11. ¶ Confirmatur etiam auctoritate Apl'i ad Ro. dicētis. Quis prior dedit illi ⁊ retribuetur ei: q. d. nullus. quod verū non eſſet: ſi aliquis primā gratiā mereref. Iam enim dediſſet meritū quod a deo nō habuiſſet: et ꝓ eo gratiam recepiſſet. Et ideo Augu. ſuper iſtis ꝟbis ſer. 10. de ꝟbis Apl'i. Quis prior inquit dedit illi et retribuef ei. q̄s prior dedit cum totum gratis accepit. Quis prior dedit illi et retribuetur ei: ſi domin⁹ retribuere vellet nihil niſi penam debitam retribuiſſet. Quis prior dedit illi. Quis preuenit gratiā que gratis datur: ſi aliquid meritoriū ante venit gratiam iam nō gratis datur: ſed ex debito redditur: ſi autem gratis nō datur: gratia quare vocetur. In quibus verbis ⁊ ille probat concluſionem predictam.

¶ Secūdo ad principalem concluſionem arguo ſic. ſi homo poſſet abſq; ſpeciali auxilio dei facere actum moraliter bonū ipſe tentatus ad actum vitioſum poſſet abſq; ſpeciali auxilio dei tentationem illam ſuperare. conſequens eſt falſum. vt patet ex ſecūda ſuppoſitione. conſequentia probatur: quoniā ipſe tentatus poſſet elicere actum oppoſitum bonū moraliter: ⁊ ſic non elicere actum vitioſum ad quem tentatur: ac per hoc vinceret et nō vinceretur: vnde ſi aliquis ſit vere tentatus. verbi gratia. de concupiſcētia poſſet velle continere ꝓpter deum: cū tali volitione nō eſt compoſſibile: vt concupiſcat: et ſic nō concupiſcet ⁊ ſuperabit. ¶ Tertio ſic. ſi homo poteſt ⁊c̄. igitur ſtulte ⁊ ſuperflue orādo implorat adiutoriū dei: vt nō conſentiat tentationi vel vt nō iraſcaf ꝓximo aut malū aliud operetur: et ſtulte etiā regratiaf deo cū iſta obtinuerit: ꝯñs patet eſſe falſū ex ſuppoſitione tertia. ꝯña ꝓbaf: qm̄ ſi pōt nō adiutus a deo facere actū bonū poteſt non adiut⁹ vitare actū malū oppoſitum: ⁊ ſi ſic ſupflue implorat auxilium: et hec vltima conſequentia tenet per idem oīno: per quod tenet conſequentia concilij cartaginenſis contra Palagium et Celeſtinum: quinimo in rei veritate eadē illi eſt in ſententia: vnde in preallegata epiſtola dicti concilij ad papam Innocentium arguitur ſic. Iſtorum ſacrilegas diſputationes neceſſe ſequitur: vt nec orare debeamus ne intremus in tentationem: ꝙ dominus etiā diſcipulos monuit et poſuit in oratione: quod docuit: vt non deficiat fides noſtra: quod pro apoſtolo Petro ſe rogare teſtat⁹ eſt. Et ꝙ hoc ſequatur probant ſic: ſi enī hec poſſibilitate nature et arbitrio voluntatis in poteſtate ſunt conſtituta quis non ea videat a domino innaniter peti et fallaciter orari cum orando poſcuntur que nature noſtre iam ita condite ſufficientibus viribus obtinentur. hic pꝫ ꝙ hec eſt ſententialiter conſequētia concilij. ſi viribus proprijs homo poteſt non cadere in tētationē/aut nō deficere a fide innaniter ⁊ fallaciter iſta petit a ſummo deo. Simili cōſequentia vtitur Aug. in de perfectione iuſtitie contra Celeſtinū. Cap.21. precepta inquit dei: vt fierent/nec iuberentur ſi nihil ibi volūtas noſtra ageret/nec oraretur ſi ſola ſufficeret: cuius auctoritatis vltima pars probat propoſitū. Item cōtra Cap.18. Pelagium in de natura ⁊ gratia. eadē conſequentia virtualiter premiſſa. Quid inquit ſtultius/q̄ orare: vt facias quod in poteſtate habeas. Item contra Vitalē hereticū in epiſtola ad eūdem. prorſus inquit nos oramus deum: ſed orare nos fingimus: ſi noſipſos non illū credimus facere quod oramus. prorſus nō deo gratias agimus: ſed nos agere fingimus: ſi non illi gratias agimus ipſum facere non putamus: eādem ſententiam etiā ex toto ponit in de bono perſeuerantie circa principiū: ⁊ in rei veritate quilibet intendens aduertit verū eſſe quod dicitur. Ex eodem fundamento poteſt argui adhuc ad propoſitū: quoniam ſi homo ex ſe deo non adiuuāte poteſt agere bonos actus morales irrationabiliter et innaniter rogat: vt deus preſtet ſibi continenter/aut tēperanter/ ſeu iuſte/vel liberaliter/aut manſuete viuere/aut agere alios actus virtutum moralium: irriſorie etiam gratias agit deo cum aliquem talium actuum egerit: quod eſt cōtra ſuppoſitionem predictam: forte dicet aliquis: ꝙ non debet quis pro talibus actibus bonis preciſe moraliter/ aut de talibus gratias agere: ſed pro actibus vite eterne meritorijs. Sec hoc nō poteſt ſtare: alias nullus cathecuminus/ vel in peccato mortali exiſtens deberet deo gratias reddere de actibus talibus quātūcunq; bonis: cum conſtet nullum eſſe actū pro tunc meritorium vite eterne: quod tamen conſequens non eſt dandū. ¶ Quarto ſic. ſi homo ⁊c̄. ſequitur ꝙ non ad quoſcunq; actus cadentes ſub precepto propter ſuam infirmitatē indigeat iuuari per gratiā dei: ſic ꝙ non adiutus non poſſit agere illos. conſequens eſt contra ſuppoſitionē quartā: et conſequentia eſt clara: qꝛ ſi detur oppoſitum. vcꝫ ꝙ indigeat iuuari ad actus cadentes ſub precepto: etiā indiget adiuuari ad eos qui cadunt ſub conſilio tm̄: cum magis adhuc excedant impotentiā eius propter eorum arduitatē: vnde de talibus dixit Saluator: qui poteſt capere capiat: ⁊ per conſequens ad quēlibet actū bonum moraliter indiget iuuari: ⁊ ad nullum per ſe ſufficit: quod eſt oppoſitum antecedētis. Forſitan dicetur ꝙ homo non indiget iuuari ad abſolute agendum hmōi actus bonos: ſed indiget iuuari ad agendū illos meritorie: et ad hoc iuuat gratia: qm̄ ea informante animam tales actus ſunt deo accepti ad premiū vite eterne: qui alias nō eſſent ſic accepti. ¶ Sed hec reſponſio plane concedit inconueniens: quod infertur. ſ. ꝙ homo non indiget gratia ꝓpter ſuā impotentiā et infirmitatē: nec ad adiutoriū ſue infirmitatis ei datur a deo gratia: licet forte ad ornatum anime ⁊ acceptationē ipſius: ſicut ſi ſeruo dominus dat ſpecioſam veſtē in qua vult ſibi miniſtrari acceptans ad certum premiū ſeruitia a ſeruo illa veſte īduto exhibita: alia vero nequaq; nullus diceret ꝙ ſeruus ꝓpter ſuam impotentiā indigeat iuuari ꝓpter veſtem huiuſmodi ad agē-



dum ſeruitia domini: aut ꝙ veſtis illa ſibi data ſit in adiutorium īpotētie ſue: licet ſit data ad ornatum ⁊ decorem: et conſquēter ad acceptationem ad premium ordinatum a domino. ¶ Quinto ſic. ſi homo abſq; ſpeciali auxilio dei: ſtante ſola influentia generali poteſt agere actus moraliter bonos: ſequitur ꝙ homo non indigeat iuuari aliter a deo ad agendum tales actus vitioſos oppoſitos: cōſequens eſt contra quintam ſuppoſitionem. conſequentia eſt ſatis certa: quoniam etiam ad actus vitioſos ipſe indiget generali influētia dei: qua ſibi ſubtracta nequaq; ipe agere poſſet: ex iſto fundamento reprobat Augu. reſponſionem Pelagij: quia cum argueretur contra eum: ꝙ ſi per poteſtatem liberi arbitrij poſſumus bene agere non omnia bona noſtra haberemus a deo: cuius oppoſitum dicit ſcriptura: reſpōdebat: ꝙ ideo talia opera habemus a deo: quia ab ipſo habemus poſſibilitatem bene operādi: hoc inquam reprobat: quia etiam poſſibilitatem male operandi habemus a deo: et tamen non dicit ſcriptura: ſed negat potius nos mala opera noſtra habere a deo: vn-
Cap.25. de primo libro de gratia chriſti. et originali peccato. deſinat inquit itaq; Pelagius ſeipſum et alios fallere contra dei gratiam diſputando: non propter vnum illorum trium. i. propter poſſibilitatem bone voluntatis atq; operis: ſed etiam propter voluntatem atq; operationem bonam erga nos dei gratia predicanda eſt: nam illam poſſibilitatem ad vtrūq; valere diffiniuerit. i. ad bonum et ad malum: et tamen non ideo attribuēda ſunt deo etiam noſtra peccata: ſicut et propter eandem poſſibilitatem vult tribuere opera noſtra. Simili modo ſolutionem aliorum quondam eiuſdem ſecte dicentium: ideo bonam voluntatem hominis deo vt auctori attribui: quia ab ipſo eſt homo ſine quo non poteſt eſſe bona voluntas: hoc reprobat ſecundo libro de baptiſmo paruulorum ad Marcel. non multo poſt medium: quoniam vt ait. eodem modo mala voluntas eſſet deo vt auctori attribuenda: quod vt ſubdit nefas eſt dicere: oportet ergo ſm veritatem catholicam confiteri nos ſpeciali gratia: et influentia indigere iuuari ad agendum opera bona: ita vt ſic bona noſtra dei adiutorio attribuātur: quomodo non attribuuntur ⁊ mala. Auctoritatibus ſacre ſcripture eadem concluſio euidenter probatur: ſicut illa ſapientis: non poſſum eſſe con-
Cap.8. tinens niſi deus det. Sap. Et illa Chriſti. Sine me nihil
Cap.9. poteſtis facere. Ioan. 15. Et illa Apoſtoli. Non eſt volentis: neq; currētis: ſed miſerētis dei. ad Ro. ⁊ ad Ephe. 2. Ipſius ſumus factura creati in Chriſto: id eſt per Chriſtum in operibus bonis. Et ad Phil'. 2. Deus operatur in nobis velle et perficere ꝓ bona volūtate. et pͥma corin.
Cap.4. Quid enim habes quod non accepiſti: et innumerabiles alie poſſent adduci quibus indubitanter oſtenditur nullum bonum nos agere poſſe ſine auxilio dei: ſed iſte ſufficiāt. Verum ad omnes predictas et ceteras ſimiles: quis forſitan dicet ꝙ non cogunt: vt dicatur nobis eſſe neceſſarium aliud adiutorium dei ab influentia generali: omnes enim ſaluantur ſi dicatur ꝙ non poſſumus aliquid facere: niſi deo iuuante per ſuam influentiam generalem: vel forte dicef ꝙ tales auctoritates non ſunt intelligende de quibuſlibet bonis actibus poſſibilibus ab homine fieri: ſed de bonis meritorijs tantum: et in hac ſolutione plus ſuſtentant moderni concluſionem oppoſitam defendentes: neutra tamen harum ſufficiens eſt. ¶ Unde prima excluditur. Primo per illud quod dictum eſt in quarta ſuppoſitione. Secundo per illud quod dictū eſt in quīnta rōne ad cōcluſionē: nā nec malos actus poſſum⁹ agere ſubtracta dei īfluētia gñali: ⁊ tñ nō ſic ad malos act⁹ dicit ſcriptura nos indigere iuuari a deo: ſicut ad bonos: alias ſicut ſapiens dicit nō poſſum eſſe cōtinens: niſi deus det: ita potuiſſet ipſe vel alius dicere: nō poſſum concupiſcere: aut mechus eſſe: niſi deus det. et ſicut Apoſtolus ait. ipſius ſumus factura creati in chriſto in operationibus bonis: ita dicere poſſumus ipſius ſumus factura creati in chriſto in operationibus malis: ⁊ ſicut dicit. deus operatur in nobis velle ⁊ perficere bona volūtate: ita dicendū eſſet ꝙ operatur velle ⁊ pficere pro mala voluntate: que verba tanq; plena blaſphemie omnis fideliū auris exorret.

¶ Cōfirmatur. quoniā vt ſupius allegatū eſt ꝑ conciliū: et ſeries etiā textus precedētis oſtendit: cum chriſtus ait. ſine me nihil poteſtis facere: de fructib⁹ mandatorū ſpecialiter loquitur: ⁊ vt dicit Auguſtin⁹ de verbis apoſtoli. ſer. 12. vt allegatū ē ſupra: cū tibi dicif ſine adiutorio dei nihil potes facere: nihil ſubintellige boni. nā illo nō adiuuante vtiq; agis male. ergo preter influētiam generalem ſpecialiter iuuat nos deus ad bene agendū ſine quo adiutorio ſpeciali nihil bene agere poſſem⁹. ¶ Secūda quoq; reſpōſio non valet: ⁊ primo quidē euidenter excludif per vltimo allegatā auctoritatē Apoſtoli: ſi ſm Apoſtoli intētionem ſumaf: vt optime mōſtrauit Auguſt. in de prede. ſanctorū: nō multo poſt principiū. nam vt plixius ꝓbat: tota intentio Apoſtoli tendit ad oſtēdendū neminē poſſe aduerſus alterū extolli: aut de aliquo ſup alterū in ſemetipſo: aut alio homine: ſed tantū in dño gloriari: vnde Apoſtolus hoc inquit trāſfiguraui in me et apollo: vt in vobis diſcatis ne ſupra q̄ ſcriptū eſt vnus ꝓ altero inflef aduerſus alterū. Quis enī te diſcernit: quid autē habes quod nō accepiſti. Si autē et accepiſti quid gloriaris: quaſi nō acceperis. ſ. a deo: oportet ergo intelligere dictū Apoſtoli vniuerſaliter de quolibet bono quo homo ad hoīe diſcerni poteſt: ⁊ aduerſus alterū extolli: igitur nō ſolū de meritorijs: ſed etiā de bonis moralibus: nō tamen meritorijs: alias cathecuminus aliquis: aut etiaꝫ chriſtian⁹ exiſtens in peccato mortali agēs actus aliquos moraliter bonos: et ex illis ſe extollens aduerſus alterum poſſet Apoſtolo querēti reſpōdere. diſcernit me māſuetudo mea iuſtitia mea: et ſic de alijs: ⁊ hoc nō accepi: ſed habui a meipſo: et ideo ibidē ſubdit Augu. vt ſupra allegaui: ꝙ quicquid et anteq; in chriſtū crederet: ⁊ cū crediſſet bene operat⁹ eſt Cornelius totū dādū eſt deo: ne forte quis extollaf. bona autem que anteq; in chriſtū crederet operatus eſt Cornelius: conſtat nō fuiſſe meritoria ⁊ meritoria inquam vite eterne: ſicut de meritorijs bonis loquūtur ſic ſoluentes: et ſicut diſtingui ſolent a moralibus bonis: hoc idē expreſſe patet per eundem libro pͥmo ad Simpli. in reſpōſione ad ſecūdam queſtionē. Incipit inquit homo pcipere gratiā: ex quo incipit credere deo: vel interna: vel externa admonitione motus ad fidem: ⁊ ſubdit. Sed in quibuſdā tanta eſt gratia fidei q̄ta non ſufficit ad obtinēdum regnum celorum: ſicut in cathecuminis: ſicut in ipō Cornelio anteq; ſacramētorum participatione incorporaretur eccleſie. in quibuſdam vero tanta eſt gratia: vt iam corpori chriſti et ſancto dei templo deputētur: ⁊ ſequitur. fiunt ergo inchoationes quedam fidei cōceptionum ſimiles: nō tamen ſolum concipi: ſed etiā naſci opus eſt: vt ad vitam perueniatur eternā: nihil tamen horū ſine gratia miſericordia dei: quia ⁊ opera ſi qua bona ſunt conſequūtur: vt dictum eſt illam gratiā non precedūt: hec ipſe. hinc apparet manifeſte ꝙ non ſolū opera meritoria vite eterne qualia ſunt eorꝫ tantū que participatione ſacramentorū incorporati ſunt. Ecce ⁊ facti templum dei: ſꝫ etiam alia bona nō meritoria vite eterne qualia ſunt in cathecuminis nō fiunt ſine gratia dei. Illud etiaꝫ dicit de bonis operibus hereticorum et ſciſmaticorum in ſermone de patientia: ſm ꝙ patet in auctoritate que ex illo ſermone paulopoſt alleganda eſt. ¶ Preterea. Cōtra illam reſponſionē videf eſſe ꝓceſſus Aug. contra Iulianum. lib. 4. a. c. 7. vſq; ad. 19. nam Iulianus volens probare nos viribus noſtris abſq; ſpeciali Cap.7.

dei gratia poſſe recte agere ſumebat pro argumēto ꝙ ve
re virtutes fuerint in infidelibus. vt patet ibi:et cum hoc
volebat ꝙ per illas ſeu earum opera illi non mererentur
vitam eternam: vnde dicebat eos ſubſtantialiter bonos
eſſe:⁊ ita de alijs omnibus:que non propter deum agunt
opa talia:ſicut patet ex capitulis.12.et.19. Et cōtra iſtud
dictum Juliani Augu. prolixe procedit probando ex in-
tentione in infidelibus nullam fuiſſe veram virtutem: li-
cet fuerint vitia finitima et propinqua virtutibus:⁊ qua-
dam ſpecie fallente ſimilia. Et ꝙ ipſi nihil bene operati
ſunt:ſed male et culpabiliter etiam niſi ex genere vel offi-
cio bona operati ſunt:ergo non fuit intentio Augu. ꝓba-
re contra illum:infideles aut aliquos alios non poſſe ſine
dei adiutorio bene agere: ideo quia tñ non poſſunt agere
meritorie ſeu opera quibus mereantur vitam eternam:qꝛ
hoc ſibi concedebat Juli. ſed etiam ꝙ non poſſunt agere
virtuoſe et bene moraliter:ſeu opera virtuoſe ⁊ vere bona
moraliter:cuius oppoſitū affirmabat Julianus. hāc ſen
tentiam catholici ſanctiqꝫ doctores eccleſie docuerunt.
Cypꝛ̄anus vnde ſanctus Cyprianus martyr vt eum allegat Aug. in
de pde. ſanctoꝝ. dicit in nullo nobis eſſe gloriādum quan
do nihil noſtrū ſit: ad qđ adhibuit Apoſtolū teſtē dicētē:
quid autē habes qđ non accepiſti:⁊ patet ꝙ vniuerſaliter
de quibuſlibet bonis actibus loquitur:aliter non oſtēde-
ret in nullo nobis eſſe gloriādum:vt ſupra deductum eſt.
Ambro. ¶ Item Ambro. lib.2. ſuper Lucā. et eūdem etiam alle-
Cap.44 gat Augu. lib.1. de grā Chriſti ⁊ peccato originali. vides
inquit itaqꝫ:qꝛ vbiqꝫ dñi virtus ſtudijs coopaꝛ humanis:
vt nemo poſſit edificare ſine domino:nemo cuſtodire ſine
dño:nemo quicqꝫ incipere ſine dño. Quomō autē vbiqꝫ
coopaꝛ virtus dñi ſtudijs humanis:ſi aliquib⁹ hominib⁹
nō coopaꝛ actib⁹ ꝟtuoſis:aut quomō:nec qcqꝫ pōt homo
incipe ſine dño: ſi etiā actū virtuoſum pōt pficere ſine eo.
Hiero. ¶ Itē Hieronym⁹ in expoſitione catholice fidei ad Da-
maſum papā ait. Liberū ſic confitemur arbitrium:vt di-
camus nos ſemp dei indigere auxilio. ¶ Itē in epiſtola
ad Theſorophontē. Unde audes lingua ꝓferre temera-
ria vnūquēqꝫ ſuo regi arbitrio ſi ſuo regiꝛ arbitrio:vbi eſt
auxilium dei:et ſi Chriſto rectore nō indiget:quomō ſcri-
bit Hieremias. Nō eſt in homīe via eius:⁊ a dño greſſus
hominis dirigūtur. Itē ibidē. ceterum nos ab eo differi-
mus brutis animalibus ꝙ liberi arbitrij conditi ſumus.
Sed ipm liberū arbitriū vt diximus:dei nititur auxilio:
illiuſqꝫ per ſingula ope indiget. Item in dialogo ſuo con-
tra Pelagiū ſub nominib⁹ Attici ⁊ Critoboli edito lib.2.
ait. Non noſtre ſolū eſt poteſtatis qđ velim⁹:ſed ⁊ dei cle-
mētie:ſi noſtrā adiuuet voluntatem. Itē ibidē lib.3. Hoc
longa diſputatione cōcluſum eſt:vt gratiā ſuā dominus
qua nobis liberū conceſſit arbitriū in ſingulis operib⁹ iu
uet atqꝫ ſuſtētet. Multaqꝫ alia ibidē ſcribit:que ſicut et
iſta falſa eſſent: ſi verum eſſet ꝙ ſine ſpeciali auxilio dei
operatiuo poſſemus agere virtuoſe: ſiue bene moraliter.
Jo. dam. ¶ Itē Jo. Dam. lib.2. ca. vltimo. Deus inquit eſt omnis
boni pncipiū ⁊ cā:⁊ ſine eius opatione ⁊ auxilio īpoſſibi-
le eſt bonū velle vel facere nos. Sed cōſtat ꝙ qcūqꝫ facit
actū aliquē moraliter bonū vult bonum qđ facit. igiꝛ ⁊c.
Proſpe. ¶ Iſtā fuiſſe ſententiā beati Proſperi. et ſm ipm et ſen-
tentiā catholicā:oppoſitam vero erroneam:patet ex libro
ſuo pro predicatoribus gratie facto cōtra collationē vnā
Caſſiani de ꝓtectione dei. que eſt.13. in numero collatio-
num patrum a Caſſiano cōpilatarum. In illo ſiquidem
lib. coll.12. ſententias ex illa collatione Caſſiani quas vo
cat diffinitiones:⁊ primam tñ approbat ⁊ tanqꝫ catholi-
cam commendat. Reliquas vero reprehendit et reſpuit.
Cap.3. ¶ Prima aūt ⁊ quā approbat eſt q̄ habeꝛ in collatiōe.1.
in his verbis. Ex quibus manifeſte colligitur non ſolum
actuū: verūetiā cogitationum bonarū ex deo eſſe princi-

pium qđ in nobis et initia ſancte volūtatis inſpirat:⁊ vir-
tutem atqꝫ opportunitatē eoꝝ que recte cupimus tribuit
peragendi. Omne enim datū optimū:et omne donū per-
fectum deſurſum eſt deſcendens a patre luminum:qui et
incipit que bona ſunt et exequitur et conſumat in nobis.
¶ Secundo vero habetur ibidem talis. Qui. ſ. deus cū Cap.8.
in nobis ortum quendam bone voluntatis inſpexerit il-
luminat eum confeſtim atqꝫ confortat et incitat ad ſa-
lutem incrementum tribuens ei: quam vel ipſe planta-
uit vel noſtro conatu viderit emerſiſſe. Hāc Proſper re-
prehēdit ꝓpter vltimā clauſulā. d. ꝙ iā Caſſianus a pre-
miſſa diffinitione diſcedit: et ꝙ totum gratie datum fue-
rat ex parte libero arbitrio deputatur. cum videlicet di-
cit aliquam bonam voluntatem noſtro emerſiſſe conatu.
¶ Tertia habetur ibidem talis. ꝙ in his omnibus ⁊ gra- Cap.9.
tia dei et libertas noſtri declaratur arbitrij:⁊ quia īterdū
ſuis etiā motibus homo ad virtutē appetitus poſſit extē
di:ſemper vero a domino indiget adiuuari:hanc reprehē
dit Proſper propter illud. Et qꝛ interdum ſuis etiā mo-
tibus ⁊c. dicens quaſi medicus noſter:ob hoc etiam do-
net morbidis:vt verā deſiderent ſanitatē. ¶ Quarta ha- Cap.10.
betur ibi. talis. vt autem euidentius clareat etiam per na
ture bonum ꝙ beneficio creatoris indultum eſt nōnunqꝫ
bonarum volūtatum prodire principia: que tamen niſi a
domino dirigantur ad conſummationem virtutum pue-
nire non poſſunt. Apoſtolus teſtis eſt dicens:velle enim
adiacet mihi:perficere autem bonum non inuenio: hanc
reprehendit Proſper dicēs:quaſi Apoſtolus ex affectu
naturali:et non ex gratie dono bonam habeat voluntatē:
qui profitetur ex deo ſibi eſſe:ſufficientiam etiā cogēdi.
Pretermitto tres ſequētes:in quibus etiam propoſitum Cap.12.
ſatis cōfirmatur:venio ad.8. que ſcribitur ſic. vnde cauē-
dum nobis eſt: ne ita ad deum omnia ſanctorum merita
referamus:vt vel niſi illud qđ malum atqꝫ peruerſum eſt
aſcribamus nature:hanc Proſper reprehendit dicens.
Quaſi natura ante gratiā non ſit in dānatione: non ſit in
cecitate:non ſit in vulnere: aut non gratis iuſtificati ſint
qui primū ſunt ſine iuſtitia:reſiduas omitto:qꝛ non ita di
recte pertinent ad ꝓpoſitū. Sed ex dictis iſtis euidenter
patet catholice tenēdum eſſe ſm doctrinā ſancti huius:
ꝙ in ſtatu iſto vere infirme et vulnerate homo non poſſit
abſqꝫ adiutorio gratie dei vllā habere bonā volitionem.
Sed tātūmodo ad malā ex ſe ſufficiat:iuxta etiā doctri-
nā Aug. que aliqualiter patet ex allegatis in ratione pri-
ma ſupra facta ad concluſionē. Et qđ ſatis ꝯfirmat ꝓpo-
ſitum eſt ꝙ pene in omnib⁹ libris pdicta collatio Caſſia-
ni:cū correctionibus beati Proſperi appoſitis inuenitur
ꝙ a patribus prioribus puto inchoatum: et ꝑ eccleſiā in
conſuetudinē tractum: vt ex illa collatione ⁊ vera appro-
barenꝛ ⁊ falſa reſpuerētur:nec reciperenꝛ falſa ꝓ veris.
¶ Itē beatus Grego. 22. moral. ſuper illud Job.31. Si Grego.
oſculatus ſum manum meam ore meo. ait ſic. Sancti vi-
ri ſciunt ſe non virtute ꝓpria: ſed preueniente ſupna gra-
tia ad meliora vota vel opera cōmutatos: et quicquid ſi-
bi mali ineſſe cognoſcunt de mortali propagine ſentiunt
meritum:quicquid vero boni in ſe inſpiciunt immortalis
gratie cognoſcunt donum: eiqꝫ de accepto munere debi-
tores fiunt:qui et preueniendo dedit eis bonum velle qđ
voluerunt:et ſubſequendo conceſſit bonum poſſe qđ vo-
lunt. ecce hic expreſſe ꝙ quicquid mali ſibi ineſſe conſpi-
ciunt ſancti cognoſcunt venire de mortali propagine.
Quicquid vero boni cognoſcunt eſſe donum immorta-
lis gratie. Quero igitur de actu moraliter bono vtrū ſit
ſm hāc diuiſionem beati Grego. computandus in nume
ro malorum viuentium de mortali propagine an non: pu
to ꝙ nullus catholicus dicet ꝙ ſic. igitur computandus
eſt in numero eorum que dicuntur bona immortalis grē.



Item idem ſuper Ezech. homel.9. ſuper illud Ezech.2.
Audiui vocem loquētis:et dixit ad me. Fili hominis ſta
ſupra pedes tuos ⁊c. Ecce inquit diuina vox iacēti pro-
phete iuſſit:vt ſurgeret:ſed ſurgere omnino non poſſet:ni
ſi in hunc omnipotentis dei ſpiritus intraſſet: qꝛ ex oipo-
tentis dei gratia ad bona opera conari quidē poſſumus:
ſed hoc implere non poſſumus ſi ipſe non adiuuaret: qui
iubet. deinde id probans auctoritatibus apoſtoli: deus
eſt qui operatur velle et perficere. Et Chriſti. ſine me ni-
hil poteſtis facere. ſubdit infra:ſed ſciēdum eſt:quia ma
la noſtra ſolūmodo noſtra ſunt. bona autē noſtra et oipo-
tentis dei ſunt et noſtra: quia ipſe aſpirando nos preue-
nit:vt velimus qđ adiuuādo ſubſequitur ne inaniter ve-
limus:ſed poſſimus implere que volumus. hic etiam ap
paret propoſitū: niſi quis actus virtuoſos velit inter ma-
la opera noſtra cōputare: qđ nullus non ſtultus dixerit.
¶ Item notādum eſt ꝙ etiam conatum ad bonum opus
tribuit gratie dei:quis autē hinc non videat ꝙ multo for
tius liberi tribuit actum perfecte virtuoſum ſeu morali-
Iſidorus ter bonum. ¶ Item Iſidorus in lib. differentiarum. Dei
Cap.30. eſt inquit bonum qđ agimus propter gratiam preuenien
tem et ſubſequentem. Noſtrū vero eſt propter ſubſequēn
tem liberi arbitrij voluntatem ſuam: nam ſi dei non eſt
cur illi gratias agimus. Que probatio ſi attente cōſide-
retur oſtendit quoſcūqꝫ actus rectos: ſiue meritorios vi-
te eterne:ſiue non per dei gratiam et adiutorium nos ha
bere:nam de omnibus talibus nos deo gratias agere: et
agere vtiqꝫ nos debere nullus negabit chriſtianus. Idē
Cap.46. inſuper infra. Sciant inquit liberi arbitrij defenſores ni
hil poſſe in bonum ſua preualere virtutē: niſi diuine gra-
Bernar. tie ſuſtententur iuuamine. ¶ Item beatus Bernardus
ſer.13. ſuper cantica. Origo inquit fontium et fluminum
omnium mare eſt virtutū et ſcientiarum dominus Chri-
ſtus. Quiſquis enim eſt dominus virtutum niſi ipſe eſt
rex glorie. Sed et iuxta Anne canticum idem ipſe deus
ſcientiarum dominus deus eſt. Continentia carnis cor-
dis induſtria volūtatis rectitudo ex illo fonte manāt. Et
infra. Quid caſta cōſilia iuſta iudicia ſancta deſideria:
nōne riuuli fontis illius ſunt? Adhuc ſubdit. Quicquid
ſapientie:quicquid virtutis habere cōfidis dei virtuti et
dei ſapientie reputa Chriſto. Quomodo poſſet expſſius
dicere virtutem omnem moralem actūqꝫ virtutis a Chri-
ſto in nobis velut a fonte deriuari. Item idem in lib. de
Cap.40. gratia et libe. arbi. ait. Liberi arbitrij conatus ad bonū ⁊
caſſi ſunt:ſi non gratia adiuuentur:et nulli ſi non exciten-
tur:ceterum in malum. d. ſcriptura proni ſunt ſenſus et
cogitationes hominis. Ex hac auctoritate patet:ꝙ ſine
adiutorio dei excitantis liberum arbitrium conari non
poteſt ad bonum: multo igitur minus agere poteſt actū
Cap.44. virtuoſum. Item ibidem Apoſtolus. Omne qđ boni po-
teſt eſſe. i. cogitare et velle ⁊ perficere pro bona volūtate
attribuit deo non ſuo arbitrio. ſi ergo deus tria hec:hoc
eſt bonum cogitare velle perficere operatur in nobis: pri
mum profecto ſine nobis:ſecundum nobiſcum:⁊ tertium
Cap.45. per nos facit. c. ſequenti. Sic inquit iſta cum libero arbi-
trio operatur: vt tñ in primo illud pueniat in ceteris co-
mitetur ad hoc vtiqꝫ pueniens:vt iā ſibi deinceps coope-
retur:ita tamē ꝙ a ſola gratia ceptū eſt pariter ab vtroqꝫ
perficitur:vt mixtum non ſigillatim:ſimul non viciſſim ꝑ
ſingulos profectus operentur:non partim gratia partim
liberum arbitrium. ſed totum ſingula opere indiuiduo
peragunt. totum quidem hoc:et totum illa:ſed vt totū in
illo ſit totum ex illa. Ex his ſatis clare patet propoſitum:
qm̄ omnis act⁹ moraliter bonus:ſiue meritorius:ſiue non
coexigit:immo ordine nature etiā precexigit neceſſario bo
num cogitare:qđ ſi nō poſſit eſſe in homine niſi ex gratia:
neceſſario ſequitur ꝙ abſqꝫ illa non poſſit illo fieri actus

aliquis moraliter bonus. Item inter epiſtolas Bernardi
continetur vna que eſt.193. pluriū epiſcopoꝝ errores Pe-
tri abailardi Innocētio pape ſcribētiū inter quos ſextus
eſt in his verbis. Qꝛ liberū arbi. per ſe ſufficit ad aliquod
bonū:⁊ in reſcripto Innocentij ad ipſos illud cum ceteris
illius dogmatibus ibi notatis ⁊ prius in cremenſi cōcilio
per beatū Bernardū cōfutatis tanqꝫ heretica condēnaꝛ:
et eſt epiſtola.194. ¶ Item Anſel. de cōcordia gratie ⁊ li Anſel.
beri ar. ait nemo certe ſeruat rectitudinē hanc acceptam Cap.19.
niſi volēdo. Velle aūt illam aliquis nequit niſi habendo:
habere vero illā nullatenus valet:niſi per gratiā: ſicut er-
go illam nullus accepit:niſi gratia preueniēte: ita nullus
eam ſeruat:niſi eadē gratia ſubſequēte. Ex his euidenter
ptꝫ propoſitū:qꝛ ſi nullus pōt habere/ vel accipere rectitu
dinem voluntatis:niſi per gratiam:ſequitur ꝙ nullus pōt
ſine adiutorio gratie conformare volūtatem ſuā recte ra-
tioni:nam tūc ſemper volūtas eſt recta:qn̄ eſt recte ratio-
ni cōformis. ¶ Item Hugo de ſacra. lib.1. parte.7. vt pa Hugo.
tet ex auctoritate eiuſdem pro ſcđa cōcluſione inducēda. Cap.35.
¶ Item Magiſter.2. ſententiarū. diſ.25. c. penul. ait ſic.
lib. ergo ar. cū ſemp ⁊ in ſingulis ſit liberū: non eſt pariter
liberum in bonis ⁊ in malis. ſubaudi hoībus: ⁊ ad bona ⁊
ad mala ſupple opera liberius. eſt enī de⁹ in bonis vbi li-
beratū eſt/ qꝫ in malis:vbi liberatū non eſt: et liberius eſt
ad malū quod per ſe poteſt/ qꝫ ad bonū qđ niſi gratia libe-
retur ⁊ adiuueꝛ non pōt:hic expreſſe habetur ꝙ per ſe po
teſt ad malū:ad bonum aūt non niſi iuuetur per gratiam.
Item di.26. in fine primi. c. ait. his teſtimonijs aperte in-
ſinuaꝛ:qꝛ voluntas hoīs gratia dei preueniꝛ/ atqꝫ prepa-
ratur:vt fiat bona non vt fiat volūtas. qꝛ ⁊ ante gratia vo-
luntas erat:ſed non erat bona ⁊ recta volūtas. Ex quibus
ptꝫ:ꝙ ſine adiutorio gratie volūtas nō virtuoſa eſſe pōt/
nec recta. ergo nec moraliter bona. ¶ Item Sctūs Tho. ſā. Tho.
expreſſe hanc ſententiā ponit in prima ſcđe. q.109. arti.2.
Item arti.3. Item arti.4. Itē ar.6. non hic ſcribo eius di-
cta ꝓpter breuitatē. ¶ Itē Linconīēſis in ſuo ſermōe de Lincon̄.
aduētu:cuius initiū eſt. Erunt ſigna in ſole ⁊ luna:ait ſic.
In doctrina quoqꝫ morali phyſicoꝝ:⁊ in cōuerſatiōe mul
toꝝ gentiliū:vt ſcipionū ⁊ africanoꝝ videbanꝛ lucere ſplē
dide ſtelle virtutū: ſed nūc vere manifeſtū eſt ꝙ ſine Chri
ſti fide nulla eſt vera virtus in alicuius doctrina/ ſeu con
uerſatione. hoc ipm aſſerit ⁊ dicit fuiſſe de intētione bea-
ti Aug. in ſuo enchi. vbi tractās de quatuor virtutib⁹ car Cap.37.
dinalib⁹: ⁊ querēs an Cato ⁊ Scipiones eiuſmodi virtu-
tes habuerint. ait ſic. Concedim⁹ cū Aug. ꝙ ſine fide Je-
ſu Chriſti nullus vnqꝫ ꝟtutes habuit/aut habere potuit:
et ꝓbat īmediate ſic. Non enī pōt eſſe amor ordiatus:vbi
contēniꝛ/aut non amaꝛ:qđ maxime amandū eſt: cum nō
ametur:niſi qđ ſcitur/aut creditur:vnde ptꝫ ꝙ qui neſcit/
aut non credit dñm Jeſum xpm: nō amat/aut cōtēnit qđ
maxime amādū eſt. quapropter in tali virtus nō eſt. Qđ
etiā ꝓbat Aug. talib⁹ argumētis ſic. d. abſit: vt in aliquo
ſit vera virtus:niſi ſit iuſtus ⁊c. Ex his ptꝫ ꝓpoſitū:qm̄ ſi
ſine auxilio dei ſpeciali non pōt haberi vera virtus mora
lis:vt euidēter apparet ipm ſenſiſſe. igitur nec fieri actus
moraľr bonus. Itē ſi ſine auxilio dei nō pōt eē amor ordi-
natus vt ipſe vult:igiꝛ nec actus moraliter bonus:qm̄ oīs
virtuoſus eſt amor ordinatus/ vel ipm neceſſario preſup-
ponēs. ¶ Itē Beda cōtra Julianū hereticū. Reſpōden Beda.
do ad quoddā illius argumētū. ait ſic. Qui dicit dñm nō Cap.18.
impoſſibile aliquid precepiſſe qui iuſtus eſt verū ꝓfecto
dicit ſi ad eius reſpicit auxiliū: cui canonica vox ſuppli-
cat. d. Deduc me in ſemitā mandatoꝝ. t. ſi ꝓo viribus ani-
mi ſui fidit refellit eiuſdē iuſti veridicā ſententiā:qua di-
cit:ſine me nihil poteſtis facere. Ex quo ptꝫ ſm ipm ꝙ di-
cens aliquē ſuis viribus tm̄ poſſe implere aliqđ dei man-
datū Chriſto cōtradicit:quod etiā ſequitur ad dicentē ꝙ

quis ſuis tm̄ viribus poſſit facere actum moraliter bonū: quolibet enim tali actu aliquod mādatū īpletur vel cōſiliū. Implēs vero conſiliū qđ eſt plus: poteſt etiā implere mādatū: hāc fuiſſe ſentētiā beati Augu. nullus qui eius libros ⁊ epiſtolas ⁊ ſermones cōtra errores Pelagij ſcriptos vidit: ignorare permittitur: ſicut ſatis iā etiā apparet ex auctoritatibus eius ſuperius allegatis. Preter illas adduco aliquas multum apertas et expſſe probātes p̄dictā ſententiā: ſcribēs enim ad Julianā matrē Demetriadis virginis: cui Pelagius ſcribēs cōmēdādo ipam de moralib⁹ virtutibus: quas ſpūales appellat diuitias: dixerat iſta verba. Habes ergo ⁊ hoc per que merito p̄poneris alijs: imo hoc magis: nā corporalis nobilitas atq̧ opulentia tuoꝝ intelliguntur eſſe non tua. Spiritales vero diuitias: nullus etiā p̄ter te cōferre poterit. In his ergo iure laudāda. In his merito pre ceteris p̄ferenda es: que niſi ex te: et in te eſſe non poſſunt: hec omnia ſunt verba Pelagij. Scribens inquā Aug. ex his verbis motus ad illius virginis matrem: ait ſic. non ſane paruus eſt error illoꝝ q̄ putant ex nobis ipſis nos habere: ſi q̄d iuſtitie ꝯtinētie pietatis caſtitatis in nobis eſt: eo ꝙ ita nos cōdiderit deus: vt vltra p̄ter qđ nobis reuelat ſciētiā nos adiuuet: vt ea que facienda diſcendo nouimus etiā diligendo faciamus: hic apparet manifeſte eū de bonis moralibus loqui qualia appellamus virtutes morales et actus earū: et dicit eos errare qui dicunt talium aliquid ex nobis ſine dei adiutorio nos habere: amplius immediate poſt recitationē verborū Pelagij premiſſorū ait. Cernis nēpe quāta in his verbis ſit cauenda pernicies: nā vtiq̧ qđ dictū eſt: non poſſunt eſſe iſta bona niſi in te. optime et veriſſime dictū eſt: iſte plane cib⁹ eſt. Qđ vero ait: niſi ex te: hoc omnino virus eſt: ⁊ ſubdit. hec dei dona ſunt: ⁊ noſtra quidē ſunt: ſed nō ex nobis: habetis enim theſaurum iſtum in terrenis corporibus: et adhuc fragibilibus tāq̄ in vaſis fictilibus: vt eminentia virtutis dei ſit: et non ex nobis: et ſunt verba Apoſtoli loquentis tamen in prima perſona. ſecunda ad Corin. et infra volumus: vt virgo ſacra cum audit ſpirituales diuitias ⁊c̄. que niſi ex te: et in te eſſe non poſſunt: ita glorietur quaſi non acceperit. Et ſubdit ratiōem. d. Quia et ſi etiam ex illa propter arbitrium proprium ſine quo non operamur bonum: nō tamen ſicut iſte dicit: non niſi ex illa proprium quippe arbitrium niſi dei gratia iuuetur: nec ipſa voluntas bona eſſe in homine poteſt: deus eſt enim inquit Apoſtolus q̄ operatur in nobis ⁊ velle ⁊ operari ꝓ bona volūtate. Quātū apparet mihi non poſſet expreſſius loqui de predicta ſententia: nec his verbis conuenienter applicari poteſt illa fuga diſtinctionis de actibus bonis meritorie et moraliter tm̄: cum de virtutibus moralibus earūq̧ actibus ipe loquatur expreſſe et neget eos eſſe poſſe in nobis ſine adiutorio dei. ¶ Confirmatur per illud qđ ibidem ſcribit: an inquit quando Apoſtolo dicente audierit homo: quis enim te diſcernit. reſponſurus eſt bona voluntas mea fides mea iuſtitia mea ⁊ nō cōtinuo qđ ſequit̄ auditurus. Quid enim habes quod non accepiſti: ſicut et ſupra dicebatur: ſi ex ſe abſq̧ adiutorio dei haberet volunatē bonam moraliter ⁊ iuſtitiam: aut aliam virtutem vtiq̧ poſſet reſpondere: hec habeo et non accepi: ac per hoc de illis merito in ſeipſo gloriari contra illud qđ intendit Apoſtolus. Item in de ſpiritu et anima: circa principium. Illis inquit acerrime ac vehementiſſime reſiſtendum eſt: qui putant ſine adiutorio dei per ſeipſam vim voluntatis humane vel iuſtitiam poſſe perficere: vel ad ipſam tendendo proficere. certum eſt autem hoc ipſos dicere: qui aſſerunt ꝙ ſine dei adiutorio ſpeciali poſſumus iuſte et virtuoſe aliquid agere. nam ꝙ Augu. non de adiutorio generalis influentie: ſed ſpecialis dei gr̄e ipſe intelligat apparet: eo ꝙ ſtatim recitato quomodo pelagiani fatebātur ad virtuoſa opera nos a deo iuuari ſubdit ſuam catholicamq̧ ſentētiam dicens: nos autem dicimus humanā voluntatem ſic diuinitus adiuuari ad faciendam iuſtitiam: vt preter ꝙ creatus eſt homo cum libero arbitrio preterq̧ doctrinā qua ei precipit̄ queēadmodum viuere debeat accipiat ſpiritū ſanctū: quo fiat in animo ei⁹ delectatio dilectioq̧ ſummi illius atq̧ incōmutabilis boni: qđ de⁹ eſt. etiā nūc cū adhuc per fidē ambulat̄ nōdum per ſpeciem: vt hac ſibi velut arra data gratuiti muneris inardeſcat inherere creatori atq̧ inflāmetur accedere ad participationē illi⁹ veri luminis: vt ex illo ei bn̄ ſit: a quo habet vt ſit: nā neq̧ liberū arbitriū quicq̄ niſi ad peccandum valet ſi latet veritatis via. Et cū illud qđ agendum et quo intendēdum ceperit nō latere: niſi etiā delectet nō ſuſcipit̄: non bene viuit̄: vt autem diligatur charitas dei diffunditur in cordib⁹ noſtris: non per arbitriū liberum: quod ſurgit in nobis: ſed ꝑ ſpiritū ſanctū qui datus eſt nobis. Ex his apparet ꝙ vltra vires liberi arbitrij ⁊ ſpeciale etiā adiutorium doctrine dei: dicit nobis neceſſariū eſſe adiutoriū ſpirit⁹ ſancti quo deū diligam⁹. nam ſola talis dilectio dei charitas dicit̄: ⁊ ex qua dilectione operētur. nam quecūq̧ hō agat: ſiue ex dilectione dei agat: nō recte nec virtuoſe ſeu bene moraliter agit: quia nō propter deū agit: ac per hoc nō propter id ꝓpter quod agere debet: et ideo peccat ſm̄ ꝙ ſuperius ex eiuſdē dictis eſt ꝓbatum: talis aūt dilectio dei ꝑ vim liberi arbi. vt dicit: ſed ex gratia dei habetur. Ex hac etiā ratione ipſe ſup epiſtolā ad Cap.5. Gal. vbi Apoſtol⁹ ait. Uos autē in libertatē vocati eſtis fratres ⁊c̄. dicit ꝙ iudei ad vetus teſtamentū pertinētes: quedā opera legis implebāt: que in ſacramētis ſunt. Illa vero que ad bonos mores ꝑtinent oīno non poterāt: nō enī implet ea niſi charitas. Itē ſup illud p̄s. 56. miſericordia Cap.4. eius preuenit me. Quādo inquit ītelliges: quia p̄uentus es: niſi intelligas quod ait Apoſtolus. Quid habes quod nō accepiſti: hec eſt miſericordia eius preueniens: deinde attendēs omnia bona quecūq̧ habere poſſum⁹: ſiue in natura: ſiue in inſtituto: ſiue in ipa ꝯuerſatione in fide in ſpe in charitate in bonis morib⁹ in iuſtitia in timore dei totū non eſſe niſi ex illi⁹ rationis: ita cōcluſit deus me⁹ miſericordia mea. Itē de correctione ⁊ gratia. Intelligenda eſt gratia dei qua ſola homines liberātur a malo: ⁊ ſine qua nullum prorſus: ſiue cogitādo: ſiue volēdo et amādo: ſiue agendo faciunt bonum: nō ſolum vt monſtrāte ipſa: quid faciēdum ſit ſciāt: verūetiam vt preſtāte ipſa faciāt cum dilectione quod ſciāt. Demū ipſe in ſermone de patientia vnā queſtionem mouet ⁊ ſoluit: vbi euidēter determinat predictā ſententiā. d. ſic. Sed merito queri poteſt vtrum et iſta patiētia donum dei ſit an viribus tribuēda ſit volūtatis humane: qua quiſquis ab eccleſia ſeparatus nō pro errore: qui eū ſeparauit pro p̄uitate ſacramēti: ſeu q̄ꝝ ibi que apud eum remāſit timore penarū eternarū penas patitur temporales. Cauendū eſt enim ne forte ſit̄ dei donū iſtam patiētiā dixerim⁹: hi qb⁹ ineſt etiā ad regnū dei credātur pertinere. Si autē illā donū dei negauerim⁹ cogamur fateri ſine adiutorio ⁊ munere dei in volūtate hoīs eſſe poſſe aliquid boni: neq̧ enī hoc nō eſt bonū vt credat hō eterno ſupplicio ſe eſſe puniēdum ſi negauerit chriſtū: ⁊ pro ſua fide qualecūq̧ ſupplicium ꝑferat ⁊ contemnat humanā. Propoſita autem hac q̄ſtione ⁊ factis p̄dictis ad vtrāq̧ partē argumētis nullo īterpoſito determiat eā ſic. ꝓinde ſicut negādū nō eſt hoc eſſe donū dei: ita intelligendū eſt alia eſſe dona filioꝝ illius hieruſalē que ſurſum eſt libera mater nr̄a: hec ſunt enī quodāmodo hereditaria in q̄bus ſum⁹ heredes: coheredes aūt chriſti: alia p̄o que poſſunt accipere etiam concubinatū filij quib⁹ iudei carnales et ſciſmatici vel heretici cōparantur: Quis enī ſcriptum ſit.



Eijce ancillā ⁊ filiū eius: neq̧ enim heres erit filius ancille: cum filio meo Iſaac. et Abrae dixit deus. in Iſaac vocabitur tibi ſemen: qđ ſic eſt Apoſtolus interpretatus: vt diceret. i. nō qui filij carnis hi ſunt filij dei: ſed q̄ filij promiſſionis deputantur in ſemine: vt intelligeremus ſemen Abrae ſm̄ Iſaac ꝓpter Chriſtū ad filios dei ꝑtinere: qui ſunt corpus Chriſti et mēbra. i. eccleſia dei vna vera germana catholica tenēs piā fidē: nō eā que ꝑ elationem vel tumorē: ſed eā que ꝑ diſcretionē opat̄: tn̄ etiā filijs ꝯcubinarū quādo a filio ſuo Iſaac dimiſit Abraā nōnulla eis largitus eſt munera: ne relinquerētur omnino inanes: vt non tenerentur heredes: ſic enim legimus. dedit autem Abraā omnē ſubſtātiā ſuā Iſaac filio ſuo: ⁊ filijs cōcubinarū dedit Abraā munera. ſi ergo filij ſum⁹ libere hieruſalē: alia dona exhereditarioꝝ: alia ītelligamus heredū. Ex his patet manifeſte ꝓpoſitū: qm̄ patientia hereticoꝝ vel ſciſmaticoꝝ qua ſuſtinē: mortē ꝓpter Chriſtum non vtiq̧ eſt actus meritorius: et tn̄ illā dicit eſſe donū dei: et hoc ſentiēdum eſt de cuiuſlibet alterius virtutis actu: et vniuerſaliter quolibet actu bono moraliter: Quis non ſit meritorius: qđ ipſe etiā innuit arguēdo ad ſecūdā partē queſtionis: cū enim cogamur fateri ſine adiutorio et munere dei in volūtate hominis eſſe poſſe aliquid boni: ⁊ idē affirmat in determinādo queſtionē: ⁊ poſtea ꝓſequēdo ⁊ ſoluēdo argumentū ad primā partē queſtionis per illam diſtinctionē donorum dei: ex quo etiā patet: ꝙ illa diſtinctio de bonis actibus moraliter tm̄: ⁊ de bonis meritorie ſupra facta nihil iuuat partem oppoſitam in propoſito.

¶ Iſte auctoritates pro nunc ſufficiant: quoniam eis et pluribus alijs ſupra adductis: et infra adducendis puto cuilibet poſſe clare patere propoſitū. ¶ Inſup Innocentius papa reſcribens patrib⁹ qui affuerūt milleniano conſilio ⁊ hereſes Pelagij dānauerūt. In oībus īquit diuinis paginis volūtati libere: non niſi adiutoriū dei legimus eſſe nectendū: eāq̧ nihil poſſe celeſtib⁹ p̄ſidijs deſtitutā. Itē conciliū epiſcopoꝝ africoꝝ ſcribentiū ad papā zozimū poſtremū Pelagianarū hereſum dānatorē oīno inquit: vt recitat ſanctus Proſper in preallegato lib. contra Caſſianum. preparatur voluntas a dño: ⁊ vt boni aliquid agāt paternis inſpirationibus ſuoꝝ ipe tāgit corda filioꝝ. Quotquot enim ſpū dei agūtur hi filij dei ſunt: vt nec noſtrū deeſſe ſentiamus arbitriū: ⁊ in bonis quoq̧ voluntatis humane ſingulis motib⁹ magis illius valere nō dubitemus auxiliū. Quis autē dixerit volitiones moraliter bonas ſeu virtuoſas nō comprehēdi illa locutione. in bonis quoq̧ voluntatis humane ſingulis motibus.

Innocētius.

Cap.8.

¶ Secūdā cōcluſionem ꝓbo primo ſic. Si homo poteſt abſq̧ ſpeciali auxilio dei ſufficiēter cognoſcere quid nolēdū vel volēdū: agēdū vel nō agēdū in his que ꝑtinēt ad vitā moralē vel ipſe ꝓ dānatione p̄me culpe non incurrit ignorātiā agēdoꝝ: vel a tali pena ipe abſq̧ dei gr̄a ſe ſufficit liberare: ptz ꝯñtia. Sed vtrarū pars ꝯñtis falſa eſt. ⁊ ꝯtra doctrinā ſctōꝝ: de p̄ma ptz ꝑ Aug. 3. de lib. arbi. c. 39. ⁊ enchi. 28. ⁊ eodē lib. c. 89. ptz falſitas partis ſecūde. de vtraq̧ etiā ſimul ptz p̄mo retrac. ca. 9. vbi ait. ꝙ ad miſeriā iuſte dānationis ꝑtinet ignorātia ⁊ difficultas quas patit̄ homo omnis ab exordio natiuitatis ſue: nec ab iſto malo quiſq̄ niſi gr̄a dei liberat̄. ¶ Confirmat̄. quia ipſe lib. 6. contra Julianū. premiſſo ꝙ quilibet a natiuitate ⁊ ignorātiā ⁊ concupiſcētiā trahit: ſubdit. Ignorantia minuit̄: veritate magis magiſq̧ lucēte. Concupiſcentia minuit̄ charitate magis magiſq̧ feruente nihil boni horum duorū eſt a nobis: non enim ſpiritū huius mundi accepimus: ſed ſpiritū qui ex deo eſt: vt ſciamus que a deo donata ſunt nobis: et ſunt verba Apoſtoli. p̄ma ad Corin. ſi autem minuitio ignorātie nō eſt a nobis: ſed a deo: conſequens eſt ꝑ locū a maiori ꝙ conſumptio nō ſit a nobis vel expulſio. Item idem lib. 2. de baptiſmo paruulorum ad Marcel. Nolunt inquit homines facere qđ iuſtum eſt: ſiue qđ lateat an iuſtū ſit: ſiue quia omnis non delectat. Et ſubdit. ignorātia igit̄ ⁊ īfirmitas vitia ſunt que impediūt volūtatē ne moueat̄ ad faciēdū opus bonum vel ab ope malo abſtinēdum: vt ei innoteſcat qđ latebat ⁊ ſuaue fiat qđ nō delectabat. gr̄a dei eſt q̄ hoīm adiuuat voluntatē.

Cap.26.

Cap.2.

¶ Itē Hugo lib. 1. de ſacra. par. 7. Anima īquit rationalis corpori humano infuſa: niſi ꝑ gratiā adiuuet̄: neq̧ cognitionē veritatis ꝑcipe: neq̧ ꝯcupiſcentie carnis ſue reſiſtere poteſt: ⁊ loquit̄ de cognitione veritatis ad ſalutem ꝑtinētis: ſicut ipſe explicat par. 6. nō dubiū aūt eſt cognitionē eoꝝ que agēda ſunt vel vitāda nolēda volenda ꝑtinere ad noſtrā ſalutem. ¶ Secūdo. ſancti orabāt deū ꝓ tali notitia habēda. igit̄ non poterāt ex ſe abſq̧ dei auxilio habere talē notitiā. ꝯſequētia ptz: q2 alias ſequit̄ ꝙ ſuperflua fuiſſet eoꝝ oratio ⁊ ficta: qđ nō eſt dicēdū: ptz cōſequētia ꝑ vim ꝯſequētiarū factarū ꝑ cōciliū: ⁊ Aug. cōtra Pelagiū ⁊ Celeſtinū: vt ſupra recitatū eſt: antecedēs patet in pluribus locis ſcripture. ſicut ibi. Notā fac mihi viā in qua ambulem: et ibi. Greſſus meos dirige ſm̄ eloquiū tuū: ⁊ non dominet̄ mei omnis iniuſtitia. et innumerabilia talia. ¶ Tertio. homo nō poteſt abſq̧ auxilio dei vllā cogitationem bonā habere. igit̄ nec poteſt cognoſcere ⁊c̄. patet cōſequētia. antecedens probatur auctoritate Apoſtoli. 2. ad Corin. dicētis. Non ſumus ſufficiētes cogitare aliquid a nobis quaſi ex nobis: ſed ſufficientia noſtra ex deo eſt. Qua auctoritate velut validiſſimo argumēto ad idē ꝓpoſitū vtit̄ cōtra Pelagiū Augu. lib. 1. de gr̄a Chriſti ⁊ peccato originali. Item in de vera innocentia. diuini inquit eſt muneris: cum ⁊ recta cogitatio ⁊ pedes noſtros a falſitate atq̧ iniuſtitia continemus. Item in eccleſiaſticis dogmatibus. Bone cogitationes ſemper a deo ſunt. Ad Paulinū etiā Nolanū epiſcopū ſcribens Augu. et loquens de filio ꝓdigo qui ad ſe reuerſus dicit ſurgā: et ibo ad patrem meum: ait. Quā cogitationē bonā quādo haberet: niſi et ipſam illi in occulto pater miſericordiſſimus inſpiraſſet: manifeſte demonſtrās ꝙ nō niſi inſpirāte deo poſſumus vllā bonā cogitationē habere.

Hugo.

Cap.25.

Cap.26.

Cap.3.

Cap.25.

Cap.50.

¶ Quarto ꝓbat̄ cōcluſio iſta expſſa auctoritate Augu. in epiſtola ad Sixtū preſbyterū ſic dicentis: nemo recte ſapit recte intelligit recte cōſilio ac fortitudine preualet: nemo ſciēter p̄us eſt vel pie ſciēs: nemo timore caſto deū timet: niſi acceperit ſpm̄ ſapiētie ⁊ intellectū cōſilij: ⁊ fortitudinis ſcientie et pietatis et timoris dei: et ſubdit non quia tot ſunt ſpiritus: ſed omnia hec operatur vnus atq̧ idem ſpiritus diuidens propria vnicuiq̧ prout vult: quia ſpiritus vbi vult ſpirat: vbi manifeſte patet propoſitum: quia conſtat ꝙ qui non recte ſapit nec recte intelligit: nec recte preualet conſilio non cognoſcit quid agēdū quidue vitādū in his que ad vitā moralem ſpectāt. Demum ad idem eſt expreſſa determinatio concilij prememorati. nā ibi ſcribitur ſic. Utrūq̧ donum dei eſt et ſcire quid facere debeamus: et diligere vt faciamus: plures etiā auctoritates adducende: pro tertia concluſione probant etiam iſtam ſecundam: ſicut patet intuenti. ¶ Tertiam concluſionē probo primo ſic. Si habita ſufficienti notitia de volendo aliquo vel nolēdo agendo vel non agēdo poteſt homo ſine ſpeciali auxilio conformiter velle vel nolle: agere vel non agere: ſequitur ꝙ vel non ad ſingulos actus gratia et ſpeciale adiutoriū detur vel ſi datur ſuperflue datur. conſequens eſt euidens: ſed conſequēs eſt erroneum: vt patet ex ſuppoſitione quarta ſuperius poſita ad ꝓbādum concluſionem primam. ¶ Secūdo. ſi habita ⁊c̄. igitur cognoſcens aliquid ſe debere velle vel agere non habet opus rogare deū quatenus ſibi preſtet: vt ſic velit vel agat. Similiter pro alijs ſcientibus que agere debeāt nō

eſſet orandum:vt conuerterentur ad bonum ſi mali ſunt: aut perſeuerent ſi iuſti ſunt.patet conſequentia:quia talia pro quibꝰ oraretur ex ſeipſis habere poſſent. Sed cõſequens eſt manifeſte erroneum: et contra pium ritum fidelium. Similiter ſufficeret eccleſie predicare infidelibꝰ euãgelium:et cathecuminis baptiſmi virtutem: nec pro illis orare vt crederent:nec pro iſtis vt baptiſmum vellẽt: et per conſequens ſuperflue tam pro iſtis ꝗ̃ pro illis orat eccleſia:qđ non eſt dicendum. Similibus rationibus in virtute arguit Augu.contra Uitalem hereticum in epiſtola ad eũdem. ¶ Tertio.ſi habita ⁊c̃. Sequit̃ ꝙ ad implendam legem ſeu ad faciendum ea que ĩperat lex ſufficeret homini lex ipſa et notitia eius: nec vltra indigeret adiutorio gratie dei. ſed hoc eſt expreſſe contra Apoſtolum in multis locis:et hanc rationem etiam in virtute cõ
Cap.8. tra Pelagium ponit Augu.lib.1.de gratia Chriſti ⁊ peccato originali:et ſimiliter in epiſtola ad Aſſelicũ:vbi dicit ꝙ tales non nomĩe:ſed errore iudaizant. ¶ Quarto. ſequeretur ꝙ ipſum bonum velle:⁊ etiã bonum opus non
Cap.2. eſſent ſm̄ ſe dona dei.contra Apoſtolũ dicentẽ ad Phil. Deus eſt qui operatur in nobis velle et perficere ſeu operari:vt in grecis codicibus haberi dicit Auguſt.lib.1.de
Cap.5. gratia Chriſti et peccato originali.vbi cõtra Pelagium notat ꝙ Apoſtolus non ait. Deus eſt qui operatur in nobis poſſe tanq̃ ipſi iam et velle et operari per ſeipſos habeant:nec in his duobus adiutorio eius indigeant. Sed
Cap.25. velle inquit et operari:et ideo infra.vt ſupra allegatum eſt: non ſolum inquit deus poſſe noſtrum donauit atq̧ adiuuat:ſed etiam velle et operari et operatur in nobis.
Cap.5. ¶ Quinto probatur concluſio iſta per expreſſam determinationem milenitani cõcilij in quo ſcribitur ſic. Si q̇s dixerit gratiam dei per Jeſum Chriſtum dominum noſtrum:propter hoc nos tm̃ adiuuare ad non peccandum: quia per ipſam nobis reuelatur intelligentia mandatoꝝ: vt ſciamus quid appetere quid vitare debeamus:nõ autem per illam nobis preſtari: vt quod faciendum cognouerimus etiam facere diligamus atq̧ valeamus anathema ſit.et ſubdit:vtrũq̧ eſt donum dei.et ſcire quid facere debeamus:et diligere vt faciamus.igitur vltra notitiam de volendis vel agendis indiget homo adiutorio gratie dei ad agẽdũ vel volendum que ipſe volenda vel agenda eſſe cognoſcit. ¶ Confirmatur hoc ipſum per articulum Pariſieñ.128.qui oppoſitum dãnat:et teſtatur fuiſſe errorẽ Pelagij.vnde ſic iacet articulus. Quod ſi ratio recta et voluntas recta error:quia contra gloſam Augu.ſuper illud. Concupiuit anima mea deſiderare ⁊c̃.Et ſm̄ hoc ad rectitudinem voluntatis nõ eſt neceſſaria gratia: ſed ſciẽtia tm̃:qđ fuit error Pelagij.Omnia ſunt articuli verba:ſm̄ quem articulum : vt patet conſequens qđ in eius vltima parte infertur.ſ.ꝙ ad rectitudinem voluntatis non eſt neceſſaria gratia : ſed ſufficit ſcientia tm̃:fuit error Pelagij. Sed certum eſt ꝙ ſi habita ſufficiẽti ſciẽtia de agendo aut volendo abſq̧ alia gratia voluntas poteſt conformiter velle:cum conformiter volendo recte rationi voluntas ſit recta:conſequens eſt:vt ad eius rectitudinem non ſit gratia neceſſaria : ſed ſufficiat ſcientia.
¶ Confirmatur.rurſus et hoc multum me mouet:quoniam non obſtante ꝙ Pelagius poneret nos ad bene volendum et agẽdum iuuari ad a deo inquãtum iuuat poſſibilitatem nature: dando doctrinam ⁊ notitiam de volẽdis et agendis:vnde ſicut recitat Auguſt.lib.1.de gratia
Cap.7. Chriſti et peccato originali. Hec erant verba Pelagij. Adiuuat enim nos deus per doctrinam et reuelationem ſuam dum noſtri cordis oculos aperit: dũ nobis ne pſentibus occupemur futura demonſtrat : dum diaboli pandit inſidias:dum nos multiformi ⁊ ineffabili dono gratie celeſtis illuminat : quia tamen vltra hoc non ponebat:ꝙ etiam ipſum bonum velle et bonum opus habeamus ex gratia dei:ſed ex nobis per liberũ arbi.noſtrũ eum erraſſe dicit Aug. vnde ibidem recitat ꝙ Pelagius auctoritatẽ Cap.18.
Apoſtoli ſuo dogmati vehementer contrariã que ait. Q: deus operat̃ in nobis velle ⁊ perficere pro bona volũtate: ſic exponebat: operat̃ in nobis velle qđ bonũ eſt qđ ſanctũ eſt:dum nos terrenis cupiditatibꝰ deditos future glorie magnitudine ⁊ premioꝝ pollicitatione ſuccendit: dum reuelatione ſapientie in deſiderium dei ſtupentem ſuſcitat voluntatẽ; dũ nobis ſuadet omne qđ bonũ eſt. Et tunc ſequũtur verba Aug.quid manifeſtius:nihil aliud eũ dicere gratiam qua deus in nobis operat̃ velle ꝙ bonuz eſt/ꝗ̃ legem/atq̧ doctrinã:⁊ ſubdit. Sed nos eam gratiã volumus iſti aliquãdo fateãtur qua future glorie magnitudo non ſolum ꝓmittitur: verum etiã creditur ⁊ ſperatur non ſolũ reuelatur ſapientia:verũ etiã ⁊ amatur/ nec ſolũ ſuadetur omne quod bonũ eſt:verũ et perſuadet̃ et ſequitur: hanc debet Pelagius gratiã confiteri.ſi vult non ſolũ vocari:verũ etiã eſſe chriſtianus. Item hec gratia agit̃ non Cap.12.
ſolum:vt facienda nouerimus:verũ etiã vt cognita faciamus/nec ſolum vt diligẽda credamus:verũ etiã vt credita diligamus. Item ſuper illo verbo Saluatoris Jo.6. Cap.14.
oĩs qui audiuit a patre ⁊ didicit venit ad me. Quis inq̇t non viderat ⁊ venire ꝗ̃ꝗ̃ ⁊ non venire arbitrio volũtatis: ſed hoc arbitriũ poteſt eſſe ſolũ:ſi non venit non ꝙ põt niſi adiutũ eſſe ſi venit:⁊ ſic adiutũ:vt non ſolũ quid faciendũ ſit ſciat:ſed qđ ſcierit etiã faciat.Ex iſtis pz:ꝙ in hoc fuit ille de quo agitur error Pelagij:qui poſuit hoĩez hec ita per docrinã Chriſti/aut reuelationem/ſeu inſpirationem ſufficiẽti notitia et ſcientia:de his que notãda/vel agẽda ſunt abſq̧ alio auxilio gratie ⁊ velle ⁊ agere que volẽda ⁊ agenda eſſe cognouerit : ita ꝙ ad tales actus non indiget iuuari: quaſi factus ſufficiẽter potens per notitiã datam poſſibilitati naturali : quod adhuc manifeſtius declaratur ex verbis Aug.eodem lib.ait eni. Quãtum attinet ad illam de diuina gratia ⁊ adiutorio queſtionẽ tria illa que Pelagius apertiſſime dicit attendite poſſe : velle: eſſe.i. Cap.47.
poſſibilitatem/voluntatẽ/ actionem. Si ergo conſenſerit nobis non ſolã poſſibilitatem in hoĩe : etiã ſi nec velit/nec agat bene:ſed ipſam quoq̧ voluntatẽ ⁊ actionẽ.i.vt bene velimus et bene agamus que nõ ſunt in homine: niſi quãdo bene vult ⁊ bene agit diuinitus ⁊ adiuuari: vt ſine illo adiutorio nihil bene velimus et agamus eãq̧ eſſe gratiã dei per Jeſum Chriſtũ nihil de adiutorio gratie dei quãtum arbitror inter nos controuerſie relinquetur. Ecce ꝙ tota controuerſia inter catholicam doctrinam ⁊ errorem Pelagij quãtum ad articulum iſtum eſt : quia catholici dicunt ꝙ vltra poſſibilitatem bene volendi et bene agendi:quã poſſibilitatem : tam ipſi/ꝗ̃ Pelagius fatetur eſſe in nobis a deo:qui ſufficiẽtem notitiam tribuit adhuc ad ipſum actum bene volendi et bene operandi neceſſarium eſt nobis adiutorium gratie dei. Pelagius vero hoc negabat aſſerens ꝙ poſt habitam talem notitiam non eſt nobis neceſſarium aliud adiutorium. Sed iam ſufficientes ſumus conformiter bene velle ⁊ bene operari : ex quo patet ꝙ ſententia catholicorum eſt iſta quam ſignificat iſta tertia concluſio : et oppoſitum eius fuit error Pelagij:et ideo valde miror aliquem doctorem catholicum dicere ꝙ homo habita ſufficienti notitia: de aliquo volendo/vel nolendo agendo/ aut vitando poteſt abſq̧ auxilio diuine gratie cõformiter velle/vel nolle agere/vel non agere. Et adhuc magis mirãdum eſt ꝙ aliqui abſolute pronũciãt hominem ex puris naturalibus.i.ſolis abſq̧ ſpeciali auxilio dei poſſe bene velle et bene agere:cum ſic dicentes: excludant etiam neceſſitatem auxilij dei:quod eſt per doctrinam et ſcientiam : ac per hoc minus tribuant gratie dei/ꝗ̃ tribuerit ipſe Pelagius:hec ſufficiant quo ad pri-

/ fort[e] dicitur quod omnia bona moralia neque homo agere absque auxilio dei speciali et dicitur quod multa et sepe ut cornelio dei speciali assistit et nos speciali adiuvat ad bonum et moraliter age[re] ... sed tamen quod nullum opus morale bonum potest homo agere cum sola dei influentia generali non ut cum sit opus nature creature vel non excedens vires naturales non cognoscere ea que sunt legis [illegible] et omnes actus [illegible] solum quam intelligunt de bonis que ordinat nos ad finem supernaturalem



mum articulum queſtionis.

Nunc ſecundo principaliter oſtẽdẽdum eſt ꝙ pars affirmatiua queſtionis.videlicet ꝙ homo poteſt ex ſuis viribꝰ naturalibus abſq̧ ſpeciali auxilio dei agere actum virtuoſum:ſeu quod idem eſt : agere actum bonum moraliter:fuit vnus de erroribus dãnatis Pelagij:aut ſi in aliquo diſcordat in eo magis deuiat a veritate ꝗ̃ dictum illius:ac per hoc cõcluditur ꝙ ipſa a nullo catholico debeat ſuſtineri. Hec autem iam ſatis patent ex nunc dictis:quoniã vt oſtenſum eſt Pelagius poſuit ꝙ homo habita ſufficienti notitia per doctrinam vel reuelationem dei de his que volenda vel agẽda ſunt:poteſt abſq̧ alio auxilio velle et agere que volenda et agenda eſſe cognoſcit. Patet autem ꝙ hoc nõ eſt aliud dictu ꝗ̃ ſi dicatur ꝙ poteſt velle et agere conformiter recte rationi:quod idem eſt quod recte ſeu bene moraliter velle ⁊ bene moraliter agere. Illud autem dictũ Pelagij tanq̃ erroneum eſſe dãnatum ſatis patet ex adductis in probatione concluſionis tertie precedẽtis articuli. ¶ Rurſus clarum eſt ꝙ tenẽtes partem illã affirmatiuam de q̃ſtione in nullo quantum ad iſtud diſcordant niſi forte ꝙ ipſi abſolute dicũt hominẽ poſſe ſine adiutorio dei recte velle et agere:non ponẽtes ipſum indigere iuuari ad notitiam habendam de volendis et agendis. Pelagius vero ponit hominem tali auxilio indigere:ſed in hoc ipſi magis a veritate catholica deuiant : ſicut manifeſte patet ex probationibus concluſionis ſecunde. et pluribus etiam adductis pro concluſione tertia. igitur multo minus illa concluſio ſuſtineri debet vel poteſt ꝗ̃ illa dãnata Pelagij.
¶ Secundo.idem oſtẽdo per expreſſa verba pelagij que
Cap.4. recitat Augu.lib.1.de gratia Chriſti et peccato originali:quem librum fuiſſe Augu.patet ſecundo retrac.ca.50. diſtinguens enim Pelagius inter poſſe et velle et agere aiebat ſic:nos ſic tria iſta diſtinguimus : et certum velut in ordinẽ digeſta partimur. Primo loco poſſe ſtatuimꝰ. Secundo velle. Tertio eſſe.poſſe in natura:velle in arbitrio:eſſe in effectu locamus. Primũ illud.i.poſſe ad deũ pertinet qui illud creature ſue cõtulit. Duo vero reliqua hoc eſt velle et eſſe ad hominem referẽda ſunt:quia de arbitrij fonte deſcendunt. ergo in voluntate et opere bono laus hominis eſt:immo hominis et dei qui ipſius voluntatis et operis poſſibilitatem dedit quicũq̧ ipſam poſſibilitatem gratie ſue adiuuant ſemper auxilio. Quod vero poteſt homo velle bonum atq̧ perficere ſolius dei eſt. poteſt itaq̧ illud vnum eſſe:et ſi duo iſta non fuerunt:iſta vero ſine illo eſſe non poſſunt. Itaq̧ mihi liberum eſt nec voluntatem bonam habere nec actionem. Nullo autem modo poſſum nõ habere poſſibilitatem boni. Ineſt enim mihi etiam ſi noluero:nec ocium ſui aliquando in natura
ſenſum recipit quem nobis ſenſum exempla aliqua faciant clariorem.ꝙ poſſumus videre oculis noſtrũ non eſt:ꝙ vero bene aut male videmus hoc noſtrũ eſt:et vt generaliter vniuerſa complectar:ꝙ poſſumus omne bonum facere dicere cogitare illius eſt qui hoc poſſe donauit qui hoc poſſe adiuuat. Quod vero bene vel agimus vel loquimur vel cogitamus noſtrum eſt : quia hec omnia vertere in malũ etiam poſſumus. Hec omnia verba Pelagij:quorũ ſententia vt patet in hoc conſiſtit ꝙ ex nobis non habemus poſſe bene agere:ſed ex deo qui potẽtiã dedit ⁊ adiuuat: bene vero velle ⁊ bene agere iã potentes a deo facti vtiq̧ habemꝰ ex nobis:nec ad illa alio adiutorio idigemus: ſicut poſſe videre habemꝰ a deo.videre aũt a nobis.Certe ab hoc nõ diſcordãt qui dicunt ꝙ per liberum arbitrium vel vires naturales quas conſtat nos a deo habere ſufficimus abſq̧ alio auxilio recte velle et agere niſi forte in hoc ꝙ non dicunt vires naturas iuuari auxilio gratie qđ dicit Pelagius:et in hoc peius errant ipſi ꝗ̃ ipſe.Et ne forte aliquis dicat ꝙ predicta Pelagij ſentẽtia non erat
erronea:ꝗ̃uis in pluribꝰ alijs errauerit.ecce quid Augu. Cap.6.
ait ibidem.explicãs enim cur Pelagius in predictis verbis interpoſuit clauſulã illam. Quiq̧ ipſam poſſibilitatẽ gratie ſue adiuuat ſemper auxilio:ait ſic. Sed ne nihil de gratia dixiſſe videret̃ adiũxit. Quiq̧ ipſam poſſibilitatẽ gratie ſue adiuuat ſemꝑ auxilio:nõ ait ipſam volũtatem vel ipſam opationem:quod ſi diceret nõ abhorrere a doctrina apoſtolica videretur:ex quo datur ĩtelligi:ꝙ quia id nõ dicit:ideo a doctrina apoſtolica abhorruit.
¶ Ad hoc forte dicet aliq̇s:ſicut dicit quidã modernus. Adã lib.1.
ait enim ꝙ error Pelagij fuit:q2 poſuit ꝙ ex puris natu- diſ.1.q.10.
ralibus poſſumꝰ mereri:hoc aũt non dicit opinio tenens arti.1.
partẽ illam affirmatiuã.nam ꝗ̃uis cõcedat nos ex puris naturalibꝰ poſſe elicere bonos actus moraliter:nõ tamen in poteſtate noſtra eſt ꝙ deꝰ illos acceptet ad vitã eternã: q2 hoc ſemꝑ eſt de mera gratia ſua:ꝓpter quod chriſtus dicit in euãgelio:cum oĩa bene feceritis dicite inutiles
ſerui ſumus:innuens ꝑ hoc ꝙ opa noſtra nõ ſe:ſed ex ſola ex ſe
gratioſa acceptatione diuina ſunt meritoria vite eterne.
¶ Secũdo dicitur ꝙ Pelagiꝰ voluit nos ex puris naturalibus poſſe implere precepta diuina.hoc aũt eſt error: quia nõ eſt in poteſtate noſtra facere aliquid ex huiuſmodi preceptis cũ in poteſtate nr̃a nõ ſit ꝙ illa ſint precepta.
¶ Tertio poſſet dici ꝙ licet poſſumꝰ abſq̧ adiutorio dei facere actus bonos moraliter:nõ tamen actꝰ bonos meritorie:nã meritorij ſunt alteriꝰ rõnis ab illis:et meritorios nõ poſſumus agere:niſi cõcurrente gratia gratũ faciente. Pelagius vero intellexit ꝙ ex nobis agere poſſumꝰ actus
meritorios. ¶ Nulla iſtarũ reſpõſionum tollit propꝛium. ꝯtra Adã
prima quidem nõ quoniã dato ꝙ ille quẽ aſcribit Pela- vbi.ſ.
gio fuerit error ipſius:nõ ex hoc tamẽ tollit̃ ꝙ iſte de quo agitur:nõ fuerit etiã error eius:nõ enim in vno tantũ ipſe errauit: ſicut patet in diuerſis lib.beati Auguſt.⁊ ſpecialiter in epiſtola eiuſdẽ ad Paulinum Nolanũ epiſcopum ſuperiꝰ allegata:ac etiã in epiſtola Aurelij Cartaginẽſis epiſcopi:quã acceptis reſcriptis pape ⁊ imperatorum de dãnatione Pelagij ⁊ Celeſtini ad cõprouintiales epiſcopos deſtinauit:in vtraq̧ eni bene.12.errores diſtincti dãnati notãtur cõtra Pelagiũ:deberet ergo q̇ vellet euadere quod ꝓbatũ eſt oſtẽdere illud nõ fuiſſe de erroribꝰ illis ꝙ nõ facit reſpõſio nec facere aliq̇s poteſt cũ ſit ꝓbatum euidẽter oppoſitũ. ¶ Confirmat̃:quoniã vt in preallegatis epiſtolis patet ponuntur duo diſtincte tanq̃ diſtincti articuli ⁊ errores:quarum vnũ eſt:quia dixit. Gratiã dei et adiutorium nõ ſingulos actꝰ dari:ſed in libero arbitrio eſſe vel in lege atq̧ doctrina. Aliud eſt quo dicit gratiam dei ſm̄ merita noſtra dari.ex quo vt eſtimo volunt doctores concludere eum ſenſiſſe ꝙ poſſumus ex puris naturalibus mereri.nam in ꝓpria forma iſtđ dictum nõ inuenio ſibi inter alia ſua dicta imputari ꝗ̃uis aũt in hoc ſecũdo dicto tenentes viã illam nõ conſentiant Pelagio.in pͥmo tamen omnino cõſentiũt:⁊ ille eſt qui tactus eſt:q2 enim ponebat nos nõ indigere auxilio dei ad bene volendum ⁊ bene agendum:ꝗ̃uis poneret iuuari ad cognoſcendum quid velle ⁊ quid agere debeamus quod preſtatur per legem dei atq̧ doctrinã:ideo dicitur eum poſuiſſe gratiam dei ⁊ adiutoriũ nõ ad ſingulos actus dari ⁊c̃.et certe hoc ponũt iſti dicẽtes ꝙ poſſumus ſine auxilio dei bene velle et bene agere:nec in alio videntur diſcordare preterꝗ̃ ꝙ non faciunt mẽtionem de auxilio dei ad habendum notitiam de his que velle debemus ⁊ agere:ꝙ ſi etiam concedunt nos abſq̧ dei auxilio iſta poſſe peius errãt ꝗ̃ Pela- iſta
gius ipſe:vt ſupra dicebatur. Si dicatur ꝙ iſti nõ negant gratiam dei ad ſingulos actus dari de facto:ꝗ̃uis dicãt ꝙ etiam abſq̧ illa poſſet homo aliquos actus bonos agere:tũc reditur ad aliam damnatã ſentẽtiam Pelagij qua

dicebat gratiã nobis dari vt facilis faceremus que face-
re ꝑ liberũ iubemur arbitriũ:ſine qua tñ lꝫ nõ ſic faciliter
facere illa poſſemꝰ: niſi in hoc vellẽt diſcordare:vt dice-
rent ꝙ eque faciliter etiã ſine grã poſſemꝰ:qđ peius eſt ꝗ̃
dictũ illius:⁊ vtrũqꝫ ꝑ determinationem Concilij eſt ma
nifeſte reprobatũ:vt patet in eo qđ eſt ſupius allegatum.
¶ Secundo.nõ valet rñ.quoniã ẜm eã oporteret dicere
ꝙ quodcũqꝫ bonũ potuiſſet abſqꝫ grã gratũ faciẽte Adã
agere ante lapſum.nos nũc poſt lapſum poſſumus abſqꝫ
ſpeciali auxilio dei. patet:qꝛ lꝫ ipẽ potuiſſet agere actus
bonos moraliter:nõ fuiſſet tamẽ in eius poteſtate vt illos
deus acceptaret ad vitã eternã:imo certe etiã ſi cum grã
agamꝰ vel ipſe egiſſet actus ſuos adhuc nec in noſtra eſt
nec in eius fuiſſet poteſtate vt illos acceptaſſet deus ad
vitã eternã.vnde talis acceptatio actuũ noſtroꝝ:⁊ in grã
gratũ faciente elicitoꝝ eſt mere gratuita ⁊ liberalis.ſicut
in primo.diſt.17.q.1.probatũ eſt.Ex quo ſequit̃ etiam ꝙ
quodcũqꝫ bonũ poſſumus cum grã poſſumus ſine grã:et
certe ꝑmũ ꝯſequẽs non eſt catholicũ: tũc enim ignorãtia
agendoꝝ et cõcupiſcentia noxioꝝ non eſſet in nobis pena
primi peccati nec homo fuiſſet vulneratus in naturalibꝰ:
ſicut tradit doctrina ſctõꝝ. Secũdũ ver cõſequẽs non eſt
catholicũ:qm̃ tũc grã nõ eſſet nobis adiutoriũ infirmita-
tis ⁊ ĩpotẽtie ſicut tradit doctrina catholica. ¶ Secũda
etiam rñ.nõ vitat propoſitum.nam ille error Pelagij de
ĩpletione p̃ceptoꝝ nõ fuit:qꝛ diceret ꝙ in poteſtate noſtra
eſt:vt illa ſint nobis p̃cepta.nunq̃ꝫ enim talis ſenſus ex di
ctis eius recitatis per cõcilia vel ꝑ ſctõs alios haberi po-
teſt:et certe nec veriſimile eſt eum illud ſenſiſſe:ſed in hoc
fuit error: qꝛ voluit ꝙ p̃cepta data abſqꝫ auxilio gratie ꝑ
ꝓpriã virtutẽ valemus ĩplere:⁊ vtiqꝫ hoc ipſum iſta opi.
habet cõcedere:cũ dicit ꝙ poſſumus abſqꝫ auxilio actus
bonos agere:⁊ ſi eorum fundamẽta penſentur hoc dicere
habẽt indifferenter de quolibet actu bono moraliter.ac ꝑ
hoc de his que cadũt ſub p̃cepto. ¶ Preterea. Si nõ ali
ter negatur nobis eſſe poſſibile ĩplere diuina mãdata.igi
tur nõ aliter de nobis ꝗ̃ de Adã ante peccatũ eius nega-
retur: qꝛ nec in illius fuit poteſtate ꝙ p̃ceptuꝫ ſibi daret̃.
¶ Preterea. Eſto ꝙ talia opa qualia p̃cepta ſunt nobis
vnq̃ꝫ fuiſſent p̃cepta adhuc ẜm intẽtionẽ eccleſie ⁊ ſctõꝝ
non poſſemus facere illa abſqꝫ auxilio dei. ¶ Tertia rñ.
etiã nõ euadit:tũ qꝛ error de quo mẽtio ꝑncipaliter facta
eſt fuit in hoc ꝙ Pelagius dicit ꝙ ea que cognoſcimus
eſſe volenda vel fienda a nobis poſſumus velle vel facere
abſqꝫ auxilio dei. Hoc autẽ concedit rñſio cum dicit nos
poſſe ſine dei auxilio agere actus bonos moraliter. vtrũ
autẽ illi ſint meritorij vel non nihil ad ꝓpoſitũ huius ar-
ticuli:tũ qꝛ ſupra ſufficiẽter ꝓbatũ eſt:ꝙ nedũ actus me-
ritorios: ſed nec quoſcunqꝫ alios moraliter bonos poſſu-
mus agere ſine adiutorio dei: tum qꝛ non videt̃ verum ꝙ
actus meritorij ſint alterius rationis ab actibus ſimilibꝰ
in obiecto et circũſtãtijs:qui non ſunt meritorij: de q̃bus
intelligi debet rñſio. Hoc ꝓbat̃ ex eo ꝙ idẽ actus nume-
ro poteſt ſucceſſiue eſſe meritorius et non meritorius lo-
quendo de meritorio ad ſenſum ſupra poſitũ.actus enim
credẽdi quẽ habet cathecuminus ante baptiſmũ non eſt
meritorius. ſi tñ ille cõtinuet̃ vſqꝫ ad ꝑceptionẽ ſacramẽ-
ti aut vſqꝫ infuſionem grẽ gratum facientis:⁊ vltra vtiqꝫ
erit meritorius:ſimiliter dolor quo peccator ꝓpter deum
dolet ſe peccaſſe ante ꝑceptionẽ grẽ gratũ faciẽtis nõ eſt
meritorius:ſi tñ cõtinuetur vltra infuſionem talis gratie
erit meritorius:ecõtra actus aliquis bonus elicitus me-
diãte grã eſt meritorius.et ſi ꝯtinuet̃ vſqꝫ poſt priuationẽ
grẽ erit non meritorius:et caſus ſatis eſt poſſibilis.poſſi-
bile enim eſt ꝙ aliquis in grã oret vel ſpeculet̃ in lege do-
mini:et tãtũ in tali actu ꝑſiſtat ꝙ ſcienter omittat aliquid
qđ tenetur tũc facere: ſic ꝙ omiſſio illa ſit peccatum mor-

tale.ex his vt puto euidenter apparet ꝙ illa concluſio af-
firmatiua fuit vnus errorum ſeu articulorum damnato-
rum Pelagij.ex quo ſequitur eam non debere ab aliquo
catholico ſuſtineri.

**Reſtat** articulus tertius in quo arguendum eſt con
tra dicta ⁊ ꝓ oppoſita parte. Et ꝑmo addu-
cam rationes doctoꝝ tenẽtium partem oppoſitã: deinde
addã quaſdã alias rationes:necnõ ſanctoꝝ auctoritates
q̃bus pars p̃dicta ꝯfirmari poſſe alicui forſitan videret̃.
¶ Arguit aũt doctor vnus ſic. Peccator exiſtens in pec Sco.li.4
cato poteſt ex puris naturalibus habere attritionem de di.14.q.2
peccato omnibꝰ circũſtantijs debitis circũſtãtionatã.ac
ꝑ hoc moraliter bonã.igit̃ ⁊c̃. Aſſumptum ꝓbat̃:qꝛ alias
oporteret dicere ꝙ peccator iuſtificat̃ abſqꝫ aliq̃ diſpoſi-
tione p̃uia ſufficiente de congruo ex parte eius ad iuſtifi
cationẽ:⁊ difficile eſſet ſaluare ꝙ deus non eſſet accepta-
tor ꝑſonaꝝ cũ vnũ iuſtificat ꝑ infuſionem grẽ alium non:
vel oporteret dicere ꝙ aliqua attritio nõ moraliter bona
eſſet ſufficiens diſpoſitio de congruo ad iuſtificationem.
qđ non videt̃ conueniens neqꝫ verum. ¶ Secũdo.alius Ochã.li.
arguit ſic. Homo ex puris naturalibus poteſt habere re- diſ.1.q.2
ctum dictamen de aliquo diligendo. verbi gratia.de dili
gendo deum ſuꝑ omnia:et tali voluntas poteſt ſe confor-
mare.igitur ex puris naturalibus poteſt deum diligere
ſuper omnia.ac per hoc agere aliquid moraliter bonum.
¶ Tertio idem ſic. Omnis potẽtia libera poteſt habere
aliquem actum circa obiectũ ſibi oſtenſum.igitur volun
tas:ſed nõ neceſſario deordinatũ.igit̃ poteſt ex puris na-
turalibꝰ habere ordinatũ: ⁊ ꝑ ꝯſequẽs moraliter bonum.
¶ Quarto.idem alibi ſic. Omne qđ poteſt ex ſe ſufficiẽ-
ter in actum demeritorium:poteſt etiam ex ſe ſufficiẽter
in actum meritorium.patet: quia cum actus meritorius
et demeritorius ſint contrarij non eſt maior repugnantia
actus meritorij ad naturam in ſolis naturalibus conſtitu
tam ꝗ̃ ſit actus demeritorij ad eãdem. Sed voluntas po
teſt ex ſe in actũ demeritorium.igit̃ ex ſe poteſt in merito
riũ:non tñ erit actus meritorius ille ex puris naturalibꝰ:
ſed ex acceptione diuina. erit autem ordinatus ⁊ bonus.
⁊ hoc ſufficit ad ꝓpoſitũ.vnde poteſt ſic argui. Volũtas
poteſt ex ſe in actum vitioſum.igit̃ et in actũ virtuoſum.
¶ Quinto.alius arguit ſic. Idem actus ẜm ſpeciem po Adã.lib.1
teſt elici a volũtate habituata ⁊ a volũtate nõ habituata: diſt.1.
⁊ hoc multo magis videt̃ verum de habitibus infuſis ꝗ̃
de acquiſitis qui minus cadũt ſub experiẽtia noſtra: ſed
volũtas mediãte charitate poteſt in actũ bonum ex gene
re:qꝛ in meritoriũ.verbi grã.dilectionem dei ꝓpter ſe.igi
tur abſqꝫ charitate in puris naturalibus exiſtẽs poteſt in
actũ bonũ eiuſdẽ ſpeciei. ¶ Sexto.idẽ arguit ſic. In vo-
lũtate ex frequẽtia actuũ bonoꝝ elicitoꝝ mediãte chari-
tate põt generari vnus habitus naturaliter inclinatiuus
in actꝰ ſimiles.et ita ſi ſubtraheret̃ charitas ĩfuſa adhuc
voluntas poſſet mediante habitu acquiſito elicere actus
ſimiles prioribꝰ:⁊ ꝑ conſequens bonos moraliter. he ſunt
rationes ſcribẽtiũ ꝓ oppoſita parte. nunc adduco alias.
¶ Septimo ſic. In puris naturalibꝰ homo poteſt ſtante
dei influentia generali parẽtes honorare.indigẽti ſubue-
nire.pro patria fortiter et conſtanter pugnare: et multa
alia iuxta iudicium recte rationis: in quibus nullus di-
ceret eum peccare aut male agere: ſed bene et laudabili-
ter.igitur poteſt abſqꝫ dei ſpeciali auxilio agere bene mo
raliter. Aſſumptum patet:quoniã etiã de infidelibꝰ plu-
ribus legimus ꝙ frequenter talia egerunt: et ex his lau-
dantur nec vituperantur. ¶ Octauo.ex puris naturali-
bus poteſt quis agere actum remuneratione ſeu p̃mio: ⁊
ſi non eterno ſaltem temporali dignum. igitur et actũ mo
raliter bonum.conſequẽtia eſt euidens: quia nullus actꝰ
niſi ſit rectus ⁊ moraliter bonus eſt aliquo p̃mio dignus.



Cap.1. Aſſumptũ probatur.tum per illud quod habetur in Exo.
de obſtetricibus egiptijs que timentes deum ſeruabant
pueros hebreorum contra preceptum Pharaonis.⁊ ibi-
dem dicit̃.bene ergo fecit deus obſtetricibus.et iterum:
quia timuerũt obſtetrices deum edificauit illis domos.
nõ premiaſſet autẽ dominus etiam illo premio niſi actus
ille ſic fuiſſet premiãdus:vel ſi fuiſſet vitioſus aut mora-
liter malus:quod oporteret dicere. Si dicatur ꝙ non fuit
moraliter bonus cũ fuerit actus libere ⁊ de libertate elici
tus. Itẽ patet etiã de antiquis romanis qui ſuis ſtrenuis
actibꝰ meruerunt gloriã imperij.vnde de eis dicit Aug.
Cap.15. libro.5.de ciui.dei. Quibus ergo non erat daturus deus
vitam eternam cum ſanctis angelis ſuis.ſi neqꝫ hanc eis
terrenã gloriam excellẽtiſſimi imperij concederet nõ red-
deretur merces bonis actibꝰ eorum.i.virtutibus quibus
ad tantã gloriam peruenire nitebãtur. Et paulopoſt ſub-
dit.non eſt quod de ſummi ⁊ veri dei iuſtitia cõquerãtur.
perceperũt mercedem ſuã.vbi manifeſte innuit ꝙ eorum
laudabilibus actibus iuſte merces illa temporalis reddi
ta ſit a deo. Et quod plus eſt etiã dicit ꝙ ſuis virtutibus
et bonis actibus:ex quo aſſerit eos exercuiſſe actus ỽtuo
ſos ⁊ bonos moraliter. ¶ Nono ſi ſine ſpeciali gratia ⁊c̃.
ſequitur ꝙ quilibet infidelis:imo etiam ⁊ fidelis exiſtens
in peccato mortali quocũqꝫ ſuo actu deliberate facto pec
caret quod nimis durum videt̃.ſic enim ſequitur ꝙ dãdo
eleemoſynã et orãdo deuꝫ ⁊ teſtificãdo verum ⁊ defendẽ-
do iniuſte oppreſſum:⁊ multa alia faciẽdo de genere bo-
norũ que hoĩes peccatores quotidie operantur peccaret:
quod nõ videtur bene dictũ nec catholice.cũ eos ad talia
opera p̃lati ⁊ predicatores eccleſie quotidie exhortentur.
vnde etiã ex hoc ſeq̃tur ꝙ nec infidelibus eſſet predicãdũ
vt conuerterẽtur ad fidem:aut vt exercerẽt iuſtitiam:vel
exhiberent opus aliqđ miſericordie vel pietatis.⁊ ſimiliter
nec chriſtianis peccatoribꝰ qui nõ ſunt in charitate:quia
nulli ſuadẽdum eſt vt faciat aliquid quod ipſe faciendo
peccet:⁊ oĩm cõſequẽtie ptꝫ:qꝛ q̃libet talis caret grã dei.
¶ Decimo ẜm hoc ſeq̃retur ꝙ homo nõ poſſet vti volun-
Cap.35. tate ſua ⁊ libero arbitrio niſi male.cõtra Auguſtinũ.2.de
lib.ar.vbi inter media bona quibꝰ homo bene ⁊ male vti
poteſt:ꝯputat volũtatẽ. ¶ Vndecimo hõ in ſolis natura-
libus conſtitutꝰ tenetur bñ velle.igit̃ poteſt ex ſolis natu-
ralibꝰ bñ velle.antecedẽs ptꝫ:qꝛ alias nõ peccaret nunq̃ꝫ
bene volẽdo:qđ nõ eſt dicẽdũ.ꝯſequẽtia ꝓbat̃:qꝛ in nullo
ſtatu quis tenet̃ ad aliq̃d:quod ꝓ tũc nõ eſt ſibi poſſibile.
¶ Duodecimo quero de iſto ſpeciali modo iuuãdi ad bo
num actũ:aut enim deꝰ iuuat cauſando aliqđ donũ habi
tuale ſeu gratiã gratũ facientẽ ſeu gratiã gratis datam:
que põt in exiſtere etiã nõ actualiter operãti:⁊ nõ actua-
liter volẽti:⁊ tũc ſeq̃tur ꝙ ſolum ꝓpter poſſe hõ indigeat
iſto adiutorio ſpãli:cuiꝰ oppoſitũ pluries dictũ eſt ſupra.
Aut iuuat ĩmediate efficiẽdo ipm actũ volẽdi.⁊ ſi ſic.aut
ipſum actũ ſolus deꝰ cauſat ⁊ volũtas tãtũmodo recipit.
et tũc ſeq̃tur ꝙ ille actꝰ nõ eſt in ptãte hoĩs nec ei imputã-
dus ad premiũ vel ad penã.nec meritoriꝰ neqꝫ demerito-
rius:quod nõ eſt dicẽdũ:aut nõ ſolus deꝰ cauſat illũ:ſed
ſimul ipſe cũ volũtate:ita ꝙ deꝰ ſit tantũ ptiale efficiẽs:et
cum iſto modo etiã concauſet oẽm effectũ cuiuſcũqꝫ cau
ſati agẽtis ſiue naturalis ſiue liberi:⁊ oẽm actũ ſiue ſit bo
nus moraliter ſiue malꝰ.⁊ hoc dicit̃ influentia dei gñalis
ſeq̃tur ꝙ vltra gñalem dei influẽtiam nõ indiget ſpeciali
dei adiutorio ad bene volẽdum:cuius oppoſitum princi-
paliter intẽditur. ¶ Auctoritatibus etiã poteſt pars illa
cõfirmari.a ꝑmo auctoritate Apoſtoli ꝑme ad Cor.dicẽ-
tis. Qui ſtatuit in corde ſuo firmꝰ nõ habẽs neceſſitatem
poteſtatem habẽs ſue volũtatis:⁊ hoc iudicauit in corde
Apoſtolꝰ ſuo ſeruare ỽginitatem ſuã bene facit hic Apoſtolꝰ dicit
cap.7. ꝙ volũtas ſeruãdi ỽginitatẽ eſt in poteſtate hoĩs:⁊ ſic vo-

lens bene facit.2.eccl'iaſtici ſcribitur.ſi volueris manda- Eccl'.ca.
ta conſeruare conſeruabũt te.⁊ ſequit̃ appoſuit tibi aquã 15.
et ignẽ ad quod volueris porrige manũ. ante hoĩem vita
et mors.bonũ et malũ qđ placuerit ei dabitur illi. in mul-
tis etiã partibus ſcripture cõuenitur voluntas hoĩs dicẽ
do.noli hoc ⁊ noli illud: ⁊ vtiqꝫ ẜm hoc: quod dicit Aug.
in de gratia li.ar.circa principium.vbi ad faciendum ali
quid/vel non faciendum in diuinis monitis opus volun-
tatis exigitur ſatis li.ar.demonſtratur. Et per cõſequens
talia ſunt in hominis poteſtate. ¶ Auctoritatibus etiam Cap.2.
Auguſti.idem probatur. Primo quidem ipſe in de ſpiri-
tu ⁊ littera ſuper illo verbo Apoſtoli.ad Roma. dum enĩ
gentes que legem non habent naturaliter que ſunt legis
faciunt.dicit ꝙ ab ipſis infidelibus quedam facta intelli
gimus/ vel audiuimus que ẜm iuſtitie regulã non ſolum
vituperare nõ poſſumꝰ verũ etiã merito recteqꝫ laudare:
⁊ paulopoſt ſicut nõ impediũt inquit ad vitã eternã iuſtũ
quedã peccata venialia ſine quibus hic vita nõ ducit̃.ſic
ad ſalutẽ eternã nõ ꝓſunt ipio aliqua bona opa ſine qui-
bus difficillime vita cuiuſlibet peſſimi hoĩs inuenitur:ex
quibus patꝫ ꝙ ẜm ipſum ab impijs/ ſeu infidelibus fiunt
quedã bona opera recte laudabilia ẜm regulam iuſtitie:
et per conſequens bona opera moraliter:licet illa non ſint
meritoria vite eterne. Et de talibus bonis ſcilicet merito-
rijs intelligit Aug. vbicũqꝫ dicit ꝙ ſine gratia non poſſu-
mus bonum facere: quod euidẽter probari videtur ex eo
quod.4.lib.contra Iulianum.poſt longam diſputationẽ Cap.19.
qua ꝓbare viſus eſt infidelibus nulla eſſe opera bona:ex-
ponens ſe dicit ſic.ſcito nos illud bonum hominum dice-
re illam voluntatem bonã illud opus bonum ſine dei gra
tia que datur per vnum mediatorem dei et hominum ne-
mini poſſe conferri. per quod ſolum homo poteſt ad eter-
num dei donum regnũqꝫ perduci: omnia proinde cetera
que vidẽtur inter homines habere aliquid laudis videã-
tur tibi virtutes vere videantur opera bona quid ad me
pertinet: quaſi dicat de alijs bonis / ꝗ̃ de meritorijs non
eſt cura mei ſermonis. ¶ Secundo idẽ in de duabus ani
mabus circa finem.ait. properea enim corporea diligen-
do peccamus:qꝛ ſpiritualia diligere ⁊ iuſtitia iubemur ⁊
natura poſſumus: ⁊ tũc in noſtro genere optimi ⁊ beatiſſi
mi ſumus. hic aduerte ꝙ dicit nos natura poſſe diligere
ſpiritualia qua dilectione optimi ſumus. ¶ Tertio con-
tra Adimatum. niſi quis voluntatem mutauerit bonum Cap.26.
operari non poteſt ꝙ in noſtra poſitum eſſe poteſtate alio
loco dominus docet.vbi ait.aut facite arborem bonã ⁊c̃.
¶ Quarto contra fortunatum. hinc inquit eſt premium
quia propria voluntate recta facimus.⁊ infra.ſi ergo im-
peratum eſt nobis:vt faciamus arborem/aut bonam/aut
malam noſtrum eſt eligere quid velimus.
¶ Quinto contra felicem manicheum lib.2. paulo poſt
principium.habet inquit Auguſti. vnuſquiſqꝫ in volunta
te/aut eligere que bona ſunt et eſſe arbor bona. aut elige-
re que mala ſunt et eſſe arbor mala.
¶ Sexto idem ad Simplicianum.lib.2. Quis ſit in pote
ſtate cuiuſcunqꝫ quid velit: non eſt tamen in cuiuſcunqꝫ
poteſtate quid poſſit/ vel facere cuiq̃ꝫ/vel a quocunqꝫ pa-
ti. In multis etiam locis librorum de libero arbitrio.⁊ re-
tractationum dicit ꝙ nihil eſt: tam in poteſtate noſtra/ꝗ̃
ipſum velle. ſed non eſt dicendum ꝙ ſolum malum velle
ſit in noſtra poteſtate. alioquin libertas arbitrij non niſi
ad malum data nobis eſſe videretur: quod non eſt dicen-
dum. igitur et bonum velle eſt in noſtra poteſtate: et per
conſequens ex nobis poſſumus bene velle. ¶ Demũ ma-
giſter ſententiarum expreſſe determinat oppoſitum om-
nium predictorum tenens partem oppoſitam queſtionis.
vnde lib.2.d.26.ait ſic. ante gratiã preueniẽtẽ ⁊ operãtẽ
qua volũtas bona preparat̃ in hoĩe precedũt quedã bona

ex dei gratia ⁊ lib.arb.⁊ quedã etiã ex ſolo lib.ar. quibus
tñ vitam non merent/neq̃ gratiã qua iuſtificatur.⁊ poſtea
ſubdit.non negamus tñ multa ante hanc gratiã: et preter
hãc gratiã fieri bona ab hoie per lib.ar. vt ait Aug. in re-
ſpõſionibꝰ cõtra Pelagianos. vbi dicit hoies per lib.ar.
agros colere: domos edificare: et alia plura bona facere
ſine gratia operãte. ¶ Ad primũ reſpon. negãdo ſimplici
ter añs. vtpote doctrine ſanctorũ expreſſe cõtrariũ. ait enĩ
Aug. hypoſ. reſpõſione.3. Petrũ niſi dñs reſpexiſſet nũq̃
penitentia motus amare fleuiſſet. ⁊ paulo poſt. eſt igit in-
quit lib.ar. ꝙ abſq̃ eſſe nõ negauerit: ſed confeſſus fuerit
ꝙ ſine deo bonũ opus. i. ꝙ ad eius ſanctũ ꝓpoſitũ ptinet/
nec incipere/nec perficere poſſit. catholicus eſt. vbi innuit
ꝙ dicẽs oppoſitũ nõ eſt catholicus. cõſtat aũt ꝙ talis at-
tritio ſic perfecte circunſtantionata pertinet ad ſanctum
hoĩs propoſitũ velut ſaltẽ inchoatio quedã. Itẽ Ambro.
lib.9. ſup Lucã de fletu etiã Pet. loquẽs. bone inquit lã-
chrime que culpã lauant: deniq̃ quos Ieſus reſpicit plo
rant. Negauit primo Petrus ⁊ nõ fleuit. negauit ſcdo et
non fleuit: q2 adhuc nõ reſpexerat dñs. negauit tertio re-
Cap.45. ſpexit Ieſus et ille amariſſime fleuit. ⁊ ſic ꝓbat Aug. li.1.
de gratia xp̄i et peccato originali. vbi allegat hec verba.
non põt dici ꝙ corporalibꝰ oculis eum dñs reſpexerit viſi
biliter admonẽdo. Et ideo qđ ibi ſcriptũ eſt inquit Aug.
reſpexit eum dñs: intus actũ eſt in mente: actũ eſt in volũ-
tate. Miſericordia dñs latenter ſubuenit: cor tetigit. me-
moriã reuocauit. interiore gratia ſua viſitauit Petrum.
interioris hoĩs vſq̃ ad exteriores lachrimas mouit ⁊ per-
duxit effectũ. Ex quibus apparet ẜm iſtos duos ſanctos
ꝙ Pet. de ſuo peccato nunq̃ ſufficiẽter atteri/vel dolere
potuiſſet: niſi eum dñs ſpeciali gratia adiuuiſſet: et ſicut
de ipſo. ita ⁊ de ceteris eſt confitendum. vnde de fi. ad pe.
Cap.31. ait Augu. Firmiſſime tene ⁊ nullatenus dubites neminẽ
hic poſſe hoĩm penitentiam agere: niſi quem deus illumi
nauerit ⁊ gratuita miſeratione cõuerterit. Apoſtolus enĩ
dicit. Ne forte det illis penitẽtiã ad cognoſcendã verita-
tem ⁊ reſipiſcãt a diaboli laqueis. Item in de gratia et li.
ar. niſi donum dei ipſa cõuerſio eſſet nõ ei diceretur deus
Cap.9. virtutũ cõuerte nos. Item lib.5. cõtra Iulianũ. quãtã li-
bet inquit prebeat deus patientiã. ſ. expectãdo ⁊ ſuſtinen
do peccatores niſi ipſe dederit quis agit penitentiã? q.d.
nullus. ⁊ hoc ſtatim ꝓbat per iam allegata apl'i verba. pꝫ
igitur ꝙ illud añs eſt falſum. Ad ꝓbationẽ cõcedendum
eſt qđ primo infertur. ſ. ꝙ abſq̃ prima diſpoſitiõe ex parte
pctõris ex pte inq̃ eiꝰ tñ. ita vcꝫ. ꝙ illa nõ ſit a deo preue-
niẽte iuſtificat pctõr. vñ gratis iuſtificat ꝑ gratiã ipſius:
ſicut dicit apoſtolus. Et cum infert ꝙ eſſet difficile ſalua
re ꝙ deus non eſſet acceptator perſonarũ: dicendũ ꝙ ſi ſit
ſermo de acceptatione perſonarũ: vt ſonat in peccatum:
quẽadmodũ Iaco. 2. cum dicit. ſi perſonas acceperitis
Cap.2. peccatũ operamini: ⁊ vt accipitur ad Ro.2. cum ait. non
eſt perſonaꝝ acceptatio apud deum: nequaq̃ eſt difficile
ſaluare ꝙ deus ſic gratis iuſtificãdo vnũ et non alium nõ
ſit acceptator perſonarum: imo facillimũ eſt illud videre.
nam ille tñ dicitur acceptator perſonaꝝ qui in dãdo mu-
nera/vel premia attẽdit genus/vel nationẽ ſtatũ/vel con-
ditionẽ/aut aliquã prerogatiuã perſonalẽ qua vna perſo
na preter dignitatẽ meritoꝝ aliã m excellit. vnde verbum
Iaco. dictum eſt cõtra eos qui diuites diuitiarum intui-
tu pauperibus prehonorant: vt pꝫ in prin. dicti. c. per Au
guſti. in epiſtola ad Hiero. de verbis Ia. qui totã legem
ſeruauerit: offendat aũt in vno factus eſt oĩm reus. verbũ
quoq̃ Pau. dictũ eſt ad docendũ ꝙ deꝰ in iudicãdo non
attendit nationẽ/vel genus: ſed tam gẽtili q̃ iudeo retri-
Cap.10. buit ẜm merita. ſimiliter ⁊ Pe. actuũ.10. dicit non eſſe ac-
ceptationẽ perſonarũ apud deum. q2 non acceptat perſo-
nas intuitu generis/ſeu nationis: ſed vt ait in omni gente
qui timet deum ⁊ operatur iuſtitiã acceptus eſt illi. nunc
aũt pꝫ ꝙ deus dum preciſe gratis ⁊ ex ſua libertate me-
re huic dat gratiã: illi non dat. hũc vocat: illum nõ vocat:
non attendit in ipſis aliquã talem prerogatiuam perſona
lem: et ideo nequaq̃ poteſt dici acceptator perſonarũ ad
ſenſum illũ. ſi vero acciperet acceptatio perſonaꝝ ſimpli-
citer pro predilectione qua vnũ alteri oĩno ſimili predili-
git: eiq̃ gratias ⁊ dona largit que reliquo denegat nõ de-
bemꝰ conari ipſam a deo excludere. ſed ſimpliciter cum
apoſtolo confiteri ꝙ cuius vult miſeretur et quẽ vult in-
durat. et ad hoc valẽt multa dicta de predeſtinatione dei
eterna. lib.1. d.40. ¶ Ad ſcdm dicendũ ꝙ prima pars an-
tecedentis accipiẽdo rectũ dictamen pro dictamine quo
dictat quid: ⁊ quẽadmodũ ẜm. ſ. oẽs debitas circunſtan-
tias aliquid eſt diligendũ/vel volendũ: eſt ſimpliciter fal-
ſa. vt pꝫ ex dictis in cõcluſione ſcda. Etiam falſa eſt ſcda
pars ſi intelligat ꝙ volũtas ex ſe poteſt ſe cõformare tali
recto dictamini. vt opꝫ intelligi ad hoc ꝙ valeat ꝯñs. ⁊ fal
ſitas pꝫ ex dictis in cõcluſione tertia. ¶ Ad tertiũ dicen
dum ꝙ volũtas circa nullũ obiectum ſibi oſtẽſum poteſt
ex ſe tñ actũ habere moraliter bonum. vnde ſi aliquẽ ha-
beat nõ adiuta diuinitus neceſſario ille erit deordinatus
propter carentiã alicuius debite circũſtãtie. ¶ Ad quar
tum ſimpliciter nego minorem: ſicut ex toto eam negaret
Aug. vt pꝫ ex pluribus auctoritatibus adductis. Ad ꝓ- Cap.14.
bationem concluſionis prime ex ſuppoſitione prima. ⁊ ex
alia eiuſdẽ in de gratia xp̄i et peccato originali. allegata
in ꝓbãdo concluſionẽ tertiam. ⁊ certe non videt mihi ꝙ
bene ſonet in auribus alicuius fidelis. cũ ipſa oĩno exclu-
dat neceſſitatẽ auxilij diuini ad omnẽ actum bonũ. nam
conſtat quẽlibet actum malũ poſſumus ex nobis/nec ad
aliquẽ talem iuuat nos ſpecialiter deus. Si aũt quicũq̃
poteſt ex ſe in actũ malum poteſt ex ſe ĩ actũ bonũ oppoſi-
tum. ſequitur ꝙ quẽlibet actum bonũ poſſumus ex nobis
abſq̃ ſpeciali auxilio dei. ꝓbatio nulla eſt. q2 q̃uis cõtra
ria ſint ſuſceptibilia in eodem neutrũq̃ ſit ſubiecto repu-
gnãs. ⁊ per ꝯñs: tam bonus actus/q̃ malus ei oppoſitus
ſuſcipi poſſit in volũtate: qđ tantũmodo ꝓbatur per illud
aſſumptũ. non tñ ſequitur ꝙ ſi volũtas poſſit in ſe efficere
actum malũ. ꝙ poſſit etiã bonũ: ſicut nec ſi hõ põt ex ſe ha
bere errorẽ alicuius ꝟitatis: põt etiã ex ſe habere ſciẽtiã
illius: alioquin hõ naturaliter ex ſe poſſet ſcire oẽm veri-
tatẽ creditã de trinitate: ⁊ aliã quẽlibet nobis reuelatã et
ſcire determinate quot aſtra ſunt in celo: et ſic de multis
veritatibus: quas nos ex nobis naturaliter ſcire non poſ-
ſumus. nam circa quẽlibet illaꝝ poſſumus ex nobis erra-
re. ¶ Ad quintũ ⁊ ſextũ dicẽdum ꝙ eſto ꝙ concederetur
illud aſſumptũ. nõ ꝓbat tñ ꝓpoſitũ. q2 vltra habitũ quẽ-
libet neceſſariũ eſt nobis ad bonum velle ꝙ deus moueat
ſpecialiter noſtrã volũtatẽ: ſicut in ſolutione.12. argumẽti
declarabit. ¶ Ad ſeptimũ dicẽdum ꝙ lꝫ hõ in ſolis ſuis
naturalibꝰ cõſtitutus poſſit ſine ſpeciali auxilio dei hono
rare parẽtes ſubuenire indigẽti: ⁊ alia multa agere de ge
nere bonoꝝ. nullũ tñ hoꝝ põt agere ꝓpter qđ oꝫ: ⁊ quẽad-
modũ opꝫ ẜm oẽs circunſtãtias requiſitas ad moralẽ bo-
nitatẽ actus. ſaltẽ enĩ deficiet circũſtãtia vltimati debiti
finis qui eſt deꝰ. vt ſupra pꝫ. ac ꝑ hoc nec põt agere actũ
aliquẽ moraliter bonũ: vt in ꝓpoſito habet ſermo de ipo.
et ideo de gẽtilibꝰ ⁊ ſimpl'r infidelibꝰ q̃ dicunt talia exer-
cuiſſe. dicẽdũ ꝙ lꝫ talia egerint que erãt bona ex gñe/vel
ex officio iuxta modũ loquẽdi Aug. nõ tñ illa egerũt vlti-
mate ꝓpter deũ. ac per hoc nec ꝓpter id finaliter propter
quod debuerũt. ⁊ ideo nõ virtuoſe: ſed male/atq̃ vitioſe.
quare nec ipſorum actus fuerunt moraliter boni. et hec
tota ſolutio virtualiter habetur ab Aug. li.4. cõtra Iul. Cap.19.
¶ Ad octauum nego antecedens. Ad primã probationẽ
que eſt de obſtetricibus. dicẽdum ꝙ illum timorẽ dei pro



quo dicitur deũ edificaſſe illis domos nõ habuerũt ex ſe
tantũ. ſed ex deo miſericorditer inſpirãte. ⁊ ſatis veriſimi
le eſt: vt dicit quidã doctor: ꝙ ille obſtetrices ex informa-
tione hebreorũ fuerunt conuerſe ad veri dei cultum. licet
non forte conuerſione perfecta. vnde iam timorẽ dei veri
habebãt: vt dicit ſcriptura. qualitercũq̃ tamẽ illud ſe ha
buerit. dicẽdũ eſt ꝙ nec ſic timuerũt deum nec eius timo-
re pueros conſeruauerunt niſi deo ſpecialiter adiuuãte.
Et idem dicẽdum eſſet de romanis de quibꝰ arguitur. ſi
cõcederetur ꝙ aliquos actus vere ꝟtuoſos habuiſſent: et
ita etiã generaliter de ceteris: qui quicq̃ ꝟtuoſe fuiſſent
operati: ſicut pꝫ ex auctoritate Aug. in p̄mo ar. allegata.
de ſermone ipſiꝰ de patientia: ⁊ ſimiliter ex eius lib.4. cõ-
Cap.8. tra Iulianũ. vbi ſimile cõtra ſe argu. Iuli. recitãs ait: ſed
acerbiſſimi gratie huiꝰ inimici exempla nobis oppoſitis
impiorũ quos dicit alienos a fide abũdare virtutibus in
quibus ſine adiutorio gratie ſolũ ad nature bonum. licet
ſupſtitionibus mãcipatũ qui ſolius libertatis ingenite vi
ribus: ⁊ miſericordes crebro: ⁊ modeſti: ⁊ caſti inueniunt:
et ſobrij ⁊c̄. Et contra hoc arguit quaſi reſpõdẽdo ſtatim
Cap.9. ſequẽti. c. Quãto inquit tolerabiliꝰ illas quas dicis impijs
eſſe ꝟtutes diuino muneri potiꝰ q̃ eorum tribuẽs tantũ-
modo voluntati: licet ipſi hoc neſciant donec ſi ex illo p̄de-
ſtinatorũ numero ſint accipiãt ſpiritũ q̃ ex deo eſt vt ſciãt
que ex deo donata ſunt eis. verũ quia vt patet per eũdem
Cap.12. Auguſt.5. de ciui. dei. ⁊ pluribus ſequentibus. illi romani
de quibus arguit actus illos qui putãtur eſſe ꝟtuoſi pro
obtinẽda mũdi gloria vltimate finaliter exercebãt. dicen-
dum eſt nequaq̃ ipſos exercuiſſe actus vere ꝟtuoſos ſeu
moraliter bonos: nec etiam vllo premio eterno vel tpali:
ſed potius pena ⁊ ſupplicio dignos. Qꝫ autem Aug. dicit
eis redditã eſſe mercedem bonis artibꝰ. i. virtutibꝰ. dicen
dum: vt in primo lib. diſ.1. q.3. arti.2. latius dixi. ꝙ nõ ideo
dicit merces illa eis reddita: q2 pro premio ſuoꝝ actuũ
eis deus illam cõtulerit: ſed q2 pro illa obtinẽda ipſi ſuos
Cap.8. actus agebant. Et ideo dicit Augu. ꝙ eorũ intẽtioni mer-
ces quã querebãt eſt reddita. ſicut etiã de hypocritis di-
cit ſaluator: receperũt mercedẽ ſuam. i. quã querũt: quoꝝ
tamen actus vtiq̃ cõſtat eſſe vitioſos. nec vlla muneratio
ne niſi penali dignos. artes etiã illorum non dicũtur bone
nec ꝟtutes niſi ẜm ſimilitudinem et hominũ eſtimationẽ.
Cap.12. vnde. Iſta inquit Auguſt. laudis auiditas ⁊ cupido glo-
rie multa alia mirãda fecit laudabilia. ſ. atq̃ glorioſa ẜm
hominum eſtimationem. ⁊ c.19. Quobrem inquit q̃uis vt
potui ſatis expoſuerim qua cauſa deꝰ vnus verus ⁊ iuſtꝰ
romanos ẜm quãdã formã terrene ciuitatis bonos adiu-
uerit ad tanti imperij gloriam cõſequendam: poteſt tamẽ
et alia cauſa eſſe latentior propter diuerſa merita generis
humani deo magis nota q̃ nobis: dum illud conſtet inter
omnes veraciter pios neminẽ ſine vera pietate. i. veri dei
vero cultu verã poſſe habere ꝟtutem: nec eam veram eſſe
quãdo glorie ſeruit humane. Et idẽ libro.4. cõtra Iulia.
capitulis.2. et duobꝰ ſequentibꝰ. Quod etiã dicit Aug.
nõ eſt ꝙ ſummi ⁊ veri dei iuſtitia cõquerãtur: receperunt
mercedem ſuã. non eſt dictũ. q. ſi illam non recepiſſent deꝰ
iniuſte cũ eis egiſſet: nõ eis. ſ. conferẽdo ꝙ illorum operũ
iuſtitia exegiſſet. ſꝫ ideo dictũ eſt vt excludat q̃rela. que
licet nõ ẜm veritatẽ: tamen ẜm hominũ falſam eſtimatio-
nem: qui eiuſmodi actꝰ putabãt virtuoſos: ac per hoc pre-
mio dignos cõtra deũ fieri potuiſſet ſi mercedem illis nõ
reddidiſſet. Illa ei eis reddita oĩs oĩno querela etiam ẜm
opinionẽ falſam alias poſſibilem cõtra dei iuſtitiã eſt ex-
cluſa. ¶ Ad nonũ negãda eſt cõſequentia: nec valet ꝓba-
tio. q2 licet quilibet taliũ careat gratia gratũ faciente ſeu
charitate que eſt habitus infuſus: non tamen caret omni
gratia dei gratis data: ⁊ oĩ gratuita dei motione ad actũ
bonũ quinimo multis talibus deꝰ ſpecialiter auxiliatur

/non vnis actꝰ infideles pert.m 2m. & 380.

ad bene agendũ: non tamẽ negãdum eſt multos homines
eiuſmodi actꝰ ex officio ſeu ex gñe bonos agẽdo peccare.
peccãt enim cum non ꝓpter illud: et ſic agũt: ꝓpter quod
et quẽadmodũ agere debẽt ſiue ſint infideles ſiue chriſtia
ni. nec tamẽ peccãt p̄dicatores monẽtes eos ad illos actꝰ
recte: ⁊ ſine debito exercẽdos. ſi ⁊ ipſi actum ſue p̄dicatio
nis: quẽadmodum ⁊ quo fine debent exerceãt. vnde ſicut
dicit Auguſt. lib. p̄mo contra Creſcẽtium. circa pricipiũ.
ſicut maligni ſuaſor peccati: etiam ſi non ꝑſuaſerit merito
penam deceptoris incurret: ita fidelis iuſtitie predicator:
etiam ſi ab hoĩbus reſpuatur. abſit vt apud deũ ſui officij
mercede fraudet. Si ergo p̄dicet quis alijs vt eiuſmodi
actus agant propter deũ: ſiue illi nõ agant ſiue agant non
propter deũ: aut cũ omiſſione alterius debite circũſtantie
non ſolũ ipſe nõ peccat. ſed etiã meretur: dum tñ officium
predicationis: ſicut dixi: quẽadmodum debet exerceat.
¶ Ad decimũ dicẽdum ꝙ volũtate per noſipſos male vti
poſſumus. bene vero nequaq̃ niſi diuinitꝰ adiuti. Et ideo
ipſemet Auguſt. p̄mo retrac. vbi ⁊ hanc ſentẽtiam recolit Cap.9.
ait: ꝙ ex deo eſt etiã bonus vſus libere volũtatis: et ꝙ niſi
voluntas diuinitꝰ adiuuetur a mortalibus recte viui non
poteſt. ¶ Ad vndecimũ negãda eſt ꝯſequentia. ad proba
tionem dicẽdum ꝙ vtiq̃ verum eſt ꝙ pro nullo ſtatu quis
tenetur ad aliq̇d quod ꝓ tunc eſt ſibi impoſſibile: ⁊ verum
etiã eſt ꝙ pro iſto ſtatu nõ eſt homini ĩpoſſibile bñ agere.
nam põt cum adiutorio gratie bene agere: ſed bene eſt ſibi
impoſſibile ex ſe tantũ bene agere. Et vtiq̃ homo pro iſto
ſtatu tenet ad aliquid ad qđ per ſe ſolum ipſe non poteſt.
hec reſpõſio cõfirmatur ꝑ reſponſionẽ Auguſt. datam ad Cap.6.
argumentũ Celeſtini in de ꝑfec. iuſtitie arguebat ſiquidẽ
ille. hõ debet eẽ ſine peccato. ⁊ conſtat eũ non aliud debe-
re q̃ poteſt. ergo hõ poteſt eſſe ſine peccato. ad qđ Augu.
reſpõdetur inquit eadẽ ſimilitudine qua ſuperiꝰ reſpõde-
tur. Cum enĩ videmus claudũ qui ſeruari põt recte vtiq̃
dicimꝰ debet eſſe hõ iſte ſine claudicatione: ⁊ ſi debet põt.
nec tamẽ cum vult cõtinuo poteſt: ſed cũ fuerit adhibita
curatione ſanatus et medicina adiuuerit volũtatem. hoc
fit in interiore hoĩe qđ ad peccatũ attinet tanq̃ eius clau-
dicationem ꝑ eius gratia qui venit nõ vocare iuſtos: ſed
peccatores: q2 nõ eſt opus ſanis medicus: ſed male habẽ-
tibus. Ex his colligit ꝙ vtiq̃ homo pro ſtatu iſto debet ⁊
tenetur eſſe ſine peccato. nec nec tamẽ poteſt per ſe tantũ
ſine adiutorio diuine gratie eſſe ſine peccato. ſic in propo-
ſito dicẽdum eſt. Poſſet etiã dici ꝙ licet homo in ſolis na
turalibus pro ſtatu iſto conſtitutus teneatur bene agere.
non tamẽ tenetur ex ſolis naturalibus bene agere. et ideo
non ſequit vt poſſit ex ſolis naturalibus bene agere.
¶ Ad duodecimũ dico ꝙ licet deus frequẽter iuuet ho-
minẽ ad bene agẽdum per aliquod habituale donũ quod
cauſat in anima. nõ tamẽ tantũ ſic iuuat. ſed etiam iuuat
ipſum actũ immediate cauſando: ⁊ ad ipſum immediate
mouẽdo potẽtiam. vnde homo habẽs gratiam etiã gratũ
faciẽtem. ⁊ aliud quodcũq̃ habituale dei donum adhuc
ad bene operandum indiget alio ſpeciali auxilio dei ẜm
doctrinã beati Auguſt. in de natura ⁊ gratia. ſic dicentis.
mala noſtra nõ adhuc ſolum ſupernus medicus ſanat: vt Cap.26.
illa iam nõ ſint: ſed vt de cetero recte ambulare poſſimus:
quod quidem etiam ſani non niſi illo adiuuãte poterimꝰ.
Et infra. ſicut inquit oculus corporis etiam pleniſſime
ſanus niſi candore luce adiutus non poteſt cernere: ſic et
hõ etiã pleniſſime iuſtificatꝰ niſi eterna luce iuſtitie diui-
nitus adiuuet recte non põt viuere. cõſtat aũt nullum nõ
habentẽ gratiã gratũ facientẽ eſſe pleniſſime iuſtificatũ.
ſic igit ad argumentũ dico ꝙ deꝰ iuuat nos ĩmediate ipm
actum efficiẽdo. et ꝙ non ipſe ſolus efficit actũ. ſed etiam
volũtas coefficit: ſed vt iam tetigi nõ ſolum iuuat deꝰ ad
bonũ velle ꝑtialiter coefficiendo: qui eſt modus cõmunis

quo cōcurrit ad cuiuſlibet creati agētis quēlibet effectū:
vt in argumēto dicebatur. ſed etiam quodam alio modo
ſpeciali. videlicet faciendo ipſam volūtatem partialiter
cōcauſare: ita ꝙ ipſa voluntas ꝑtialiter concauſat appli-
cata ⁊ quaſi inſtrumētaliter mota a deo ad ſic partialiter
cauſandum. In qua tamē motione ipſa non neceſſitatur:
ſed inſtrumētum liberū exiſtens in cuiꝯ poteſtate eſt ſequi
motionem ꝑmi agentis iuuat: ita vt agat que nō ſic adiu
ta nequaꝙ̄ agere potuiſſet. Ad ꝓductionem vero actus
mali ſolum ꝑmo modo deus cōcurrit: quia nō facit volū-
tatem agere actum malū: ſicut facit eā agere actū bonū.
et hoc eſt illud adiutoriū dei ſpeciale ſine quo dico nihil
nos bene velle vel facere. Iſta clare docet beatꝯ Auguſt.
in de gratia ⁊ lib. ar. vltra medium: dicens ſic. Certum eſt
nos velle cū volumꝯ: ſed ille facit vt velimus bonū de quo
dictum eſt: ꝙ preparatur volūtas a deo: de quo dictū eſt.
qui operatur in nobis ⁊ velle. Certum eſt nos facere cum
facimus. ſed ille facit vt facimꝯ prebēdo vires efficaciſſi-
mas volūtati qui dicit faciā vt in iuſtificationibus meis
ambuletis ⁊ iudicia mea obſeruetis ⁊ facietis. Itē pau-
lopoſt ipſe vt velimus operatur incipiens: qui volētibus
operatur ꝑficiens. ꝓpter quod ait Apoſtolꝯ. certus ſum:
qm̄ qui operatur in nobis opus bonū ꝑficiet vſꝙ̄ in diem
ieſu chriſti vt ergo velimus ſine nobis operatur. cum aūt
volumus. et ſic volumus vt faciamus nobiſcū operatur:
tamen ſine illo vel operāte vt velimus vel cooperāte cum
volumus. ad bona pietatis opera nihil valemus. hoc ipſe.
que verba ſi bene cōſiderētur: patet eum diſtinguere du-
plicem dei modū operādi circa bonum velle noſtrū. vnus
eſt ſibi ꝓprius in quo voluntas noſtra nō cooperatur: vt-
pote facere nos velle. ideo ait. vt ꝙ̄ velimꝯ ſine nobis opa-
tur: ſine nobis inꝙ̄ operātibus vt velimus: qꝛ licet volun-
tas velit ⁊ cauſet volitionem: non tamen facit ſe velle aut
cauſare volitionem: nec tamen quia deus facit. ideo ipſa
non cauſat: ſed potius ideo cauſat. Et propterea ad illud
Cap. 7. excludendū Auguſt. in de correc. ⁊ gratia. de filijs dei de
quibus ait apoſtolus ꝙ ſpiritu dei agunt. inquit. agūtur
enim vt agāt non vt ipſi nihil agant. Alius modus eſt ſibi
et voluntati cōmunis: ſcilicet cauſare volitionē. ideo ait.
Cum volumus nobiſcum operatur. et quia vtrūꝙ̄ nobis
neceſſarium eſt nec alterū tātū ſufficit ad bene velle: ideo
addit. tamē ſine illo nihil operāte vt velimus ⁊c̄. Item in
de vera innocentia. Quotiens inquit bona agimus deus
in nobis atꝙ̄ nobiſcum vt operemur operat. Item in eo-
dem. multa deus facit in homīe bona. que nō facit homo
que deus non facit vt faciat homo. ¶ Ad auctoritatem
Ad apl'm apoſtoli dicēdum ꝙ talis vtiꝙ̄ habet poteſtatem volūta-
tis ſue: nō quidem ſic ꝙ poſſit ex ſe ſic velle ſine adiutorio
illiꝯ qui dicit: ſine me nihil poteſtis facere. Sed ſic ꝙ illo
iuuāte ⁊ velle et ꝑficere poſſit: de quo dictū eſt. qui opera
tur in nobis et velle ⁊ perficere pro bona voluntate: et ſm̄
hunc ſenſum intelligēde ſunt cetere ſimiles auctoritates.
Cap. 4. Quod bene docet idem Apoſtolus ad Philip. cum ait.
omīa poſſum in eo. i. per eum qui me confortat. i. qui mi-
hi poſſibilitatem tribuit: vt exponit gloſa. ita etiam docet
Auguſtinus. in de perfec. iuſtitie. ⁊ in de gratia et lib. ar.
et in lib. retrac. in locis ꝙ̄ pluribus.
Ad eccl'. ¶ Ad aliam de libro eccleſiaſtico ⁊ omnes ſimiles: dicen
dum ꝙ per eas demonſtratur vtiꝙ̄ in nobis eſſe lib. ar. et
volūtarie ſeruare mādata ⁊ bene operari. non tamē ex no-
bis tantūmodo: ſed deo iuuāte ⁊ preſtāte nobis ſic velle et
Cap. 31. implere quod volumus. vnde Auguſt. in de perfectione
iuſtitie. dixit. ꝙ non eſt voluntarium bonum niſi cū deus
operatur in nobis et velle et operari pro bona voluntate.
licet illa de eccleſiaſtico intelligenda ſit ꝓ ſtatu hoīs ante
pctm̄: vt patebit. diſ. 29. ¶ Ad auctoritatē primā Augu.
dicendū ꝙ operū ꝙ̄ dicūtur bona quedā dicūtur bona: qꝛ
ſunt bona ex officio/ſeu ex genere tm̄. non aūt ex circūſtā-
Cap. 13. tijs. ſic Aug. 4. lib. contra Iulianū ait. poſſunt aliqua bo-
na fieri nō bene faciētibus a quibus fiūt. bonum eſt enī vt
ſubueniat periclitāti homini preſertim innocenti. ſed ille
Cap. 18. qui hoc facit ſi amādo gloriā hoīm magis/ꝙ̄ dei facit nō
bene bonū facit. ⁊ ſimiliter infra dicit. ipſa bona opa que
faciūt infideles non ipſorū eſſe: ſed ipſius qui bene vtit ma
lis. ipſorū aūt eſſe pctā quibus ⁊ bona male faciūt. conſtat
aūt ꝙ talia que nō bene fiūt ⁊ ſunt peccata faciētibus. ⁊ ſi
ſint bona ex officio ⁊ ex genere. nō tm̄ ſunt bona moraliter
ad ſenſum in quo preſens queſtio verſat. Quedā vero dicū
tur bona: qꝛ ſunt bona ex officio/ſeu iuxta modū loquēdi
modernorū bona ex genere: ⁊ etiam bona ex circūſtantijs:
que vcʒ. fiunt ꝓpter qd̄ ⁊ queādmodū fieri debent ⁊ talia
appello in ꝓpoſito bona moraliter. ſimiliter quedā dicū-
tur recta ⁊ laudabilia: qꝛ ſunt bona primo modo: quedā
qꝛ ſunt bona etiā ſcd̄o modo. Econtra etiā quedā dicunt
vituperabilia: qꝛ nō ſunt bona etiā primo modo: quedā qꝛ
nō ſunt bona ſcd̄o modo: etiā ſi ſint bona primo mō. Nunc
ad ꝓpoſitū dico ꝙ ſine bonis ⁊ recte factis ⁊ laudabilibꝯ
primo modo acceptis intelligit Aug. difficillime cuiuſli-
bet etiā peſſimi hoīs vitā duci. difficillime enī inueniret
hō qui nunꝙ̄ veneratus fuerit parētes/ nec nunꝙ̄ miſer-
tus ꝓpinquorū ſuorū/ nec nunꝙ̄ dixerit verū. ⁊ ſic de alijs:
que ex genere bona ſunt: ſed non difficillime reperirentur
multi qui nunꝙ̄ aliqd̄ taliū fecerint ꝓpter eū finē vltima-
te ꝓpter quē debuerunt: vtpote ꝓpter deū. imo inter infi
deles vix aliquis reperiret qui aliqd̄ taliū fecerit eo fine
quo debuit. quapropter Aug. ſtatim poſt primā partē au
ctoritatis allegate arguēdo addit. Quāꝙ̄ ſi diſcutiatur
quo fine fiant vix inueniſ quā iuſtitie debitā laudē defen
ſionē mereātur. Et ideo cū Aug. dicit infideles agere ali-
qua bona/ vel laudabilia. intelligit de bonis primo modo
tm̄. qd̄ etiā manifeſte ptʒ ex eo quod lib. 4. contra Iul. de Cap. 15.
infidelibus: qui viſi ſunt ſingulariter inter ceteros veras
habere virtutes: dicit: ꝙ naturaliter que legis ſunt faciūt
ſcriptum habentes in cordibus opus legis hactenus: vt
alijs non facerēt quod perpeti nollēt. hoc tm̄ ꝑſecantes ꝙ
homines ſine fide non ad eum finem iſta opera retulerūt
ad quem referre debuerunt. Minus enim Fabricius/ ꝙ̄
Catilina punietur: non quia iſte bonus. ſed quia ille ma-
gis malus: et minus impius/ ꝙ̄ Catilina Fabricius: non
veras virtutes habendo: ſed a veris virtutibus non plu-
rimum deuiando. ſi tamen aliquid taliter factum. ſcilicet
debito fine et alijs debitis ſcʒ circūſtantijs reperiatur ab
infidelibus. dicendum eſt eos id feciſſe non ſine ſpeciali
adiutorio dei. nec oppoſitum dicit Auguſti. immo pro-
terius qui tẽtationis vndas cõpeſco ꝯſideras.vt enim tu
fluctus ferre poſſis in ope mee virtutis eſt q̃ fluctus frã:
go tẽtationis in corde. Ex his apparet manifeſte:ꝙ nul:
lus etiam iuſtus ⁊ in grã ꝯſtitutus qualis vtiqꝫ erat Iob
cogitationis noxie tẽtationi põt ꝓpria virtute ſine adiu:
torio diuino reſiſtere. Secundo.ſi quodlibet peccatũ ho:
mo exiſtens in grã põt ſine ſpeciali auxilio dei vitare.igi:
tur vel nõ ad ſingulos actus grã atqꝫ adiutorium dei da:
tur.vel ad aliquos fruſtra ⁊ iportune daẽ. Pars p̃ma cõ
ſequentis fuit vnus error dãnatorum Pela.vt ſupra pa
tet.ac etiã in p̃cedẽti q̃ſtione. Secũda vero pars blaſphe
mia quedã eſt.conſequentia vero p̃ma ſatis eſt clara: qm̃
ad illud velle vel nolle quo reſiſtit tẽtationi non daretur
adiutorium dei:aut ſi daretur ſuꝑflue dareẽ: ex quo ſine
huiuſmodi adiutorio poterat preualere. Si dicaẽ ꝙ non
daẽ ſuperflue:qꝛ facilius ꝑ illud adiutorium reſiſtit tẽta
tioni appropinquaẽ ad illã dãnatã r̃ñſionem Pela.vt fa
cilius poſſint implere ꝑ gratiam ⁊c̃. vt dictum eſt ſupra.
Quarto.ſi ſic.igitur non quẽlibet bonum actum qui fit
ab homĩe deus facit vt homo faciat illũ ſiue nõ ad quẽli
bet bonum actum hominis deus mouet voluntatem ho:
minis faciens eam vel id qꝺ ipſa vult: patet conſequẽtia
de actu quo vult reſiſtere praue tẽtatiõi qui vtiqꝫ bonus
eſt:ĩmo et meritorius in habente grãm. Si enim homo ꝑ
habitum gratie et libe.arbi.reſiſtit ſeu non vult conſenti:
re:cũ habitus non moueat potentiã licet adiuuet coagẽ:
do:non poterit dici ꝙ deus moueat voluntatem ad agen
dum niſi alio modo ſpeciali concurraẽ gratis ⁊ miſericor:
diter:vt dicebatur in precedenti queſtione.in reſponſione
ad obiectionem duodecimam.conſequens autem patet
eſſe falſum per auctoritates plures ibidem iductas. Ex
iſtis puto ſatis patere ꝙ etiã veri iuſti ⁊ in gratia exiſten:
tes: vt tentationibus fortiter reſiſtant ⁊ in peccatum non
cadãt indigent adhuc ſpeciali auxilio dei : et ſine illo non
poſſent perſiſtere quin caderent in peccatum:et ideo qui:
cũqꝫ iuſti contra tentationes fortes conſiſtunt humili ve:
raciqꝫ confeſſione dicunt cum propheta.anima noſtra ſu
ſtinet dñm : quoniã adiutor ⁊ protector noſter eſt. Et ite:
rum cum eodem. Dñe deus virtus ſalutis mei obũbraſti
ſuper caput meũ in die belli. Qui ⁊ alibi ait. Salus au:
tem iuſtorum a dño ⁊ adiutor eorum in tẽpore tribulatio:
nis. Multa alia adduci poſſent teſtimonia ſanctarũ ſcri:
pturarum: ſed iſta ſufficiant. ¶ Contra oĩa predicta po:
teſt argui per argumenta Celeſti ⁊ Pelagij tenentium ꝙ
homo per libertatem lib.arbi.habita notitia legis qua co
gnoſcitur quid agendũ ⁊ quid vitãdum poteſt quodlibet
vitare peccatũ. Et q̃uis multa argumenta faceret Cele:
ſtinus:ſicut ptꝫ in lib. Aug.de perfectione iu.vbi ſingula:
re repetit ⁊ ſoluit.oĩa tñ paucis radicibus ſuſtentantur:⁊
ideo ſufficit hic aliqua recitare:quorũ ſolutionibus cete:
ra ſimiliter ſoluantur. ¶ Arguit aũt primo ſic.peccatum
aut eſt volũtatis/aut neceſſitatis. Si neceſſitatis non eſt
peccatũ.ſi volũtatis igitur vitari poteſt. ¶ Secundo ho
mo debet eſſe ſine peccato. igitur poteſt eſſe ſine peccato.
probatur cõſequẽtia : qꝛ non aliud debet homo/q̃ꝫ poteſt.
¶ Tertio preceptũ eſt homini eſſe ſine peccato. igitur po
teſt eſſe ſine peccato. non enim precipitur quod oĩno fieri
non poſſet. ¶ Quarto neceſſe eſt cõfiteri hominem:tam
omnia que prohibentur poſſe vitare / q̃ꝫ oĩa que iubentur
poſſe iplere.igitur poſſibile eſt hoĩem eſſe ſine peccato.pa
tet cõſequentia:qꝛ non peccatur niſi cum fiunt que prohi:
bentur/aut non fiũt que iubentur. ¶ Quinto ſi homo nõ
poteſt eſſe ſine peccato. querendũ eſt cuius ſit hec culpa.
an.ſ.eius/vel alterius. non alterius:vt conſtat:nec etiam
eius:quomodo eſt enĩ culpa eius ſi non eſt qꝺ eſſe non po:
teſt. ¶ Sexto oĩe peccatũ deus imputat homini: qꝛ nõ
eſt peccatũ quicquid non imputabitur in peccatũ. igitur
homo poteſt vitare omne peccatũ : alioquin ſibi ĩputaret
iniuſte. ¶ Septimo natura hoĩs bona eſt.hoc enĩ negare
nullus niſi marchion/aut manicheus audebit.igitur poſ:
ſibile eſt ei carere malo: et per conſequens peccato.
¶ Auctoritatibus etiã arguitur. nam quedã auctorita:
tes exhortãtur hoĩes ad perfectionẽ : ſicut illa Saluato:
ris. Mat.5. Eſtote perfecti ſicut et pater videtur celeſtis Cap.5.
perfectus eſt:⁊ multe alie ſimiles in ſcriptura.non eſt aũt
perfectus qui nõ eſt ſine peccato/ neqꝫ ad ipoſſibile ſit ex:
hortatio. ¶ Itẽ quicũqꝫ eſt ſine macula vtiqꝫ eſt ſine pec
cato.cũ omni peccato aĩa maculetur.multi autẽ ſunt ſine
macula.vñ de talibus Dauid ait. Beati ĩmaculati:⁊ ite:
rum.ero ĩmaculatus cũ eo:⁊ obſeruabo me ab iniquitate
mea. Apoſtolus aũt ad Eph.5.elegit nos inquit ante mũ: Cap.5.
di conſtitutionem:vt eſſemus ſancti ⁊ ſine macula: ⁊ plu:
res alie auctoritates poſſunt adduci. hec ſumpta ſunt ex
dictis Celeſti.recitatis in lib.de perfectione iu. Sed pre:
ter iſta adducit Pela. vt recitat Aug.in de natura ⁊ gra
tia.etiã auctoritates aliorꝫ catholicorũ doctorũ.quarum
vna eſt Hylarij.d. non enĩ niſi ſpiritu perfecti ⁊ immorta
litate mundati ꝙ ſolis mũdis corde diſpoſitũ eſt hoc ꝙ in
deo eſt immortale tenemus. alia eſt Hierony.ſuper illud
beati mũdo corde : qm̃ ipſi de quos inquit Hiero.non ar:
guit conſciẽtia vlla peccati. ⁊ addit mũdus mũdo corde
conſpiciẽ templũ dei. non poteſt eſſe pollutũ. Item Hie:
ro.li.ar.nos condidit deus/nec ad vitutẽ/nec ad vitia ne:
ceſſitate trahimur. Alioquin. vbi neceſſitas / nec corona
eſt.alia eſt Aug.3.de libe.arbi. dicẽtis. Quis enĩ peccat Cap.38.
in eo qꝺ nullo modo caueri poteſt peccatũ caueri ergo po
teſt a quibuſdã predictorꝫ:ſicut ptꝫ.arguis cõtra cõcluſio
nem primã primi arti.⁊ quibuſdã contra ſcdam. ⁊ omnia

pꝛedicta argumenta ſunt ſimiliter contra duas illas con-
cluſiones articuli ſecundi. ¶ Contra. quas tamen ſpecia
liter videtur poſſe argui: qđ ſequitur habitualem gratiã
a deo inutiliter ⁊ ſuperflue hominibus dari: qđ non eſt di
cendum. pꝛobatur conſequentia. quoniã gratia huiuſmo
di non datur niſi ad hoc vt per eam homo ſit potens age-
re que agenda ſunt: et vitare que ſunt vitãda. Sed ſm di
cta ad neutrum homo eſt potens per ipſam: quinimo alio
dei adiutoꝛio ſeu a deo aliter iuuari indiget. quare ⁊c.
¶ Ad pꝛimam concedendum eſt iuxta ſententiam Aug.
Cap. 2. in de perfec. iuſti. ꝙ peccatũ eſt voluntatis: et etiã ꝙ pec-
catũ vitari poteſt: ſed nõ ſequitur. igit̃ vitari poteſt abſq;
auxilio dei: cũ auxilio vero dei vtiq; poteſt homo vitare
peccatũ. vnde Augu. ibidẽ. Rñdemus inquit peccatum
vitari poſſe ſi natura vitiata ſanet̃ gr̃a dei ꝑ Jeſum chꝛi-
ſtũ dñm noſtrũ. Jntãtũ enim ſana nõ eſt inquãtũ id qđ fa
ciẽdũ eſt aut cecitate nõ videt: aut infirmitatẽ nõ implet.
Et in de baptiſmo paruuloꝝ ad Mar. lib. 2. circa pꝛinci-
piũ. Si a me inq̃t q̃rat̃ vtrũ homo ſine peccato poſſit eſſe
in hac vita confitebor poſſe per dei gratiam et libe. eius
arbi. et infra. Poteſt inquit homo ſi velit eſſe ſine pecca-
to adiutus a deo. poſſet etiã dici ad vnũ ſenſum ꝙ pecca-
tũ eſt neceſſitatis. videlicet ꝙ homo ex ſe ſine diuio adiu-
toꝛio nõ põt vitare pctm̃: ſ; neceſſe eſt eũ nõ adiutũ pecca
re: ⁊ hac intentione loquens ꝓpheta clamat ad dñm. De
neceſſitatibꝰ meis erue me. ¶ Ad ſecũdũ eodẽ modo di-
cẽdũ ꝙ hõ vtiq; debet et poteſt etiã eẽ ſine pctõ: ſed cum
adiutoꝛio: ⁊ non aliter. Et hoc Augu. de perfec. iuſti. pul
Cap. 6. chꝛe declarat. d. Cum videmus claudũ qui ſanari poteſt
recte vtiq; dicimus debet eſſe homo iſte ſine claudicatio-
ne. Et ſi debet poteſt: nec tñ cũ vult cõtinuo poteſt: ſed cũ
fuerit adhibita curatione ſanatus: ⁊ medicina adiuuerit
voluntatẽ. hoc fit in interioꝛe homĩe ꝙ ad peccatum atti-
net tãq; eius claudicationem per eius gr̃am qui venit nõ
vocare iuſtos: ſed peccatoꝛes: q2 non eſt opus ſanis medi
cus: ſed male habentibus. ¶ Ad tertium eodẽ modo di-
dum: ꝙ homo poteſt eſſe ſine peccato: ſ; nõ ſine adiutoꝛio
dei. Cui etiam nõ pꝛecipitur vt ſine adiutoꝛio ſit ſine pec-
cato: ſicut nec vt ſine adiutoꝛio dei bene viuat: vt dictum
eſt in pꝛecedenti queſtione. ¶ Poteſt ergo homo eſſe ſine
Cap. 7. peccato ſed cum adiutoꝛio dei: et ideo ſubdit Aug. ⁊ ſtul
tiſſime pꝛecipitur homini vt rectis paſſibus ambulet vt
cum ſe nõ poſſe ꝓſpexerit ex ſe medicinam requirat que
in interioꝛe homine ad ſanãdã peccati claudicationẽ eſt
gr̃a dei ꝑ Jeſum chꝛiſtũ dominũ noſtrũ. ¶ Ad quartum
dicendum eſt ꝙ vtiq; neceſſe eſt confiteri omnia que iubẽ
tur implere: ⁊ omnia que ꝓhibẽtur vitare hominẽ poſſe:
ſed cum adiutoꝛio diuine gr̃e: et nõ aliter: ſicut diffinitio-
nibus conſilioꝝ et auctoꝛitatibus ſacris edocemur: vt in
hac et in p̃cedenti queſtione patet. Et vt hoc Augu. ſacri
canonis auctoꝛitate cõfirmet. Ad iſtud argumentũ rñdẽ
Cap. 12. do Celeſtino: vbi ſupꝛa p̃mittit omnẽ iuſſionem diuinam
in illa vna gñaliter ꝯtineri iuſſione qua dictũ eſt. Diliges
dominũ deũ tuũ ⁊c. et omnẽ ꝓhibitionem in illa vna cõ-
pꝛehendi: qua dictũ eſt non cõcupiſces. Et his ꝑ ſcriptu-
rã declaratis ſubdit. Sed nec quiſq; poteſt eſſe cõtinens:
qđ pertinet ad non cõcupiſcere: niſi deus det: et charitas
diffuſa eſt in coꝛdibus noſtris non per noſipſos: ſed ſpiri-
tum ſanctum qui datus eſt nobis. ¶ Ad quintum dicen-
dum ꝙ hominem non poſſe eſſe ſine peccato nõ eſt culpa:
ſed eſt pena quã habet ex culpa pꝛimi parentis qui per li-
berũ arbitriũ et auxiliũ gr̃e qđ acceperat: quale etiã qui-
libet alius accepiſſet ſi ipſe non peccaſſet: poterat eſſe ſi-
ne peccato: et quia hec pena eſt pena illius culpe in qua
non ſolum ille: ſed ⁊ omnes ex ipſo futuri peccauerũt ſm
Apoſtolũ: ideo peccat quilibet qñ nõ eſt ſine pctõ. hoc eſt
Cap. 14. qñ nõ vitat ſed cõmittit peccatum: et ideo Aug. vt ſupꝛa.

ad iſtud argumẽtum reſpõdens. reſpõdemꝰ ait. Jdeo ho-
minis eẽ culpam ꝙ nõ eſt ſine peccato: quia ſola hominis
volũtate factum eſt vt ad iſtam neceſſitatem venire t̃ quã
ſola hominis volũtas ſupare non poteſt. ⁊ antea dicit. per
arbitrij libertatem factũ eſt vt eſſet homo cum peccato: Cap. 18.
ſed iã penalis vitioſitas ſubſecuta ex libertate fecit neceſ-
ſitatem: vnde ad deũ fides clamat. de neceſſitatibus meis
educ me: ⁊ paulo poſt ſubdit. ꝙ illa libertas non periſſet ſi
bona ꝑmanſiſſet volũtas: quia vero peccat voluntas ſecu-
ta eſt peccãtem peccatum habendi durã neceſſitas.
¶ Ad ſextum reſpondẽdum eſt: vt ſupꝛa. ¶ Ad ſeptimũ
concedẽdum eſt ꝙ natura humana poteſt carere malo: et
ideo ſm ꝙ vbi ſupꝛa dicit Auguſt. ad deum clamamus.
libera nos a malo: qđ nõ ꝑficitur q̃diu coꝛpꝰ qđ coꝛrũpit̃
aggrauat animã. ¶ Ad auctoꝛitates canonis dicendum
ꝙ homo poteſt eſſe ꝑfectus ⁊ ſine peccato ⁊ ſine macula:
ſed per gratiã dei: quod manifeſte etiã innuit auctoꝛitas
allegata apoſtoli. elegit nos vt eſſemus ſancti ⁊ immacu-
lati. loq̃tur enĩ de electione pꝛede. cuius effectꝰ eſt ſctĩtas
et puritas noſtra. ¶ Ad auctoꝛitatem Hylarij reſpondit
Auguſt. in de natura ⁊ gratia. ⁊ bene. ꝙ ipſa nõ eſt contra Cap. 62.
ſentẽtiam poſitam: cum ipſe nõ aliud q̃ꝫ hominẽ poſſe eſſe
mũdo coꝛde teſtetur: qđ conceditur: ſ; gratia dei ꝑ ieſum
Chꝛiſtum: ⁊ eodem modo intelligidẽda eſt auctoꝛitas pꝛi-
ma Hierony. ſicut in eodẽ docet Aug. ¶ Ad aliam vero
eiuſdem dicẽdum ſm Augu. ibidem. ꝙ ipa nõ eſt contra: Cap. 66.
quia loquit̃ de natura qualis p̃mitus fuit condita: in qua
nulla tunc fuit peccandi neceſſitas: ſed vt ſubdit. Quod
ex vitijs nature nõ ex cõditione nature ſit quedã peccãdi
neceſſitas audiat hõ atq; vt eadẽ neceſſitas non ſit diſcat
deo dicere: de neceſſitatibus meis educ me: q2 et in huiuſ-
modi oꝛatione certamẽ eſt aduerſus tentatoꝛẽ de ipſa cõ-
tra nos neceſſitate pugnãtem. ¶ Ad auctoꝛitatẽ Augu.
reſpõdebitur cũ ſoluetur pꝛimũ argumẽtum p̃ne queſtio
nis. Ad illud autẽ quod arguit̃ cõtra cõcluſiones ſecũdi
arti. dicẽdum nõ ſequi ꝙ gratia inutiliter vel ſuꝑflue de-
tur: ſicut infirmus oculus nec ſuꝑflue nec inutiliter ſana-
tur: q̃uis etiam ſanus ſine adiutoꝛio lucis videre nõ poſ-
ſit: nec ſequit̃ etiam ꝙ in habitualibus gratijs ſit ꝓceſſus
in infinitũ: ſicut foꝛſitan quis vellet arguere: quoniã tale
adiutoꝛiũ quod vltra habitum gratie neceſſariũ dico: nõ
eſt aliqđ habituale donũ cauſatũ in aĩa: ſed quedã ſpãlis
dei aſſiſtẽtia ſiue deꝰ ipſe ſpãliter aſſiſtẽs ⁊ gratis iuuãs
ad bñ agendũ ⁊ volendũ et ad nõ peccãdũ: ſiue nõ ꝑmittẽ
do vltra virtutẽ ab ipſo nobis pꝛeſtitã tẽtari: ſiue faciẽdo
nos foꝛtiter ⁊ recte cõtra tẽtationẽ pugnare: ſiue alio mo-
do ignoto nobis iuuãdo. Et ſi dicat̃ qđ ſupꝛa habitũ eſt ꝑ
Aug. ꝙ hõ põt vitare pctm̃ ſi natura vitiata ſanet̃ ꝑ gr̃am
dei: ex quo videt̃ ꝙ nõ ſit aliud adiutoꝛiũ neceſſariũ. dicẽ
duꝫ ꝙ ꝑ illđ dictũ Aug. nõ excludit oppoꝛtunitatẽ alterꝰ Cap. 26.
adiutoꝛij ſeu modi iuuandi: q̃nĩmo alibi expꝛeſſe ponit. ſ.
in de natura ⁊ gr̃a. vt ſtatim patebit. Põt etiã dici ꝙ per
gratiã qua ſanat̃ natura vitata nõ ſolũ intelligit̃ habitus
gr̃e ſanãs tanq; aĩe medicina: ſed ipſe etiã deꝰ gratis aſſi-
ſtens ⁊ ſanãs vt medicus ĩ hoc diſſimilr̃ ſe hñs ad medicũ
coꝛpalẽ: ꝙ ſicut dicit Aug. vbi nũc cõmẽoꝛaui. Medicus
hõ cũ ſanauerit hoĩem iam de cetero ſuſtẽtãdi elemẽtis ⁊
alimentis coꝛpoꝛalibus: vt eadẽ ſanitas apto ſubſidio cõ
ualeſcat: atq; ꝑſiſtat deo dimittit qui pꝛebet iſta in carne
viuentibus: cuiꝰ erant etiam illa que dũ curaret adhibe-
bat. ipſe autẽ deus vt ſubdit cũ per mediatoꝛẽ dei ⁊ hoĩm
hoĩem ieſum Chꝛiſtũ ſpiritualiter ſanat egrum vel viui-
ficat moꝛtuũ. i. viuificat impium. ⁊ cuꝫ ad perfectam ſa-
nitatem hoc eſt ad ꝑfectamã vit iuſtitiamq; perduxerit:
non deſerit ſi nõ deſerat̃: vt pie ſemper iuſteq; iuuet̃. ſicut
enim oculus coꝛpoꝛis etiã pleniſſime ſanus niſi candoꝛe
lucis adiuuet̃ non poteſt cernere: ſic ⁊ homo etiã ꝑfectiſſi



me iuſtificatus niſi eterna luce iuſtitie diuinitus adiuue
tur recte nõ põt viuere. Sanat ergo deus non ſolũ vt de-
leat qđ peccauimus: ſed vt p̃ſtet etiã ne peccemꝰ: ⁊ ex iſta
auctoꝛitate. pꝫ ꝙ etiã habẽs gr̃am illã habitualẽ adhuc
indiget diuino adiutoꝛio vt nõ peccet et recte viuat. Ne-
mo enĩ ꝑfecte iuſtificatꝰ eſt nõ habẽs huiuſmodi habitũ
gr̃e ⁊ talẽ adhuc dicit diuio auxilio adiutoꝛioq; ĩdigere.
¶ Ad p̃mũ p̃ncipale. q. rñdeo negando ꝯñtiam: nec valet
ꝓbatio: qm̃ nõ ſequit̃. peccatũ põt caueri. igit̃ põt caue-
ri abſq; ſpeciali auxilio dei: ſicut etiam nõ ſequit̃. homo
poteſt mereri et beatificari. igitur poteſt mereri et beatifi
cari abſq; ſpeciali auxilio dei. nam antecedens eſt verũ:
et conſequens falſum dupliciter ⁊ erroneum. Augu. vero
in ꝟbis intelligit pctm̃ poſſe caueri deo iuuãte vt cauea-
tur: vnde de natura ⁊ gr̃a. rñdens Pelagio in ſui erroꝛis
Cap. 67. fauoꝛẽ p̃dictã Aug. auctoꝛitatẽ allegãti. peccatũ inquit
põt caueri: ſed opitulãte illo q̃ nõ põt falli: ⁊ ideo vt p̃mi-
ſit in hoc adiutoꝛiũ poſtulamꝰ dicẽtes. ne nos inferas in
tẽtationẽ: ⁊ paulo ĩfra. duobus inquit modis etiã in coꝛ-
poꝛe cauet̃ moꝛbi malũ: ⁊ vt non accidat: et vt ſi acciderit
cito ſanet vt non accidat: caueamus dicendo: ne nos in-
feras in tẽtationem: vt cito ſanetur caueamus dicẽdo. di
mitte nobis debita noſtra. ¶ Ad ſecundum neganda eſt
etiã ꝯſequẽtia: nec valet ꝓbatio: qm̃ nõ dico ꝙ homo non
põt vitare pctm̃ ſicut ꝓ fundamẽto aſſumit ꝓbatio illa:
ſed dico ꝙ nõ poteſt abſq; auxilio dei: cũ illo aũt poteſt: ⁊
ideo nõ neceſſitate ſimpliciter loquẽdo: ſed volũtarie pec
cat cũ peccat. ¶ Sed vt interius gradiamur: pone ꝙ ali
cui homini vltra naturalia bona ipſius: ⁊ gñalẽ influẽtiã
dei nullũ adiutoꝛiũ a deo ꝯferat̃ ad bñ agẽdũ ſiue ad nõ
peccãdũ: nunquid iſte poterit p̃ceptũ ĩplere ⁊ noxie tẽta-
tioni inſurgẽti reſiſtere: aut neceſſario ꝯſentiet tẽtationi:
⁊ trãſgrediet̃ p̃ceptũ. ſi dicat̃ p̃mũ recedit̃ a ſententia ſu-
pꝛa poſita. ſi ſecundum nõ igitur libere: ſed de neceſſitate
trãſgrediet̃ p̃ceptũ ⁊ tẽtationi conſentiet. ⁊ ꝑ ꝯñs non pec
cabit: q2 omne peccatum voluntarium vt p̃us arguebat̃.
¶ Rñdeo dicẽdũ: iuxta dictũ Aug. ſuꝑius in rñſione ad
quintã obiectionẽ allegatũ ⁊ alia plura ibidẽ ⁊ alibi con-
tra Pelagianos in pluribꝰ locis: ac etiam in p̃mo retrac.
Q2 ille vtiq; ſic cõſtitutus de neceſſitate trãſgrediet̃ pꝛe-
ceptũ ⁊ tẽtationi ſuccũbet: nec tñ talis neceſſitas cum ſit
pena illius culpe in qua peccauimus oẽs: ⁊ cuius rei ſu-
mus ꝓ quaq; iuſte pena luimus eũ a pctõ excuſabit: ſicut
etiã dicebat̃ in ſolutiõe tertij argumẽti p̃ncipalis pꝛece-
Cap. 16. dẽtis queſtionis. hoc confirmat̃ ꝑ illud Aug. de ꝑfectiõe
iu. peccatum eſt cum vel non eſt charitas que eſſe debet:
vel minoꝛ eſt q̃ꝫ debet eſſe: ſiue hoc vitari volũtate poſſit:
ſiue non poſſit: q2 ſi põt pꝛeſens voluntas hoc facit. ſi aũt
non põt p̃terita voluntas hoc fecit. ſ. p̃mi hominis. Et tñ
vitari põt nõ qñ volũtas ſuꝑba laudatur: ſed qñ humilis
adiuuat̃. Et vlterius dicẽdũ: ꝙ ꝓpter huiuſmodi neceſſi
tatem nõ fit: quin illud peccatum ſit volũtarium: quoniã
adhuc a ſciente ⁊ non coacto cõmittit̃ que ſufficiũt ad ra
Cap. 13. tionem voluntarij: vt innuit Augu. p̃mo retrac. vel aliter
Cap. 15. ſm eũdem ibidem dicendum ꝙ peccatum dicitur volun
tarium vel in opere vel oꝛigine. hoc ſecũdo modo ſaltem
pctã illius adhuc eſſent voluntaria. Pꝛimus enim homo
voluntarie peccat cuius alioꝝ in nobis penas illius con-
ſequentium initium oꝛigo fuit: ſi dicat̃ ꝙ ſic eſſe volunta-
rium non ſufficit ad rõnẽ pctĩ. ſed vltra hoc requiritur ꝙ
ſic ſit voluntariũ ꝙ vitari poſſit. hoc ꝓbat̃ ex diffinitione
pctĩ quã Aug. ponit in de duabꝰ aĩabꝰ dicẽs. peccatũ eſt
volũtas retinẽdi vel ꝯſequẽdi qđ iuſtitia vetat: ⁊ vnde li-
berũ eſt abſtinere rñdendũ eſt ſm eũdẽ p̃mo retrac. ꝙ ibi
Cap. 15. diffinitũ eſt pctm̃ ꝙ tm̃mõ pctm̃ eſt: nõ qđ etiã pena pctĩ.
Et de tali etiã pctõ: qđ. ſ. nõ eſt pena pctĩ ipſe ibidẽ dicit
Cap. 13. intelligẽdũ eſſe dictũ ſuũ de vera religione in ꝯtrariũ al-
legatũ. nũc aũt talia ſunt etiã pena pctĩ. pctĩ. ſ. illius p̃mi
hoĩs in cuius pctõ oẽs peccauimus. ¶ Ad ꝯfirmatiõem
dicendum ꝙ illa verba vera ſunt: ſed non iuuãt ꝓpoſitũ:
quoniã in p̃mo homine ante pctm̃ ſuũ ſi fuiſſet neceſſitas
talis: q2 illa nõ fuiſſet pena pctĩ vtiq; illũ excuſaſſet a pec
cato: in nobis vero non excuſat: q2 pena eſt ex pctõ pꝛoue
niens: vt ſuperius eſt ſepe dictum.

¶ Diſtinctionis. xxix. Queſtio Pꝛima.

Circa diſtin. 29. in qua Ma-
giſter inquirit. vtrum
homo ãte pctm̃ eguerit gr̃a ope-
rãte ⁊ cooperãte. Quero vtrum
homo ante pctm̃ per libe. arbi. ⁊
ſue nature vires p̃ciſe abſq; alio
adiutoꝛio dei fuerit ſufficiẽs ad
agẽdũ aliquẽ actũ moꝛaliter bo
nũ ſeu vere rectũ vel virtuoſum.
Et arguo p̃mo ꝙ ſic auctoꝛitate
ſcripture. ſ. in eccleſiaſtico. dicentis. Deus ab initio cõſti- Cap. 15.
tuit hominẽ ⁊ reliquit illũ in manu ꝯſilij ſui. adiecit man-
data ⁊ p̃cepta ſua ⁊c. Quid eſt ꝙ vt dicit Augu. hypoñ.
rñſione tertia. Reliq̃t illũ in manu ꝯſilij: vbi dimiſit illũ in
poteſtate libe. arbi. ſui. Jn manu enim poſſibilitas intelli
git̃: ſed nõ diceret̃ reliquit in poteſtate arbitrij ad facien-
dum. ſ. dei mãdata: niſi ex ſe abſq; adiutoꝛio dei ſufficiẽs
fuiſſet ad illa implenda: ⁊ ꝑ conſequẽs ad agendu m ope-
ra recta moꝛaliter ⁊ virtuoſa.

**Ad oppoſitum** arguitur auctoꝛitate Magi-
ſtri hic dicẽtis. Egebat itaq;
homo gr̃a non vt liberaret volũtatem ſuã que pctĩ ſerua
non fuerat: ſed vt p̃pararet ad volẽdũ efficaciter bonum
qđ ꝑ ſe non poterat. Ex his patet ꝓpoſitũ: qm̃ ſi per ſe nõ
poterat efficaciter velle bonũ. igit̃ non ꝑ ſe ſufficiebat ad
agẽdum actũ aliquẽ moꝛaliter bonum. Cum omnis talis
actus ſit volitio boni vel ex ipſa pꝛocedens.

**Jn iſta queſtione** erũt articuli duo. Jn pꝛi-
mo iuxta titulũ queſtiõis
inquiret̃ de poteſtate p̃mi hominis ante ſuum lapſum ad
bonum faciendum. Jn ſecundo inquiretur de poteſtate
eiuſdem ad bonum poſt lapſum: et ſimiliter de poteſtate
alioꝝ hominum ex ipſo naturaliter deſcẽdentiũ. Et hoc
pꝛopter quedã dicta per quẽdã venerabilẽ Magiſtrũ cõ
tra aliqua per me poſita ſupꝛa in p̃ma queſtione ſup. 26.
diſt. huius ſecundi.

**Quantum** ad pꝛimum articulum p̃mitto iuxta
cõmune dictũ ꝙ adiutoꝛium dei du
pliciter capi poteſt. Uno modo pꝛo adiutoꝛio generalis
influentie: quo. ſ. dicit̃ adiuuare generaliter omne agens
cauſatum in omni ſua actione. Alio modo modo ꝓ adiu-
toꝛio aſſiſtentie ſeu influẽtie ſpecialis quo ſpecialiter ali-
qua agentia iuuat ⁊ non omnia: ⁊ ad aliquas actiones: et
non ad omnes: qđ etiã conſueuit vocari adiutoꝛium gr̃e
extendendo nomen gr̃e ad omnẽ eius gratuitã ⁊ ſpecialẽ
oppitulationem: ſiue ipſe ĩmediatẽ ꝑ ſeipſum ſiue mediã-
te aliquo dono ſuo oppituletur ad agendum. hoc pꝛemiſ-
ſo pono cõcluſiones tres. ¶ Pꝛima eſt. ꝙ p̃mus homo. ſ.
Adã ante ſuum lapſum non fuit ſufficiens ꝑ ſuas vires ſi
ne auxilio generalis influẽtie dei agere aliquem bonum
actum. hec concluſio cõmuniter a catholicis doctoꝛibus
conceditur: ⁊ ideo ꝓ eius ꝓbatione ſufficiat ꝓ nunc au-
ctoꝛitas Apoſtoli Actuum. 17. dicẽtis. Jn ipſo. ſ. deo vi- Cap. 17.
uimus. mouemur et ſumus: per quẽ docemur ꝙ nos non
poſſumus ſine ipſo viuere. i. vite operatiões exercere nec
moueri: nec etiam eſſe: ſed ad quodlibet hoꝛum nobis eſt
neceſſaria influentia eius: quapꝛopter ſi ipſe nõ influeret

ad eſſe noſtrum nos non eſſemus: et ſi influeret ad eſſe et
non ad operari ſic vtiqꝫ eſſemus: ꝙ nihil tamē oparemur:
ſicut cōtingit de igne in reſpectu ad tres pueros in cami-
Cap.3. no ignis exiſtentes: vt legit̃ Dañ.3. Confirmat̃ iſtud ꝑ au-
Cap.14. ctoritatē Aug.4. ſup Geñ. exponētis predicta Apoſtoli
verba ſic. Cum enim aliud ſimus ꝙ̄ ipſe: non ob aliud in
illo ſumus: niſi q̄ id opat̃: et hoc eſt opus eius quo conti-
net omnia: et quo eius ſapientia ꝑtendit a fine vſqꝫ in finē
fortiter et diſponit omnia ſuauiter: ꝑ quā diſpoſitiōem in
illo viuimꝰ mouemur ⁊ ſumus: vnde colligitur ꝙ ſi opus
ſuum a rebus ſubtraxerit nec viuemus nec mouebimur
nec erimus. claret igitur nec vno quidem die ceſſaſſe deū
ab ope regēdi que creauit ne motus ſuos naturales qui-
bus aguntur atqꝫ vegetātur vt omnino vere ſint ⁊ in eo ꝙ
ſunt ꝓ ſuo queqꝫ genere maneāt ilico amitterēt ⁊ eſſe ali-
quid omnino deſinerēt ſi eis ſubtraheretur motus ille ſa-
piētie dei quo diſponit omnia ſuauiter. hoc autem opus
et hic motus eſt quā vocamus influētiā generalem: quo
ſubtracto vtiqꝫ: vt ait. Cetere res ꝑderēt motus ſuos: nec
poteſt dici hoc dictū habuiſſe veritatē tm̄ poſt hominis
lapſum: cū etiā de ipſis angelis ſctis q̄ nūqꝫ peccauerunt
nec vllius alterius peccati reatu obſtricti ſunt idē dicat
Cap.23. infra lib.9. ¶ Ad hoc etiā faciūt plura dicta in p̄mo lib.
diſt.45. ¶ Secunda ꝯcluſio eſt. ꝙ Adā ante lapſum non
fuit ꝑ ſuas vires naturales p̄ciſe etiā cū dei generali in-
fluentia ſufficiēs ad agendū aliquē actū moraliter bonū
ſeu vere virtuoſum: quinimmo vltra predicta fuit ſibi ne-
ceſſarium aliud dei auxilium ſpeciale. ¶ Hanc ꝓbo pri-
Cap.47. mo ex auctoritate vna Augu. de cor. et gratia. d. ſic. Iſtā
grām nō habuit homo p̄mus qui nūqꝫ malus eēt cū libe.
arbi. bonus eſſe non poſſet: ſed ea tm̄ per libe. arbi. deſere-
re poſſet: nec ipſum ergo deus eſſe voluit ſine ſua grā: quē
reliquit in eius libe. arbi. q̄m lib. arbi. ad malum ſufficit.
ad bonū aūt parum eſt niſi adiuuet̃ ab oīpotēte bono: qđ
adiutoriū ſi homo ille ꝑ liberū non deſeruiſſet arbitrium
ſemꝑ eſſet bonus: ſed deſeruit ⁊ deſertꝰ eſt. Ex hac aucto
ritate ꝓbat̃ ꝓpoſitum p̄mo ſic. Adā non poterat ſine grā
quā accepat etiā cum libe. arbi. eſſe bonus. igit̃ non pote
rat ꝑ ſuas vires naturales ſine ſpeciali dei adiutorio eſſe
virtuoſus. igit̃ nec agere actum virtuoſum vel moraliter
bonū. añs dat̃ ab Aug. in auctoritate p̄dicta. ꝯñtia ꝓba-
tur: q̄ illa grā quā accepat vtiqꝫ erat ſpeciale adiutoriū
diſtinctū a ſuis naturalibus viribus: qđ ptꝫ. tū q̄ ſiue ipa
eſſe poterat ſuū libe. arbi. et cetere vires naturales: ſicut
innuit Aug. cum ait. ſine qua etiā cum libe. arbi. ⁊c̄. tum
q̄ de facto illā ꝑdidit: ſicut ſignat Augu. cū dicit. ſed de-
ſeruit ⁊ deſertus eſt: nec tm̄ ꝑdidit vim aliquā naturalē: li
cet fuerit in naturalibus vulneratus. Secundo ſic. libe.
arbi. ad malum ſufficit. ad bonum aūt parū eſt: niſi adiu-
uet̃ ab omnipotente bono. vt dicit Augu. et ibi loquit̃ de
libe. arbi. quale fuit in primo hoīe ante pctm̄: vt clarum
eſt. tali igitur adiutorio indigebat libe. arbi. Ade ad fa-
ciendum bonum quali non indigebat ad faciendum ma-
lum. igitur adiutorio aliquo ſpeciali indigebat ad facien
dum bonum: ⁊ loquor ſemper de bono virtuoſo. ꝯñtia pa
tet: q̄m ad male faciendum non ſuffeciſſet ſine influentia
generali. ¶ Sed contra hoc qđ dictum eſt. illud adiuto-
rium datum primo homini fuiſſe aliquid diſtinctum a li
bero eius arbitrio: et a naturalibus viribus videt̃ eſſe in-
tentio Magiſtri lib.2. diſt.24. ſic dicentis. Hoc ꝯſiderā-
dum eſt ꝙ fuerit illud adiutoriū homini datū in creatio-
ne quo poterat manere ſi vellet. et reſpondet. illud vtiqꝫ
fuerat libertas arbitrij ab omni labe et corruptela imu-
nis atqꝫ voluntatis rectitudo ⁊ omnium naturalium po-
tentiarum anime ſinceritas atqꝫ viuacitas: ex quibꝰ ver-
bis videtur haberi ꝙ illud adiutorium non erat res ali-
qua libe. arbi. ſuꝑaddita. ſed erat ipſummet tm̄ libe. arbi.

nundum corruptū/vel vitiatum: ⁊ alie naturales vires il-
leſe ⁊ ſane: ac per hoc ſi per lib. ar. cum tali adiutorio po-
terat Adam bene agere. ſequitur ꝙ per ſuas vires natu-
rales p̄ciſe ſine alio aditorio ſpeciali poterat facere actū
moraliter bonū. ¶ Ad hoc dicendū ꝙ iſtud dictū Magi-
ſtri ſic intelligendū non cōuenit dicto Aug. iam allegato:
qđ ptꝫ. tum q̄ loquēs de li. ar. primi hoīs ante peccatū: qđ
vtiqꝫ conſtat tūc fuiſſe incorruptū ⁊ nō vitiatū. dicit illud
parū eſſe ad bonū niſi adiuuetur ab oīpotēte bono. igitur
vltra arbitriū illeſum ⁊ nō vitiatū habebat adiutoriū. qđ
quidē erat ipm̄ li. ar. alioquin ipm̄ ſolū lib. ar. qđ habebat
non erat parū ad bonū: ſed ſufficiēs ſine indigētia adiuto
rij. cuius oppoſitū dicit Aug. tum q̄ ſi illud adiutoriū nō
eſt niſi ipſum li. ar. incorruptū: cum tale ꝑfecto eſſet li. ar.
Ade ante peccatum. ſequitur ꝙ ſicut per ſeipſum ſufficie
bat homini ad malū: ita per ſeipm̄ ſufficiebat ad bonū. nā
ipſum vtiqꝫ cum illo adiutorio ſufficiebat ad bonū. vnde
Aug. dicit. ꝙ adiutoriū ſi non deſeruiſſet ſemper eſſet bo-
nus: ⁊ paulo poſt ſubdit. tale quippe erat adiutoriū ꝙ de-
ſereret cum vellet et in quo permaneret ſi vellet: ſed iſtud
contradicit Aug dicē. de li. ar. Ade. li. arbi. ad malū ſuffi
cit ab bonum aūt parum eſt ⁊c̄. nec poteſt dici ꝙ Aug. lo-
quitur de li. ar. Ade poſt peccatum: qđ tunc vtiqꝫ leſum ⁊
corruptū fuit. nam ipſe vult ꝓbare ꝙ primo homini fuit
neceſſariū adiutoriū illud: vt perſeuerare poſſet in bona
volūtate in qua creatus erat: vnde paulo poſt ſubdit. tūc
ergo dederat deus homini bonā voluntatē in illa quippe
eū fecerat q̄ fecerat rectū dederat adiutoriū ſine quo in
ea nō poſſet permanere ſi vellet. ad illud aūt ꝓbandū aſſu
mit ꝙ li. ar. ad malū ſufficit. ad bonū autē parū eſt niſi ad-
iuuetur: qđ quidē nihil penitus ſeruiret ꝓpoſito niſi intel
ligeretur de libe. arbi. incorrupto et non vitiato quale ha-
bebat Adam ante peccatū. Ergo vel dicto magiſtri nō eſt
aſſentiendū in hac parte: qđ ⁊ quidā aperte affirmant/vel
intelligēdum eſt in verbis illis magiſtri recitatis non eſſe
cōpletam reſponſionē eius: ſed adhuc pēdere ex littera i-
mediate ſequēte que talis eſt. li. ar. eſt facultas rōnis ⁊ vo
luntatis qua bonū eligitur gratia aſſiſtēte/vel malū eadē
deſiſtēte: ⁊ poſt pauca: qđ bonū eſt inquit niſi gratia addi
ta non eligit. malū vero per ſe eligit: ⁊ tūc eius ſentētia cō
ſona eſt verbis Augu. preallegatis ⁊ alijs ꝓxime allegan-
dis: ⁊ concedit̃ Adā habuiſſe adiutoriū preter ſuū lib. ar.
naturale illeſum ⁊ incorruptū. hoc etiā cōuenit ſententie
magiſtri met ibidē paulo precedēti: vnde in fine primi ca-
pituli eiuſdē. d. ait. his teſtimonijs euidēter mōſtratur ꝙ
homo rectitudinē ⁊ bonā voluntatē in creatione accepit/
atqꝫ auxiliū quo ſtare poterat: alioquin non ſua culpa ce-
cidiſſet: in quibus ſatis apparet eum aſſerere in creatiōe
vltra rectitudinem illā naturalē fuiſſe datū homini adiu
toriū quo poterat ſtare. ¶ Secundo ad concluſionē prin
cipalter arguo ſic. Si Adam ante peccatū potuiſſet per
ſuas vires natuturales preciſe agere actum moraliter bo
num ipſe potuiſſet facere ſe de non bono bonum. poſito ꝙ
aliq̄n fuiſſet ſine omni actu volūtatis cū ſuis tm̄ naturali
bus/aut de bono meliorē deo illū nō ſpecialiter adiuuan-
te. ptꝫ ꝯña. q̄m q̄cūqꝫ quis agit actum moraliter bonum
ſi non erat bonus/nec malus fit bonus: et ſi erat bonus fit
melior: ſed conſequens eſt falſum: q̄ ſi Adam hoc potuiſ-
ſet: id etiam potuiſſent angeli boni: quod eſt contra Aug.
12. de ciui. dei. vbi ait ſic. ſi boni angeli fuerunt prius ſine Cap.8.
bona voluntate eāqꝫ in ſe ipſi deo non operante fecerunt.
ergo meliores a ſeipſis/ꝙ̄ ab illo facti ſunt. abſit. Sequi-
tur. aut ſi non potuerunt ſeipſos facere meliores/ꝙ̄ eos il
le fecerat quo nemo melius quicꝙ̄ facit profecto et bonā
voluntatem qua meliores eſſent niſi operante adiutorio
creatoris habere non poſſent. Ex quibus etiā verbis pro-
batur conſequētia ipſa facta: nec poteſt dici ꝙ Auguſti.



intelligat de adiutorio influentie generalis tm̄: quoniam
tunc ſimiliter eſſet dicendum ꝙ angeli non potuerūt deo
non operante in ſe facere malam voluntatem: aut per ſe
fieri mali: quod nullus vſus ſanctorum admittit. ¶ Pre
terea. Non ſimiliter poſſe dici docet eccl'ia. extra de ſum.
trini. ⁊ fide catho. c. firmiter dicens diabolus et alijs de-
mones a deo quidem natura creati ſunt boni: et ipſi per
ſe facti ſunt mali. ¶ Tertio. ſi Adam potuit ⁊c̄. igitur po-
tuit per ſolas vires ſuas naturales ſeruare diuinum mā-
datum et diaboli tētationi reſiſtere ⁊ in rectitudine iuſti-
tie in quo factus erat permanere. patet: quia tētāte dia-
bolo potuit velle propter deum non comedere: et ſic con-
tra quālibet tētationem potuit habere actum bonū mo-
raliter: ac per hoc manere in ſua rectitudine et non cade-
re: ſed conſequens eſt expreſſe contra Augu. d. de natura
Cap.47. et gratia. ꝙ eius libe. arbi. per gratiam ſibi primo datam
adiuuabatur vt ſine hoc adiutorio in bono non maneret:
et iterum ꝙ deus dederat adiutorium ſine quo etiā cum
libe. arbi. non poſſet eſſe bonus nec in bona voluntate ma
Cap.49. nere: vt proxime licet ſparſim allegatum eſt. Et inſuper
inquit. Si hoc adiutorium vel angelo vel homini cū pri-
mum facti ſunt defuiſſet: quoniam nō talis natura facta
erat vt ſine diuino adiutorio poſſet manere ſi vellet non
vtiqꝫ ſua culpa cecidiſſet: adiutorium quippe defuiſſet ſi
ne quo manere non poſſet. Nunc autem quibus deeſt ta-
le adiutorium iam pena peccati eſt: quibus autem datur
ſm̄ gratiam datur non ſm̄ debitum. Expreſſa eſt aucto-
Cap.no. ritas nec explicari indiget nec applicari. Item in enchi.
loquens de ſtatu hominis ante peccatum. ait. Et ſi pecca
tum in ſolo libe. arbi. conſtitutum eſſet. non tamen iuſti-
tie retinende ſufficiebat libe. arbi. niſi participatione im-
mutabilis boni diuinū adiutorium p̄beretur: ſicut enim
mori eſt in poteſtate hominis cum velit: et nemo eſt: quin
ſeipſum vt nihil aliud dicam vel non veſcendo poſſit occi
dere. Ad tenendum vero vitam voluntas non ſatis eſt ſi
adiutoria ſiue alimentorum ſiue quorūcūqꝫ tutaminum
deſunt. ſic homo in paradiſo ad ſe occidendum relinquē-
do iuſtitiam idoneus erat per voluntatem: vt autē ab eo
teneretur vita iuſtitie parum erat velle niſi cū ille qui fe-
Cap.27. cerat adiuuaret. Item. 14. de ciui. dei. ait. Cur non per-
mitteret deus vt ab illo. ſ. malo angelo homo qui rectus
hoc eſt bone voluntatis creatus fuerat tentaretur: quan-
doquidem ſic erat inſtitutus vt ſi de adiutorio dei fideret
bonus homo malum angelum vinceret. Si autem crea-
torem atqꝫ adiutorem deum ſuperbe ſibi placendo deſe-
reret vinceretur meritum bonum habens in adiuta diui-
nitus volūtate recta. malū vero in deſerēdo deū volunta
te ꝑuerſa: q̄ et ipſum cōfidere de adiutorio dei: nō quidē
poſſet ſine adiutorio dei: nec tm̄ ideo ab his diuine grē be-
neficijs ſibi placendo recedere non habebat in poteſtate.
Ex his habet̃ exp̄ſſe: ꝙ Adā vtiqꝫ fidēs de adiutorio dei
poterat vincere tētatorem: ⁊ ꝑ hoc innuit ꝙ nō aliter poſ-
ſet. fidere autē non poterat ſine adiutorio dei: ⁊ per conſe
quens nec ſine eius adiutorio vincere. Rurſus imediate
ſubiūgit. nā ſicut in hac carne viuere ſine adiumentis ali
mentorum in poteſtate non eſt. non autem in ea viuere in
poteſtate eſt: qđ faciunt qui ſeipſos necant: ita bene viue-
re ſine adiutorio dei: etiā in paradiſo nō erat in poteſtate.
erat autē in poteſtate male viuere. Ex his auctoritatibꝰ
clare puto patere illud ꝯñs eſſe falſum quo ad ſingulas
eius partes: ⁊ cōcluſionē etiā ipſam eſſe verā: nec pōt hic
valere fuga de adiutorio generalis influentie: cum cōſtet
ꝙ nec etiā male viuere homo ſine tali adiutorio potuiſſet.
loquit̃ igitur de adiutorio ſpeciali. Ex hac ꝯcluſione ego
infero ꝯcluſionē ꝓ me alias poſitā etiā ſupra diſt.26. vi-
delicet ꝙ homo in p̄ſenti ſtatu dei etiā gn̄ali īfluētia ſtā-
te nō pōt ſine ſpāli dei auxilio agere actū aliquē bonum:

loquendo de actu moraliter bono: vt tunc fuit expoſitum.
probatur ſic. Adam ante peccatū ſuum nō potuit ex ſuis
viribus naturalibꝰ ſine alio dei auxilio preter influētiam
eius generalē agere aliquē actum moraliter bonū. igitur
nec homo ꝓ preſenti ⁊c̄. antecedens ꝓbatum eſt. cōſequē
tia patet ex eo ꝙ lib. ar. hominis nūc non eſt potentius ad
bene agēdum: nec etiam aliqua alia vis naturalis huma-
na ꝙ̄ fuit in Adam ante peccatū: ſed minus: cum propter
illius peccatū cuiuſlibet ex eo naturaliter deſcēdentis li-
berum arbitriū ſit vulneratū ⁊ infirmū: vt declarauit no-
bis Saluator in parabola ſauciati: ⁊ cōfitetur cōmuniter
tota doctrina ſanctorū. Hāc ꝯcluſionē in ſe licet etiā tūc
multipliciter ꝓbauerim ad maiorem ꝟitatis declaratio-
nem volo adhuc ex quibuſdā alijs fundamētꝭ catholicis
confirmare. ⁊ primo quidē ex aliquibꝰ regulis circa mate
riam iſtā per Celeſtinū primū papā poſitā ex declaratio-
nibus ſummorꝝ pontificū predeceſſorꝝ ſuorū et africanorꝝ
conciliorū: vt ipſe teſtat̃: formatis in oībus fidelibus ꝓpo
ſitis vt ex eis tanꝙ̄ ex p̄ncipijs in his que ad hāc materiā
ſpectāt ꝯſequēter dicēdis ſalubriter regulent̃. ipe ſiqdem
ſm̄ ꝙ ptꝫ ex libro conciliorū eccleſie per beatū Iſidorum
recolectorꝝ in ſua decretali epiſtola quam ꝓpter aliquos:
qui poſt dānationem Pelagij et Celeſtini: ac mortē bea-
tiſſimi Aug. preſumebāt in ꝑtibus galliarum aliqualiter
fauere pelagianis erroribꝰ: et Auguſt. tanꝙ̄ in improbā-
do illos exceſſerit neceſſariū modū detrahere: ſicut predi-
ctus papa reſolutione ſcti Proſperi ⁊ Hylarij epiſcopi
arelateñ. acceperat: deſtinauit ad vniuerſos epos gallia-
rum: p̄miſſis p̄mo epiſcoporꝝ increpatione: qui taliū diſpu
tationibꝰ nō obſiſtebāt: ac mirabili cōmēdatione btiſſimi
Aug. de vniuerſali ⁊ cōtinuata ſemꝑ ſinceritate catholice
fidei ⁊ excellētia ſapiētie ⁊ vite ſanctitate: īter cetera que
ſequunt̃. ait ſic. Ut ergo plenius qui in aliquo dubitāt in-
ſtruātur: cōſtitutiones ſanctorꝝ patrū compēdioſo mani-
feſtemꝰ indiculo: ꝙ ſi quis nō nimiū eſt contētioſus agno-
ſcat omniū diſputationū cōnexionem ex hac ſubditarum
breuitate pēdere. nullāqꝫ ſibi ꝯtradictionis ſupeſſe rōnē:
ſi cum catholicis credat ⁊ dicat. In preuaricatione Ade
omnes hoīes naturalē impoſſibilitatem ⁊ innocentiā ꝑdi-
diſſe: ⁊ neminē de ꝓfundo illius ruine ꝑ lib. ar. poſſe ꝯſur-
gere: niſi eū gratia dei miſerātis erexerit. hec eſt prima re-
gula quā ipſe trahit: vt mox oſtēdit ex epiſtola Innocētij
primi ad cartaginēſe concilium. Ex hac regula ſic cōclu-
do ꝓpoſitum. ſi in hoc ſtatu hoīes poſſunt ex ſuis naturali
bus viribus ſine ſpeciali adiutorio dei agere bonum mo-
raliter: nō omnes hoīes in preuaricatione Ade ꝑdiderūt
poſſibilitatē naturalem bene agēdi: cuius oppoſitū tradit
ca. nō predictus: quē de poſſibilitate naturali ad bene agē
dum intelligi debere quilibet nō nimis cōtētioſus ſtatim
fatebitur. cōſequētia ꝓbatur ex eo ꝙ dato antecedēte nō
poteſt aſſignari quā naturalē poſſibilitatē hoīes in Ade
preuaricatione ꝑdiderint. nō enim dici poteſt ꝙ poſſibili-
tatem naturalē ad agēdū bene meritorie: quoniā nec ipſe
Adam ſm̄ cōem oīm doctorū cōceſſionem potuit ex ſuis
viribꝰ naturalibꝰ ſine adiutorio grē quicꝙ̄ agere merito-
rie: et ꝑ conſequēs nec nos eiꝰ peccato talē naturalē poſſi
bilitatē ꝑdidimus: q̄ nec talē ſi ille nō peccaſſet habuiſſe
mus: ſicut etiā ipſe nō habuit. ¶ Sed forſitan ex eadem
auctoritate ingeret quis michi difficultatē et queret. quā
ego naturalē poſſibilitatē dicā hoīes in Ade p̄uaricatiōe
perdidiſſe: qui inquio ipſum nō potuiſſe ſine ſpāli auxilio
dei: vel bene moraliter agere. ¶ Reſpōdeo ꝙ poſſibilitas
naturalis Ade ad bene agendum fuit ante peccatū talis:
ꝙ ipſe ꝑ liberū arbitriū ſuaſqꝫ vires naturales cū adiuto-
rio habitualis gratie ſuis naturalibus addite ſufficiebat
ſine alio ſpeciali auxilio dei agere bene moraliter: ſicut pa
tebit in ſequēti concluſione: ⁊ ſuppoſito ꝙ habuerit grām

gratū facientē potuit etiā agere meritorie. Nunc autem ꝓpter illius preuaricationem infirmatis naturalibus viribus hominis ⁊ vulnerato libe. arbi. nemo per ſuas vires etiā cū habitualibus donis ſimilibus donis datis Ade ſufficit ſine dei auxilio ſpeciali agere quicꝗ̄ bene moraliter: ſed eſt adhuc aliud auxiliū ſpeciale ſibi neceſſariū. ſcꝫ ꝙ deus moueat volūtatē eius faciendo eā bn̄ velle: et ꝯſequēter bn̄ oꝑari ⁊ ꝑficere: qꝺ bn̄ voluerit ſicut alias in diſt. 26. dixi. Ex quo vtiqꝫ patet ꝙ quā ipſe Adā habuit et ſi nō peccaſſet nos etiā habuiſſemus poſſibilitatem naturalē ꝑdidimus. ¶ Aliā regulā ſubdit ſic. qꝺ nemo niſi
Cap.7. per Chriſtum libero bene vtatur arbitrio: et ſumit eā ex epiſtola memorati pape Inno. ad Milenitanū conciliū. ex hac ſic nemo ſine ſpeciali adiutorio dei bn̄ vtitur libe. arbi. igitur nemo ſine ſpeciali dei auxilio agit bene moraliter. patet ꝯſequētia. nā agere bn̄ moraliter: vt in ꝓpoſito capio ⁊ alias poſui: eſt agere conformiter recte rationi ſm̄ oēs circūſtātias reqſitas ad hoc ꝙ actus ſit vere virtuoſus. nullus aūt diceret quin ſic agēs bene vtatur libe. arbi. aňs patet. nā cū ait Papa. niſi ꝑ Chriſtū non eſt dubiū quin velit ſignificare ſpeciale illud auxilium: ⁊ nō tm̄ generalē influētiā qua cōmuniter fidelibꝰ ⁊ infidelibꝰ bonis ⁊ prauis hominibus: ⁊ brutis et inſenſatis arboribus auxiliū ꝓbet. ¶ Tertia eſt talis. ꝙ ita deus in corporibꝰ
Cap.9. hominum atqꝫ in ipo libe. arbi. operetur vt ſctā cogitatio piū conſiliū: omniſqꝫ motus bone voluntatis ex deo ſit: qꝛ ꝑ illū aliquid boni poſſumus ſine quo nihil poſſumꝰ: quā ꝯfirmat auctoritate alterius Pape. ſ. ʒozini q̇ vt ſubdit. Cum ad totius orbis epos de diuine grē oppitulatiōe loquerē. Qꝺ ergo ait tēpus interuenit quo eius nō egeamus auxilio. In oībus igiē actibꝰ cauſis cogitationibꝰ motibꝰ adiutor ⁊ ꝓtector orādus eſt. Supbū eſt enim vt quicꝗ̄ ſibi humana natura ꝓ̄ſumat. Et ad hāc muniēdā ſentētiā plures ſubdit auctoritates Apoſtoli: inter quas iſte ſunt. Gratia dei ſum id qꝺ ſum. Et plures oībꝰ laborani non ego: ſed grā dei mecū: ꝑ quas et ꝑ id qꝺ interpoſuit. ſ. cum de diuine grē oppitulatione loqueretur patet ſcripturarū morē ſciētibus: ⁊ eas non cōtētioſe interpretātibus: ꝙ hic de auxilio ſpeciali et non tm̄ de influentia generali loquunē: ſed ſi ſine ſpeciali dei auxilio agunt aliqui bn̄ moraliter ſeu virtuoſe nō oīs motus bone volūtatis eſt ex deo: nec in oībus actibus cauſis cogitationibus motibus ipſe eſt orādus adiutor. atteſtāte ſententia Carthaginēſis cōcilij ꝑ me alias allegata dicētis: quis nō videat a dn̄o ianiter peti ⁊ fallaciter orari: cū orādo poſcūtur que nature noſtre iā ita condite ſufficientibus viribꝰ obtinenē ſibi etiā nedum quicꝗ̄: ſed multum ſibi ꝓ̄ſumit humana natura cum ꝓ̄ſumit ſe ſine adiutorio poſſe agere opus vere virtuoſum. Nec valet dici ꝙ hic loquantur iſti ſancti pontifices de actibus meritorijs tantūmō. propterea qꝛ dicit vt ſctā cogitatio: quinimo ꝙ etiā de oībus bonis actibꝰ vniuerſaliter intendāt: inde magis apparet: qꝛ poſtqꝫ dicit ſctā cogitatio piū conſiliū vt vniuerſaliter oēs cōprehēderet: addidit omniſqꝫ motus bone voluntatis. Et iterū qꝛ inquit ꝑ illum aliquid boni poſſumus ſine quo nihil poſſumus. ſ. boni iuxta doctrinā Aug. in de verbis Apoſtoli. ſer. 12. dicentis. Cū dico tibi ſine adiutorio nihil agis. nihil boni dico. nā ad male agendū habes ſine adiutorio dei liberā volūtatē vbi apparet ꝙ bonum vniuerſaliter accipit diſtincte ꝯtra malū: et non niſi ad malū dicit nos habere ſine dei adiutorio liberā volūtatem. nemo aūt ſane mentis diceret actus bonos moraliter ⁊ vere virtuoſos: ac ꝑ hoc recte laudabiles maloꝝ noīe ipoꝛtari. plura alia ponit in illa epiſtola Papa predictus hāc ſententiā roborātia: quibꝰ oībus poſitis ꝯcludit epiſtolā ſic. Satis ſufficere credimus quicquid ſm̄ ꝓ̄dictas regulas apoſtolice ſedis nos ſcripta docuerunt: vt prorſus nō opinemur catholicū qꝺ apparuit prefixis ſententijs eſſe contrariū. deinde eādē ꝯcluſionē ꝯfirmo auctoritate alterius Pape. ſ. Innocen. ſecūdi. qui vt patet in lib. epiſtolarum btī Bernardi. epl'a. 194. dānauit errores Petri abaylardi. et ei tāqꝫ heretico ſilentiū impoſuit. inter illos ſiquidē errores: ſicut ptꝫ in epl'a īmediate ꝓcedēte eidem pape directa ſextus vocaē in his verbis. Qꝛ libe. arbi. per ſe ſufficit ad aliquod bonum. Ex quo conſequens eſt vt catholice ſit fatendum ꝙ libe. arbi. per ſe ad nullum ſufficit bonum: ⁊ ſi ad nullum. igitur non ad aliquē actum vere virtuoſum vel moraliter bonum: cui ſententie concordat auctoritas Augu. in libro de predeſtinatione diuina. ſic dicentis. liberū vero qꝺ a deo habemus arbitrium ꝓnō ad nequitiā lapſu fluit: ⁊ cum ad virtutis indolē dei auxilio deſerente nihil poſſit: ad genus omne peccati idonea fultum virtute ſubſiſtit. quomodo poteſt dici non contradicēdo prorſus eius intentioni ꝙ poſſimus ſine auxilio dei actū aliquē vere virtuoſum agere: cum expreſſe dicat ꝙ liberū noſtrum arbitriū ad virtutis indolem dei auxilio deſerente nihil poteſt: vel quomō poteſt gloriari de auxilio generalis influentie cū dicat ipm̄ idonea fultū virtute ad omne genus peccati: et ꝑ ꝯſequēs ad oēs malas volitiones. in quarum tm̄ nullā ſubmota generali influentia dei poſſet.

¶ Et confirmatur iſtud: quoniam cum Caſſianus. coll'. 13. dixiſſet. Cauēdū nobis eſt ne ita ad deum omnia ſan- Cap.12.
ctorū merita referamus: vt nihil niſi id qꝺ malū atqꝫ peruerſum eſt humane aſcribamus nature. S. Proſper qui contra illā collationem edidit librū intitulatū pro Predicatoribus grē: approbās bn̄ dicta ⁊ male dicta cōdēnās: hoc dictū velut nō catholicum reſpuit. d. Quaſi natura ante grām non ſit in dānatione: non ſit in cecitate: nō ſit in vulnere: ex quo ptꝫ euidenter ꝙ ſm̄ intētionē ſci Proſperi catholice confitendū eſt ꝙ abſqꝫ grā homo nō poſſit niſi male et ꝑuerſe agere. ¶ Itē cum beatus Augu. a Pelagianis informareē de aliquibꝰ velut catholice doctrine repugnātibus: ⁊ inter cetera obijceretur qꝺ diceret: ꝙ deus falſe plaſmet in hominibꝰ arbitriū quale eſt demonum: qꝺ ꝓprio motu nihil aliud poſſit vel velit niſi malū: ſicut patet in libello eius qui vocatur confutatio catholica catholicoꝝ ſup falſo iputatoꝝ. ipſe rn̄dendo. ibidem. Cap.6.
Nequaqꝫ dictā obiectionem negauit: ſed quātū ad ſimilitudinem poſitā tātūmodo differētiā aſſignauit di. Sed hoc inter malos homīes diſtat ⁊ demones ꝙ hoībus etiā valde malis ſupereſt ſi deus miſereaē recōciliatio. demonibus autem nulla eſt ſeruata conuerſio. Qꝛ autem ex ſe nō poſſit homo niſi malū: non ſolum nō negādo innuit: ſed etiā ſatis confitendo expreſſit dicens: totus mūdus: ſicut ait apl's Io. In maligno poſitꝰ eſt: ⁊ multoꝝ talis eſt malitia qualis ⁊ demonum. In hoc tm̄ ſubiūxit differentiam que iā poſita eſt. In ꝓcedneti etiā capl'o non negat: ſed ſe concedere inſinuat ꝙ homo naturali motu non poſſit niſi peccare. Et his ꝯſonāt eius alie exꝓ̄ſſiores auctoritates ſupra recitate. ſ. de corre. et grā. et de verbis Apl'i. ſer. 12. Cap.47.
et ea que ꝓxime recitata eſt de lib. eiuſdem de ꝓ̄deſti. diuina. Ex his autem colligitur catholice dicendum ꝙ homo non poteſt per libe. arbi. ſine auxilio dei quicꝗ̄ velle vel agere: niſi male ⁊ culpabiliter: et intelligendum eſt de alio auxilio preter influentiam generalem: quoniā ſine illa conſtat eum non poſſe quicꝗ̄ velle vel agere nedum bene: ſed nec male: cum tamen in predictis auctoritatibus affirmetur hominem ſine dei auxilio poſſe male velle et male agere. Ex quo fundamento euidenter concluditur ꝙ homo non poteſt agere quicꝗ̄ bene moraliter ſeu virtuoſe ſiue meritorie ſiue non meritorie ſine ſpeciali auxilio dei: cum nullus actus virtuoſus ſit malus vel culpabilis: vt clarum eſt.



¶ Tertia ꝯcluſio eſt ꝙ Adā ante peccatū ꝑ lib. ar. ⁊ vires naturales ſuas ac adiutoriū grē ſuꝑadditum qꝺ habebat ſim l'cū gn̄ali dei īfluētia potuerit abſqꝫ alio ſpāli auxilio dei agere actū moral'r bonū. ꝓbaē ꝓ̄mo auctoritate Aug. hypoſt. reſpōſione tertia in ꝓ̄ncipio vbi recitās vnū errorē Pelagij ait. Itē poſſe dicūt hoīem per lib. ar. per ſe ſibi ſufficientē implere qꝺ velit. Et poſt contra hoc inquit ſic. Reſpōdemus. neminē poſſe ꝑ ſe ſibi. i. per lib. ar. ſufficere implere qꝺ velit. recte dicimꝰ niſi ꝓtoplaſtū ſolū potuiſſe cum volūtas lib. ar. fuiſſet ſana idem ante culpā. et paulo poſt ꝓbans iſtud auctoritate ſcripture ait. nā vt clarius lib. ar. cū poſſibilitatis bono qꝺ valeret īplere qꝺ voluiſſet Adam factū intelligas: audi quid dicat ſcriptura ſancta eccleſiaſtico libro deus inquit ab initio fecit hoīem ⁊ reliquit illū in manu ꝯſilij ſui: addidit mādata ⁊ precepta ⁊c̄. quid eſt autē reliquit eū in manu cōſilij ſui niſi dimiſit illū in poſſibilitate arbitrij ſui. In manu enī poſſibilitas ītelligitur. ipſa eſt ꝓ̄ma grā qua ꝓ̄mus hō ſtare potuiſſet ſi ſm̄ nature doni mādata voluiſſet. hoc Aug. Ex his ꝟbis ptꝫ ſm̄ Aug. ꝙ Adam ꝑ lib. ar. taliter dotatū qual'r habebat ante culpam. ſ. cum bono poſſibilitatis ſeu grā illa prima ſufficiebat ſibi implere qꝺ vellet. ceterarū vero neminem ſibi ſufficere: per qꝺ patet eū loqui de ſufficiētia ad bonū. nā ad malū etiā alij ſibi ſufficiunt. hoc etiā ptꝫ ex eo quod dicit Adā per lib. ar. cū bono poſſibilitatis potuiſſe ſtare ſi voluiſſet ſeruare mādata. per quod etiaꝫ innuitur ꝙ potuiſſet ſeruare mandata. igitur potuit agere bonū actum moraliter. ſi vero ſibi ſufficiebat. ad hoc igitur non indigebat alio auxilio ſpeciali. alias ceteri poſſent dici ſibi ſufficere etiā ad bonū: quia conſtat ꝙ ipſi per lib. ar. cū ſpeciali adiutorio dei poſſunt agere bonum et omnia dei mādata complere: ⁊ tamen de ceteris illud negat.

¶ Secūdo. aut Adā per li. ar. cū adiutorio gratie addito poterat ſtāte īfluētia gn̄ali ſine alio ſpāli adiutorio ſeruare mādatū dei: vel nō. ſi ſic. igiē potuit agere actū bonum moraliter. ſi nō. igitur nō ſeruādo nō peccauit: quod nō eſt dicēdum. ꝯſequētia ꝓbatur: qꝛ non faciens: qꝺ nō potuit facere: ſi īpotētia id faciēdi nō ſibi ꝓuenerit ex peccato: nequaqꝫ peccat. nā peccatū qꝺ nō eſt pena peccati: veriſſime diffinitū eſt ab Augu. in de duabꝰ aīabus. peccatū eſt volūtas retinendi vel cōſequendi qꝺ iuſtitia vetat: ⁊ vnde
Cap.15. liberū eſt abſtinere: vt idē dicit ꝓ̄mo retrac. primū autem peccatū Ade nō fuit pena peccati: nec illa īpotētia ſi fuiſſet ꝓueniſſet ſibi ex peccato aliquo. quare ⁊c̄. hāc rōnem
Cap.49. ſatis innuit Auguſt. in de correc. et gratia. vt ptꝫ in aucto
Tho. qui ritate in tertia ratione pro cōcluſione ſecūda allegata.
barduardini ſum. lib. 2. c. 9. ¶ Contra hoc tamē arguit vnus modernꝰ doctor tenens partē oppoſitā: quoniā ſi Adā cum accepta gratia potuit ſeruare mādatum ſine alio adiutorio. igiē potuit etiā ſine alio ſpāli adiutorio tētationē ſuperare: ⁊ peccatū qꝺlibet precauere: ⁊ cum iā poſt lapſum nō ſit lib. ar. hoīs infinite debilius: qꝛ ſic totā fortitudinē ſuā penitꝰ amiſiſſet: poſſet etiā nūc cum tanta grā quātā tunc habuerit tentationem aliquā ſuperare. ſ. debiliorē intātū inquātum ipm̄ lib. ar. eſt debilīꝰ nunc qꝫ tunc: vel ponatur ꝙ quātum lib. ar. eſt debilitatū intātū habeat grām ampliorē. ꝯn̄s aūt hoc eſt falſum: vt dicit. ⁊ ego etiā dico: vt patuit in. q. precedēte.

pra. nam ipſa eſt tertia cõcluſio ꝓbata in primo articulo
prime. q. d. 26. confirmo tñ eam etiã nũc per Aug. qui ad
Simpli. lib. 1. ⁊. q. 1. ait. oẽs porro qui acceperunt legẽ pre-
uaricant eam niſi per gratiã conſequãtur poſſe: q̃d iubet.
per legem aũt habetur ſufficiens notitia de agendis mo-
ralibus. ¶ Item ibidẽ in epiſtola ad Julianũ ait ſic. non
tantũmodo nos adiuuat deus: vt ſciamus quid agẽdum
ſit: verũ etiam vt amando agamus quod deſcẽdo iam ſci-
mus. nemo itaq̃ poteſt eſſe non ſolũ ſciens: verũ etiã con-
tinens niſi deus det. ⁊ eſt verbũ ſapientis Sapientie. 8. et Cap. 8.
ex hac auctoritate confirmatur: tam precedens/ q̃ꝫ iſta cõ
cluſio. loquitur enim expreſſe de actu virtutis moralis: ſi-
cut pꝫ per totam illam epiſtolam. nec poteſt exponi illud
verbũ de datione generalis influẽtie tm̃: q2 etiã tũc eque
bene diceretur non poſſum eſſe mechus niſi deus det. ⁊ ſi-
cut ſapiens dicit continentiam eſſe dei donum: ita dicere
debemus ꝙ mechia eſſet donum dei: quod pie aures ſu-
ſtinere non poſſent. ¶ Contra concluſionem iſte venꝰ. Ma
giſter arguit primo ſic. habita in preſenti ſtatu notitia ꝙ
deus eſt ſuper oĩa diligendus/ aut homo ex ſuis naturali
bus cũ ſola dei generali influẽtia poteſt elicere circa deũ
actũ dilectionis bone moraliter/ aut non. Si ſic habet ꝓ-
poſitũ. ſi non ſequitur ꝙ actus dilectionis bone moraliter
elicitus circa deũ eſt ſupra facultatẽ humane nature q̃d
videt eſſe cõtra auctoritatem ſcripture Deutero. 30. d. mã Cap. 30.
datum quod precepi tibi hodie nõ ſupra te eſt/ neq̃ ꝓcul

poſitum.ſed iuxta te eſt ſermo in ore tuo ⁊ in corde tuo: vt
facias. Ex qua auctoritate ſumit dictus Magiſter ꝙ nõ
ſolũ non ſit ſupra facultatem noſtrã deum diligere: ſed ꝙ
hoc eſt cõnaturale: q̄ non minus eſt homini connaturale
deum amare/ꝗ̃ deũ amandũ cognoſcere:vel de deo amã
do verbum cordis/ vel oris formare. Sed cõnaturale eſt
homini deum amandũ ſuper oĩa cognoſcere et de deo ſic
cognito verbũ cordis et oris formare ⁊c. ¶ Hic dico pri-
mo ꝙ concluſio quam cõcludit iſte doctor ſcꝫ ꝙ in preſen
ſenti ſtatu poſſumus ex ſolis naturalibus cum influẽtia
dei generali deum diligere ſuper omnia.non videtur con
ſona dictis ſanctorum:ſicut auctoritatibus Aug.et Ber-
nardi/ac Anſel. ꝓbaui in veſperijs meis:quas ipſe adhuc
nihil dixit.⁊ tunc probo etiam auctoritate ſcripture dicẽ-
Cap.2. tis prime Ioh.4.non quaſi dilexerimus deum.ſed quia
Cap.26. prior dilexit nos.ſuper quo verbo Auguſt.lib.1.de gratia
Chriſti ⁊ peccato originali.optime inquit omnino/atqꝫ ve
riſſime dictum eſt:non enim haberemus vnde eum dilige
remus niſi hoc ab illo cũ prior nos diligeret ſumeremus.
Ex his manifeſte apparet ꝙ ad diligendum deũ neceſſa-
riũ eſt nobis:vt hoc ex dei gratia et dilectione ſumamus.
¶ Hoc idem probo euidenter contra eum ſaltem.q̄ non
negabit ille doctrinam ſancti Thome.ipſe autem in pri-
ma ſecũde.q.189.ar.3.inquirit.vtrum homo poſſit dilige-
re deum ſuper omnia ex ſolis naturalibus ſine gratia .et
determinat ꝙ homo in ſtatu nature integre potuit.in ſta-
tu nature corrupte non poteſt. vnde premiſſa probatione
ſua concludit in his verbis.Et ideo dicẽdum eſt ꝙ homo
in ſtatu nature integre non indigebat dono gratie ſuper-
addite naturalibus bonis ad intelligẽdum deum naturali
ter ſuper omnia. licet indigeret auxilio dei ad hoc cũ mo-
uentis.Sed in ſtatu nature corrupte indiget etiam homo
ad hoc auxilio gratie naturam ſanantis ; nec poteſt illud
dictum gloſari dicendo ꝙ loquitur de dilectione merito-
ria.nam ipſe determinate exprimit de dilectione natura-
li:qua dilectione dicit hominẽ in ſtatu nature integre po-
tuiſſe ſine dono gratie ſuperaddite naturalibꝰ bonis deũ
deum diligere ſuper omnia:quod vtiqꝫ falſum eſſet de di
lectione meritoria.⁊ poſtea dicit ꝙ ad hoc ſcꝫ ad diligen-
dum deũ naturali dilectione ſuper omnia indiget in pre-
ſenti ſtatu auxilio gratie naturam ſanantis,conſtat ꝙ illa
non eſt influẽtia generalis. ¶ Ad rationem reſpondeo ꝙ
habita tali notitia non poteſt homo in preſenti ſtatu ſine
ſpeciali adiutorio dei diligere deum ſuper omnia . et per
conſequẽs nec etiam bene moraliter.⁊ cum infertur ꝙ di-
lectio talis eſſet ſupra facultatẽ humane nature:ſi huius
dicti ſit ſenſus ꝙ ad ſic diligendũ non ſufficeret facultas
humane nature ex ſe.concedo hoc conſequẽs.⁊ ad aucto
ritatem ſcripture que adducitur . dico primo ꝙ ſicut pa-
tet ex ſerie textus illud verbum non ſolum accipitur pro
mandato dilectionis dei:ſed cõmuniter pro omnibus mã
datis eius. vnde ibi premittitur. Si audieris vocem dñi
dei.t.⁊ cuſtodieris precepta eiꝰ et cerimonias que in hac
lege conſcripta ſunt ⁊c. ⁊ ſtatim ſequitur.mandatũ quod
ego precipio tibi hodie ⁊c. vt allegatum eſt. Mirum aũt
eſt ꝙ iſte reuerendus Magiſter obſeruationem mãdato-
rum dei dicat non ſolum poſſibilem : ſed tam facilem eſſe
homini in ſtatu nature corrupte non adiuto ſpeciali gra-
tia dei/ꝗ̃ facile eſt ſibi ore dicere deum eſſe ſuper omnia
diligendum.cum tñ propheta dicat. propter verba labio
rum tuorũ ego cuſtodiui vias duras.⁊ Apoſtolus.video
aliam legem in membris meis repugnantem legi mentis
mee.et captiuãtem me in lege peccati:proptereaqꝫ excla-
met.Infelix ego homo quis me liberabit de corpore mor
tis huius.⁊ reſpondens non dicat liberum meum arbitriũ
cum influentia generali.ſed gratia dei per Ieſum Chri-
ſtum do.n.et certe ſi iſte reuerendus Magiſter ſentiat ſi-
bi tam facile obſeruare dei mandata non ſibi:ſed deo gra
tias referat. Reſpon.quo ad auctoritatem illam:ſicut re-
ſpondet Aug.Celeſtino in de perfectione iuſtitie:⁊ etiam ca.21.22.
Pelagio in de natura ⁊ gratia. Qui predictam auctori- Cap.vlti.
tatem pro ſe allegabant.⁊ illam etiam Io.5.mãdata eius Cap.5.
grauia non ſunt. ⁊ dico iuxta ſententiam ꝙ hoc intelligen
dum eſt de illo qui ad deum ex toto corde et per amorem
conuerſus: ſicut ibidem in textu premittitur.tali enim ſic
amanti eo ſenſu dei mãdata dicunt̃ facilia: quo dici con-
ſueuit ꝙ amanti nihil eſt difficile.Sed talem amorem di-
co non poſſe eſſe in homine ex ꝓprijs viribus preciſe : ſed
ex gratia ſpiritus ſancti. vnde in de natura et gratia. oĩa Cap.vlti.
quippe ſunt facilia charitati:ſed hoc dictũ eſt ⁊ precepta
eius grauia non ſunt:vt cui grauia ſunt cõſideret non po-
tuiſſe diuinitus dici grauia non ſunt : niſi quia poteſt eſſe
cordis affectus cui grauia nõ ſunt.⁊ petat quod deſtitui-
tur:vt impleat qđ iubet̃ : et quod dicitur ad iſrael in deu-
tero.ſi pie ſi ſancte ſi ſpiritualiter intelligatur hoc idem ſi-
gnificat ⁊ ſubdit. Conuerſus ergo quiſqꝫ ſicut ibi precipi
tur ad dñm deum ſuum ex toto cor. ſuo et ex tota aĩa ſua
mandatum dei non habebit graue. Quomodo enim eſt
graue cum ſit dilectionis/aut enim non diligit.⁊ ideo gra
ue eſt:aut diligit et graue eſſe non poteſt . diligit autem ſi
quod illic admonetur iſrael conuerſus fuerit ad dñm ex
toto corde ſuo ⁊ ex tota anima ſua.⁊ in de perfectione iu- Cap.22.
ſtitie. debent vtiqꝫ cõmoueri charitati dei non eſſe graue
dei mandatum que non niſi per ſpiritum ſanctum diffun-
ditur in cordibus noſtris:non per arbitrium humane vo-
tatis. ¶ Adduxit autem vnaꝫ auctoritatem Baſilij ſatis
longam qua dicitur nobis eſſe cõnaturale diligere deum
etiam plus ꝗ̃ benefactores. ad quã dico ſicut dictum eſt
ſupra ad illã Apoſtoli.agentes naturaliter que ſunt legis
faciunt:ideo enim cõnaturale eſt nobis diligere deum:q̄
ex principio nature inſito apti et inclinati ſumus ad eius
dilectionem.ſed tñ iſta aptitudo/vel inclinatio adhuc nõ
ſufficit.ſed iuuari indiget ab ipſo. quod ipſamet auctori-
tas exprimit:vbi ait. Sed ſeminalis quedam ratio nobis
inſita eſt intrinſecus habẽs cauſas: vt deo adhereat:quã
rationem accipiens doctrina diuinorum preceptorum co
lere diligenter cauteqꝫ fouere ad perfectionẽ diuine gra-
tie perducere conſueuit.ecce ꝙ illa ſeminalis ratio nobis
inſita colitur ⁊ fouetur docrina diuinorum preceptorum
vt ad perfectionem diuine gratie.i.ad quã ducit dei gra-
tia perducatur.Illa autẽ perfectio eſt.vt deus ſuper oĩa
diligat̃. ¶ Secunda ratio predicti Magiſtri eſt hec.aut
habita ſufficienti notitia ꝙ deus eſt ſumme amandus vo
luntas ex ſuis naturalibus eliciet actum bonum morali-
ter.⁊ habetur propoſitũ/aut malum:⁊ tunc contra:q̄ pro
omni tẽpore quo exercitiũ alicuius actus eſt malũ mora
liter et culpabiliter : omiſſio illius actus eſt bona morali-
ter ⁊ laudabiliter. Sed ſm te inquit Magi.iſte pro omni
tẽpore quo homo ſtat ſub ſola influẽtia generali exercitiũ
diuine dilectionis eſt malũ moraliter ⁊ culpabiliter.ergo
pro illo tẽpore omiſſio eſt bona moraliter et laudabiliter.
hoc autem ptꝫ falſum : q̄ ſm Apoſtolum. culpabile fuit
Philoſophis ꝙ omiſerunt glorificare. ⁊ per conſequens
amare deum. ¶ Reſpõ. ꝙ ſi voluntas eliciet aliquẽ actũ
dilectionis circa deum non adiuta ſpeciali auxilio dei eli
cit actum malum moraliter ⁊ culpabilem . q̄ ſcilicet non
diliget eum propter deum / vel ſuper omnia : ſed propter
ſeipſam.⁊ cum arguitur contra probando ꝙ tunc omiſſio
diuine dilectionis pro illo tempore erit bona . patet ꝙ ar-
gumentatio friuola eſt. nam ſimiliter arguam in alia ma-
teria.pro omni tempore quo exercitium alicuius actu eſt
culpabile omiſſio illius eſt laudabilis.ſed qñ quis dat in-
digenti eleemoſinam propter vnam gloriam exercitium
illius actus eſt culpabile,igitur omiſſio eſt laudabilis.et



ſic laudabile eſt non dare eleemoſinam indigenti.
¶ Tertia ratio eius eſt.aut habita ſufficienti notitia de
bono et malo moraliter eligendo vel refutando voluntas
pro preſenti ſtatu cum ſola generali influentia eſt indiffe
rens ad vtrũqꝫ:et habetur propoſitum:aut non:et hoc eſt
contra ſcripturam.ante hominem vita et mors:bonum ⁊
malum ad quodcunqꝫ voluerit conuertet manum ſuam.
¶ Item ſi non ſit indifferens ad vtrũqꝫ: ſed determinata
ad alterum:aut determinata eſt ad malum actum: ⁊ hoc
eſt propinquum errori Manichei:aut eſt determiata ad
bonum actum:et tunc propinquum errori Iouiniani,ex
quo vlterius dicit veñ.iſte Magiſter cum circa naturam
hominis pro preſenti ſtatu fuerint ṗdicti duo errores op
poſiti.nam Manicheus poſuit ꝙ natura humana nõ po
terat bonum facere. Iouinianus vero ꝙ non poterat bo-
num facere malum.iſti ambo errores vitari nõ poſſunt ni-
ſi ponendo medium.ſ.ꝙ natura humana ex ſuis natura-
libus poteſt facere bonum malum:⁊ iſtum modum tenet
Eccli. eccleſia et ſanctus doctor in ſecundo.et in.q.diſputatis.
Cap.15. ¶ Ad hãc rationem dico primo ꝙ ſi concedam : ꝙ eſt in-
differens ad eliciendum bonum et refutandum malũ nõ
ex hoc preciſe habet propoſitum : quia poteſt aliquando
eligere bonum:et tamen non bene:et talis electio non erit
bona moraliter.ſed ſi intelligat de ĩdifferẽtia ad actũ mo
raliter bonum:quo.ſ.bonum et bene eligit : et ad malum
quo non bene eligitur.dico ꝙ ꝓ pñti ſtatu non eſt diffe-
rens:ſic intelligendo ꝙ poſſit ſine ſpeciali adiutorio dei
habere actum bonum ⁊c. Primo probatur oppoſitũ per
ſcripturam:patet ex ſupradictis ꝙ nõ eſt ad propoſitum:
quoniam illa auctoritas eſt de homine pro ſtatu prime
ſue conditionis et ante lapſum:non pro ſtatu iſto.
¶ Ad ſecundam probationem dico ꝙ ſub intellectu da-
to eſt determiata ad malũ actum.ſ.ꝙ ſi ſine ſpeciali auxi
lio dei eliciet actum vtiqꝫ eliciet malum : et cum dicitur
ꝙ hoc eſt propiquum errori Manichei. Hic ego dico ꝙ
ſalua ſua reuerentia iſtud in nullo participat errori Ma
nichei:immo longiſſime diſcrepat:nam Manicheus vo-
luit ꝙ pro omni ſtatu ſuo poſtꝗ̃ condita fuit natura hu-
mana ſemper fuit determinata ad malum ita vt non poſ-
ſet vitare peccatum.et hoc quidem intrat ſibi non ex ini-
tio contracto ex aliqua culpa voluntarie commiſſa : ſed
ex ipſa natura quadam et ſubſtãtia mali ex qua eſſentia-
liter naturã humanã dicebat eſſe compoſitã:nec dicebat
nos ignorãtiã ⁊ difficultatem boni cõtrahere ex origina-
Cap.9. li peccato:cum illud negẽt:vt patet p Augu.ṗmo retrac.
Ego aũt dico ꝙ natura humana ꝯdita fuit bona et abſqꝫ
vitio: et talis ꝙ poterat peccare ⁊ poterat non peccare:et
per peccatum primi hominis in quo iuxta doctrinã apo-
ſtolicam omnes peccauimus nos cum vitijs naſci ꝓpter
que niſi iuuemur gratia dei non poſſumus agere virtuo-
ſe.hoc dicere non eſt errare cum Manicheo : ſed eſt fide-
liter ⁊ catholice conſentire eccleſiaſtico cõcilio ſuperius
allegato. et Manicheorum ac omnium hereticorum de-
ſtructori Augu.Qđ vero vlterius dicit illa ſua via me-
dia incedendum eſſe inter errores Manichei ⁊ Iouinia-
ni.ego non approbo:nam illa via fuiſſe videtur Pelagij.
Sed alia eſt qua incedere docet eccleſia et Augu.videli-
cet vt fateantur hominem poſſe peccare cõtra Iouinia-
num:et hominis naturã non malã neqꝫ ex ſubſtãtia mali
cõmixtã cõditã fuiſſe.ex qua neceſſario ad peccatũ tra-
hãtur contra Manicheum. Sed tamen peccata primoꝝ
parẽtũ cũ prius bona:et ſine vitio eſſet volũtario cõmiſſo
vitiatã taleꝗ̃ in ceteros ꝓpagari:nec poſſe virtuoſe age-
re niſi adiutam ab illo cui quotidie dicimus:adiuua nos
deꝰ ſalutaris nr̃.et hoc ꝯtra Pelagiũ.iſte eſt modus quẽ
tenet eccleſia:⁊ abſit vt oppoſitũ eccleſie vel ſctõ Thome
ego aſcribã.ipſe vero reuerẽdus Magiſter videat qđ di-
cat ſanctũ Thomã docuiſſe. hec ſufficiãt ꝓ nunc quo ad
dicta huius magiſtri. ¶ Ad auctoritatem adductam ar-
guẽdo ad primã partem queſtionis dicẽdum ꝙ nõ debet
intelligi primus homo relictus in manu ſui cõſilij/ vel po-
teſtate arbitrij quaſi in ſolis ſuis naturalibus viribus fue
rit relictus:⁊ eis ſolis mãdata implere potuiſſet. ſed intel
ligẽdum eſt eum fuiſſe relictũ cum libero arbi. tali qualẽ
habebat.ſ.ĩformato gratia ſuperaddita: ita vt per liberũ
arbitriũ ſic dotatũ dei gratia ſtante dei generali influen-
tia ſine ſpeciali alio auxilio poſſet dei cõplere mandata.⁊
hoc clare patet per auctoritatẽ Aug.de natura ⁊ gr̃a.al- T.c.97.
legatam in prima ratione pro concluſione ſcđa primi arti
culi. in qua notandum eſt quod ait. nec ipſum ergo deus
eſſe voluit ſine ſuã gratia quam reliquit in eius arbitrio.
quoniam liberum arbitrium ad malum ſufficit ⁊c.

¶ Diſtinctionis.xxx.xxxi.xxxij.et.xxxiij.
Queſtio prima.

CIrca di.30.⁊ tres alias ſequẽ
tes in qbꝰ tractat Ma-
giſter de originali peccato. que-
ro primo vtrũ peccatũ originale
ſit pena / aut culpa. et arguo pri-
mo ꝙ nõ ſit culpa.q̄ oĩs culpa eſt
volũtaria : ſed naturale.ergo ⁊c.
Maior ptꝫ :q̄ nihil eſt vitupera-
bile / aut dignũ pena niſi ſit volũ-
tariuꝫ.nullus enĩ ĩproperat ceco
nato.vt dicit Ph̃s.3.ethi.oĩs enĩ culpa vituperabilis eſt Cap.8.
et penã meret̃.minor ptꝫ.nã pctm̃ originale cõtrahit̃ ante
oẽm vſum li.ar.⁊ volũtatis actũ.vtpote cũ primo aĩa iun
git̃ corpori. ¶ Scđo ꝓbo ꝙ pctm̃ originale non ſit pena.
q̄ vel eſſet pena inflicta pro pctõ/ ſeu culpa ꝓpria naſcen
tis.⁊ hoc nõ.q̄ in illo nulla culpa ṗceſſit.aut ꝓ culpa pri
mi parẽtis/vel alioꝝ ſequẽtiũ ꝓgenitoꝝ. qđ etiã dici non
põt.qm̃ pro culpa vnius hoĩs nõ infligit̃ alteri pena:dicẽ Cap.18.
te dño in Eze. Aĩa q̄ peccauerit ipſa morieẗ filius nõ por
tabit iniquitatẽ patris ⁊ pater non portabit iniq̄tatẽ filij.
Iuſtitia iuſti ſup eum erit ⁊ impietas ipſi erit ſuper eum.
**Ad oppoſitum** arguitur ex verbo Magiſtri.
diſ.32. dicẽtis ꝙ ante baptiſ-
mũ concupiſcẽtia eſt pena ⁊ culpa ⁊ illa vtiqꝫ ſm eum eſt
peccatum originale. ¶ Secundo idem ꝓbatur per Aug. Cap.5.
contra Iulianũ lib.5.d.ꝙ ſic cecitas cordis quã remouet
illuminator deus ⁊ peccatum eſt quo in deum non credi-
tur.⁊ pena peccati qua cor ſuperbũ digna animaduerſio
ne punitur. ⁊ cauſa peccati cũ aliquid ceci cordis errore
cõmittit̃:ita concupiſcentia carnis aduerſus quã bonus
concupiſcit ſpiritus ⁊ peccatum eſt:q̄ ineſt illi inobedien
tia contra dominatum mentis:⁊ pena peccati eſt . q̄ red-
dita eſt meritis inobedientis:⁊ cauſa peccati eſt defectio
ne conſentientis/vel contagione naſcentis. Et hec omnia
intelligenda ſunt ei conuenire ante baptiſmũ:ꝗ̃uis ⁊ ali-
qua inſint ei etiam poſtea. ipſa aũt ſm Aug. eſt originale Cap.26.
peccatum.igitur ⁊c. Iſta queſtio ſupponit hoĩes trahere
originale peccatum. Deinde querit an ſit culpa/ vel pena
circa ſuppoſitũ nõ eſt dubitãdũ:dicẽte Aug. de fi. ad pe.
Firmiſſime tene ⁊ nullatenus dubites. oẽm hoĩem qui ã
cõcubitũ viri ⁊ mulieris cõcipitur cum originali peccato
ĩpietati ſubditũ.morti ſubiectũ.et ob hoc natura ire filiũ
naſci:de qua dicit Apl̃s. Eramus enim ⁊ nos natura filij
ire. Itẽ Apl̃s ad Ro. Per vnũ hoĩem peccatũ intrauit Cap.5.
in mundũ.⁊ per peccatũ mors:ita in oẽs hoĩes mors per-
trãſit in quo oẽs peccauerũt.que verba nõ niſi de origina-
li peccato vere poſſunt intelligi.de hoc etiã eſt determina
tio ꝯcilij milenitani ſuperius allegati. In quo ſcribit̃ ſic.

Quicūq; paruulos recentes ab vteris matrum baptizā-
dos negat aut dicit:in remiſſionem quidem peccatorum
eos baptizari:ſed nihil ex Adam trahere originalis pec-
cati quod lauacro regenerationis expietur. vnde fit ꝯñs
vt in eis forma baptiſmatis in remiſſionem peccatorū nō
vera ſed falſa intelligaꝛ anathema ſit.qm̄ non intelligen-
dum aliter eſt quod ait Apl's.per vnum hominem pecca-
tum intrauit in mundū.⁊ ꝑ pctm̄ mors.⁊ ita in omnibus
hominibus mors ꝑtrāſit:in quo oēs peccauerūt:niſi quē
admodum eccleſia catholica vbiq; diffuſa ſemper intelle
xit.propter eīm hanc regulā fidei etiā paruuli ꝗ nihil pec
catorꝰ a ſemetipſis adhuc cōmittere potuerūt.ideo in pec
catorum remiſſionem veraciter baptizātur:vt in eis per
regenerationem mundetur qđ generatione traxerunt.

**Hoc ergo** pro conſtanti ſuppoſito deſcendendum
eſt ad queſtionem propoſitā.⁊ erunt ar-
ticuli quattuor.In primo videbitur de queſito.Secūdo
inquiretur quid appellatur peccatum originale.Tertio
vtrum in vno homine ſit vnum tm̄ originale vel plura.
Quarto vtrum in baptiſmo tollatur.

**Quantum** ad primum pono tres concluſiones.
Prima eſt.ꝙ pctm̄ originale eſt cul-
pa.Scđm.ꝙ eſt pena culpe.Tertiū.ꝙ etiā eſt cā culpe.
¶ Prima concluſio ponitꝛ a magiſtro in diſt.30.⁊ pluribꝰ
ſctōꝝ auctoritatibꝰ ꝓbaꝛ.etiā ꝑter eas alia Augu.addu-
ci poteſt.qui in hypoñ.rñſione.2.ait.peccatū Ade non ſo
lū ipſum.ſed omne necauit genus humanū:cū eius dāna
tionem ſimul ⁊ culpā ſuſcipimus. ¶ Probo etiā ratione
ſic.homini pro peccato originali iuſte pena tribuitur.igi
tur peccatum originale eſt culpa.ꝯña pꝫ:qꝛ pena non niſi
culpe debeꝛ.⁊ ideo dicit Augu.3.de libe.arbi.oīs pena ſi Cap.39.
iuſta eſt:pcti pena eſt ⁊ ſuppliciū nomīaꝛ.⁊ ibi pctm̄ pro-
prie ꝓ culpa ponit.añs ꝓbatur per Apoſtolum in verbis
ſupra allegatis.ꝑ vnum inquit hominē peccatū intrauit
in mūdum.⁊ ꝑ peccatū mors.⁊ loquitur de peccato origi
nali.vbi pꝫ ꝙ mors eſt pena originalis peccati. ¶ Item
Aug.in hypoñ.reſpōſione.5.dic inquit mihi.ſi peccatum
paruulus nullū carnaliter attraxit natus.cur breuis die
rum ſorte mortis aſtringitur:quia vbi peccatum non eſt
vtiq; mors eſſe nō debet.dictū eſt enim ꝑ peccatū mors.
ac ꝑ hoc ſm errorem noſtrum iniquus eſt deus vt mori
paruulum patiatur non habentem peccatum ꝑ qđ poſſit
vita ꝓuari.⁊ infra.hec eſt fides noſtra:fatemur incūctan
ter peccatum in paruulis.et ꝑ peccatum mortē ꝑtrāſiſſe:
quibus dum contigerit mori propter peccatum qđ in eis
non actione:ſed vterina conceptione pertranſijt moriun-
tur.non enim morerenꝛ niſi ceno pcti necarētur.hoc ma-
nifeſte pꝫ ꝙ ꝓpter pctm̄:qđ non actione:ſed conceptione
Cap.13. paruulus habet qđ quidē vocamꝰ originale.penā recipit
mortis. ¶ Itē idē ꝓbaꝛ ꝑ illud Iob.Homo natꝰ de mu-
liere breui viuēs tpe repleꝛ multis miſerijs.⁊ ſequitur.et
dignū ducis ſup huiuſcemodi apire oculos tuos ⁊ addu
cere eū tecū in iudiciū.⁊ ſm Augu.vbi ſupra reddit cām
ꝗre in iudiciū adduciꝛ cū ait.quis inquit pōt facere mū-
dū de imūdo ꝯceptū ſemine.vbi manifeſte īnuit ꝙ ꝓpter
imunditiā originalis pcti paruulus deduciꝛ ad iudiciū.
et ideo Aug.his verbis ad predictam intentionem expo-
ſitis ſic concludit ibidem.ob hanc igitur ſolā ſordem pec-
cati quā traxit nō de cōiugij bono:ſed de libidinis malo
paruulus breuis vite plenus iracūdie eſt.decidit etiā vt
flos:fugitq; vt vmbra:nec permanet:ac in iudicium corā
dño veniet iudicandus:cui niſi baptiſmi grā ꝑ Chriſtum
ſubuenerit:ꝑibit de populo chriſtiano.Ex his pꝫ ꝙ ⁊ pre-
ſentia mala ⁊ dānationis iudiciū incurrit ꝑuulus ꝓpter
Cap.38. originale pctm̄ niſi ꝑ baptiſmum remittaꝛ. ¶ Itē lib.2.
de grā Chriſti ⁊ peccato originali.ait.ꝙ prolem reā facit
originis vitium:etiā ſi in parēte reatus eiuſdem vitij re-

miſſione ablutus eſt peccatorum.ſed conſtat ꝙ ſola culpa
facit hominē reum.igitur vitiū originis eſt culpa.hec cō-
cluſio etiam ꝓbatur ꝑ Anſel.in de cōceptu virgi.d.cum Cap.26.
damnatur īfans pro originali peccato nō damnatur pro
peccato Ade:ſed ꝓ ſuo.nā ſi ipſe nō haberet ſuū peccatū
non dānareꝛ.ſed cōſtat ꝙ nullꝰ dānatur niſi ꝓpter culpā.
igitur cū infans dānaꝛ ꝓpter ſuum ꝓpriū peccatū:qđ nō
eſt niſi originale.vtiq; damnatur ꝓpter ꝓpriam culpam.
Ex quo ſequitur ꝙ originale peccatū ſit vere culpa.
¶ Similē ſentētiā ponit Aug.in epl'a ad Marcellinum:
reſpōdēdo ad quoddā argumētū pelagij.d.nulla inquiūt
rōne conceditꝛ vt deꝰ qui ꝓpria peccata remittit:imputet
aliena.⁊ reſpōdet Aug.remittit:ſed ſpiritu regñatis:non
carne gñatis.Imputat vero nō iam aliena ſed ꝓpria.alie
na quippe erāt quādo hi qui ea ꝓpagata portarēt nōdum
erant.nūc vero carnali generatione iam eorum ſunt qui-
bus nōdum ſpirituali regeneratione dimiſſa ſunt.cū igi-
tur nulli imputetur niſi culpa:hic ꝓpria peccata naſcen-
tium vtiq; ſunt culpe illoꝝ.Ex his patet ꝙ modus dicēdi Hiſbe.in
cuiuſdam moderni doctoris:quē tamen ipſe nō aſſerit:ſed 2.ſ.d.30.
tantū probabiliter ponit:ſuſtineri nō poteſt.ait enī ꝙ pec-
catum ⁊ culpa poſſunt accipi dupl'r.vno modo ꝓprie pro
cōmiſſione vel omiſſione.cui eſt aliqua pena ſenſus recō-
penſanda.ſ.pro actu vitupabili mere volūtario.vel omiſ-
ſione vitupabili volūtaria.alio modo ꝯmuniter ꝓ effectu
peccati:ſicut ꝓ ignorātia vel difficultate que ſunt pene:⁊
vl'iter pro quacūq; pena ꝯſequente peccatū ſiue poſitiua
ſiue priuatiua.Primo modo,originali peccatū nō eſt cul
pa nec pctm̄.qꝛ nō cōmittiꝛ a ſciēte nec a libera volūtate.
Scđo modo eſt culpa.vñ ſic eſt culpa ꝙ pro illo nō retri-
buiꝛ aliqua pena ꝑ modū recōpēſationis:ſed ꝓuatio iuſti
tie:⁊ ſequens dānatio in infantibꝰ nō baptizatis ⁊ ignorā-
tia ⁊ difficultas in ceteris hoībꝰ ſunt in eis tanq; effectus
primi pcti Ade:nō tanq; aliqua recōpēſata pro peccatis
originalibꝰ:vnde errāt inquit hoīes eſtimātes ꝙ iſte pene
quos nos patimur ſint in nobis ad redimēdum peccatum
noſtrum originale.non enim propterea ſunt in nobis:ſed
ſunt in nobis tanq; effectus naturales nature corrupte
que conſequuntur naturaliter ex culpa primi parentis.
¶ Hoc confirmatur per Aug.tertio de lib.ar.vbi querit. Cap.40.
quare nos naſcimur cū ignorātia ⁊ difficultatibus ⁊ cru-
ciatibꝰ corporis ꝓpter peccatum Ade et Eue.⁊ reſpōdet
ꝙ ex illius damnati pena ⁊ mortales ⁊ ignari ⁊ carni ſub-
diti naſcimur.et ſubdit in alio.ca.ꝙ vt meliores gigneret Cap.41.
ꝗ ipſe eſſet non erat equitatis ⁊c.ex quibus oſtendit ꝙ
talia ſint in nobis non peccata:ſed pene peccati Ade vt
effectus naturaliter conſequentes penam illius.
¶ Confirmatur etiam:quia ibidem dicit ꝙ ſi anime hu- Cap.42.
mane ſint ſigillatim facte in vnoquoq; hominum non erit
naſcētibꝰ anima ignorātia et difficultas ſuppliciū pecca-
ti:ſed ꝓficiendi admonitio ⁊ perfectionis exordium.
¶ Hic modus dicēdi ꝗuis verus ſit quātum ad hoc qđ ꝯ hiſbe.
ait.peccatū originale non eſſe culpam primo:vt exponit. in.2.⁊c.
videlicet accipiēdo culpam pro cōmiſſione vel omiſſione
volūtaria:quoniā taliter culpa nō eſt niſi peccatū actua-
le.In eo tamē quod dicit peccatum originale eſſe preciſe
effectum vel penā conſequētem peccatū primi parētis et
non eſſe culpā cui retribuaꝛ pena recōpenſatiue nō conti
net ꝟitatem:ſicut ſufficienter ꝓbant inducta ſuperius.
¶ ꝓ.Aug.ſup pſalmū quinquageſimū:ſicut allegat Ma-
giſter in.30.diſ.ait.ꝙ nemo naſciꝛ:niſi trahēs penā ⁊ me-
ritū pene.certū autē eſt ꝙ meritū pene vtiq; culpa eſt:cui
pena debeꝛ:⁊ ex hoc ibidem cōcludit ꝙ peccatū origina-
le eſt culpa:huic ſil'r dicit Augu.lib.3.cōtra Iul'.vbi ait. Cap.6.
ꝙ mala ꝗ in hac trāſitoria vita patiunꝛ infantes ſub iuſto
et oīpotente deo nō irrogarenꝛ ſi nulla ex parentibꝰ mala
merita traherētur:⁊ infra dicit ꝙ genꝰ humanū ex initio Cap.7.



quo deſeruit deum trahit dānate originis noxā his oībꝰ
digniſſimā penis:niſi vbi parcit ratione diſpoſitionis oc-
culte inſcrutabilis ſapientia conditoris.Ex quibus etiā
patet propoſitum:nā quid eſt noxa digniſſima penis:niſi
culpa cui multe pene debentur:nec contra hoc eſt inten-
tio Augu.vbi allegatur per illum doctorem:quoniā etiā
peccatum originale qđ cōtrahit paruulus vtiq; pena eſt
peccati Ade:ſicut patet per Aug.lib.5.cōtra Iulianum.
et aliqualiter tactum eſt in auctoritate allegata ad oppo
ſitum queſtionis:et ideo pene que conſequuntur culpam
originalem ꝯſequenter etiā ſunt pene peccati Ade.qua-
propter non ex hoc concluditur peccatum originale pro-
prie acceptum non eſſe culpā cui pena debeꝛ. ¶ Ad aliā
Cap.9. dicendum eſt:ſicut ipſemet declarat in pͥmo retrac.ꝙ illa
verba dicta ſunt contra Manicheos qui negant peccatū
originale:quo negato predicta non eſſent ſupplicium pec-
cati:et tamen nec ſic culpādus eſſet deus:ſed laudādus:
⁊ hoc intendit ibi concludere. ¶ Ad rationē autem eius
quā innuit dicēdum.ꝙ non ſequitur peccatum originale
nō eſſe culpā quāuis nō ſit culpa talis qualem ipe deſcri-
bit.ſ.actualis cōmiſſio vel omiſſio:nā eſt et quedā culpa
habitualis vel quaſi habituale vitium.ſ.ad actualem cul
pā inclinās ⁊ talis eſt originale peccatum:qđ duplici ra-
tione poteſt dici culpa:vna eſt:qꝛ inclinatiuū ad culpā:⁊
hanc tangit Augu.in auctoritate allegata ad oppoſitum
queſtionis:cum ait.ꝙ concupiſcentia eſt peccatum:quia
ineſt illi inobedientia contra dominatum mētis:eſt enim
principium deſideriorum ſpiritualibus deſiderijs aduer
ſantium:alia ratio eſt:qꝛ eſt macula et vitiū dehoneſtans
naturā:vnde ſicut actualis culpa cōmiſſionis mentē de-
format ſic ꝙ ꝓpter eā iuſte pene debeꝛ anime deformate:
ſic ⁊ vitium huius dehoneſtat ⁊ inquinat mentem:ꝓpter
qđ penā iuſte mereꝛ:ſicq; illud vere dicitur culpa:⁊ hanc
Cap.39. rationem breuiter innuit Augu.lib.2.de gratia Chriſti ⁊
peccato originali.vbi dicit.ꝙ deus hominē dānat ꝓpter
vitium quo natura dehoneſtatur:non ꝓpter naturā que
vitio nō auferꝛ.Si dicas ꝙ eadem ratione alij habitus
vitioſi qui ex prauis actibus acquiruntur in hominibus
eſſent culpe:probabiliter reſpōderi poteſt:ꝙ etiā illi vtiq;
culpe ſunt anteq; eoꝝ reatus ꝑ penitentiā dimittaꝛ:ſicut
et originale vitium etiā culpa eſt anteq; ꝑ baptiſmū rea-
tus eiuſdem tollaꝛ:vt patebit ex ſequētibus:tā enim per
penitentiā q; ꝑ baptiſmum abſoluiꝛ anima a reatu et de-
coraꝛ grā:ꝑ quā etiā cōtra inclinationem vitioſam iuuā-
te deo fortis efficiꝛ:vt vitium in illa nō dominetur:⁊ ideo
nec illud poſt baptiſmum:nec iſta poſt penitētiā ſunt cul-
pe:hec tamen ſalua diligentiori deliberatione ſint dicta.
¶ Secunda cōcluſio.videlicet ꝙ peccatum orignale eſt
pena culpe.ſ.culpe actualis primi parentis:patet expſſe
Cap.5. per illud Apoſtoli ad Ro.5.per vnius.ſ.Ade inobedien-
tiā peccatores cōſtituti ſunt multi.i.omnes ſui:vt ait glo-
ſa.non pōteſt autem intelligi hoc:niſi de peccato origina-
li:quoniā non omnes deſcendentes ab Adam ſunt pecca-
tores alio peccato q; originali:qꝛ non paruuli:illius igiꝛ
inobedientia meritum fuit originalis peccati in ſuis:⁊ il-
lud eſt pena inobedientie illius:hoc etiā vult Aug.2.lib.
de baptiſmo paruuloꝝ.ad Marcellum.vbi ait.ꝙ pecca-
tum habitās in membris noſtris:ſic eſt peccatū:vt ſit pe-
na peccati.Idem etiā vult lib.5.cōtra Iulianum.Idem
etiā dicit Magiſter.diſt.32. ¶ Tertia cōcluſio.videlicet
ꝙ peccatū originale eſt cā culpe.ꝓbaꝛ auctoritate Aug.
in hypoñ.rñſione ſcđa.ex peccatore Adam genitore ſuo
Caym primus peccatum in vtero matris attraxit et ter-
tius homo natus eſt peccator ex vtero eius:mens īterna
primo peccato iam captiuata erat a diabolo.inde imbu-
tus eſt in zelum:inde inuidiā habuit et liuorem:inde non
morum imitatione homicidium:ſed voluntate precipita

tus admiſit.hinc habetur ꝙ ex primo peccato originali-
ter ex vtero tracto ⁊ zelus ⁊ inuidia:et tādem homicidiū
perdiderunt:⁊ hoc bene indicat illa dictio inde:que vtiq;
cauſalitas eſt nota.Item infra rñſione.5.ex peccato origi
nali dicit ꝓceſſiſſe adulterium atq; homicidium Dauid:
vnde cum deflendo illa diceret Dauid.Ecce in iniquita-
tibus conceptus ſum:exponendo dicit Augu.in perſona
Dauid:vitium ergo peccati ſeminatus ⁊ cōceptus de pa
rētibus ſumpſi:per qđ adulterium ⁊ homicidium ꝓpria
pctā cōmiſi.Ad idem eſt vna gloſa valde expſſa ponēs il-
lud.ego carnalis homo venūdatus ſum ſub pctō.gloſa.i.
ꝓcio male volūtatis Ade ſubiectus peccato.i.cōcupiſcē
tie:hāc enim nomīe peccati appellat:vnde oriunꝛ cūcta
pctā.i.ex carnali concupiſcētia:quicquid enim peccato-
rum eſt in dictis in factis in cogitationibus nō oritur:ni-
ſi ex mala concupiſcentia que a peccato facta eſt:⁊ ſi con
ſentiente traxerit atq; illexerit concipit paritq; peccatū:
a peccato ergo eſt:et peccatum niſi frenetur generat:hec
gloſa.hoc confirmat auctoritas Apoſtoli ibidem.d.occa
ſione accepta peccatū.gloſa.i.fomes peccati.ſ.vitium cō
cupiſcētie:qđ ⁊ carnalitas appellatur:⁊ hoc ſm Aug.eſt
originale peccatum ꝑ mādatum operatū eſt in me omnē
concupiſcentiā.gloſa:i.omne peccatum.

**Quantum** ad ſecundum articulum.videlicet ꝙ
eſt illud qđ vocatur peccatum origi-
nale eſt diuerſitas opinionum:nam venerabilis Anſel.in Anſel.
de conceptu virginali vult.ꝙ pctm̄ originale nihil aliud
eſt q; carentia originalis iuſtitie cum debito habendi il-
lam:et eum multi doctores antiqui et moderni ſequūtur.
Beatus vero Augu.in libris diuerſis vbicūq; de hac ma Augu.
teria loquitur per peccatum originale ītelligit ipſam car
nalem concupiſcentiā ſeu fomitē vel vitium concupiſci-
bilitatis:per qđ homo inclinatur ad actualiter cōcupiſcē
dum:vnde libro pͥmo de nup.et concu.ad Valerium di-
cit.ꝙ dimittitur concupiſcentia in baptiſmo:non vt non
ſit:ſed vt in peccatum non imputetur:⁊ poſtea dicit ꝙ vi-
tium prime natiuitatis erat originale peccatum:vbi pa-
tet expreſſe ꝓpoſitū. ¶ Itē lib.9.contra Iulianū ait ſic. Cap.28.
ego tāq; valitudinem malā ex origine vitiata ingenitum
homini eſſe dico vitium quo caro concupiſcit aduerſus
ſpiritum:⁊ de eodem paulo poſt ſubdit:ex iſto ⁊ cum iſto
hominis malo naſceretur homo ꝙ malū per ſeipſum tam
magnum eſt:et ad hominis dānationem atq; a regno dei
ſeparationem tm̄ habet obligationis:vt etiam ſi de parē-
tibus regeneratis trahatur non niſi quemadmodum in il
lis ſola regeneratiōe ſoluatur atq; hoc vno remedio ꝓpo
ſitus mortis a prole pellatur.Ex quo etiam clariſſime pa
tet propoſitum. ¶ Item pͥmo retrac.concupiſcentie rea- Cap.15.
tus in baptiſmate ſoluitur:ſed infirmitas manet.Conſtat
autem ꝙ ſolo peccato quis reus eſt.igitur ante baptiſmū
concupiſcentia eſt peccatum.Et ideo dicit gloſa ad Ro. Cap.4.
ſuper illo.Beati quorum remiſſe ſunt.ꝙ concupiſcentia
vel concupiſcibilitas que dicitur fomes peccati ante ba-
ptiſmum culpa eſt et pena:poſt baptiſmum autem pena
eſt et non culpa:et ibidem etiam expreſſe dicitur ꝙ cōcu-
piſcentia eſt originale peccatum:ſic igitur non eſt dubitā
dum quin fuerit intentio Augu.cui etiā in hoc conſonāt
gloſe ſup epiſtolā ad Ro.in pluribꝰ capitulis:vitium ex
origine tractum eſſe id qđ vocatur originale peccatum.
¶ Hanc eius ſententiam ſecutus eſt Magiſter:vt patet
in iſta.diſt.30.et ſequentibus.in quibꝰ tractat de iſta ma-
teria:et multi etiam antiqui ac moderni ſequūtur docto-
res:et ego licet aliquando:vbi hec materia non directe
diſcutiebatur dixerim aliqua ſupponendo oppoſitā opi-
nionem que ſatis etiam communis eſt:ſequor tamen eā-
dem ſententiam.Tum propter auctoritatem Aug.Tum
qꝛ magis cōſona videꝛ ꝟbis Apl'i.qui cū dixiſſet ad Ro. Cap.5.

per vnum hominem peccatum intrauit in mundum: que
verba de originali peccato intelligēda eſſe patet: tam per
expoſitiones ſanctorum ꝙ̄ per determinationem concilij
ſupius retractatā: ⁊ deinde de eodē plura alia ſubiecifſet.
Cap.6. poſtea ait. Qui enim mortui ſumus peccato. glo. in ba-
ptiſmo quomodo viuemus in illo: an ignoratis fratres: qꝛ
quicūqꝫ baptizati ſumus in chriſto Jeſu in morte ipſius
baptizati ſumus: ⁊ ſequit̄. ita ⁊ vos eſtimate fratres mor-
tuos q̄dē eē pctō: viuētes aūt deo in chriſto Jeſu dño no
ſtro: nō ergo regnet pctm̄ ī nr̄o mortali corpore: vt obediā-
tis concupiſcētijs eius ex quoꝝ ſerie verboꝝ innuitur eū:
cum concludit: non ergo regnet peccatū: de originali pec
cato loqui: ſicut et in premiſſis verbis conſtat eum fuiſſe
locutum: ⁊ cum addit vt obediatis concupiſcentijs eius:
manifeſte ſignificat ſe illud vitium qđ hominem ad cōcu
piſcēdū inclinat peccati nomine denotare. ¶ Ex quo vt
videt̄ ſatis apparet ꝙ Apoſtolus ipſam concupiſcētiam
intelligit eſſe originale pctm̄ non quidem ꝑ concupiſcētiā
intelligo actum concupiſcendi: ſed vitium: qđ etiam dici-
tur carnalitas et lāguor ⁊ fomes lexqꝫ membrorum que
paruulum habilem concupiſcētie facit: adultum autem
concupiſcentem reddit: vt dicit Ambro. et ponitur in glo
ſa ad Ro. vbi ſupra. et ꝑ Magiſtrum etiā recitat̄ in īfra.
diſt. 30. Nec tamen nego: quin etiā homo careat originali
iuſtitia: cuius eſt debitor ante baptiſmū. Sed huiuſmo-
di carentiā non dico eſſe originale peccatum: ſed potius
effectum originalis peccati: quemadmodū priuatio grē
effectus eſt actualis peccati mortalis. i. ꝙ ꝓpter morta-
le peccatum priuat̄ homo grā: ita ꝓpter originale pecca
tum non infundit deus anime originalē iuſtitiā. ¶ Sed
nunc reſtat dubium: que. ſ. res ſit concupiſcentia iſta ſeu
fomes. an. ſ. ſubſtantia ſeu carnis: ſeu anime: an accidens
aliquod. Et ſi accidens. an ſit accidens exiſtens in carne.
an exiſtēs in anima: ac etiā quicquid ipſa ſit dubium eſt
a quo cauſetur. ¶ Ad huius ſolutionem iuxta doctrinā
Aug. videtur primo eſſe dicendum. ꝙ concupiſcētia iſta
ſeu fomes non eſt ſubſtātia corporis: neqꝫ anime: ſed qua-
litas quedā: qđ patet p̄mo ꝑ eūdē. lib. p̄mo de nup. ⁊ ꝯcu-
piſcentia ad Val. vbi de iſta concupiſcentia loquēs ait.
Nō enim ſubſtātialiter manet: ſicut aliquod corpus aut
ſpūs: ſed affectio eſt quedā male qualitatis: ſicut lāguor.
¶ Item lib. 6. contra Jul. idem pluries dicit eā prorſus
negās ſubſtātiā eſſe. probatur etiā ratiōe: qꝛ ſi eēt ſubſtā-
tia eſſet vel corpus vel anima: aut ipſe homo ex vtraqꝫ cō
poſitus. nullū hoꝝ dari pōt. Tū qꝛ cū corpus p̄mi homi-
nis q̄ſi formatū p̄mo fuit fuerit eiuſdē rationis ⁊ ſpeciei:
cuius eſt cuiuſlibet alterius hominis corpus: et ſimiliter
anima eius: cum anima alterius: et ipſe homo cū alijs ho
minibus: ſequeretur ꝙ ipſe ſicut et nos habuerit origina-
le peccatum: qđ eſt erroneum: et ſimiliter idem ſequeret̄
de homine Chriſto: qđ etiā erroneum eſt. Tum quia cum
quodlibet predictorum deum habeat auctorem: a deo eſ-
ſet tale peccatum in nobis: qđ non eſt dicēdū. ¶ Secūdo
dicendum eſt: ſm̄ eūdē ꝙ eſt qualitas exiſtens in anima.
Cap.28. vnde ibidem contra Jul. Dixerunt inquit quidā Philo-
ſophi libidinem partem animi eſſe vitioſam: ⁊ vtiqꝫ pars
animi ſubſtātia eſt: qꝛ ſubſtātia eſt ipſe animus. Sed ego
ipſum vitium quo animus vel vlla pars iſto modo vitioſa
eſt libidinē dico. vt omni vitio ſanato ſalua ſit tota ſubſtā
tia: quia et illi Philoſophi locutione trepida mihi videā-
tur vitioſam partem animi appellaſſe libidinem: in qua
parte eſt vitium qđ vocatur libido: ſicut appellatur do-
Cap.11. mus pro eis q̄ ſunt in domo. ¶ Itē lib. 5. ꝯtra eūdem ait.
ꝙ primum peccatum homo totus impleuit: ⁊ ſtatim ſub-
dit: vt ergo anima ⁊ caro vtrūqꝫ pariter puniatur: niſi qđ
naſcitur renaſcendo emundetur: profecto aut vtrūqꝫ vi-
tiatum ex homine trahitur: aut alterum in altero tāqꝫ in

vitiato vaſe corrūpitur: vbi occulto iudicio legis diuine
includitur: hic aſſerit animam vitiatam: ⁊ certum eſt ꝙ lo
quitur de vitio originali a quo per baptiſmū emundatur:
Quis ſub dubio relinquat: an vitietur ex corpore: an ipſa
traducatur vitiata ex vitiata aīa patris. Ratione etiam
idipſum ꝓbatur: qꝛ ſola anima ſubiectum eſt culpe: cum
igitur peccatū originale ſit culpa: vt probatum eſt: ſequi-
tur ꝙ ſit anima tanqꝫ in ſubiecto: hoc etiā tenet Magiſter
in diſ. 31. ¶ Tertio dicendū eſt. ꝙ tale vitium cauſatur in
aīa ex vitio carnis / ſeu quadam morbida qualitate quā
ex libidinoſa concupiſcētia coeūtium parētum caro pro-
lis contrahit dum cōcipitur: ⁊ hoc expreſſe ponit Magi-
ſter. diſ. 31. ⁊ probatur etiam auctoritate Ambro. quā alle-
gat: ⁊ ponitur etiam in glo. ad Ro. 7. ecce inquit primi ho Cap.7.
minis corpus corruptū eſt per peccatū: ipſaqꝫ corruptio
per conditionē offenſionis manet in corpore robur tenens
diuine ſentētie date in Adam: cuius conſortio anima ma-
culatur peccato. Item allegat Aug. in de verbis Apoſto
li dicēs. Vitium concupiſcētie eſt quod aīa ex carne con
traxit. Ratione etiam probatur: qꝛ vel talis qualitas con-
creatur anime a deo / vel acquiritur ſibi ex actibus eius /
vel cauſatur in ea ex carne: cui adiungitur. primū non po
teſt dici: qꝛ deus non creat animam vitioſam / nec ſcđm: qꝛ
nullus actus ineſt anime anteqꝫ in ipſa ſit illud vitiū / ſeu
originale peccatum. Relinquitur ergo tertium cum non
appareat quid aliud rōnabiliter poſſit aſſignari pro cau-
ſa illius qualitatis. ¶ Cōtra iſta poteſt argui. ⁊ primo ꝓ
batur ꝙ hmōi concupiſcentia / ſeu fomes non ſit aliqua
qualitas cauſata in anima: ⁊ primo per auctoritatē Apo-
ſtoli ad Ro. vbi hanc concupiſcentiam dicit eſſe in mem- Cap.7.
bris: video inquit aliam legem in mēbris meis ⁊c̄. et pau-
lopoſt. Scio inquit: quia non habitat in me hoc eſt in car
ne mea bonū quod dictum eſt propter verbum quod pre-
miſit: ſed ꝙ habitat in me peccatum: cum igitur exponēs
quomodo in eo habitat dicat hoc eſt in carne mea: patet
manifeſte ꝙ non ponit illud eſſe in aīa. ¶ Secundo plu-
ralitas rerum non eſt ponenda ſine neceſſitate: nulla au-
tem neceſſitas eſt ponendi ipſam: quia omnem effectum
quem experimur in nos poſſumus ſaluare ſine illa: nam
pronitatem et inclinationē ad deſideria carnalia: videm⁹
etiā in brutis: in quibus tamē non dicimus eſſe fomitem /
aut qualitatem animam informantem ex qua inclinatur.
Item rebellionem appetituū ſine illa ſaluare poſſumus.
nam appetitui naturale eſt ſenſitiuo ferri in delectabile
ſenſualiter: appetitui aūt rationali non: ſed potius habet
delectari in bono honeſto: ⁊ ſm̄ rationem: et ideo abſqꝫ ali
qua qualitate ſuperaddita appetitus appetitui rebella-
ret: nihil autem aliud experimur ꝓpter quod talis quali-
tas ſit ponenda. igitur ⁊c̄. ¶ Confirmatur qꝛ nullus phi-
loſophoꝝ poſuit ꝙ homo naſceretur cum aliqua tali qua-
litate vitioſa que animā informaret: quinimo dixerūt vi-
tia ⁊ virtutes operibus ⁊ aſſuefactione in hominibus ge-
nerari: ⁊ tñ quecūqꝫ nos experimur experiebantur et ipſi.
¶ Tertio poſita ſola abſentia iuſtitie originalis et gratie
abſqꝫ alia qualitate vitioſa animam informante homo in
mala deſideria pelleretur: ſicut patet per Anſel. in de cō. Cap.5.
ver. vbi dat exemplum de fera indomita que ruptis vin-
culis ſeuit: et naui que dimiſſo gubernaculo in pericula
queqꝫ iactatur. igitur non ꝓpter hoc apparet neceſſitas
ponendi talem qualitatē. ¶ Quarto arguit vnus doctor
qꝛ nulla forma īmediate exiſtēs in anima poteſt naturali-
ter augeri / vel minui ſine vitali actu anime: ſed fomes au-
getur ⁊ minuitur ab alimentis corporalibus ⁊ medicinis
quibuſdā: ex quibus fit pronior ad carnales concupiſcen
tias etiam abſqꝫ vitali anime actu: ſicut docet experien-
tia. igitur ⁊c̄. ¶ Quinto idem ſic ſm̄ Philoſophum ſe-
cūdo ethi. oīa que ſunt in aīa ſunt paſſiones / vel potentie



vel habitus: ſed fomes non eſt potentia: quia tunc fuiſſet
in ſtatu innocentie: nec actus ſeu paſſio: quia tunc ceſſan-
te actu ceſſaret et fomes: nec habitus: quia non infuſus:
quia habitum vitioſum deus non infundit: nec habitus
acquiſitus: quia ille preſupponit actus ex quibus acqui-
ritur: fomes aūt eſt in homine ante omnem actum ſuum.
¶ Sexto. ſola mala diſpoſitio carnis ſine qualitate rece-
pta in anima poteſt reddere hominem pronum ad malū
et ineptum ad bonum: ſicut dictum eſt de cibarijs ad libi
dinem prouocantibus per que vtiqꝫ homo pronior fieret
ad concupiſcentias et ineptior ad continentiam. Itē ap-
paret in exemplo. ſi enim anima vniretur carni preuulne-
rate mox doleret ſm̄ exigētiam vulneris: cum tamen an-
tea nullus dolor feciſſet. Aliud exemplum eſt de anima
vnita corpori taliter diſpoſito: ſicut diſponitur in freneti-
cis et furioſis: quāuis nulla freneſis vel furia fuiſſet in
anima ſtatim fureret: et prona eſſet ad freneticos actus.
¶ Secundo poteſt argui contra illud. videlicet ꝙ talis
qualitas cauſetur in anima ex carne.
¶ Primo. ꝙ corpus non poteſt agere in ſpiritum: niſi co-
agente ſenſu: vel ſaltem non formā ſpiritualem aliam ab
actu cognoſcendi ⁊ appetendi: talis autem nō eſt fomes.
¶ Secundo. quia ſi cauſaretur ex forma exiſtente in car
ne illa etiam aucta augeretur et minuta minueretur: et
ſic totaliter poſſet in homine tolli fomes naturaliter: vel
etiam per artem medicine quod non eſt dicendum.
¶ Tertio. aut talis qualitas carnis inficiens animam
fuit in primo homine ante peccatum: ⁊ hoc non eſt dicen
dum: quia tunc ſequeretur ꝙ infecta fuerit eius anima
ante peccatum: quod eſt falſum: aut fuit in eo tātum poſt
peccatum: et tunc querendum eſt: que fuit illius cauſa:
non enim deus cum ipſe non immediate cauſet vitium in
anima: neqꝫ aliquid vitij neceſſario: et naturaliter cauſa-
tiuum: nec mala voluntas hominis peccantis: quod ma-
gis videretur: quia eadem ratione quilibet alius homo
ſuo malo voluntatis actu poſſet propriam carnem infi-
cere cauſando aliquam ſimilem qualitatem: quod non
videtur dicendum.
¶ Quarto. aut talis qualitas cauſatur in carne prolis
ex ſimili qualitate exiſtente in carne matris: aut ex qua-
litate exiſtente in ſemine alterius vel vtriuſqꝫ parentis:
non poteſt dici primum: quia ſequeretur ꝙ cōceptus per
miraculum abſqꝫ coniunctione maris et femine contra-
heret originale: cuius oppoſitum dicere omnes ſancti vi-
dentur: nec ſecundum: quia eſto ꝙ in ſemine aliqua talis
qualitas eſſet: tot tamen tranſmutationibus tranſmuta-
tur anteqꝫ ſit corpus prolis formatū: vt nulla talis quali-
tas videatur poſſe in prolis corpore remanere.
¶ Ad primū dicendū ſm̄ Aug. lib. 1. de nup. et de cōcu.
ꝙ carnem appellauit Apoſtolus illam anime naturam
vbi eſt morbidus quidam carnis affectus non ipſam cor-
Cap.20. poris conformationem: et lib. 5. contra Julianum. dicit.
ꝙ anime cupiditates ꝓpterea carnis dicuntur: quia ſm̄
carnem anima concupiſcit: cum ſic cōcupiſcit: vt ei ſpiri-
tus. i. ea pars eius melior et ſuperior debeat repugnare.
¶ Ad ſecundam dicendum. ꝙ minor eſt falſa: et quod di
citur de pronitate brutorū non valet: quia pari modo poſ-
ſet dici ꝙ vitioſi habitus non acquiruntur in anima qui-
bus homo ſit pronus ad actus vitioſos quod ſm̄ omnes
eſt falſum: et patet aſſumptum: quia videmus etiam bru-
ta aliqua eſſe prona ad luxuriam: aliqua ad iram: que-
dam ad deceptionem et aſtutiam: et quedam ad edaci-
tatem: et ſic de alijs actibus ſimilibus his: ad quos incli-
nantur homines habitualiter vitioſi: ⁊ tamen in brutis ta
les habitus in anima non ponuntur. dicendū igit̄ ꝙ ſicut
tales pronitates alijs aīalibus inſunt a natura: hominibus
autem ꝑ vitia naturā deprauātia: ſic ⁊ talis carnalis ꝓni-

tas cōgenita homini nō ſibi ꝑ naturā conuenit: ſed ꝑ vitiū
ita vt etiā quātum ad hoc nō per naturā: ſed ꝑ vitium cō-
paretur homo iumentis: ⁊ ſimilis eis factus intelligatur.
Quod cōfirmat̄ expreſſe per Augu. lib. 2. de grā Chriſti Cap.pen̄.
⁊ peccato originali. vbi ait. ſi homo in honore poſitus ⁊ nō
intelligens cōparatur pecorib⁹ eiſqꝫ ſimilis fit: non tamen
vſqꝫ adeo fit: vt pecus fit. cōparatur nāqꝫ per vitiū nō per
naturā: nō pecoris vitio: ſꝫ nature: tante nāqꝫ excellētie eſt
in cōparatione pecoris hō: vt vitiū hoīs natura ſit pecoris.
¶ Ad cōfirmationem primā. Ad id quod additur de re-
bellione appetituū: dicēdum ꝙ abſqꝫ qualitate ſuꝑaddi
ta nō eſſet rebellio qualē experimur videlicet cū ꝓnitate
ad delectabile ſm̄ ſenſum ⁊ difficultate ad oppoſitum.
¶ Ad cōfirmationem dicēdum. ꝙ philoſophi vtiqꝫ hanc
pronitatē experiebātur ⁊ congenitā nobis faſſi ſunt: ſicut
in. 4. libro cōtra Julia. probat Aug. ex dictis Platonis:
et etiā Tullij de repu. vbi libro. 3. dicit hoīem editum aīo Cap.36.
ad libidines pronū: ſed vt ſubdit Augu. iſte Tullius rem
vidit. cauſam neſciuit: latebat enī eū cur eſſet graue iugū
ſuꝑ filios Adam: qꝛ ſacris litteris nō eruditus ignorabat
originale peccatū. Et infra. idem de oībus philoſophis
generaliter. Quid inquit illi didicerāt: ⁊ quid locuti fue Cap.47.
rant de p̄mo homine Adam et eius cōiuge de prima eorū
preuaricatione ⁊c̄. et ſequitur. harū litterarū atqꝫ huius
veritatis exptes: quid de hac re ſapere potuerunt: vnde
dico ꝙ quia nō cognouerūt aliquē hoīem aliquādo fuiſſe
ſine tali carnali libidine ⁊ pronitate nō cognouerūt ex ali-
quo accidēte vitioſo talem pronitatē animis hoīm ineſſe.
¶ Ad tertium dicēdum: ꝙ quāuis homo carens gratia
et originali iuſtitia abſqꝫ alia qualitate vitioſa laberetur
in mala deſideria: veriſimile tamē eſt ꝙ non omnes ſic vni
uerſaliter determinate ad paſſiones cōcupiſcentie ex ori-
gine inclinarētur: niſi aliquod vitium ſpeciale cōgenitum
eſſet cuilibet: incitans ad eiuſmodi deſideria.
¶ Preterea. Qꝛ vltra carentiam originalis iuſtitie tale
vitium ſit cōgenitum ſatis indicat illa parabola vulnera-
ti qui nō ſolum fuit gratuitis ſpoliatus: ſed etiā impoſitis
plagis in naturalibus vulneratus: quod nō videtur bene
poſſe intelligi: niſi ꝑ plagā vitium naturā inficiens capia-
mus. ¶ Ad quartū dicēdum: quicquid ſit de maiore po-
teſt negari minor: ⁊ quod dicitur ex aliquibus medicinis
et alimentis hominē fieri proniorem: dicēdum ꝙ hoc non
eſt: quia ex eis immediate intendatur fomes: ſed quia ex
eis cauſantur vel intendūtur alie corporales qualitates:
quibus etiam coadiuuātibus anima trahitur ad ſimiles
paſſiones: ſicut ⁊ per augmentum fellis aut cholere faci-
lius ⁊ vehementius homo iracūdus incitatur ad iram: et
tamen habitus iracūdie non augetur immediate ꝑ tales
corporales qualitates: aut eorū extrinſecas cauſas abſqꝫ
vitali anime actu: ⁊ ex hoc etiā patet defectus argumēti:
quia ſimili modo probaretur ꝙ in anima non eſſet habi-
tus iracundie aut luxurie vel accidie: aut aliquis alius
inclinatiuus ad paſſiones: ad quas etiam per corporalia
alimenta experimur nos magis diſponi: quod tamen fal-
ſum eſt ſm̄ omnes. ¶ Ad quintum dicēdum: ꝙ eſt habi-
tus nō a deo infuſus: nec ex operationib⁹ anime: cui ineſt
acquiſitus: ſꝫ ex feda qualitate carnis generatus: ⁊ talem
habitū Philoſophus nō cognouit: ideo eius auctoritas
in hac parte non eſt ponderāda: ſicut etiam de alijs ſupra
tactū eſt: ⁊ pulchre de hoc loqtur Aug. cōtra Jul. lib. 4.
¶ Ad ſextū dicēdum: ꝙ quicquid ſit de alijs malis ꝓni-
tatibus hominis: ⁊ quicquid etiam foret poſſibile per dei
potentiam de iſto: de facto tamen talis pronitas nō eſt ex
ſola mala carnis diſpoſitione: nec ex aliqua etiam diſpo-
ſitione carnis poſſibili naturaliter prouenire ex cibis: aut
alijs alterantibus rebus: ex quibus cōmuniter in homi-
nibus diſpoſitiōes et complexiones corporum variātur:

et huius euidens probatio eſt:quoniã cum qualibetcũq̃
corporalibus diſpoſitionibus : et quantũcunq̃ diuerſis
vel contrarijs ſtat pronitas iſta: vnde cũ tali quilibet na=
turaliter conceptus naſcitur:⁊ in nullo donec mortali vi=
uit in corpore : niſi ꝑ gratuitum ac ſingulare beneficium
dei conſumitur:ſi tamen in aliquo conſumat̃. ¶ Ad alia
quibus arguitur.ꝙ talis qualitas nõ cauſetur in anima
ex carne. ¶ Ad primum cum dicitur.ꝙ corpus non po=
teſt agere in ſpiritum non coagente ſenſu.dicendum hoc
eſſe falſum:intelligendo ſimpliciter de qualibet actione:
q̃uis difficile et forte impoſſibile ſit in aliquo dare inſtã=
tiam:non ideo tamen hoc negãdum eſt eum:et ſancti hoc
dicant:et oppoſitum nõ poſſit ſufficienter probari. ¶ Ad
ſecundum abſq̃ aſſertione temeraria . dico ꝙ illa quali=
tas carnis ex qua cauſatur fomes in anima non augetur
nec minuitur eſſentialiter in homine:quia ſicut nõ eſt ge=
nerabilis ex aliquibus corporalibus qualitatibus : niſi
ex his que in ſemine ex feruore coitus : et ardenti libidi=
ne cauſantur : ſic nõ eſt ex alijs augmentabilis:nec ex ea=
rum contrarijs minuibilis. ¶ Secũdo dico.ꝙ quicquid
ſit de illa tamen fomes qui eſt in aĩa non minuitur actio=
ne quarũcũq̃ corporalium qualitatum : vnde de hoc lo=
Cap.20. quens Aug.lib.5.contra Julianum. Alie inquit ſunt re=
rum corporalium qualitatem que ſecum a cõtrarijs tem
perantur : et alie ſunt anime cupiditates que propterea
carnis dicuntur:quia ſm carnem anima concupiſcit ⁊c̃.
vt ſupra allegatum ⁊c̃.et ſequitur. Deinde iſta vitia non
medicos vllos corporum querunt:ſed gratia Chriſti me=
diante cauſantur prius vt reatu non teneant ⁊c̃. ex quo
clare patet de originalibus vitijs eum loqui. ¶ Ad ter=
tium dicendum.talem qualitatem non fuiſſe in homine
ante peccatum:ſed poſt cum queritur a quo fuit cauſata.
Adã in ſe= Reſpondet quidam doctor ꝙ ex cibo vetito quem come=
cunda le= derunt:alterauit enim:et quaſi itoxicauit carnem eorum
ctura. ad corruptionem miſerã quã nunc ſentimus:hec reſpon=
Cap.37. ſio ſtare non poteſt : nam expreſſe eſt contra Augu.lib.4.
contra Julianum. qui Juliano ſic arguenti ſi in fructu li
gni illius hec fuit libido:ſcilꝫ cauſaliter a deo facta mon=
ſtratur:ac per hoc bona quoq̃ ipſa defenditur ait Augu.
Sed reſpondetur etiam non in fructu ligni fuit libido:et
ſubdit:abſit enim vt deus de ligno bono cuicũq̃ etati il=
lorum hominum quocũq̃ tempore beneficium tale con=
ferret:vt haberet in membris aduerſariam contra quam
pudicitiam dimicaret. Reſpondeo igitur ſm ſententiam
eiuſdem hypoñ.reſponſione.4.ꝙ ex flatu illius veneno ſi
ſerpentis in quo diablus illos tẽtauit caro illorum deo ſe
propter inobedientiam ſeu peccatum ab ipſorum custo=
dia auerſante ſeu eos nõ preſeruãte: ſicut ſi nõ peccaſſent
preſeruaſſet tali mala qualitate infecta eſt : nec mirum:
cum etiã ex ſibilo quorũdã ſerpentum.vt ibi dicit Augu.
Aliquando homines afflati ſubito intereant: aliquando
ad interitum grauiter vrgeantur . Et ideo hec ſententia
per eum fuit declarata:inferius ſubdit Augu.poſt pec=
catum vero:vt iam ſuperius diſputatum eſt ſibilo vene=
noſi ſerpentis:cuius calidis decepti ſunt blandimentis
hanc inquietam ⁊ mortiferam peſtem eorum corpora cõ
ceperunt : et per legitimum vſum poſtea q̃ꝫ de paradiſo
proiecti ſunt in poſteros tranſmiſerunt. ¶ Ad quartum
dicendum.ꝙ ex qualitate exiſtente in ſemine:iuxta illud
Job. Quis poteſt facere mundum de immundo conce=
ptum ſemine: nec valet qđ dicitur de multiplici tranſmu
tatione ſeminis:quoniam per nullam trãſmutationem na
turalem illa qualitas tollitur : ſicut ex dictis ſupra ſatis
patere poteſt.

**Quantum** ad tertium articulũ. An videlicet in
vno homĩe ſit vnum tm̃ originale pec
catum:licet fuerit opinio magnorũ doctorum.ſ. Prepo=
ſitini et Altiſſiodorẽ.ꝙ non vnum tm̃: ſed plura origina=
lia peccata ſunt in vno homine:teneo tamen cum Magi=
ſtro in diſt.33. qui expreſſe dicit.ꝙ vno tm̃ et nõ pluribus
peccatis paruuli obligati ſunt : et eum communiter alij
doctores ſequũtur:pro hac parte etiam expreſſe videtur
eſſe Auguſt.in enchi. Poteſt etiam probari ratione:nam Cap.48.
vt patet ex dictis originale peccatum nõ eſt aliud q̃ꝫ car= et.51.
nalis illa concupiſcentia quã pueri anima cõtraxit:cum
coniungitur carni infecte : ſed non ſunt plures tales con=
cupiſcentie in eodem . igitur nec plura originalia pecca=
ta.et ſi dicatur ꝙ concupiſcentia eſt nomen generale con
tinens ſub ſe plures ſpecies vitiorum et concupiſcentia=
rum:ſicut carnis concupiſcentiam:concupiſcentiam ocu
lorum et ſuperbiam vite:dicendum ꝙ licet ita ſit:non ta=
men quelibet concupiſcentia : ſed concupiſcentia carnis
tm̃ que et alio nomine appropriate dicitur libido eſt vi=
tium illud:quod dicitur peccatum originale:quoniam il
la tm̃ eſt communis omni per eã naſcenti:non enim aliud
aliquod vitium contrahitur ex cõceptione a quolibet ho
mine:ab hac autẽ nullus concupiſcentialiter conceptus
venit immunis:hoc etiam fauet ꝙ vbicunq̃ contra Pe=
lagianos Augu.diſputat de originali peccato innuit ma
nifeſte concupiſcentiam iſtam carnalem eſſe quam dicit
originale peccatũ. Atteſtatur quoq̃ huic ꝙ in his mem=
bris ſingulariter poſt tranſgreſſionem primorum paren=
tum indecens motus apparuit per que ſpecialiter carna
lis libido ſuum exijt in actum. ¶ Sed contra hoc poteſt
argui. Primo.quia dictum eſt in tertia concluſione pri=
mi articuli.per vnam gloſam ibi allegatam.ꝙ ex concu=
piſcẽtia que eſt originale peccatum omnia alia hominis
peccata proueniunt : hoc verum non eſſet ſic determina=
te ſumendo concupiſcentiam:quia non omnis actus ma=
lus ex vitio tali generatur. ¶ Secundo.per rationes te=
nentium originalia eſſe plura vna ex auctoritate prophe=
te.d.pluraliter. Ecce in iniquitatibus conceptus ſum:et
in peccatis concepit me. Alia eſt ex quadam gloſa ſuper
Numeri.que dicit.ꝙ ſeptem ſunt fomites:vbi loquitur
de ſeptem carnalibus vitijs ad que pronus eſt homo ab
adoleſcentia ſua. ¶ Ad primum dicendum.ꝙ non eſt in=
telligendum omne peccatũ immediate ex vitio originali
naſci:ſed mediate vel immediate:nã vt ſupra dictum eſt:
propter huiuſmodi vitium quod anima contrahit priua=
tur ipſa tam gratia q̃ꝫ originali iuſtitia : quibus priuata
non valet reſiſtere tẽtationibꝰ peccatorum. ¶ Ad ſecun=
dum reſpondet Magiſter ex dicto Augu.in enchi.ꝙ ibi
pſalmiſta vtitur plurali numero pro ſingulari : ſicut et in
Exod.ſcribitur. Fecerunt ſibi deos aureos:cum vnũ vi= Cap.48.
tulum fecerunt . Huic ſolutioni fauet etiam gloſa ad
Roma.4.que illud. Beati quorum ⁊c̃.exponit ſingula= Cap.4.
riter.i.originale peccatum . ¶ Ad tertium dicendum.ꝙ
non omnis fomes eſt originale peccatum:ſicut etiam nec
omnis fomes trahitur ex origine:non enim puto quẽlibet
hominem quodlibet vitium habere cum naſcitur:nec op=
poſitum dicit glo.illa.

**Quantum** ad articulũ quartũ vtrũ.ſ. originale
peccatum tollatur in baptiſmo : pa=
tet iam aliqualiter ex quibuſdam dictis in arti.ſecundo
ꝙ aliquo modo tollitur : et aliquo modo manet poſt ba=
ptiſmum:nam tollitur quo ad reatum:nõ tollitur autem
quo ad eſſentiã:hoc eſt quod vitium illud ſiue qualitas
illa que dicitur concupiſcibilitas: et eſt ante baptiſmum
originale peccatum manet quidem ſm eſſentiam ſuam
etiam poſt baptiſmum:non manet autem quo ad reatũ.i.
non per eam eſt homo poſt baptiſmum reus dãnationis
eterne:ſicut erat ante baptiſmum. Et ideo dicit Auguſt.
lib.2.de gratia Chriſti et peccato originali. Obeſſet iſta Cap.38.
carnalis concupiſcentia etiam tantũmodo ꝙ ineſſet : niſi



peccatorum remiſſio ſic prodeſſet:vt que in eis eſt : et na=
to et renato:nato quidem et ineſſe et obeſſe:renato autem
ineſſe quidem:ſed non obeſſe poſſit. Intãtum enim obeſt
natis:vt niſi renaſcantur nihil poſſit prodeſſe:ſi nati ſunt
de renatis:manet quippe in prole : ita vt ream faciat ori=
ginis vitium etiam ſi in parente reatus eiuſdem vitij re=
miſſione ablutus eſt peccatorum . Item lib.1.de nup.et
concupiſcẽtia.vt ſuperius allegatum eſt. Dimittitur in=
quit in baptiſmo concupiſcentia: non vt non ſit : ſed vt in
peccatum non imputetur: eſt igitur et in baptizato origi=
nalis concupiſcentia ſeu fomes:ſed ipſa non eſt in eo pec=
catum:ac per hoc proprie loquendo de peccato.ſ.pro cul
pa:nec ipſe baptizatus habet originale peccatum:hoc enĩ
eſt non habere peccatum non reum eſſe peccati : vt dicit
Auguſt.ibidem. ¶ Confirmatur hoc etiam per eundem.
Cap.7. lib.2.cõtra Julianum.vbi dicit.ꝙ in baptiſmate fit om=
nium remiſſio peccatorum:et cum baptizatis quaſi ciui=
le bellum interiorum remanet vitiorum : non enim talia
ſunt inquit vitia que iam.ſ.poſt baptiſmum peccata di=
cenda ſint:ſi ad illicita opera ſpiritum concupiſcentia nõ
trahat:ante baptiſmum igitur originale vitium peccatũ
erat:poſt baptiſmum autem ſi eſt:nõ tamen eſt peccatum
accipiendo proprie peccatum.ſ.pro culpa:et hoc etiã cõ=
cordat vni gloſe ſuperius ſecundo articu.allegate. dicit
etiam frequenter Augu.et Magiſter etiam ꝙ peccatum
originale in baptiſmo tranſit reatu et remanet actu: quo=
modo autem intelligendum ſit tranſire reatu:patet ex di=
ctis:ſed quomodo dicatur remanere actu: ipſe Auguſt.
Cap.31. exponit lib.6. contra Julianum.ſic dicens actu manet
non quidem abſtrahendo et illiciendo mentem eiuſq̃ cõ=
ſenſu concipiendo et pariendo peccata:ſed mala quibus
mens reſiſtat deſideria commouendo. Ipſe quippe mo=
tus actus eſt eius q̃uis mente non conſentiente deſit effe
ctus. Ineſt enim homini malum:⁊ preter iſtum actum.i.
preter hũc motum : vnde ſurgit hic motus quem motum
dicimus deſiderium:non enim ſemper eſt deſiderium cõ
tra quod pugnemus:ſed ſi tunc non eſt quãdo non occur
rit quod concupiſcitur ſiue animo cogitãtis: ſiue ſenſibi=
libus corporis fieri poteſt:vt inſit qualitas mala: ſed nul=
la ſit tẽtatione commota: ſicut ineſt timiditas homini ti=
mido:et quando non timet. ¶ Notandum etiã eſt:ꝙ etiã
quo ad eſſentiã talis qualitas non manet integra:quinim
mo eius eſſentia aliqualiter diminuitur in baptiſmo . vt
probat Magiſter in.32.diſt.auctoritate Augu.in de ba=
ptiſmo paruulorum.lib.primo. Et ideo cum dico ꝙ non
tollitur quo ad eſſentiã intelligo ꝙ non totaliter tollitur:
ſed remanet pars eius:vnigenea tamen toti et parti que
per baptiſmi gratiã tollitur. Solutio huius articuli pre=
miſſa:quomodo.ſ.tollatur peccatũ originale ꝑ baptiſmũ
Cap.8. trahitur ex verbo illo Apoſtoli ad Rom̃. Nihil ergo nũc
dãnationis eſt his qui ſunt in Chriſto Jeſu qui non ſm
carnem ambulant:vbi gloſa : et ſi lex in membris eorũ re=
pugnat legi mentis tamen nihil dãnationis eſt : quia per
gratiam baptiſmatis et lauacrum regenerationis ſolu=
tus eſt:⁊ ipſe reatus cum quo eras natus:⁊ quicquid an=
tea conſenſiſti male concupiſcentie:ſiue cogitatione : ſiue
locutione:ſiue actione . His etiam concordat Magiſter
Cap.37. et Hugo de ſacra.lib.1.parte.7. ¶ Ad argumentum.q.
cum primo probatur peccatum originale non eſſe culpã:
quia omnis culpa eſt voluntaria.dicendum eſt ſm Aug.
Cap.13. primo retrac.ꝙ hoc eſt verum de ea culpa: que ita eſt cul
pa:ꝙ non eſt etiam pena culpe et eandem ſententiam po=
nit.c.15. Nunc autem peccatum originale:vtiq̃ etiam pe
na eſt culpe:vt ſupra dictum eſt. Aut ſm eũdẽ in eiſdem
capitulis poteſt reſponderi.ſ.ꝙ omnis culpa eſt volunta=
ria vel in ſe vel in ſua cauſa:peccatum autem originale:
et ſi ſm ſe non eſt voluntarium:ſua tamen cauſa.ſcilicet
actuale peccatũ Ade fuit voluntarium. ¶ Ad aliud quo
probatur.ꝙ non eſt pena: qꝛ vel eſſet inflicta pro culpa ꝓ=
pria/vel pro culpa primi parẽtis. dico ꝙ pro culpa primi
parẽtis: ⁊ cum dicitur ꝙ non infligitur alicui homini pe=
na pro culpa alterius. dicendum eſt hoc eſſe falſum:ſicut
bene probat ex ſacra ſcriptura Auguſt.lib.6.contra Jul. Cap.45.
¶ Ad auctoritatem vero ꝓphete dicẽdum ꝙ ſicut ibidẽ
dicit Aug.⁊ pulchre ꝓbat:illa ꝓmiſſio itelligẽda eſt eſſe
teſtamenti noui et ſpiritualis hereditatis ad alterũ ſecu=
lum pertinentis. vnde qui ante baptiſmum qando adhuc
pertinet ad vetus teſtamẽtum iniquitatem portat patris:
ſic ꝙ eſt reus dãnationis eterne:per baptiſmum regenera
tus in Chriſto ⁊ annumeratus filijs gratie ⁊ noui teſtamẽ
ti ab illo reatu liber efficitur. Ideo Aug.ait. Carnalis ge
neratio etiam populi dei pertinens ad teſtamẽtum vetus
quod in ſeruitute generat parentũ peccatis obligat filios
ſpiritualis aũt generatio:ſicut hereditatẽ:ita penaꝝ/atq̃
premiorum cõminationes ꝓmiſſioneſq̃ mutauit:⁊ paulo
poſt ad idem. In hoc igitur teſtamento nouo:per ſangui=
nem mediatoris deleto paterno chirographo incipit ho=
mo paternis debitis non eſſe obnoxius renaſcẽdo qui na=
ſcendo fuerat obligatus.

¶ Diſtinctionis.xxx.xxxi.xxxij.et.xxxiij.
Queſtio ſecunda.

**SEcundo** circa eandẽ mate=
riã de peccato ori
ginali: qꝛ cõmuniter tenetur ꝙ tra
ducit̃ in oẽs hoĩes vtriuſq̃ ſexus
parentum cõmixtio naſcẽtes/ nec
eſt dubium apud doctores de ali=
quo : an ab hac lege ſit exemptus:
niſi de glorioſa virgine matre dei:
ideo quero.vtrũ ipſa fuerit conce=
pta cuꝫ peccato originali. ¶ Et arguo ꝙ non. Primo ex
auctoritate Aug.in de natura ⁊ gratia.d. Cum de pecca=
tis agitur nullam de ea volo habere queſtionem. ⁊ loqui=
tur de matre domini:hoc aũt non ob aliud dixit:niſi quia
firmiter tenuit nullum omnino in ea fuiſſe peccatum.
¶ Secundo ex auctoritate Anſelm̃.in de concep. vir. d. Cap.18.
Nempe decens erat:vt ea puritate qua maior ſub deo ne=
quit intelligi virgo illa niteret. Sed conſtat ꝙ ſi contraxiſ
ſet originale maior puritas ſub deo puritate illius non ſo=
lum intelligi:ſed etiam eſſe poſſet.ſ.puritas:tam ab origi=
nali/ q̃ꝫ ab alijs. ¶ Tertio ſi fuiſſet concepta in originali
non poſſet licite de ſua conceptione feſtum in eccleſia ce=
lebrari : quod non eſt dicendum : cum multe eccleſie iam
antiq̃ta cõſuetudine illud ſumma veneratiõe cõcelebrẽt.
conſequentia patet : cum pro nullo peccatore pro tempo=
re quo peccator eſt ſit feſtum celebrandum:fuiſſet autem
beata virgo peccatrix originali peccato.

**Ad oppoſitum** ad Roma.5. per vnum homi= Cap.5.
nem peccatũ intrauit in quo
omnes peccauerunt. Et Leo papa in ſermo.de natiuita=
te domini ait de ipſo : ꝙ ſicut nullum a reatu liberum re=
perit:ita ſaluandis omnibus venit:reatus autem preſup=
ponit pro preſenti / vel pro preterito originale peccatum
in illo.

**In hac queſtione** tres erunt arti. Primus.
an ipſa virgo beata fuerit
concepta cum originali peccato. Secundus.an fuerit na
ta cum originali peccato. Tertius.an vnq̃ in vita iſta fue
rit extinctus totaliter in ea fomes originalis peccati.

**De primo** quia non queritur. an fuerit poſſibile
eam concipi ſine tali peccato. Sed an
de facto fuerit ſine illo concepta : cum de hoc per huma=

nam rationem certitudo haberi non poſſit.in hac parte
id potius tenēdum mihi videtur:quod magis conſonum
eſt ſacre ſcripture et dictis ſanctorum:et ideo abſq; preiu
dicio melioris ſententie: et ſalua ſemper reuerentia ma-
tris dei.dicendum mihi videtur eam fuiſſe cum origina-
li peccato conceptam. ¶ Ad hoc autem primo moueor:
quia ſcriptura vbicunq; de hoc loquitur vniuerſalem de
omnibus ſine exceptione profert ſententiam: et ab omni-
bus expoſitoribus vniuerſaliter de omnibꝰ naturali mo-
do naſcentibus intelligitur: ex quo ſequi videtur ꝙ ali-
quem inde excipere ſit ſacre ſcripture contradicere.
¶ Confirmatur per Augu.in de perfec.iuſtitie.circa fi-
nem dicentem ſic. Quiſquis ergo fuiſſe vel eſſe in hac vi
ta aliquem hominem vel aliquos homīes putat excepto
vno mediatore dei et hominum: quibus neceſſaria non
fuerit remiſſio peccatorum contrarius eſt diuine ſcriptu
re:vbi Apoſtolus dicit. Per vnum hominem peccatum
intrauit in mundum:et per peccatum mors: et ita in om-
nes homines pertranſijt:in quo omnes peccauerunt:cer-
tum eſt autem ꝙ hec verba Apoſtoli ſm omnes intelligē
da ſunt de peccato originali: remiſſio autem peccati pre-
ſupponit peccatum.igitur ſi cuilibet fuerit neceſſaria re-
miſſio originalis peccati quilibet ipſum contraxit.
¶ Secundo.moueor ex dictis aliorum ſanctorum qui
expreſſe ea dixerunt ex quibus hoc de neceſſitate infer-
Cap.39. tur.vnde ſicut recitat Augu.2.lib.de gratia chriſti ⁊ pec
cato originali. Beatus Ambro.ſuper Lucam.ait. So-
lus enim per omnia ex natis de femina ſanctus.d. Jeſus
qui terrene contagia corruptibile immaculati partus no
uitate non ſenſerit et celeſti maieſtate depulerit. Si au-
tem ipſe ſolus.igitur nullus alius: et per conſequens nec
beata mater eius. Jtem idem ſuper Jſa.vt etiam recitat
ibidem Auguſt.loquens de Chriſto.de ſpiritu ſancto in-
quit natus abſtinuit a peccato: omnis enim homo men-
dax et nemo ſine peccato niſi vnus deus. Seruatū eſt er-
go vt ex viro et muliere.i.per illam corporum commixtio
nem nemo videatur expers eſſe delicti. Qui autem ex-
pers delicti:expers etiam huius conceptionis. Ex pri-
ma parte auctoritatis: cum ait. Nemo ſine peccato ni-
ſi vnus deus:manifeſte infertur propoſitum: et ſimiliter
ex ſecunda.cum conſtet ꝙ beata virgo nō fuit expers cō-
ceptionis que eſt per commixtionem mulieris et viri.
¶ Preterea. Augu.lib.1.de nup.et concu.dicit.ꝙ ideo
Chriſtus non de concubitu naſci voluit:vt hinc etiam do
ceret omne quod concubitu naſcitur carnem eſſe pecca-
ti quandoquidem ſola que non inde nata eſt non fuit ca-
Cap.36. ro peccati. ¶ Amplius lib.5.contra Julianum.negan-
tem paruulos contrahere originale peccatum.ait. Si ſi-
ne dubio caro Chriſti non eſt caro peccati:ſed ſimilis car
ni peccati: quid reſtat vt intelligamus: niſi ea excepta
omnem reliquam humanam carnem eſſe peccati:et pau-
lopoſt ſubdit. Ceterum corpus Chriſti inde dictum eſſe
in ſimilitudīe carnis peccati: quia omnis alia hominum
caro peccati eſt:quiſquis negat et carnem Chriſti ita cō-
parat carni naſcentium ceterorum hominum:vt aſſerat
vtrāq; eſſe puritatis equalis:deteſtādus hereticus inue
nitur:nec videtur poſſe dici ꝙ ipſe intelligat ſolum de eo
qui aſſerit omnium aliorum hominum carnem eſſe equa
lis puritatis cum carne Chriſti:ſed vt patet ex pmiſſis.ſ.
ꝙ illa ſola eſt excepta humana:oīs reliqua caro eſt pecca
ti:manifeſte colligitur ꝙ itelligit de eo qui aſſerit aliquā
aliā humanā carnē eſſe equalis puritatis cū carne Chri
ſti:⁊ loquitur determinate de puritate ab originali pctō.
¶ Et confirmatur iſtud euidenter per eundem.10.ſuper
Cap.23. Gen.dicentem ſic. Proinde corpus Chriſti ꝗuis ex car-
ne femine aſſumptum eſt que de illa carnis peccati pro-
pagine concepta fuerat. Tamen quia non ſic in ea conce-
ptum eſt:quomodo fuerat illa cōcepta:nec ipſa erat caro
peccati:ſed ſiītudo carnis peccati:vbi clare apparet eū
ſenſiſſe carnē beate virginis fuiſſe carnē peccati:ac ꝑ hoc
ſm ipm qui oppoſitū aſſerit hereticus iuenitur. Jtem de
fide ad Pe.quia ſine libidine inquit nō eſt parentū concu Cap.2.
bitus ob hoc filiorū ex eorū carne naſcentiū nō poteſt ſine
pctō eſſe conceptus:ſed cōſtat ꝙ nec beata ꝟgo:nec aliqs
hō alius pter chriſtū cōceptus eſt ſine cōcubitu parentū.
igitur ſm Auguſt.tam ipſa ꝗ quilibet alius a chriſto cō-
ceptus eſt cū originali pctō:⁊ infra tradens hoc ꝓ quadā Cap.32.
regula fidei.ait.firmiter tene ⁊ nullatenꝰ dubites omnem
hoīem qui per cōcubitum viri ⁊ mulieris cōcipitur cum
originali pctō impietati ſubditū morti ſubiectū:⁊ ob hoc
natura ire filiū naſci. ¶ Hoc idem ꝓbatur rōne:fundata
tamē in auctoritatibus:qꝛ ſi beata ꝟgo nō fuit concepta
cum originali pctō:ergo chriſtꝰ nō fuit mortuus ꝓ ea.cō-
ſequētia iſta ꝓbatur.pmo auctoritate Aug.lib.6.contra Cap.4.
Jul.vbi Juliano inquiēs ait.tu dicis chriſtū ⁊ pro pctō-
ribus mortuū.ego dico non niſi pro pctōribus mortuum.
Conſtat autē nullum ex Adā deſcendentē fuiſſe pctōrem
qui pmo non fuerit peccator originali pctō.igitur ſi beata
virgo nō habuit originale pctm̄ nō fuit de nūero pctōrū:
ac ꝑ hoc nec de numero eorū pro quibꝰ mortuꝰ eſt chriſtꝰ.
¶ Secūdo ꝓbatur auctoritate Apoſtoli.2.ad.Corinth.
ſicut dictum ſuū iam poſitum ꝓbat vbi ſupra Auguſt.ait Cap.5.
enim Apoſtolus:quoniā ſi vnus pro oībus mortuus eſt.
ergo oēs mortui ſunt:⁊ pro oībus mortuus eſt chriſtus.
Ex hac autē ꝯſētia apoſtoli ſequit̃ ex oppoſito conſequē-
tis arguendo ꝙ ſi non oēs mortui ſunt nō pro oībus mor-
tuus eſt chriſtus:⁊ ſimiliter ꝙ ſi iſte vel ille nō eſt mortuꝰ:
nō pro ipſo mortuꝰ eſt chriſtus:⁊ certum eſt ꝙ Apoſtolus
loqtur de morte nō quidē corꝑali:ſed ſpūali:que eſt pctm̄:
ſicut bene mōſtrat Augu. Et ideo ait Augu.vide ꝙ cōſe-
quens eſſe voluit.ſ.Apoſtolus vt intelligātur oēs mortui
ſi pro oībus mortuꝰ eſt. Et paulopoſt.quapropter ſi nullū
trahunt peccatū paruuli nō ſunt mortui. Si nō ſunt mor-
tui nō eſt mortuus pro eis:qui nō eſt mortuus niſi ꝓ mor-
tuis. Similis oīno cōſequentia poteſt fieri de ipſa ꝟgine
beata.ptꝫ igitur cōſequentia. Sed cōſequēs eſſe falſum:
probatur primo per aliā ꝑtem auctoritatis Apoſtoli.ait
enim affirmādo antecedēs:et pro oībꝰ mortuꝰ eſt chriſtꝰ:
igitur ⁊ pro beata ꝟgine:quod eſt oppoſitū conſequētis.
Et ex hoc c etiā infertur pncipalis concluſio arguendo ſm
Apoſtolū:ſi pro virgine chriſtꝰ mortuus eſt.igitur ipſa eſt
mortua:ſed pro ea mortuus eſt.igitur ipſa eſt mortua.
¶ Aduertendum tamen ꝙ iſte locutiones de preſenti ſm
vocem nō ſunt in oībus intelligēde tanꝗ de preſenti:nam
nec beata virgo:nec aliquis beatꝰ:nec quilibet redēptus
et regeneratꝰ in chriſto eſt peccato mortuus:immo certe
nullus:ſi ſit ſermo de morte originalis peccati:ꝗuis quili
bet eorū fuerit ſic mortuus:⁊ ideo cum dicit̃ mortui ſunt:
intelligēdum eſt ꝯmuniter etiā profuerūt. Secūdo patet
cōſequens eſſe falſum:qꝛ ſi pro ea nō eſt mortuus chriſtꝰ:
igitur nec ipa redēpta eſt ꝑ mortē chriſti. Quomodo igit̃
chriſto mediatore eſt ſaluata ⁊ beatificata:cū dicat Apo-
ſtolus ad Hebre.ꝙ Chriſtus per proprium ſanguinem Cap..9
introiuit ſemel in ſancta eterna redemptione inuenta: et
iterum.ideo noui teſtamēti mediator eſt:vt morte interce
dente in redemptione earū preuaricationū que erant ſub
priori teſtamento repromiſſionē accipiāt:qui vocati ſunt
eterne hereditatis:vbi manifeſte demonſtrat omnes qui
repromiſſionem eterne hereditatis accipiunt interceden
te morte chriſti accipere.
¶ Ad hanc cōcluſionem etiā eſt auctoritas Anſel.ſcdo. Cap.6.
cur deus homo.vbi diſcipulus querit qualiter de maſſa



peccatrice hominem ſine peccato deus aſſumpſerit:nam
licet inquit ipſa hominis eiuſdem conceptio munda ſit et
abſq; delectationis carnalis peccato: virgo tamen ipſa:
vnde aſſumptus eſt in iniquitatibus concepta eſt ⁊ in pec
catis concepit eam mater eius: et cum originali peccato
nata eſt:quoniam ⁊ ipſa in Adam peccauit in quo omnes
peccauerunt. Hanc ſententiam non negat / vel reprobat
Anſel. ſed potius approbat in fine capituli. d.ex perſona
propria. Virgo autē illa de qua homo ille aſſumptus eſt
de quo loquimur fuit de illis qui ante natiuitatem eius
per eum mundati ſunt a peccatis:⁊ in eius ipſa munditia
de illa aſſumptus eſt. Si aūt fuit mundata. igitur prius
fuerat maculata. Magiſter inſuper ſentētiarum lib.3.di.
3.in principio. Queritur inquit etiam de carne verbi: an
prius ꝗ conciperet obligata fuerit peccato:⁊ an talis aſ-
ſumpta fuerit a verbo:⁊ reſpōdet. Sane dici poteſt ⁊ cre-
di oportet iuxta ſanctorum atteſtationis conuenientiam
ipſam prius peccato fuiſſe obnoxiam.ſicut reliqua virgi-
nis caro:ſed ſpiritus ſancti operatione mundatam: ita vt
ab omni cōtagione immunis vniretur verbo. Ecce ꝙ ſm
Magiſtrum credi oportet iuxta conuenientiā atteſtatio-
nis ſanctorum ꝙ virginis caro fuit tota caro peccati. igi-
tur et ipſa virgo concepta fuit cum originali peccato. et
hanc concluſionem pro certo: ſicut dicit Magiſter teneri
neceſſe eſt:ſi volumus ſanctorum non ſentētijs conforma-
Sco.li.3. re. ¶ Oppoſitum tamen aliqui doctores defendunt moti
diſt.3.q.1. rationibus aliquibus:quarum prima eſt: perfectiſſimus
mediator habet perfectiſſimum actum mediandi poſſibi
bilem reſpectu alicuiꝰ: ꝑſone pro qua mediat.ergo Chri-
ſtus habuit ſic reſpectu alicuius:⁊ cōſtat ꝙ reſpectu nul-
lius habuit excellentiorem/ꝗ reſpectu Marie. igitur re-
ſpectu eius habuit ſit perfectū actum mediādi: non eſſet
autem hoc verum ſi non preſeruaſſet eam a peccato origi
nali:qđ patet. ¶ Tum qꝛ nō perfectiſſime placaſſet trini-
tatem:niſi preueniſſet omnem nouā offenſam: perfectius
enī placatur offenſus:ſi omnis alia offenſa precauetur/ꝗ
ſi iterum offendatur: ⁊ poſtea pro toto placet̃. Conſtat au
tem ꝙ deus offenditur in culpa originali quā contrahit
anima. ¶ Tum qꝛ perfectiſſimus mediator meret̃ amo-
tionem omnis pene ab eo quē reconciliat. Sed culpa ori-
ginalis eſt magna pena:immo maior: vt dicit ꝗ carentia
viſionis diuine.igitur ⁊c̃. ¶ Tum qꝛ Chriſtus immedia-
tius fuit reparator ab originali / ꝗ ab actuali: qꝛ neceſſi-
tas incarnationis Chriſti cōmuniter aſſignatur ex pecca
to originali. Sed ſupponitur communiter ꝙ ipſe ita fuit
mediator perfectus reſpectu Marie ꝙ preſeruauit eam
ab omni actuali.igitur ⁊c̃. ¶ Tum quarto.quia perſona
reconciliata non ſumme obligatur mediatori: niſi ab ipſo
ſummum bonum habeat quod poteſt per mediatorem ha
bere. Sed innocētia iſta.ſ.preſeruatio a culpa contracta/
vel contrahenda poteſt haberi per mediatorem.ergo nul-
la perſona ſumme tenebitur chriſto:vt mediatori: ſi nullā
preſeruauit a peccato originali. ¶ Secunda ratio ſit ab
alijs talis:quicquid eſt honoris poſſibile ⁊ condecens di-
gnitati matris chriſti:debet ſibi attribui/ſeu eſtimari eſſe
conceſſum:ſi oppoſitum non habetur ex ſcriptura.hoc pa
tet:quia pauca ſcripta ſunt in canone de ipſa matre dei:⁊
ideo ſm quandam regulam acceptam a beato Auguſti.
videtur conueniens ſibi attribui quicquid ad eius perti-
net dignitatem. Unde Auguſti.probat corpus illius non
fuiſſe incineratum: quia non decuit. Sed ad eius hono-
rem eſt ꝙ fuerit immunis a culpa originali: et hoc vtiq;
fuit poſſibile:et certe decens et plus:vt videtur ꝗ ꝙ eius
corpus non fuerit incineratum:nec dubium ꝙ in hoc ipa
magis gauderet:ergo credendum eſt hoc ſibi fuiſſe dona-
tum. Alie rationes non adducuntur que virtualiter coin-
cidunt cum iſtis et illis que facte ſunt ad primam partem
queſtionis. ¶ Ad primam dico primo ꝙ illud antecedēs
non habet maiorem euidentiā / ꝗ ſi diceretur perfectiſſi-
mus mediator habet reſpectu cuiuſlibet perſone pro qua
mediat perfectiſſimum actum mediandi: vt clarum eſt:⁊
ſic ſm illum modum arguendi probaretur: ꝙ etiam om-
nes alios Chriſtus preſeruat ab originali peccato: quod
non eſt dicendum. ¶ Preterea. Juxta ſecundam proba-
tionem deduceretur ꝙ beata virgo fuit etiam preſeruata
ab omni pena temporali corporis et anime:et ab ipſa etiā
corporali morte quod vtiq; eſt falſum: et ꝙ ita deducere-
tur clarum eſt. ¶ Jtem ſm tertiam probaretur ꝙ plures
alios preſeruauit a culpa originali:quod tamen non dici-
tur ab aliquo doctore: patet deductio: nam Chriſtus.vt
ait.fuit reparator immediatius reſpectu originalis/ ꝗ re
ſpectu actualis peccati: et per conſequens / ꝗ reſpectu
actualis mortalis: ⁊ ſatis communiter creditur ꝙ plures
alios preſeruauit ab omni actuali mortali: vt Joā.bapti-
ſtam et Hieremiam qui fuerunt in vtero ſanctificati.igi-
tur ⁊c̃. ¶ Amplius ſm quartam.primo ꝓbaretur ꝙ bea-
ta virgo in primo inſtāti ſue conceptionis fuit beata: quo-
niam ⁊ tale bonum potuit habere per Chriſtum mediato-
rem: et ſimiliter ꝙ fuit in corpore glorificata: que falſa
ſunt. ¶ Secundo querēdum eſt quomodo accipiat ſum-
me teneri et obligari mediatori:aut enim ſic:vt ille tātum
dicatur eſſe ſumme obligatus: quem non eſt poſſibile eſſe
magis obligatum:et ſic cōſtat beatam virginem non fuiſ-
ſe ſumme obligatam: Chriſto etiam dato ꝙ fuerit preſer-
uata ab originali peccato: nam potuiſſet Chriſtus: tunc
ei contuliſſe beatitudinem quam nunc haberet: et multo
etiam minorem: et ſimul gloriam perfectam corporis: ꝓ- matrem.
pter que amplius obligata fuiſſet accipiendo: ꝓpter obli
gationem ſm proportionem ad beneficia recepta: vt acci-
pit argumentum. Vel capit ſumme obligari mediatori:
vt ille dicatur ſumme obligatus ei:quia nulli alteri eſt tā-
tum obligatus vel eſſe poteſt:aut quia per omne quod ha
bet eſt illi obligatus:et ſic quilibet alius etiam preter vir-
ginem eſt ſumme obligatus: et tamen non quilibet alius
fuit preſeruatus ab originali peccato. Ex quo patet ꝙ il-
la ratio non valet. Quinimmo probat oppoſitum quod
intendit. Nam mediatio placitiua qualis fuit mediatio
Chriſti reconciliantis nos deo: ſicut etiam ipſe ſumit ar-
guens vtiq; ſupponit offenſam: et ideo ſi mediauit in-
ter virginem et deum: ſequitur ꝙ virgo offendit per pec-
catum: et ſi non actuale. igitur per originale. vnde econ-
tra ſi ipſa nullum peccatum habuit nullo reconciliante
mediatore indiguit.
¶ Ad rationem autem in ſe reſpondeo ꝙ actum median-
di eſſe perfectiſſimum poſſibilem poteſt ex duplici ſenſu
dici. vnus eſt ꝙ eo nullus potuit eſſe conuenientior et de-
centior:et ſic concedo antecedens:et ſic dico ꝙ non ſolum
reſpectu alicuius perſone: ſed etiam reſpectu cuiuſlibet
pro qua Chriſtus mediauit habuit actum perfectiſſi-
mum mediandi:nec tunc valet vlterior deductio: nam il-
le actus mediandi quem accipit: arguens etiam ſi fuiſſet
non fuiſſet decentior / aut rationabilior eo qui fuit de fa-
cto:alius ſenſus eſt: quia per nullum alium modum me-
diandi perſona reconciliata potuit fieri deo gratior / aut
a culpa immunior et a pena ſecurior: et tunc dico ꝙ ſicut
reſpectu aliorum non habuit Chriſtus mediator perfe-
ctiſſimus talem actum perfectiſſimum mediandi/ ſic nec
reſpectu virginis:et ideo nego antecedens in iſto ſenſu.
¶ Ad aliam probationem cum aſſumitur ꝙ perfectiſſi-
mus mediator meretur amotionem omnis pene: patet
eſſe falſum in propoſito:nam beata virgo in vita iſta mul-
tas habuit penas.

¶ Ad tertiã cuius virtus eſt in hac ꝯſequentia chriſtus
preſeruauit ꝟginem ab omni actuali peccato.igit̃ ab ori-
ginali ꝙuis ſic ſimpliciter accepta iſta conſequẽtia nega
ri poſſet:nã pueros baptizatos in pueritia decedẽtes pre-
ſeruat deus ab actuali quolibet:non tamen ab originali.
Si tamen accipiatur determinate de his qui vſu diſcre-
tionis ⁊ liberi arbitrij potiti ſunt concedenda videtur ſm
Cap.39. Auguſtinũ lib.5.cõtra Julia.vbi Juliano dicẽti nõdum
eſſe ex verbis beati Petri dicẽtis de Chriſto qui peccatũ
nõ fecit quod iudicauit Apoſtolus ſufficere ad oſtenden-
dum in Chriſto nullũ fuiſſe peccatũ:q꞉ per peccatum nõ
fecit habere nõ potuit:Reſpõdet Auguſt.oĩno veriſſimũ
eſt:profecto enim peccatũ etiam maior feciſſet ſi paruus
habuiſſet:nam ꝓpterea nullus eſt homo preter illum qui
peccatũ non fecerit grãdioris etatis acceſſu:quia nullus
eſt hominũ preter ipſum:qui peccatũ non habuerit infan
tilis etatis ex ortu. ¶ Ex his patet:ꝙ Auguſt.de chriſto
infert ꝙ ſi habuiſſet originale etiam feciſſet actuale ⁊ ecõ
tra vult ſequi:nõ fecit actuale.igitur nõ habuit originale.
Et ideo vt videtur ſm predicta:cum vt ſupra probatum
eſt:⁊ etiam ex ſecũda parte allegate auctoritatis idem ſe-
quitur.beata vero ſm atteſtationem ſanctorũ habuit ori-
ginale peccatum: conſequẽter concedẽdum eſſe videtur
ꝙ aliquod etiã aliquãdo habuit actuale:licet nullũ mor-
tale:⁊ ſic eſſet illud antecedẽs negãdum.hoc tamen abſq;
aſſertione ⁊ iniuria reuerẽtie ſue ſic dubitatiue dixerim.
¶ Ad ſecũdam rationem quicquid ſit de maiore dico ad
minorem quod oppoſitũ habetur ex ſcriptura in ſuo ãnti
et in dictis aliorũ ſanctorum:vt ſupra ꝓbatum eſt.

**Quãtum** ad articulũ ſcd̃m an.ſ.fuerit nata cum
peccato originali.dicẽdũ eſt ꝙ nõ:acci-
piendo ipſum:vt eſt culpa:ꝓbatio huius ſufficiens eſt:q꞉
eccleſia vniuerſalis celebrat eius natiuitatem:quod non
faceret:ſi cum peccato nata fuiſſet.
¶ Preterea.Ber.in epiſtola ad lugdunẽ.ait.fuit procul-
dubio mater dei ante ſancta ꝙ̃ nata:nec fallitur omnino
ſctã eccleſia ſctm̃ reputãs ipm̃ natiuitatis eius diẽ et omni
anno cũ exultatiõe vniuerſe terre votiua celebritate ſuſci
piens. Quod et ratione ipſe probauit immediate prius.
Statuens ſiquidem prius ꝙ beatus Joan.baptiſta fuit
ſanctificat⁹ in vtero:mox argumẽtatur ſic ꝙ itaq; vel pau
cis mortalium cõſtat fuiſſe collatũ fas certe non eſt ſuſpi-
cari tante virgini eſſe negatam:per quam omnis mortali-
tas emerſit ad vitã:hoc etiã cõmuniter tenent doctores.
¶ Contra tamen iſtud videtur eſſe auctoritas Auguſt.
de preſciẽtia dei ad Dardanũ vltra medium:vbi ait.Illa
ſanctificatio qua efficimur ⁊ ſinguli tẽpla dei et in vnum
omnes templũ dei:non eſt niſi renatorũ:ꝙ niſi nati homi-
nes eſſe non poſſent:cum igitur per ſanctificationẽ anime
quilibet fiat templũ dei:ſequitur ꝙ nullus anteꝙ̃ natus
ſanctificetur:ac per hoc nec ab originali peccato munde-
tur:cum illud nõ tollatur abſq; infuſione gratie.
Cap.8. ¶ Secũdo gloſa ſuper illud ad Ro.vt ſit ipſe primogeni-
tus in multis fratrib⁹.dicit de Chriſto:ꝙ prim⁹ ſine pctõ
natus eſt.Sed conſtat ꝙ beata ꝟgo nata fuit anteꝙ̃ chri
ſtus de ipſa naſceretur.igitur non fuit nata ſine peccato.
¶ Tertio Anſel.ſecũdo cur deus homo.ait.deus homo
vt in pmo articulo allegatũ eſt:vbi dicit ꝙ ipſa cũ pecca-
to originali nata eſt.
¶ Ad primũ dicẽdum:ꝙ Auguſt.loquitur de ſanctifica
tione que fit ſm cõmunem dei legem:talis enim eſt per re
generationem baptiſmalem:quam aſſequi non poteſt qui
nõdum eſt natus de vtero:non loquitur autem de ſancti-
ficatione que in aliquib⁹ fit ſm ſpecialem ⁊ priuilegiatam
conceſſionem : qualis fuit ſanctificatio virginis in vtero
exiſtentis:⁊ ꝙ de prima loquatur ptꝫ:q꞉ ait.qua efficimur
ſinguli templa dei:quod etiã confirmatur per immediate
precedentia:ait enim ꝙ quãlibet ſententiam habeamus:
vtrum exiſtentes in vteris poſſint aliquo ſanctificationis
donari modo vel ꝓpter Joan.vel ꝓpter Hieremiam cui
dictum eſt.anteꝙ̃ exires de vẽtre ſanctificaui te:cum illa
ſanctificatio ꝛc̃.vbi ptꝫ manifeſte eum nõ loqui de ſancti
ficatione de ſpeciali gratia in aliquibus facta.
¶ Ad ſecũdam dicendum ꝙ intelligenda eſt gloſa de na-
tiuitate in vtero quãdo anima corpori iungitur ſm illud
Matth.primo.quod in ea natum eſt de ſpiritu ſancto eſt.
Eodem modem dicẽdum eſt ad tertium.

**Quãtum** ad tertiũ articulũ an.ſ.vnꝙ̃ in vita iſta
fuerit in eam totaliter extinctus fomes
originalis peccati:dicẽdum ſm doctores cõmuniter ꝙ in
ſecũda ſanctificatione ſua.quãdo.ſ.ſpũs ſctũs obũbrauit
ei vt fieret mater dei fomes ĩ ea vel totaliter extinct⁹ fuit
vel ſaltem ſic debilitatus aut ligatus ꝑ ſuperabũdãtiam
gratie:vt ei poſtea nulli⁹ peccati occaſio fuerit:⁊ ita dicit
Magiſter in.3.libro.diſ.3.et puto ſatis ꝓbabiliter dici ꝙ
tũc illa qualitas morbida carnis ex qua cauſat̃ fomes in
anima cũ primo carni couiũgitur totaliter fuerit cõſum-
pta:⁊ ab ipſa penitus tota virginis caro purgata.Et hoc
probatur ꝑ Magiſtrũ ibidem qui ex auctoritate Dam.d.
lib.3.poſt ꝯſenſum ſctẽ virginis ſpũs ſctũs ꝑuenit in ipſam Cap.2.
ſm ꝟbum domini:quod dicit angelus purgãs ipſam ꝛc̃.
concludit ſic.ex his ꝑſpicuum fit carnem verbi ſimul con-
ceptã:eandẽq; immo totã virginem ſpiritu ſancto preue-
niẽte ab om̃i labe peccati caſtificatã:ita ꝙ ſm Magiſtrũ
non tantũ illa portio ex qua formatũ eſt corpus chriſti.
Sed et tota ꝟginis caro ab omni labe peccati qualis eſt
illa morbida qualitas mũdata fuit:⁊ ſimiliter ꝓbabiliter
puto dici ꝙ eius anima totaliter a fomite fuerit purgata.
ita ꝙ nihil penitus illi⁹ qualitatis ſeu vitij deinceps fue-
rit in illa:ita vt tam carne ꝙ̃ mente fuerit purgatior:ſꝫ in
vtraq; fuerit ab omni ſorde mundiſſima.
¶ Ad primũ argumẽtum queſtionis dicẽdum ꝙ Augu.
loquitur ibi de peccatis actualib⁹ tantũ:nec etiam ex illa
auctoritate ꝓbatur eã totaliter caruiſſe peccato actuali
niſi poſtꝙ̃ eſt facta mater dei:⁊ hoc etiã innuit Magiſter
vbi ſupra cũ ait. Q꞉ autem ex tunc.ſ.a cõceptione filij dei
ab omni peccato imunis extiterit Auguſt.euidẽter oſten
dit in libro de natura ⁊ gratia.inquiẽs.excepta ſancta et
virgine Maria:de qua ꝓpter honorem dñi nullã prorſus
cum de peccatis agit̃ habere volo queſtionẽ.Inde enim
ſcimus ꝙ ei plus gratie collatũ fuerit ad vincẽdum omni
ex parte peccatũ ꝙ concipere ac parere meruit quem cõ-
ſtat nullũ habuiſſe peccatũ:ex hoc enim qd̃ dicit ei fuiſſe
collatũ plus gratie ad vincẽdum peccatũ:patet ꝙ loqui-
tur de actuali:q꞉ contra originale nullus per gratiam ſibi
collatã habet pugnare:eo ꝙ excluſum ſit ab omni habẽte
gratiã:et ex eo qd̃ dicit plus ſatis trahitur ꝙ etiam nõ ha
buerit poſtea peccatũ veniale:cum etiã de aliquib⁹ alijs
credatur nunꝙ̃ peccaſſe mortaliter:vtpote ſanctificatos
in vtero. Q꞉ autem hoc intelligendum ſit de ipſa poſt ſcti-
ficationem ſecũdam innuũt ſatis verba illa ꝙ concipere
ac parere meruit ꝛc̃.eam tamen venialiter vnꝙ̃ peccaſſe
non affirmo:quia doctores cõmunius oppoſitum ſentiũt.
Et Bernard.in epiſtola ad lugdunẽ. inquit. Puto ꝙ et
copioſior benedictionis ſanctificatio in eam deſcenderit
que ipſius nõ ſolum ſanctificaret ortum:ſed etiam vitam
ab omni deinceps peccato cuſtodiret immunẽ:quod ne-
mini alteri in natis quidẽ mulierum credit̃ eſſe donatũ.
Et ſm hoc dicẽdum eſſet ad conſequẽtiam Augu.lib.5.
cõtra Julia.allegatã in ſolutione tertie rationis alterius
opinionis.quod eſt intelligẽda ſm legem cõmunem:niſi
de ſpeciali gratia cõſequens nõ impediat̃:in virgine vero
fuit ex ſpeciali ꝑuilegio impeditũ:alioquin vel ipſius vel
Ber.auctoritatem oporteret in hac parte renuere.

¶ Ad ſecũdum dicẽdum.ꝙ deus pro chriſto ponitur:vt
ſit ſenſus ſub deo.i.ſub chriſto:non enim ipſa non debuit
eſſe equalis puritatis cũ chriſto:quod etiam ꝓbat aucto
ritas vna Auguſt.libro.5.contra Julia.ſuperius allega-
ta.Et ſm hoc auctoritas Anſel.eſt pro cõcluſione quam
teneo:quia niſi habuiſſet originale:fuiſſet:vt videtur pu-
ritatis equalis cum chriſto.
¶ Ad tertium dicẽdum:ſicut cõmuniter:⁊ bene dicitur
ꝙ licite illud feſtum celebrari poteſt habendo aſpectum
non ad eius conceptionem:ſed ad eius concepte proximã
ſanctificationem : credendum enim eſt ꝙ citiſſime poſtꝙ̃
anima corpori fuit vnita ipſa fuit ſanctificata ⁊ ab omni
reatu peccati mundata.

¶ Diſtinctionis.xxx.xxxi.ꝛc̃.
Queſtio tertia.

**Tertio** quero vtrum decedẽtes
cuꝫ ſolo originali pecca-
to puniantur aliqua pena ſenſus.et
arguo ꝙ non:quia tales nullam fue
runt experti delectationeꝫ actualis
culpe:igitur nullam debent pati tri-
ſtitiam pene:antecedẽs eſt certum:
conſequentia probatur:q꞉ vt ſcribi-
tur extra de baptiſmo et ei⁹ effectu.
capitulo maiores.actualis peccati pena eſt cruciatus ꝑ-
petuus gehẽne:non ergo debetur illis qui non actualiter
Cap.18. peccauerunt. ¶ Confirmatur per illud Apoc.18. Quãtũ
glorificauit ſe in delitijs tantũ date illi tormentũ ⁊ luctũ.
vbi ſm proportionem actualis delectationis inordinate
oſtendit eſſe proportionem tormenti ⁊ pene ſenſibilis infli
gende.igitur vbi nulla actualis mala delectatio prefuit.
nulla ſenſualis pena ſecutura eſt.

**Ad oppoſitm** tales habebunt corpora paſſibi-
lia:quia ſi omnes reſurgent tam
ſaluati ꝙ̃ damnati:non tamen omnes immutabuntur ſm
Apoſtolum:ſed tantũ electi:decedẽtes autem in origina-
li non erunt de numero electorum:ſed damnatorũ.igitur
eorum corpora non mutabũtur in melius vt fiant impaſſi
bilia.igitur patient̃ ab igne inferni:⁊ per conſequens ſen-
ſualem penam patientur.

**Reſpondeo** opinio Magiſtri ſentẽtiarum eſt ad
partem negatiuam:vnde in.33. diſt.
huius ſecũdi ait.pro originali quod a parentib⁹ trahitur
paruuli damnabũtur:ꝑ eo:nullam aliam ignis materia-
lis vel conſciẽtie vermis penam ſenſuri niſi ꝙ dei viſione
carebũt in perpetuum.Hic patet manifeſte ꝙ aſſerit eos
tantũmodo pena damni puniri:nequaꝙ̃ autem pena ſen-
ſus:⁊ quãtum ad hoc cum eo concordãt omnes moderni
doctores:quorũ ſcriptura circa materiã iſtã perlegi:licet
aliqui cõcedãt eos preter penã predictam damni penam
triſtitie:que cauſatur in eis ex eo ꝙ conſiderant ſe ꝑpetuo
dei viſione carituros. ꝓbatur autem primũ illud dictum
in quo cõueniunt ratione facta ad primã partem.q.
Cap.101. ¶ Arguit̃ etiã ex auctoritate Aug.in ench.d. Mitiſſima
ſana omniũ pena erit eorum:qui poſt peccatum originale
quod traxerunt nullum inſuper addiderunt.Hoc autem
non eſſet verum vt videtur:ſi ipſi etiam penam ſenſibilem
paterẽtur. ¶ Tertio ad idem videtur eſſe quedam decre
talis extra de baptiſmo ⁊ ei⁹ effectu.ca.Maiores.in qua
ſic ſcribit̃.pena originalis peccati eſt carẽtia viſionis dei:
actualis vero pena peccati gehẽne perpetue cruciatus.
Cũ igit̃ hoc vtriq; generi peccati ꝓpriam penã aſſignet:
videtur ꝙ cruciatus gehẽne qui pena ſenſibilis dicit̃ non
ſit pena peccati originalis:hec ſunt in quibus ſuſtentatur
predicta ſententia. Mihi autem ſaluo ſemper meliori iu-
dicio apparet ꝙ oppoſitum ſenſerit beatus Auguſtinus.
quod patet primo ex illa auctoritate eius ad hoc cõmuni
ter allegata de fi. ad Pe. Firmiſſime inquit tene ⁊ nulla- Cap.27.
tenus du. non ſolum homines iam ratione vtentes : verũ
etiam paruulos qui ſiue in vteris matruꝫ viuere incipiũt
et ibi moriũtur/ſiue iam de matribus nati ſunt ſine ſacra-
mento ſacri baptiſmatis quod datur in nomine patris et
filij ⁊ ſpiritus ſancti:de hoc ſeculo tranſeunt : ignis eterni
ſupplicio puniendos:q꞉ ⁊ ſi peccatũ proprie actionis nul-
lum habuerũt: orginalis tamen peccati dãnationem car-
nali conceptione traxerunt:conſtat autem ꝙ ſupplicium
ignis eterni pena illa eſt inferni que dicitur pena ſenſus:
⁊ de quo preſens queſtio querit. ¶ Reſpondetur ad hanc
auctoritatem dupliciter. primo ꝙ Augu. hic locutus eſt
exceſſiue:vt ſe maxime elongaret a ſentẽtia hereticorum:
qui in paruulis negabant omnem culpã:⁊ per cõſequens
omnem penã:ideo multum inquiunt attendẽdum eſt con
tra quos ſancti loquuntur : vt habeatur eorum intentio.
¶ Sed hec reſpõſio nullatenus poteſt ſtare. Primo qui-
dem:q꞉ cum falſitas falſitate excludi non debeat: nec vbi
fides vera defenditur:ſit dicendus error/ vel falſa ſenten-
tia aſſerenda:non eſt putandum ꝙ Aug.eximius extirpa
tor errorum:⁊ veridicus fidei defenſator: propter quẽcunq;
excludendum errorem dixiſſet firmiter eſſe credendum
pueros ignis ſupplicio puniendos ſi hoc falſum : aut non
recte fidei conſonum eſtimaſſet. ¶ Secundo quia in illo
libro Augu. contra nullum errorem ſpecialiter loquitur.
Sed cõmuniter toti⁹ fidei catholice canones tradit cuili
bet premittens.firmiter te ꝛc̃.⁊ de oĩbus in vlti.c.dicti li.
ait.hec.40.capitula ad regulam vere fidei firmiſſime per
tinentia fideliter certe fortiter tene: veraciter patienterq;
defende.Et ſi quem contraria his dogmatizare cognoue
ris tanꝙ̃ peſtem fuge: et tanꝙ̃ hereticum abijce. Ita enĩ
iſta que poſuimus fidei catholice congruũ: vt ſi quis non
ſolum omnibus : ſed etiam ſingulis voluerit contraire in
eo ꝙ ſingulis horum contumaciter repugnat : et his con-
traria docere non dubitat:hereticus ⁊ fidei chriſtiane ini
micus : atq; ex hoc omnibus catholicis anathematizan-
dus appareat. hec Auguſti. non debet autem cadere in
mentem alicuius theologi:ꝙ inter tales regulas fidei Au
guſti.poſuiſſet aliquid falſum ſm ſignificationem: quam
primo facit communiter apud omnes : ſicut in propoſito
ſequeretur:ſi data reſponſione eſſet vera. ¶ Confirmatur
quia cum huius regule oppoſitum nullibi inueniatur ab
eccleſia determinatum/ nec in ſacra ſcriptura predicatũ:
qua poteſtate tu dicis eum hic fuiſſe non proprie et vere:
ſed exceſſiue locutum:dicet alius : ſimiliter in alijs regu-
lis ibidem per eum propoſitis fuiſſe locutum exceſſiue:⁊
non vt ſonant illas tenendas eſſe : ſed ſic dicendum non
eſt dubium intuenti diligenter ꝙ in multos quis labere-
tur errores. ¶ Ideo ſecundo ⁊ communius reſpondetur
aliter.ſ.ꝙ Aug. ibi noĩe ignis generaliter omnem penam
ſignificauit.vnde per ignis eterni ſupplicium eternam pe
nam intelligit:penam autem nõ ſenſus:ſed dãni. ¶ Sed
hec reſpõſio etiam non videtur poſſe ſtare: tum quia non
eſt veriſimile ꝙ fidei regulas ſub metaphoris tradidiſſet:
et maxime non vnã ſolam : quelibet autem alia ibi tradi-
ta proprie accipienda eſſe videretur : tum quia in eodem
libro ſimul:et ſimiliter exprimit penam talium puerorum Cap.3.
et demonum et adultorum damnatorum in criminibus
morientium.vnde ait. Qualitas male vite ab infideli-
tate incipit : que ab originalis peccati reatu initium ſu-
mit:in quo quiſquis ita viuere incipit:vt ante finiat vitã/ꝙ̃
ab eius obligatione ſoluat̃. Si vnius diei/vel vnius hore
ſpatio aĩa illa vixit in corpore:neceſſe eſt eam cum eodem
corpore interminabilia gehenne ſupplicia ſuſtinere : vbi
diabolus cũ angelis ſuis in eternũ arſurus eſt:⁊ ſequitur

iuſſi cum eo etiam fornicarij idolis ſeruientes ⁊c. ſi ante huiuſmodi vite terminum a vijs ſuis malis conuerſi non fuerint eternis ignibus comburentur: cum igitur nullus per ſupplicia gehenne: vbi diabolus eſt arſurus/aut per ignes quibus cōburentur alij dānati intelligant cōmuniter penam quālibet: ſed determinate penam ignis infernalis ſenſibilem non videtur ſm mentem Aug. incedi. Si per ſimplicia gehenne inferenda pueris talibus pena dāni tantūmodo intelligatur. ❡ Confirmatur. quia pariter alius dicere poſſet ꝙ ex illis verbis non poſſet haberi ꝙ diabolus/aut alij patiātur pena ſenſus: quod nullus diceret: ⁊ ptꝫ aſſumptū: qꝛ ſimiliter de oībus loquitur Augu. ❡ Secundo principaliter oſtēditur Aug. fuiſſe predicte ſententie: ex eo ꝙ hypoſt. reſpōſione quinta contra Pelagium dicentē ꝙ infantes decedentes ſine ſacramento baptiſmatis non intrāt regnū celorꝫ: habent tm̄ vitā eternam abſqꝫ omni pena: hac ſola accepta ꝙ non ſunt in patria: ex textu euāgelij probat ꝙ ſi tales non obtinēt regnum celorum: vt fatebatur Pelagius ⁊ verum eſt. cōſequēs eſt. vt mittātur cruciandi in ignem eternū. vnde ait ſic. primum enī locum fides catholicorum regnum credit eſſe celorū: vnde non batizatus excipitur ſcdm gehēne: vbi cū apoſtata/vel a fide xpi alienus eterna ſupplicia experieẗ. Tertium penitus ignoramꝰ: imo nec eſſe in ſcripturis ſanctis inuenimus: finge pelagiane locū ex officina peruerſi dogmatis tui: vbi alieni a xpi gratia vitā requie ⁊ glorie poſſidere paruuli poſſunt dextera iuſti ſedētis iudicis: et ſiniſtra regnum eſt ⁊ gehēna vita: et mors iuſti ſunt ⁊ iniqui. In dextera igitur iuſti ſunt cōſtituti. In ſiniſtra operarij iniquitatis: in regno requies baptizatorꝫ: in gehēna pena incredulorꝫ: vita ad letitiam glorie: mors ad fletum ⁊ ſtridorem dentium: iuſti in regno patris ſimul cum cum xpo: iniqui in igne eterno parato diabolo ⁊ angelis eius: ⁊ immediate ſubdit. ꝙ iſta non ſignificāt diuiſiones multorum locorum: ſed duorꝫ tm̄. ſ. regni celorū: quo deferuntur dextera vita iuſti gloria ⁊c. ⁊ gehēne quo referuntur ſiniſtra in iuſtitia ⁊ quelibet mala tormenta. vbi inquit mors que ſecunda dicitur niſi finiatur: ſed cruciatu durabilis erit. et tunc arguit. Qui ergo baptizatus non eſt in his que ſunt in regno celorum non poteſt reperiri: ⁊ ſi non ibi: quia vere non ibi putas ne pelagiane iam ſentis vbi: quaſi dicat. aperte videre debes ꝙ reperitur in gehēna. Ex his patet manifeſte propoſitum. tum qꝛ primo dicit ꝙ alienus a fide Chriſti ſupplicia experietur eterna. experiētia autem ſupplicij ſine cruciatu et pena ſenſus nō intelligitur. tū qꝛ quilibet ſm eum/vel in regno celorum/vel in gehēna: per quā mors ſecunda cruciatu ſemper durabilis: et vbi fletus ⁊ ſtridor dentium: vbi concludit eſſe infantes non baptizatos. ❡ Tertio in ſermone de baptiſmo paruulorum contra pelagianos. ⁊ eſt. 13. in de verbis Apoſtoli ex eodē fundamento premiſſo concludit. venturus eſt inquit dominus iudicaturus de viuis ⁊ mortuis: ſicut euangelium loquitur. duas partes facturus eſt dexteram ⁊ ſiniſtram. Siniſtris dicturus. Ite in ignē eternum qui paratus eſt diabolo et angelis eius. dextris dicturus. venite benedicti patris mei percipite regnum quod paratum eſt vobis ab origine mundi. hanc regnum nominat. hanc cum diabolo damnationem nullus relictus eſt medius locus vbi ponere queas infantes. et ſubdit. Si ergo dextera erit et ſiniſtra et nullum medium locum in euangelio nouimus qui non in dextera proculdubio in ſiniſtra. ergo qui non in regum proculdubio in ignem eternum. Si dicatur ꝙ infantes huiuſmodi vtiqꝫ erunt in igne infernali: non tamen patientur ab illo. hoc in conſequentibus excludere videtur ex verbo Chriſti. quid per regnum: et quid per ignem eternum intelligeret declarauit. vnde de ipſo Chriſto ſubdit Auguſti. extrema ſententia: vt doceret quid ſit regnum: et quid ſit ignis eternus: tunc inquit abibunt iſti in aduſtionem eternam. iuſti autem in vitā eternam. Ex hoc patet ꝙ illi quibus dicetur. ite in ignem eternum: patientur combuſtionem ignis eternam. ❡ Et confirmari poſſe videtur hoc per rationem: quoniā vna eademqꝫ ſententia omnes damnati iudicabuntur ad ignem eternum: inter quos infantes huiuſmodi concludentur. nec enim aliam ſententiā legimus dandam de eis ſpecialem. Conſtat autem ꝙ ceteri ſiue homines/ſiue angeli damnati nō ſolum ex illa ſententia intelliguntur iudicari ad ignem illum: quia ſint in ipſo tantūmodo localiter continendi: ſed quia ſunt ab ipſo veraciter cruciandi. igitur ita videtur ſentiendum de ſentētia predicta quo ad damnatos infantes pro hoc etiā facit ꝙ idem Auguſti. ſubdit ad Conſentium in illa epiſtola. quātuꝫ ad oculos. Illi inquit qui ad iudicium reſurrecturi ſunt non commutabuntur in illam incorruptelam: qui nec doloris corruptionem pati poteſt illa nāqꝫ fidelium eſt/atqꝫ ſanctorum. Iſti vero perpetua corruptione cruciabnutur: quia ignis eorū non extinguetur: ⁊ vermis eorum nō morietur. Conſtat autem ꝙ tales infantes de numero eorum ſunt qui ad iudicium ſunt reſurrecturi. ❡ Preterea. Sicut tu de ipſis quātum ad incluſionem localē tantūmodo illud Chriſti verbum intelligeres: ſic alius de ceteris damnatis forſitan exponeret/ nec ex ſcriptura: vt videtur poſſet dictum eius plus q̄ tuum reprobari. ❡ Ex his vt videtur. patet Auguſt. ſenſiſſe et ex intentione contra pelagianos probaſſe ꝙ huiuſmodi infantes penam ignis ⁊ cruciatum patiātur: et non tantum penam damni que eſt carētia diuine viſionis: immo talem opinionem in preallegato ſermone poſt verba recitata videtur attribuere pelagio. vnde ait. videris enī tibi miſericors: quia non ei ſcilicet infanti non baptiſato aufers vitam: damnas tamen quem ſeparas a regno celorum: damnas: non eum percutis: ſed in exilium mittis. nam qui exulant viuunt ſi ſani ſunt. in doloribus corporis non ſunt/non torquentur/ non carceris tenebris affliguntur. hec illis ſola pena eſt non eſſe in patria. ❡ Et preterea nullibi vnq̄ legi Auguſti. d. ꝙ ipſi non patiantur penā ignis/aut penam ſenſus / aut ꝙ tantum puniantur pena illa damni. nec etiam vidi ab aliquo allegatum ꝙ alicubi diceret aliquā talem ſententiam. vnde ſatis mihi videtur eum alterius fuiſſe ſententie. Cum eo in hoc etiam videtur mihi concordare beatum Grego. 9. mor. ſuper illo verbo Iob. 9. multiplicauit vulnera mea etiam ſine cauſa. d. nonnulli enim prius a preſenti luce ſubtrahuntur / q̄ ad proferenda bona mala: ne merita actiue vite perueniant. Quos quia a culpa originis ſalutis ſacramenta non liberant. et hoc ex proprio nil egerunt: et illuc ad tormenta perueniunt: tormentum autem proprie cruciatus ⁊ pena ſenſibilis dicitur. Item immediate. Quibus vnum vulnus eſt corruptibiles naſci aliud carnaliter emori. Sed quia poſt mortem quoqꝫ eterna mors ſequitur occulto eius iuſtoqꝫ iudicio: etiam ſine cauſa vulnera multiplicantur. perpetua quippe tormenta percipiunt qui nichil ex propria voluntate peccauerunt. vnde poſſet etiam ſatis fortis ratio formari ad propoſitum: vt videtur. quoniam ſi nullam aliam penam / q̄ damni preciſe infantes tales poſt mortem paterentur: ſequitur ꝙ eis multo melius poſt mortem: et etiam poſt finalem eorum damnationem / q̄ fuerint in vita iſta multas ſenſibiles penas et cruciatus patiuntur: et cum hoc carent diuina viſione. poſt eorum autem damnationem nullam penam ſentirent: ſed tantum diuina viſione carerent. Sed conſequēs videtur falſum. nam omnium damnatorum peior poſt iudicium finale futura videtur eſſe conditio. Et hoc etiam videtur probare in ſpeciali quantum ad propoſitum textus allegatus: iuxta expoſitionem Grego. cum dicitur.



Multiplicauit vulnera mea. non enim multiplicarentur: ſed potius minuerentur ſi nullam penam preter illam carentiam diuine viſionis haberent.

❡ Qui viam iſtam tenere vellet poſſet reſpondere ad probationes ptis oppoſite. vnde ad rationē factā ad queſtionem diceretur cōſequentiam non valere: quia non ſolum culpe actuali debetur triſtitia pene ſenſibilis: ſed etiam culpe originali: ⁊ hoc notat Augu. in auctoritate de fi. ad pe. ſuperius allegata. cum ait. quia ſi peccatum proprie actionis ⁊c. hoc etiam notat beatus Greg. ſtatim poſt verba eius preallegata exponēs eius etiam ſine cauſa. d. qui itaqꝫ nullum ꝓpoſitum adiungens ex ſolo originis reatu premittitur. quid iſte in illo extremo examine quātum ad humani ſenſus eſtimationem: niſi ſine cauſa vel naturaliter. Sed tamen ſub diſcretione diuina iuſtum eſt vt propago mortalis velut infructuoſa: arbor etiam in ramis ſeruet amaritudinē quā traxerit ex radice. Vulneratio aūt vt patet pena ſenſibili capitur. et q̄uis ſm humanam eſtimationem non deberetur ei qui nullum proprie actionis peccatum habuit. ſm tamē dei occultam iuſtitiam debetur ei qui originalem culpam contraxit.

❡ Auctoritas decretalis non ꝓbat conſequentiam: quia illa non dicit ꝙ ſolius culpe actualis pena ſit cruciatus gehēne. et per idem ptꝫ ad auctoritatem Apoc. quia cum illa ſententia ſtat: ꝙ etiam alijs qui non ſe glorificauerunt in delitijs dentur tormentum ⁊ luctus.

❡ Ad ſecūdum quod eſt ex Auguſt. et ench. dicendum ꝙ non ꝯcludit propoſitum: quia valde bene ſtat ſimul ꝙ ipſi patiantur penam ſenſibilem: et ꝙ eorum pena ſenſibilis ſit mitiſſima reſpectu penarū illorū qui actualiter peccauerunt. Et pro certo ſi diligēter inſpiciatur. ibidem intentio Aug. videtur eſſe ad opoſitum eius quod intēditur per argumentū et pro principali ꝓpoſito. vnde in principio immediate precedentis capituli. ait Aug. quicūqꝫ ab illa perditionis maſſa que facta eſt per hominem primū nō liberatur per vnum mediatorē dei ⁊ hominū. reſurgent quidem et ipſi vnuſqſqꝫ cum ſua carne: ſed vt cum diabolo ⁊ angelis eius puniātur: ⁊ paulopoſt nec moueat inquit quomodo in eis corpus incorruptibile ſi dolere poterit: aut quomodo corruptibile ſi mori nō poterit. non eſt enī vera vita niſi vbi feliciter viuit: nec vera incorruptio niſi vbi ſalus nullo dolore corrumpitur. vbi autem infelix mori nō finitur: vt ita dicam mors ipſa: non moritur: ⁊ vbi mors perpetuus nō interimit: ſed affligit ipſa corruptio non finitur. Ex his patet eum velle ꝙ quilibet non liberatus a maſſa perditionis: quales conſtat eſſe infantes: de quibus eſt ſermo reſurget cum carne ſua: vt in illa dolores patiatur: et per conſequens quilibet talis habebit ſenſibilē penā: inter hos reſpectu mitiſſimā dicit fore penam eorꝫ qui ſolum originale habuerunt. ❡ Ad tertiū dicēdum ꝙ nec ex illa decretali probatur intentum. nam decretalis non dicit ꝙ ſola carētia diuine viſionis ſit pena peccati originalis: nec (vt etiam ſupra dixi) ait ꝙ ſolius actualis peccati cruciatus gehenne eſt pena: quorum vtrūqꝫ vel alterū dicēdum eſſet vt ſufficeret ad illud probādum. Item ꝙ tales excluſiue non ſint intelligende ex illa decretali patet. Tū ex gloſa ibidem: que dicit. paruuli qui ſine baptiſmo decedunt in tenebris manent. de cō. d. 4. nulla preter. ⁊ pena illa mitiſſima eſt omniū de con. d. 4. de generāte: ⁊ tamen ſempiterno igne puniunẗ diſ. eadem firmiſſime: ⁊ eſt auctoritas Auguſt. ſuperius allegata. ecce ꝙ preter tenebras ponit penam ignis. Tum etiam quia ad propoſitum ꝙ vult decretalis concludere neutra illarum excluſiuarum opportuna eſt. vult probare ꝙ dormiēti vel amenti non dimittitur per baptiſmum originale peccatum: ſicut dimittitur paruulis. ⁊ ſupponit ꝙ in talibus ſit etiam actuale peccatum. ꝓbat autem hoc: quia pena orginalis peccati eſt carentia viſionis dei. actualis vero pena peccati gehēne ꝑpetue cruciatꝰ. vnde ſi primū dimittetur alicui altero nō dimiſſo talis nō careret viſione dei ꝓpter originale peccatum dimiſſum: ⁊ cruciaretur in gehēna perpetuo propter reatum criminis actualis. ſed hec tanq̄ incompoſſibilia ſeſe non patiūtur: immo mutuo aduerſantur hic decretalis. Patet etiam ꝙ tota iſta argumentatio ſtat etiam ſi p̄ter carentiam diuine viſionis ſit alia pena originalis peccati. nam adhuc cuꝫ dimittetur originale eximeretur ille a pena talis carentie.

❡ Preterea. Conſtat ꝙ peccati actualis non ſolum cruciatus gehēne eſt pena: ſed etiā carentia diuine viſionis. vnde chriſtianus qui nullum habet originale ſi decedat cum reatu actualis mortalis ſemper carebit dei viſione: ſicut igitur ex hoc quod dicit decretalis: ꝙ pena actualis peccati eſt cruciatus gehenne non tollitur: quin etiā eius pena ſit carentia diuine viſionis: ſic nec ex hoc quod ait ꝙ pena originalis peccati eſt carentia diuine viſionis: excluditur ꝙ eius pena etiam ſit cruciatus gehenne. Auctoritatem vero Magiſtri negaret qui teneret hanc viā nec eā preponderaret auctoritatibus Auguſt. atqꝫ Grego.

❡ Quia tamen huius. q. non vidi partem aliquā expreſſe determinatam ab eccleſia. ⁊ tremendum mihi videtur negare auctoritates ſanctorum. econtra etiam non eſt tutum contraire cōmuni opi. et conſenſioni magiſtrorū noſtrorum: idcirco neutri parti alteram preferens diiudicationem earum lectori relinquo.

❡ Diſtinctionis. xxxiiij. xxxv. xxxvj. et. xxxvij. Queſtio prima.

Circa diſ. 34. et tres alias ſequētes in quibꝰ Magiſter inquit de quiditate et cauſa peccati actualis. Quero vtrū actualis peccati deꝰ ſit cauſa immediata efficiens. Arguo ꝙ nō. primo ſic. Mali nulla eſt cauſa efficiens. igitur neqꝫ peccati. ptꝫ conſequētia. quia omne peccatū eſt malū. antecedens ꝓbatur. qꝛ cuiuſlibet eſt aliqua cauſa efficiens ipſum eſt aliqua entitas ſeu eſſentia. nulla enim cauſa efficit nihil ſeu non ens. Sed malum nō eſt aliqua entitas: quia ſm Auguſt. de fi. ad pe. malū nihil aliđ eſt niſi priuatio boni. Et. 83. q. dicit ꝙ totum hoc nomē mali de ſpeciei priuatione repertū eſt. priuatio autem nulla entitas eſt. igitur ⁊c. Ca p̄. 21. q. 6.

❡ Secūdo ſm Auguſt. 12. de ciui. dei. mala volūtas non habet cauſam efficiētem: ſed deficientem. mala voluntas vtiqꝫ peccatū eſt. igitur peccatū nō habet cauſam efficiētem: ⁊ ſi non. igitur deꝰ non eſt cauſa efficiens peccati. Cap. 7.

Contra deus eſt imediata cauſa efficiēs ſaltē ꝑtialis oīs entitatis. igitur ⁊ peccatiꝰ actualis. antecedens patet per illud Auguſt. 83. q. deus omniū que ſunt cauſa eſt. ⁊ Ioānis primo. omnia per ipm̄ facta ſunt. conſequētia ꝓbatur ex diffinitione data per eundem de peccato in lib. de duabꝰ animabus: vbi ait. ꝙ peccatū eſt voluntas retinēdi vel conſequendi quod iuſtitia vetat: et vnde liberū eſt abſtinere. ⁊ cōſtat ꝙ ibi diffinit peccatum actuale. volūtas autem quelibet eſt entitas aliqua. igitur et peccatū eſt entitas: ex quo ptꝫ conſequentia. Oppoſitū. q. 16.

In diſſolutione huius. q. tres erunt articuli. nam primo videbitur vtrum malum ſit aliqua entitas: et an ſit aliqua efficiens cauſa mali. Secūdo videbitur vtrum peccatum ſit entitas aliqua ⁊ quomodo peccatum ſit malū. Tertio videbitur id quod queritur principaliter.

Quãtum ad primũ articulum premitto ꝙ malum
poteſt dupliciter capi. Uno modo pro
eo quidẽ quod denoĩatur malũ. ſicut dicimus hominem
malum ⁊ angelum malum ⁊ aurum malum: ⁊ ſic de alijs.
Alio modo ꝓ eo. vnde p̃mo aliqđ denoĩatur ſeu eſt malũ
primo modo cũ loquimur de malo. hoc nomẽ malũ ſumi-
tur adiectiue. cũ autẽ loquimur ſcđo modo ſumit̃ ſubſtã-
tiue ⁊ eſt ſinonymũ huic nomini malitia: qđ euidẽtius re-
tinet formã nominũ abſtractorum ⁊ principaliũ a quibus
concreta ⁊ que vocantur ſumpta deriuant̃. Item aliqua
denoĩantur mala diuerſimode ſm ꝙ diuerſam analogiã
habent ad malũ ſcđo modo acceptũ: quẽadmodũ etiam
ſm diuerſam analogiã ad ſanitatẽ aliqua diuerſis ſigni-
T.c.2. ficationibꝰ denoĩantur ſana. vt declaratur. 4. meta. et ſic
etiã de his que infirma vel egra dicuntur. quedã enim ſic
denoĩantur: qꝛ ſubiecta ſunt egritudinis ad bonũ intelle-
ctum quo ꝓuationibus deputamꝰ ſubiecta quedã: qꝛ cau-
ſe ſunt egritudinis: quedã aliter ⁊ quedã aliter. Sic etiã
eſt de malis; vt patebit ĩ ſequẽtibꝰ. ex quibꝰ etiã predicta
diſtinctio declarabit̃. hoc premiſſo pono cõcluſiones ad
articulũ iſtum: quarũ prima eſt: ꝙ malitia ſeu malũ: vnde
in primo aliqđ denominat̃ malum: qđ vocari poteſt per ſe
Cap.20. malũ ſeu iuxta Anſel. de caſu diaboli. poteſt dici malum
ſimpliciter vel malũ ſimplex; nõ eſt aliquã entitas: ſꝫ pura
priuatio ſeu defectus boni debiti. Secũda concluſio eſt:
eodem modo ſumẽdo malum ꝙ ꝗuis malũ nõ ſit aliqua
entitas qđlibet tamẽ eſt in aliqua entitate. Tertia ꝯcluſio
eſt. de malo accepto p̃mo modo. ſ. pro eo ꝙ denominatur
malũ quod iuxta Anſel. non ſimpliciter dicit̃ malum: ſed
malum aliqđ et eſt ꝙ aliquod malũ eſt entitas: et nõ tamẽ
omne. Ex quibus cõmuniter patebit ꝙ alicuius mali eſt
aliqua cauſa per ſe efficiens ⁊ alicuius nõ. ¶ Primã cõ-
cluſionem ꝓbo primo auctoritatibus. ait nãqꝫ Ambro. in
lib. de iſa. et aĩa. et eũ etiã allegat Auguſt. lib. p̃mo contra
Julia. in fine. Quid eſt malitia niſi boni indigẽtia. Item
Aug.c.12 Auguſt. in ench. Quid eſt aliđ quod malũ dicit̃ niſi ꝓua-
tio boni. ⁊ idem de fi. ad pe. vt primo argumento ad. q. eſt
allegatum. Itẽ de moribus manicheorũ circa ꝓncipium
ait. natura malũ: et naturam accipit ibi vl̃r ꝓ entitate.
vnde paulopoſt ſubdit. nã et ipſa natura nihil eſt aliud ꝗꝫ
id quod intelligit̃ in ſuo genere aliquid eſſe. Itaqꝫ vt nos
nouo noĩe ab eo quod eſt eſſe vocamꝰ eſſentiam ꝗꝫ plerũqꝫ
etiam ſubſtãtiam noĩamus: ita veteres qui hec noĩa non
habebãt pro eſſentia ⁊ ſubſtãtia naturam vocabãt: ⁊ non
multo poſt ait: ꝙ malũ non ſm eſſentiã: ſed ſm ꝓuationem
rectiſſime dicit̃. Item de natura boni circa principium.
Malũ nihil aliud eſt ꝗꝫ corruptio vel modi vel ſpeciei vel
Cap.22.i ordinis naturalis. Et contra epiſtolã fundamenti. Quis
inquit dubitet totũ illud qđ dicitur malũ nihil aliud eſſe
ꝗꝫ corruptionẽ: poſſent qđẽ alijs atqꝫ alijs vocabulis alia
atqꝫ alia mala noĩari: ſed ꝙ oĩm rerum malũ ſit in quibus
mali aliqđ animaduerti poteſt corruptio eſt. Et hoc per
multa exempla patefacto ſubdit. Qꝛ ſi nõ inuenit̃ in rebꝰ
malũ niſi corruptio nõ eſt natura. nulla nãqꝫ natura malũ
eſt. ⁊ naturã vl̃r pro entitate accipit: ſicut ſupra: vt p̃tꝫ
Cap.22. diligẽter inſpicienti. Item. 8. ſup Geñ. neqꝫ enĩ vlla natu-
Cap.9. ra mali eſt: ſed amiſſio boni hoc nomẽ accipit. et eadẽ ver-
ba ſcribit. 2. de ciui. dei. in fine. ⁊ eandẽ prorſus ſententiã
Leo. ponit infra. c. 22. Item Leo papa in epiſtola ad thorulũ
auctorigenſem epiſcopũ contra errores preſciliani. fides
Cap.6. inquit vera que eſt catholica omniũ creaturarũ ſiue ſpiri-
tualium ſiue corporaliũ bonorũ cõfitetur eſſe ſubſtãtiam
Anſel. et mali nullã eſſe naturam. Item Anſel. de caſu diaboli.
Cap.5. Malum inquit nõ eſt aliud ꝗꝫ non bonum aut abſentia bo-
ni: vbi debet aut expedit eſſe bonum: quod autem non eſt
aliud ꝗꝫ abſentia eius quod eſt aliquid vtiqꝫ non eſt ali-
quid et ſimile dicit de cõm. virgi.

¶ Alie auctoritates plures adduci poſſent: ſed iſte ſuffi- Cap.5.
ciant Secundo declaro concluſionem ratione. ⁊ ſuppono
vnũ quod eſt euidens. ſ. ꝙ omne quod denominatur malũ
vel denominatur malũ ad ſe / ſeu abſolute quẽadmodum
dicitur aurum malum/ vel vinũ malum: ⁊ ſic de alijs. aut
denominatur malum in ordine ad aliud. videlicet ꝙ ali-
cui dicitur malum ſicut venenũ dicitur eſſe homini/ vel
alteri animali malum. In vtriſqꝫ probatur propoſitum ⁊
de primis ſic. quelibet res ſi careat aliquo bono ſibi debi-
to dicitur mala: quicquid aliud ipſa habeat / vel non ha-
beat: et ſi non careat aliquo tali bono quicquid aliud ha-
beat / vel non habeat non dicitur mala. ergo quelibet res
primo ex carẽtia alicuius boni debiti dicit̃ mala. ex quo
ſequitur propoſitum: ſicut p̃tꝫ conſequentia eſt euidens: ⁊
antecedẽtis prima pars patet. nam quelibet res eoipſo ꝙ
caret aliqua perfectione ſibi debita imperfecta eſt ⁊ vitio
ſa: ac per hoc mala cenſetur. vnde vt ait Augu. 3. de lib. ar. Cap.11.
tãtum additur malitie vitiorum quãtum naturarum in-
tegritati minuitur. Et propterea paulo poſt ſubdit. quod
perfectioni nature deeſſe cõſpexeris id vocas vitium. Et
in principio ſequentis capituli dicit. ꝙ id recte vituperas
ꝙ nõ ita eſt: vt debuit. Scđa pars antecedentis etiam pa-
tet. nam ſi res non careat aliquo bono/ vel perfectione ſibi
bita iam integra ⁊ perfecta in ſuo genere exiſtet. ac ꝑ hoc
nec deficiẽs/ nec vitioſa/ vel mala. vnde ſi aurum omnem
perfectionem ſue nature debitam quãtum ad ſpeciem et
modum/ ſeu gradum et menſuram / vel proportionem in
ſpecie: ⁊ quãtum ad ordinem ⁊ habitudinem ad aliud ha
beat vtiqꝫ quocũqꝫ alio non ſue perfectioni debito careat
aut quicquid aliud habeat: dũmodo propter illud non ca
reat aliquo debito ſibi perfectum ⁊ bonũ aurum dicetur.
vnde ſiue caleſiat/ ſiue infrigidet̃: aut aliã aliquã quali-
tatem ſuſcipiat. dum tamen nullo bono priuetur ſemper
bonum manet ⁊ non vitioſum. ⁊ ideo dicit Ambro. vbi ſu-
pra. ꝙ non ſunt mala niſi que priuãtur bonis et Augu. in Cap.12.
enchi. ſicut inquit corporibus animalium nichil eſt aliud
morbis ⁊ vulneribus affici/ ꝗꝫ ſanitate priuari ⁊c̃. ita ſub-
dit ipſe ⁊ animarum quecunqꝫ vitia naturalium ſunt pri-
uationes bonorum: volens per hoc habere ꝙ res intantũ
preciſe ſunt male / vel vitioſe inquantum aliquo ſuo bono
priuantur. Quod etiam confirmatur per Anſel. de cõ. Cap.5.
vir. ait enim nulli eſſentie eſt aliud malam eſſe / ꝗꝫ deeſſe
illi bonum quod debet habere. deeſſe vero bonum quod
debet adeſſe non eſt aliquid eſſe: quare malam eſſe. nõ eſt
vlli eſſentie aliquid eſſe: ⁊ per hoc vult habere malum nõ
eſſe vllam eſſentiam. de his etiã que dicuntur mala in re-
ſpectu ad alia. probatur concluſio. qꝛ quecũqꝫ ſunt aliqui
bus alijs mala: ideo preciſe ſunt illis mala: qꝛ illis nocent:
et ideo preciſe nocent: qꝛ illa aliquo bono priuant. i. quia
propter ipſa illa aliquo bono priuãtur. igitur quecũqꝫ ſic
dicuntur/ vel ſunt mala ex carentia alicuius boni primo
ſunt mala. conſequentia euidens eſt. et antecedens decla-
rari poſſet in ſingulis diſcurrendo. ſi enim venenum ſer-
pentis non plus priuaret hominẽ aliquo ſuo bono/ ꝗꝫ pri-
uet ſerpentem: non plus eſſet homini malum/ ꝗꝫ ſit ſerpen
ti. Similiter ſi panis non plus lederet accipitrem / ꝗꝫ ho-
minem non plus eſſet ſibi malum/ ꝗꝫ homini: et econtra. ſi
ita necaret hominem: vt necat accipitrem: ita eſſet homi-
ni malus ſicut eſt accipitri: et ita in oĩbus claret quod di-
ctum eſt. ¶ Confirmo iſtud per Auguſti. in de moribus
manicheorũ. vbi oſtendit ꝙ quelibet talia non inquãtum
tales nature/ ſeu entitates ſunt: ſunt alicui mala. Sed ſo-
lum inquãtum ſunt alicui inconuenientia. i. diſconueniẽ-
tia. vnde in omnibus talibus dicit: ⁊ oſtendit ſolam incõ-
uenientiam eſſe malũ. hoc eſt illa eſſe mala alij inquãtum
inconueniunt. Inquantum autem inconueniunt nocent.
vnde ait. quis poſſet efficere: vt ſibi incõueniẽtia non no-



cerent: ſed vlterius vt ait magiſter ꝓpe principiũ li. quic-
quid nocet bono aliquo priuat eam rem cui nocet. nam ſi
nullũ bonum adimit nihil prorſus nocet: et paulo poſt di-
cit ꝙ nocere bono priuare eſt ex quibus oĩbus totũ ante-
cedens declaratũ eſt. ¶ Concluſio ſcđa eſt eodẽ modo ſu
mendo malũ: ꝙ ꝗuis malũ non ſit aliqua entitas. quodli-
bet tñ eſt in aliqua entitate ad eũ ſenſum loquẽdo quo di-
cimus cecitatẽ eſſe in oculo ⁊ tenebrã in aere: ⁊ vniuerſali
ter priuationes in ſuis ſubiectis. hãc concluſionẽ ꝓbo pri
Cap.26. mo auctoritatibus Aug. ait enĩ Aug. in ench. mala oĩno
ſine bonis ⁊ niſi in bonis eſſe non poſſunt: ꝗuis ſine malis
poſſint. ⁊ certũ eſt: vt ex precedentibus: p̃tꝫ ꝙ loquitur de
malis: vt ſumitur malũ in popoſito ⁊ bonis que ſunt enti-
tates/ vel nature: ſicut p̃tꝫ ex exẽplis que ĩmediate indu-
xit. põt enĩ inquit homo/ vel angelus nõ eſſe iniuſtus: iniu
ſtus aũt non põt eſſe niſi homo/ vel angelus: ⁊ bonũ ꝙ ho-
T.c.13. mo ⁊ bonũ ꝙ angelus malũ ꝙ iniuſtus. Item natura inqt
ſi corruptione conſumitur / nec ipſa corruptio remanebit
niſi vbi eſſe poſſit ſubſiſtente natura ⁊ abſqꝫ medio infert.
ac per hoc nullũ eſt qđ dicitur malũ ſi nullũ ſit bonũ. vbi
Aug. duas ĩplicat conſequẽtias. vna eſt ſi nullũ ſit bonũ.
nulla eſt natura in qua ſit corruptio. alia eſt. ſi nulla ſit na
tura in qua ſit corruptio. nullũ eſt malũ: ⁊ ex hac p̃tꝫ pro-
poſitum. Item de moribus manicheorũ nõ longe a princi-
pio. Querã inquit tertio quid ſit malum. reſpõdebis for-
taſſe corruptio. quis ⁊ hoc negauerit generale malũ eſſe.
et ſubdit: ſed corruptio non eſt in ſeipſa: ſed in aliqua ſub-
ſtantia quã corrũpit. hoc etiã p̃tꝫ ex auctoritatibus addu
ctis ad primã concluſionẽ quibus habet̃ ꝙ malum nõ eſt
niſi priuatio boni. oĩs aũt priuatio ꝓprie loquẽdo de pri-
uatione eſt ſubiectiue in aliqua entitate ad bonũ intelle-
ctum. ¶ Confirmatur iſtud ⁊ etiã ipſa principalis cõclu-
ſio per rationẽ. qꝛ vt ꝓbatum eſt res que abſolute dicitur
mala. ideo preciſe dicitur mala: qꝛ caret bono ſibi debito.
non igitur abſoluta negatio boni eſt malum / ſeu malitia.
Sed negatio boni in re cui illud bonum debetur. ¶ Pre
terea. Si nõ quodlibet malũ eſſet in aliqua entitate abſo-
luta negatio boni eſſet malũ: vt prius. ſed hoc eſt falſum.
qm̃ ſm hoc ſequitur ꝙ negatio alterius mũdi ab iſto qui
eſt/ ſeu aliũ mundũ non eſſe eſt quoddã malum. ⁊ ſimiliter
cuiuſcũqꝫ boni poſſibilis negatio eſt quoddã malum: qđ
nullus diceret. Item ſequitur ꝙ anteꝗꝫ deus creauit ali-
quã rem erãt multa mala. ĩmo ĩfinita. nã nullũ bonũ crea
tũ erat: ĩmo ſequitur ꝙ multa plura mala fuerant/ ac etiã
erant qñ primo creauerat. etiã ⁊ oĩa erant valde bona/ ꝗꝫ
eſſent bona ſicut ⁊ poterãt plura eſſe bona que nõ erãt / ꝗꝫ
erant illa que creauit. ſed oĩa hec ſunt abſurda. igitur ⁊c̃.
¶ Preterea. Si negatio boni quã dicimus malum eſſet
abſoluta negatio/ vel ex nullius boni negatiõe aliqua res
diceretur mala: vel ſi ex alicuius boni negatione res ali-
qua diceretur mala ex eadem/ vel ſimili quelibet alia res
diceretur mala. patet. qꝛ non potior ratio eſſet de vna re/
ꝗꝫ de alia. ſed conſequens p̃tꝫ falſum. nam ex carentia iu-
ſtitie homo dicitur malus: et ex carentia viſus/ aut oculi/
aut fortitudinis corporalis equus dicitur ⁊ eſt malus. et
ſic de multis alijs poſſet exẽplum poni: et tamen aurum/
nec ex carentia iuſtitie/ aut viſus dicitur/ aut eſt malum.
¶ Tertia cõcluſio eſt. de malo denominatiue dicto. ⁊ eſt
ꝙ quoddam malum eſt entitas: ⁊ quoddam non. hec quã-
tum ad primam partem ſatis eſt clara: tam de his malis
que denominãtur mala denominatione actiua. vtpote qꝛ
priuant aliud bono/ ſeu qꝛ propter ipſa aliud priuatur bo
no ſibi debito. nam conſtat ꝙ venenum quod eſt malũ ho-
minis eſt aliqua entitas: et panis qui eſt malum accipi-
tris eſt entitas aliqua. et ſic de alijs multis: ꝗꝫ etiam de
his que denominant̃ mala denoĩatione paſſiua: ⁊ per mo
dum ſubiecti. videlicet illa que priuantur ſuo aliquo bo-

no. nam conſtat ꝙ ⁊ malum aurum ⁊ malum vinum ⁊ ma
lus homo et malus angelus ſunt entitates alique. Unde
Auguſti. in enchi. Quid eſt malus homo niſi mala natu- Cap.15.
ra. qꝛ homo eſt natura. Quãtum etiam ad partem ſecun-
dam. vꝫ ꝙ non omne quod denominat̃ malum eſt aliqua
entitas. p̃tꝫ. nam abſtinere prorſus a cibo et potu eſt ma-
malum animali. ⁊ tñ non eſt aliqua entitas. ſimiliter clau
dicare eſt homini malum: nec tñ eſt aliqua entitas: ꝗuis
ipſe homo claudicãs. ac etiã pes hominis ⁊ ſpatium per
quod claudicat entitas aliqua ſit. Et ideo dicit Augu. in
de ꝑfectione iuſtitie circa principiũ. ꝙ claudicatio actus
eſt non res. et idem dicit de rapina quam etiam dicimus
eſſe malã. et idem dicendum eſt de quolibet alio cõplexe
tãtũ ſignificabili quod nos dicimus eſſe malum. nullum
enim tale proprie dicitur eſſe res / ſeu entitas aliqua: vt
declaratum fuit primo lib. Ex his patet qualiter ſumpti
mali eſt cauſa aliqua efficiens: ⁊ qualiter non. nam mali-
tie / ſeu per ſe mali cum nullã entitas ſit. nulla eſt proprie
loquendo cauſa efficiens. omne enĩ efficiẽs facit aliquid
eſſe et aliquã entitatem. nec proprie dicitur eſſe factum:
quod nihil eſt. vnde. 7. met. dicit Philoſophus. ꝙ omnia T.c.22.
que fiunt ab aliquo fiunt ⁊ ex aliquo et aliquid. cuius di-
ctum quãtum ad primam et vltimã particulam vtiqꝫ ve-
rum eſt. Item. 5. phyſi. vult ꝙ omnis generatio eſt ex non T.c.7.
eſſe in eſſe: ex quo ſequitur ꝙ omne quod generatur capit
eſſe. ⁊ per conſequens ſit aliqua entitas. Et vniuerſaliter
idem iudicium eſt de quolibet quod proprie loquendo di
citur fieri. Confirmatur per Auguſti. in de Geñ. ad litte-
ram imperfecto dicentem. Non enim deum feciſſe tene-
bras dictum eſt. ſcꝫ in illa ſcriptura Geñ. in qua vniuerſo
rum creatio prima refertur. quoniã inquit ſpecies ipſas
deus fecit non priuationes que ad nihilum pertinent. vn-
de ab artifice deo facta ſunt omnia. ⁊ paulo poſt etiã ait.
Species naturaſqꝫ ipſas deus ⁊ facit ⁊ ordinat. priuatio
nes autem ſpecierum defectuſqꝫ naturarũ non facit: ſed
ordinat tantũ. Item hypoñ. reſponſione prima circa me-
dium. Mors inquit priuatio vite eſt nomen tãtum habẽs
non eſſentiam: et ideo deus eius auctor eſſe dici non po-
teſt. quicquid enim deum feciſſe dicimus habet eſſentiã:
id eſt ſpecies eſt. eſſentia enim dicitur ab eo quod eſt ⁊c̃.
per hec eadem patet ꝙ nec mali denominatiue accepti.
quod tamen nulla eſt ſm ſe entitas: eſt aliqua cauſa effi-
ciens: mali autem denominatiue ſumpti quod vtiqꝫ ali-
qua entitas eſt: vere eſt aliqua cauſa efficiens ſicut et cu-
iuſlibet creature. ¶ Contra predicta poteſt argui. et pri-
mo contra concluſionem primam qua dicitur malum ſe-
cundo modo ſumptum/ ſeu malitiã ipſam non eſſe aliquã
entitatem. ꝓbatur huius oppoſitum primo ex allegatis
pro concluſione. ibi enim dicitur ꝙ mala ſunt in bonis: et
ſimiliter ſequitur ꝙ corruptio que malũ dicitur eſt in ali-
qua ſubſtãtia: ſed ꝙ nulla entitas eſt. in nulla entitate eſſe
poteſt. vnde pure nihil nullus diceret eſſe in aliquo.
¶ Secundo ſm Anſel. de cõ. vir. ꝗuis malum quod in-
iuſtitia eſt ſemper ſit nihil: incommoditas tamen que ma
lum eſt: vnde incõmoda dicuntur mala aliquando poteſt
eſſe: vt cecitas ⁊ ſurditas aliquando videtur eſſe aliquid:
vt dolor et triſtitia. igitur aliquod malum eſt entitas.
Nec poteſt dici ꝙ dolor ⁊ triſtitia dicantur mala denomi
natiue tantum: vt vꝫ dicantur ideo preciſe: quia priuant
eum in quo ſunt aliquo bono ſibi debito: quoniam vbi om
nino nulla abſentia alicuius boni ſequeretur ex ipſa: ad-
huc ipſamet ſm ſe eſſent quedam mala habentis: et illi
per ipſa malum eſſet: quoniam doleret et triſtaretur.
¶ Confirmatur. quia vna inquantum eſt pena eſt quod- pena
dam malum. vnde malum diuiditur communiter in ma-
lum culpe et pene. triſtitia autem ſm ſe eſt pena: et ſimili-
ter dolor. igitur vtrũqꝫ ſm ſe eſt quoddam malum.

¶ Tertio ſi triſtitia non eſſet ſm ſe malũ: ſed preciſe: quia aliquo bono priuat triſtem. ſequeretur ꝙ ſi quis priuaret illo bono. nec tamẽ haberet triſtitiam: ſicut bene poſſibile eſt per diuinã ſaltem potentiã: tantũ malũ ille pateretur: et tantũ mali ei eſſet ꝗ̃ eſſet: ſi cũ hoc ꝙ illo priuaret̃ bono etiã actualiter magnã haberet triſtitiã: qđ videtur abſurdum ꝯcedere. ¶ Quarto ſm hoc. omnis pena eſſet pena damni ⁊ nulla eet pena ſenſus cõtra cõmunem diſtinctionem doctorũ. ¶ Quinto ſi malum ſm ſe nõ eſt niſi pura priuatio boni debiti quelibet talis priuatio eſt quoddam malum. ptꝫ conſequẽtia. ſed conſequẽs eſt falſum primo: quia in rebꝰ creatis a deo quãdo primo create ſunt nullũ fuit malum. vnde ſm Aug. in enchi. Singula erũt bona: Cap.5. ſimul vero vniuerſa valde bona. ⁊ tamẽ multe fuerũt tũc priuationes in rebꝰ creatis. vnde tenebre erãt ſup faciem abyſſi. terra etiam erat inanis ⁊ vacua ſeu incompoſita ⁊ inordinata: que vtiqꝫ denominationes priuationum ſunt. ¶ Preterea. Si deus anteꝗ̃ Adã peccaſſet annihilaſſet virtutes ⁊ alias perfectiones eiꝰ accidentales cõſeruata ſubſtãtia eiꝰ ſicut bene potuiſſet de ſua potẽtia abſoluta. vtiqꝫ Adã caruiſſet aliquo bono ſibi debito. ⁊ tamẽ nullũ fuiſſet in eo malum: quod ꝓbatur. nam ſm Auguſtinũ. in de Geñ. ad litterã imperfecto in principio. omne qđ malũ dicit̃: aut peccatũ eſt: aut pena peccati. ĩ eo aũt nõ fuiſſet peccatũ patet. ⁊ per conſequẽs nec pena peccati.

¶ Sexto ſi crearet̃ aliquis angelus cũ ſolis naturalibus bonis nõ habẽtibus incõpoſſibilitatem ad actũ peccati. et iſte poſtmodũ peccaret: ipſe fieret malus per peccatũ: vt certum eſt: ⁊ tamen nõ priuaret̃ aliquo bono ſibi debito plus ꝗ̃ ante. Similiter ſi vnus exiſtẽs in peccato mortali de nouo iterum peccet fit vtiqꝫ peior ꝗ̃ erat prius: ⁊ tamẽ nullo bono priuatur plus ꝗ̃ ante. quia ante priuatus erat omni eo cui peccatum eſt incompoſſibile. igitur nõ omne malum eſt priuatio boni debiti. ¶ Contra ſecũdam ꝯcluſionem etiam argui poteſt. primo: quoniã totalis negatio eſſendi alicuius ſubſtãtie. qualis eſſet negatio angeli michaelis ſi totaliter annihilaret̃: nõ eſſet in aliqua entitate. et tamẽ ipſa eſſet mala: imo quoddam magnum malũ. igitur nõ omne malũ eſt in aliqua entitate: patet cõſequẽtia: nam idem iudiciũ eſt de totali negatione eſſendi alicuius creabilis anteꝗ̃ creetur: quod eſſet de negatione totali alicuius annihilati: ſunt autẽ de facto multa creabilia que ſimpliciter nihil ſunt. antecedẽs quo ad ſecũdam partem probatur. qꝛ negatio maioris boni eſt maius malũ. Subſtantia autẽ angeli eſt maius bonum ꝗ̃ aliqua ſua accidẽtalis perfectio. igitur eius negatio eſt maius malum.

¶ Preterea. Priuari aliquo bono eſt malũ et ꝓuari illo et quodã alio bono eſt peius: ſicut paſſio eſt homini priuari ſapiẽtia ⁊ iuſtitia ſimul ꝗ̃ priuari tantũ ſapiẽtia: ⁊ ſimiliter peius eſt priuari manibus ⁊ pedibus ꝗ̃ pedibus tm̃. igitur priuari ſimul omnibus bonis eſt multo peius. imo vt videtur eſt peſſimũ ſeu ſummũ malũ. ¶ Secũdo quia ſimplr̃ nõ eſſe eſt magis fugiendum ꝗ̃ carere certo bono accidentali ſibi debito. igitur eſt maius malũ. antecedẽs notum. conſequẽtia ꝓbatur: quia ſicut nihil eſt appetendum niſi bonum. ſic nihil eſt fugiẽdum niſi malum.

¶ Tertio qꝛ cuiuſlibet boni poſitio eſt bona. igit̃ ⁊ cuiuſlibet boni remotio eſt mala. vel ſic: quelibet entitas eſt bona. igitur cuiuſlibet entitatis negatio eſt mala. nõ cuiuſlibet autẽ entitatis negatio eſt in aliqua entitate. ptꝫ de negatione ſubſtãtie. igitur ⁊c. ¶ Ad primũ dicẽdum illas locutiones ⁊ vniuerſaliter oẽs alias auctorũ ſignificãtes priuationes aliquas eẽ in rebꝰ quibuſcũqꝫ nõ eſſe accipiẽdas in ſua ꝓprietate: ſꝫ ad ſenſum quẽ auctores habebant qui nõ intẽdebãt ſigr̃e aliq̃s entitates eſſe in q̃buſdã alijs entitatibꝰ: ſed potius eas non ineſſe que ineſſe debebãt. et ideo cũ malũ aliquod dicit̃ eſſe in re aliqua nõ aliud ſignificatur niſi ꝙ aliquod bonũ illa nõ habet quod ipſa deberet habere. hoc docet Auguſt. in de Geñ. ad litterã imperfecto ſup illo. ⁊ tenebre erant ſup faciem abyſ. d. Re vera qui diligẽter cõſiderat quid ſint tenebre nihil aliđ inuenit ꝗ̃ lucis abſentiã. igit̃ dictũ eſt. tenebre erant ſup abyſſuꝫ. ac ſi dictũ eſſet non erat lux ſup abyſſum. ⁊ ſic hoc de vbo eſſendi ſic ⁊ de verbo habẽdi docet eſſe intelligẽdũ in lib. de vita beata. vbi dicit locũ aliquẽ habere tenebras nihil aliud eſt ꝗ̃ lumen nõ habere: ⁊ habere ſtultitiã vel egeſtatem nõ aliud eſt ꝗ̃ nõ habere ſapiẽtiam. Et ꝗ̃obrem inq̃t ipſe vt qđ volo explicem ſicut poſſunt ita dicit̃ habet egeſtatem. quaſi dicat̃ habet nõ habere. Ex his patet ꝙ ex talibus locutionibus nõ poteſt concludi ꝙ mala aut alique priuationes ſint vlle entitates. ſimile in ſentẽtia ex toto ponit Anſel. de caſu dia. ⁊ de cõ. vir. c. 5. ¶ Ad ſcđm dicẽdũ ꝙ et dolor ⁊ triſtitia: ⁊ quecũqꝫ entitates alie que dicãtur incõmoditates vel incõmoda. ac ꝑ hoc mala nõ ſunt malitie ſeu mala ſcđo modo accipiẽdo maluꝫ: ſed ꝑmo modo tantũ. ſ. denoĩatiue ex alicuius boni ꝓuatione que eſt ſm ſe malum. ⁊ hoc patet: qꝛ nihil dicitur cõmodum vel incõmodũ niſi ad aliud. vnde qđ eſt vni cõmodum alij eſt incõmodũ. quicquid autẽ alicui eſt incõmodum. ideo eſt incõmodum: qꝛ nocet. ⁊ ideo nocet: qꝛ aliquo bono ꝓuat: vt ſupra deducebat̃ ex ſentẽtia Augu. de moribꝰ manicheorũ. Cum arguitur contra hoc primo: qꝛ vbi nulla omnino ⁊c. adhuc dolor ⁊ triſtitia eſſent ſm ſe quedã mala habẽtis: et per ipa eſſet illi male. nego: quinimo dico ꝙ ſi nullo ſuo bono per illã priuaretur nõ minus bene ei eſſet cuꝫ illis ꝗ̃ ſine illis. qđ ptꝫ: qꝛ nequaꝗ̃ ſibi illa nocerent. ideo vere eſt illi male: qꝛ nocent priuãdo. ſ. aliquo ſuo bono ſaltem delectatione illa naturalier aĩam cõſequẽte: aut aliquo gradu eius qua in ſe quieſcit et delectatur dum nichil ſentit aduerſi. ⁊ hec eſt illa delectatio ex qua ꝓuenit vt naturaliter quis etiam inexperta deuitet aduerſa. ſm ſentẽtiam Augu. 8. ſuper Geñ. ad litteram. Et ſi dicat̃ cõtra hoc. qꝛ multa patiũtur dolorem ⁊ triſtitiã que non delectãtur ſic in ſeipſis: vtpote aĩalia irrationabilia. talium enim aĩe nõ ſunt cognitiue ſui. ac per hoc nec in ſeipſis ſeu de ſeipſis poſſunt delectari. Ad quod aſſumptũ videlicet ꝙ non cognoſcant ſe falſum eſt: ⁊ expreſſe cõtra determinationem Auguſt. ibidem ſup Geñ. vbi euidẽter oſtendit oppoſitũ. et ſimiliter. 2. de lib. ar. ſicut patere poteſt volenti intueri loca predicta. Ad confirmationẽ cum dicit̃ ꝙ pena inquãtum pena eſt malũ ſi accipiatur malũ contracte ad ſcđm modum tantũ propoſitio eſt falſa. Si vero accipiatur cõmuniter ad primũ et ſecũdum modũ: eſto ꝙ eſſet vera: et ſimiliter minor ſumpta ſub ea nõ concluditur conra ꝓpoſitum: quia non ſequtiur. quelibet pena eſt malum. igitur quelibet eſt malum ſecũdo modo accipiendo malum.

Cap.3. Cap.14. Cap.25. Cap.8.

¶ Ad tertium concedo ꝙ ſi quis priuaretur aliquo bono et nõ haberet triſtitiã non minus malum haberet nec minus male ſibi eſſet ꝗ̃ ſi ſimul cum illa ꝓuatione magnam triſtitiam haberet. dũmodo per illã tiſtitiaꝫ nullo alio bono vel gradu boni priuaret̃. et hoc ideo: qꝛ nihil amplius ipſa ſibi noceret: ac per hoc nec deteriorem faceret.

¶ Ad quartũ dicẽdum ꝙ iſta locutio pena damni poteſt eſſe intrãſitiua vt ſit ſenſus pena que eſt damnum: ⁊ ſic loquunt̃ doctores cum diſtinguũt de pena damni ⁊ ſenſus: per penã damni intelligunt ipſum damnũ ſeu priuationẽ alicuius boni. per penam autem ſenſus aliquod ſenſibile nociuum. alio modo illa locutio poteſt eſſe tranſitiua: vt dicatur pena damni pena cauſans ⁊ inferens damnũ ſeu quã conſequitur damnũ: poteſt ergo conſequẽs illđ accipi tripliciter. vno modo ſumẽdo penam damni determinate primo modo tantũ. alio modo vt ſumatur pena dãni determinate ſecundo modo tantũ. Tertio modo vt ſumatur ꝯmuniter ad primũ et ſecũdum modum. Si ſumatur



primo modo: negãda eſt conſequentia. et ſimiliter ſi ſecundo modo ſumatur. Si vero tertio capiatur ſuppoſito ꝙ omnis pena ſit malum. concedendum eſt conſequẽs quãtum ad iſtam partem. omnis pena eſt pena dãni: ſed pro alia parte qua. videlicet dicitur. ꝙ nulla eſt pena ſenſus neganda eſt conſequentia. nam pena ſenſus etiam eſt pena damni. i. quam conſequitur vel cõcomitatur dãnum.

¶ Ad quintum dicendum ꝙ cum dicitur malũ eſſe priuationem boni debiti: intelligẽdũ eſt quãdo debet ineſſe: et ſicut debet. et ſic accipiendo conſequẽs cõcedo ipſum. Ad id quo primo probatur eſſe falſum. ſuppoſito ꝙ terra prius tempore fuit inanis et incompoſita et non tm̃ prius natura vel cauſa. quia tunc argu. non haberet locum: dico ꝙ tales priuationes non erãt priuationes alicuius boni pro tunc debiti ineſſe. et per conſequens non erant aliqua mala. vnde ſicut ſm Hugo. de ſacra. lib. 1. parte. 6. Cap.25. ac etiam Magiſtrum. lib. 2. diſt. 20. ſi Adam ante peccatum filios genuiſſet illi nati fuiſſent paruuli corpore nec dum valentes loqui vel ambulare: ſine etiam ſcientia et cognitione veritatis. et per conſequens cum carẽtia multorum bonorũ: que poſtmodum per etatis acceſſum fuiſſent adepti. ⁊ tamen tales carentie bonorum non fuiſſent in eis vitia aut mala vlla: ideo quia illa bona non erãt debita eis pro tunc. ſicut dico ꝙ ille priuationes circa terram non erant mala aliqua: quia bona appoſita non erãt debita ineſſe pro tũc. Ad aliam probationem falſitatis illius conſequentis: dico ꝙ illo caſu dato in Adam fuiſſet aliquod malũ: non tamen culpe nec pene proprie loquendo de pena ſm ꝙ pena dicitur a pendo pendis. et inde dicitur punio. vnde qui penã infert punire dicitur: et ꝗ̃uis de facto et ſm ordinationem diuinam omne malũ ſit peccatum vel pena peccati actualis. ſ. vel originalis: vt dicit Augu. non eſt tamen ĩpoſſibile eſſe aliquod maluꝫ quod nec peccatũ ſit nec pena peccati. nec oppoſitũ dicit Aug. ita eſſet in caſu dato. ¶ Ad ſextum dico ꝙ tam angelus ille: ꝗ̃ etiã homo priuaretur bono aliquo. vtriqꝫ enim ſicut et cuilibet rationali creature bonum eſt eſſe naturaliter habilem ad bonum virtutis et eſſe magis habilẽ eſt magis bonum. hoc autem bonum in quocũqꝫ peccãte minuitur per peccatum. nam per peccatum fit magis habilis ad vitium ⁊ minus habilis ad bonum: ⁊ hic habilitas ſm aliquos eſt illud bonum ordinis ſeu ille ordo naturalis: cuius corruptionem dicit Auguſt. eſſe malum in lib. de natura boni: cum ait. Malum nihil aliud eſt ꝗ̃ corruptio vel modi vel ſpeciei vel ordinis naturalis. Ad propoſitum dico ꝙ tã angelus ille ꝗ̃ homo priuaretur bono huiuſmodi ordinis ſeu habilitatis naturalis. non qꝛ poſtea non eſſent habiles: ſed qꝛ minus eſſent habiles ꝗ̃ prius.

Tho. p. ria 2. q. 85. articu. 5. ¶ Ad hoc poteſt dici ꝙ vterqꝫ priuaretur bono naturalis ordinis ſumendo talem ordinem: iuxta ſentẽtiã Aug. 22. contra Fauſtum. Vult enim ꝙ ordo qui naturaliter eſſe debet in homine eſt: vt corpus ſit ſubditum anime. inferior pars ſuperiori. vtpote ſenſualitas rationi. et iterũ actio rationis contemplationi: ſiue per fidem operantem ſicut ꝗ̃diu peregrinamur a domino: ſiue per ſpeciem ſicut quando erimus equales angelis dei. hic autem ordo põt attẽdi ſm actũ et ſm habilitatẽ: et vtroqꝫ modo qđdã bonũ eſt. Si enim bonũ eſt vt hõ ſit taliter ordinatus. bonum etiam eſt eſſe habilem taliter ordinari. hic autem habilitas in quolibet peccante minuitur. nam quilibet homo ex peccato redditur minus habilis ad hoc ꝙ ratio dominetur in ipſo ſenſualitati: et contemplatio actioni. ſimiliter angelus redditur minꝰ habilis ad hoc ꝙ eius actio ſeu actiua vita contemplationi ſubdatur. et ſic in ipſo bonum minuitur. ¶ Ad argumenta contra ſecundam concluſionem reſpondeo. Ad primum nego antecedens pro parte ſecunda. Ad primã probationẽ dico ꝙ nõ quelibet maioris boni negatio eſt maius malum. ĩmo aliqua negatio nõ eſt malum: vt ex dictis ptꝫ. ſed negatio maioris debiti ineſſe conſtãtia ſubiecti ſuppoſita. ſicut non quelibet negatio maioris boni eſt maius vitiũ/ vel maior difformitas: vtpote que non ſupponit conſtantiã ſubiecti debẽtis habere tale bonũ: immo talis nec vitium/ nec deformitas eſt: ꝗ̃uis minoris boni negatio in ſubiecto cui debet ĩeſſe et vitium et deformitas ſit. Ad ſcđam probationem nego conſequentiam: ⁊ ſi in conſequẽte accipiatur propriũ priuari. ptꝫ ꝙ implicat impoſſibilia. nam cum priuatio proprie accepta ſupponat conſtantiã ſubiecti impoſſibile eſt aliquid priuari quin ſit. et per conſequens habeat/ ſeu ſit aliquod bonũ. Si vero accipiatur improprie: ita ꝙ ſignificatum ſubiecti ipſius conſequentis ſit idipſum ꝙ nullum bonum habere/ ſeu eſſe. adhuc non tenet conſequẽtia propter cauſam dictaꝫ. ſ. qꝛ eſſe malum. ⁊ ſimiliter eſſe peius vel peſſimum ſupponit conſtãtiam ſubiecti. vnde ſicut nõ ſequitur: vt innuit Auguſt. in de natura boni: ꝗ̃uis id qđ in eodem tempore minus mouetur ſit tardum: ⁊ quod adhuc minus ſit tardius: non tamen ſequitur ꝙ id quod nullatenus mouetur ſit tardiſſimũ/ vel maxime tardum. Et ſil̃iter ſi illđ luminoſum aliquo gradu ſui luminis priuet̃ ipſum fit obſcurum. Et ſi hoc alio tanto gradu fit obſcurius: ſi tamen omni gradu luminis priuetur non fit obſcuriſſimum: immo nec eſt obſcurum: ſed tenebroſum: et hoc ideo: qꝛ tarditas non niſi ei quod mouetur: et obſcuritas non niſi ei quod habet aliquid lucis ineſt. ⁊ ſic in ꝓpoſito. quia malum/ ſeu malitia non niſi exiſtenti ineſt. ¶ Ad ſecundam concedo antecedens: ⁊ nego conſequentiam. Ad probationẽ dico ꝙ falſum aſſumitur. nam et aliquid non malum eſt fugiendum: vtpote cuius oppoſitum eſt appetendum. eſſe vero vtiqꝫ appetendum eſt. ¶ Ad tertiã etiã reſpondendum eſt negando conſequentiam.

Quantum ad ſecundũ articu. dico ꝙ peccatum actuale põt dupliciter accipi. Vno modo proprie pro eo. ſ. ex quo primo denominat̃ quis peccans. Alio modo ĩproprie/ vel ſaltem minus proprie. ſ. pro aliquo implicato in eo ex quo primo denominatur quis peccans: vtpote pro entitate aliqua: quam faciendo quis peccat: vel pro negatione/ ſeu non eſſe entitatis alicuius: quã non faciendo quis peccat. Primo modo accipiendo peccatum dicam primo quid eſt peccatũ: ⁊ ex eius deſcriptione inferã aliqua correlaria. Secundo inquirã an peccatum ſic acceptum ſit aliqua entitas. Tertio videbitur quomodo peccatũ ſit malum. ⁊ an eadem ratione dicatur malum ⁊ peccatũ/ vel alia et alia. ¶ Quãtum ad primũ nihil aſſerendo tñ: ſed tm̃ probabiliter loquendo videtur mihi poſſe dici ꝙ peccatũ actuale non eſt aliud/ ꝗ̃ voluntarie cõmittere aliquid / vel omittere cõtra rectam rationem. Et ꝓpter breuitateꝫ cum ſatis ſit in vſu: vt tam eum qui peccat omittendo / ſeu non faciendo quod facere debet/ ꝗ̃ eum qui peccat faciẽdo quod non debet: dicamus male facere: cum tñ qui omittit proprie loquẽdo nihil faciat inquãtum huius dico ſic. cõmuniter et large vtendo vocabulo ꝙ peccatum nihil aliud eſt / ꝗ̃ voluntarie agere contra rectam rationem/ ſeu contra illud quod agendũ eſſet ſm rectã rationẽ. hoc declaro ſic. omnis qui vere dicitur peccare/ ſeu denominatur peccans. ex hoc primo et preciſe dicitur peccare. qꝛ ipſe voluntarie agit contra rectã rationem: ⁊ vtor verbo agendi iuxta cõmunem: lꝫ impropriam acceptionem eius premiſſam. igitur peccatum eſt voluntarie agere contra rectam rationem. conſequentia clara eſt. naꝫ nomine peccati nihil aliud ſignificamus ꝗ̃ illud: vnde quis primo denominatur peccans: vt dictũ eſt. antecedens patet. qꝛ hoc ſolo poſito quis dicitur peccare: hoc ſolo remoto nequaꝗ̃. Si enim quis agat ſm ꝙ recta ratio iudicat eſſe ab illo agendum: agit ſicut agere

debet. ⁊ ſi ſic non peccat. nam oppoſitum dicere ſcelus eſt
Cap.37. ſm Auguſt. 3. de lib. ar. ¶ Confirmatur. quia cum omnis qui peccat inquãtum huiuſ recte vituperetur ſequeretur ꝙ qui ageret vt deberet agere recte vituperaretur. ꝙ vt
Cap.35. dicit Auguſtinꝰ. ibidem. execrabilis eſt inſania ⁊ miſerrimus error. Rurſus ſi quis volũtarie agit contra illud qđ ab illo agendum eſſe iudicat recta ratio, agit contra illud quod debet ac per hoc recte vituperatur. non vituperaretur autem recte ſi culpa careret ⁊ non peccaret vt clarum
Cap.1. eſt, et etiam ponit Auguſt. eodem lib. igitur ex hoc primo et preciſe quis peccat ſeu eſt peccans: ſic loquẽdo de peccato. quia ipſe voluntarie agit contra rectam rationem. huic deſcriptioni conuertibilis eſt et conſona deſcriptio Auguſt. qui. 42. contra Fauſtum deffiniens peccatũ ait. peccatum eſt factum vel dictum vel cõcupitum aliquid contra eternam legem. moxqꝫ quid per eternam legem intelligat exponens ſubdit. Lex vero eterna eſt ratio diuina: vel voluntas dei ordinem naturalẽ conſeruari iubens perturbari vetans. tantũ ergo valet quod ait contra eternam legem quãtum ſi dicatur contra diuinam rationem ⁊c̃. cum igitur diuina ratio vtiqꝫ rectiſſima ſemꝑ ſit omne quod eſt contra eternam legem eſt contra rectam rõnem. Et quicquid eſt contra aliquã rectam rationem eſt ⁊ contra quãlibet rectam rationem de eodem. nam circa idem quelibet ratio recta cuilibet rationi recte cõſonat et nulla alicui aduerſatur: ſicut nec veritas ꝟitati. ſeqtur ꝙ quicquid eſt contra rectam rationem eſt contra eternã legem. ac per hoc ſm Auguſt. recte dicatur peccatũ eſſe factum vel dictum vel concupitum aliquid contra rectam rationem. i. vt poſt patebit facere vel dicere vel concupiſcere: que omnia ſub vocabulo agendi comprehenduntur contra rectam rationẽ. ſi queratur cur potius dico abſolute contra rectã rationem ꝙ̃ contracte contra rationem diuinam. Reſpõdeo ne putetur peccatum eſſe preciſe contra rationẽ diuinam ⁊ non contra quãlibet rectam rationem de eodem: aut eſtimetur aliquid eſſe peccatũ: non quia eſt contra rationem diuinaꝫ inquãtum eſt recta. ſed quia eſt contra eam inquãtum eſt diuina. nã ſi per impoſſibile ratio diuina ſiue deꝰ non eſſet aut rõ illa eſſet errans adhuc ſi quis ageret contra rectam rationem angelicam vel humanam aut aliam aliquã ſi qua eſſet peccaret. Et ſi nulla penitus eſſet ratio recta adhuc ſi quis ageret cõtra illud quod agendum eſſe dictaret ratio aliqua recta ſi aliqua eſſet peccaret. Et ideo in ponendo cõcluſionem dixi peccatum eſſe agere cõtra rectam rationem ſeu contra illud quod agendum eſſet ſm rectam rationem.

¶ Ex dictis ſequũtur tria correlaria vnum eſt ꝙ proprie vt ſupra loquendo de peccato. peccatum non eſt aliquid incomplexe ſignificabile: ſed complexe tantum. probatur nam ꝙ aliquis agit contra rectam rationem: tantum per orationem vel aliquid loco orationis ei equiualens in ſignificando poteſt ſignificari.

¶ Confirmatur. nam in prohibitionibus ſeu preceptis negatiuis illa que prohibentur proprie dicuntur peccata et affirmatiuis oppoſita eorum que iubẽtur. ſed vtrobiqꝫ ſola complexe ſignificabilia ſunt huiuſmodi ergo ſola talia proprie peccata appellantur. et ita eſt de ceteris ſi qua ſint non prohibita. aſſumptũ patet diſcurrẽdo. cum enim dicitur nõ mechaberis: nec vir nec mulier: nec aliquid incomplexe ſignificabile ꝓhibetur. Sed prohibetur ꝙ aliquis miſceatur non ſue: ita de ceteris patet conſideranti.

¶ Sed contra hoc videtur primo eſſe auctoritas Augu. contra Fauſtũ preallegata. dicit enĩ peccatum eſſe dictũ vel factum vel cõcupitum aliquid contra eternam legem cõſtat autem quodlibet predictorum eſſe incõplexe ſignificabile. vñ etiã ipſe ꝑ terminos ſimplices illa ſignificat.

¶ Secundo ad idem eſt alia diffinitio ab eodem data de peccato in lib. de duabus animabus. ait enim peccatum eſt voluntas ritinendi vel conſequẽdi quod iuſtitia vetat. conſtat autem ꝙ voluntas ſeu volitio eſt aliqđ incomplexe ſignificabile. ¶ Confirmatur. q̄ꝛ in pluribꝰ locis Aug. et alij ſancti malũ motum voluntatis ſeu volitionem malam dicunt peccatũ. et conſtat ꝙ illa eſt incomplexe ſignificabilis: ita bene ſicut ſcientia color vel celũ. ergo peccatum eſt aliqđ incomplexe ſignificabile. ¶ Ad primũ dico quod vt ſuperiꝰ tetigi illi termini ſimplices. dictũ factum concupitum: ponũtur loco infinitiuorum ſuorum verborum verbaliter ſtãtium cum implicatione ſuppoſitorum ſuorum. ac per hoc equiualẽter ſignificationẽ habent cõplexorum. ⁊ eſt ſenſus: peccatum eſt aliquod dicere vel facere ⁊c̃. quod ita ſit patet. nã ſi cõcupitum haberet improprie incomplexam ſignificationem vtiqꝫ ſupponeret ꝓ re concupita ⁊ denotaretur ꝙ illa eſſet peccatum: quod falſum eſt. Certum eſt enim ꝙ ſi quis concupiſcat vxorẽ proximi vel poſſeſſionem ipſius nec vxor illiꝰ nec poſſeſſio eſt peccatum. idem patet de illo termio factum: ſi quis enim adulteretur actualiter ſe adultere cõmiſcendo nihil incõplexe tantũ ſignificabile eſt factum ꝙ ſit peccatum iſtius nec enim ipſe nec adultera eſt peccatum. nec aliquid alıđ apparet factum ibi niſi forte proles aliqua generetur: ſed nec illa peccatum eſt. ergo illum alteri cõmiſceri eſt quod Auguſt. vocat factum: ⁊ illđ eſt peccatum eius. Si dicatur ꝙ ibi eſt aliquid factũ. ſ. factꝰ adulterãdi ſeu adulterium ipſum. Nõ valet. quia nõ eſt fingere que entitas aut quid incomplexe ſignificabile diſtinctum ab adultero et adultera ſit actꝰ adulterãdi ſeu adulterium. ſed hic dicũtur de tali complexe ſignificabili quale ſignificatur cum dicitur de aliquo ꝙ ipſe adulteratur ſeu cõmiſcetur vxori alterius: ⁊ ſunt talia vocabula ſic impoſita ꝓpter breuitatem locutionis: nec etiaꝫ dici poteſt ꝙ illud factũ quod dicitur peccatum eſt concupiſcentia ipa ſeu voluntas cõmiſcendi ſe vxori alterius. nã ibi Auguſtinꝰ ponit illa tria vocabula. dictum factum concupitum. vt comprehẽdat tria genera peccatorum que cõmuniter diſtinguuntur. ſ. oris cordis ⁊ operis. vbi per concupitum ſignificat peccatum quod quis cogitando committit: per factum vero ſignificat peccatum quod quis exterius cõmittit quod cogitauerat exequendo. non igitur per factum intelligit ibi Auguſt. concupiſcentiam illam. ¶ Ad ſecundum poteſt dici ꝙ illud nomen voluntas ponitur loco huius infiniti velle verbaliter ſtãtis: ⁊ equiualet illa diffinitio huic peccatum eſt velle retinere vel conſequi quod iuſtitia vetat. et ſic ſaluatur tota intentio Auguſt. et ſuſtinetur propoſitum. Alio modo poteſt dici ꝙ Auguſtinꝰ non accipit ibi ſtricte peccatum ⁊ proprie ſed improprie. ſcilicet ꝓ actu malo quem aliquis agendo peccat. talis enim actus frequenter ab eo ⁊ ab alijs vocatur peccatum: ꝙ̃uis nõ ipſe ſcilicet agere ipſum contra rectam rationem proprie peccatum dicatur. Et per hoc pꝫ etiam ad cõfirmationem.

¶ Secũdum correlariũ eſt ꝙ multa ex ſe ſunt peccata et non preciſe. quia prohibita. quinĩmo poſito ꝙ non forent prohibita adhuc taliter agens peccaret. et loquor hic de prohibitione ſtricte: ſcilicet imperatiua qua ſuperior inferiori imperat non facere hoc vel illud. patet iſtud correlarium ex dictis: q̄ꝛ in multis quis poſſet agere ꝯtra rectam rationem: eſto ꝙ de non agendo nullum preceptum recepiſſet. igitur ⁊c̃. Aſſumptum patet. quia eſto ꝙ nullum ꝑ̃ceptum datum fuiſſet aut foret homini dandum adhuc auxiliante deo poſſet cognoſcere ⁊ iudicare deum nõ eſſe odiendum: ſed diligendum ſuper omnia. vtpote ſumme bonum et omnium bonorum noſtrorum auctorem: poſſet etiam cognoſcere parẽtes ⁊ preſertim ꝟtuoſos ⁊ filiorum rectos emulatores eſſe honorandos a filijs. virum virtuoſum inquãtum huiuſmodi non eſſe odiẽdum. nemini eſſe



iniuriandum: et multas alias virtutes practicas: quas etiam mundi Philoſophi non habẽtes vlla precepta ſm legem prohibentem cognouerũt. et tamen cum omnibus iſtis poſſet deum odire: vel non ſicut debet diligere: parẽtes inhonorare: virtuti proximi inuidere: eiqꝫ iniuriã irrogare: non minus ꝙ̃ nunc poſſit habitis preceptis ad oppoſita predictorum. conſequentia patet. tum quia hoc eſt peccare qđ voluntarie agere contra rectam rationem. vt patet ex dictis. tum quia taliter agens perturbaret naturalem ordinem quem lex eterna ſeruari iubet. ſicqꝫ peccaret ſm Augu. contra Fauſtum. Aſſumptum patet ex eo ꝙ naturalis ordo eſt vt omnes mores actioneſqꝫ hominis
Cap.7. ſint rationi ſubiecte. vnde vt ait Augu. pͥmo de libe. arbi. Anime moribus cum ratio dominatur ordinatus homo dicendus eſt. non enim ordo rectus aut ordo appellãdus omnino eſt vbi deterioribus meliora ſubijciuntur: et paulo poſt. Ratio ergo quare irrationales animi motꝰ regit eſt: quia illud ſcilicet dominatur in homine cui dominatio lege debetur ea quã eternã eſſe cõperimus: et hec ſententia ponitur ab eodẽ. 22. contra Fauſtum: vt ſuperius tactum eſt. ¶ Confirmatur hec ratio ex intentione Aug. in epiſtola ad Hylariũ ſyracuſanum. vbi diſtinguens de lege naturali et lege ſcripta ait. Lege illa ꝑ̃uaricata que eſt in vſu rationis anime rationalis in etate hominis iam ratione vtentis preuaricatores fiunt omnes peccatores terre: preuaricata vero lege etiam illa que data eſt per Moyſem multo amplius abundat delictum. Ex quibus verbis patet ꝙ ſi quis ageret contra ſolam legem naturalem ſiue contra rectum iudicium rationis vtiqꝫ peccaret: licet ſi cum hoc ſuperadditũ preceptũ haberet amplius
Cap.5. peccaret. ¶ Et hoc cõfirmat̃ per illud Apoſtoli ad Ro. Lex ſubintrauit vt abundaret delictum ꝙ ſm Aug. vbi proximo: non de originali: ſed de actuali delicto accipiendum eſt. non enim circa idem opus abundaret per ſubintrationem legis delictum homini operanti: vt ſm Augu. intendit Apoſtolus niſi homo ante ſubintrationem legis idipſum agendo habuiſſet delictum. Conſtat autẽ ꝙ non habuiſſet ſi nihil eſſet peccatum: niſi quia prohibitum.

¶ Probatur etiam hoc correlarium ſm ſe. quia ſi nulla eſſent peccata: niſi quia prohibita ſequeretur ꝙ ſi homines nulla precepta accepiſſent quecũqꝫ agerent non peccarent. patet. ſed conſequens eſt falſum. et expreſſe contra Augu. in epiſtola ad Aſſelicum. vbi deputantibus ſe poſſe ſuis viribus implere legem illam ſeu mandatũ quo dictum eſt non concupiſces. ait. Et per hoc fiunt non ſolum peccatores: qđ eſſent etiam ſi legem non accepiſſent. ſed etiam ꝑ̃uaricatores: qđ nõ eſſent niſi legẽ accepiſſent. ¶ Preterea. Conſtat ꝙ gentiles Philoſophi qui legem non acceperunt in multis peccauerunt: ſicut etiam teſta-
Cap.1. tur Apoſtolus ad Roma. ¶ Secundo. poſſibile eſſet homini nullo precepto ad ſe facto neglectis eternis et ſpiritualibus bonis ad temporalia corporaliaqꝫ bona conuerti. igitur et peccare. antecedẽs patet. quia hoc poteſt etiã habito precepto in oppoſitum. conſequentia patet. tum ꝑ Augu. primo de libe. arbi. Hoc enim ſm eum ibidem eſt peccare. tum quia ſic perturbaretur naturalis ordo quẽ eterna lex ſeruari iubet et perturbari vetat: vt ſupra alle-
Cap.vlti. gatum eſt: nam vt ibi ſcilicet de libe. arbi. dicit Auguſt. Peruerſi animi eſt ⁊ inordinati eis ſequẽdis ſubijci quibus ad nutũ ſuum ducendis potius diuino ordine ac vite prelatus eſt. ¶ Tertio. non legimus aliquod preceptũ datum fuiſſe angelo et certum eſt ita fuiſſe poſſibile: ⁊ tamen ſi nullum preceptum habuiſſet ⁊ dei equalitatẽ appetiuiſſet ſicut appetijt vtiqꝫ peccaſſet. ¶ Quarto. ſi nihil eſſet peccatum niſi qđ ꝓhibitum: cum poſſibile ſit nihil eſſe prohibitum: poſſibile eſſet odire deum et inuidere bono viro et mentiri non eſſe peccatum. et ſi ſic vt videtur poſſibile eſſet deum mentiri: cuius oppoſitum in primo lib. probatum eſt ſufficienter. patet conſequẽtia. quia non aliunde videtur hoc deo repugnare. niſi quia mentiri eſt malefacere et peccatum. poſſibile etiam eſſet deum odire ſeipſum et inuidere bono viro. quod eſt abſurdum dicere. patet conſequentia. quia hoc non videtur ſibi repugnare: niſi quia praua ſunt et peccata. ¶ Auctoritatibus etiã patet correlarium hoc. ait enim Auguſt. primo Augu.
de libe. arbi. Adulterium non ideo malum eſt: quia vetatur lege: ſed ideo vetatur a lege: quia malum eſt. Idem in Cap.5.
gloſa ſuper illud Leui. 19. Non mentiemini. d[illegible]rminãs prius mendacium etiam quo nemo leditur. et ſic pro ſalute illicitum eſſe ac diuina lege prohibitum querit conſequenter. an inquit: ex quo dictum eſt in lege non mentiemini non licuit in tali caſu vel cauſa mentiri. et reſpondet. d. Sed magis: quia iniuſtum erat mendacium ideo prohibitum: non quia prohibitum: ideo iniuſtũ. huic concordat ex toto ſententia Philoſophi. d. 2. ethi. Non autẽ Cap.5.
ſuſcepit omnis operatio neqꝫ omnis anime paſſio medietatem. Quedam enim confeſtim non iſta conuol[illegible]ta ſunt cum malitia puta gaudium de malo et inuerecundia et inuidia. Et in operationibus. adulterium: furtum: homicidium. hec enim omnia et que talia dicuntur ſm ſeipſa mala eſſe. ¶ Sed contra iſtam concluſionem correlariã videtur eſſe Aug. lib. 2. de baptiſmo paruulorꝫ ad Marcellinum. d. nãqꝫ nec peccatum erit ſi quid erit ſi nõ diuinitus iubetur vt non ſit. Item ibidem infra. Quomodo inquit non vetatur per dei iuſtitiam ſi peccatum eſt. Itẽ in lib. de duabus animabus: nemo vituperatione inquit vel dãnatione dignus eſt aut non contra vetitũ faciens: aut qđ non poteſt non faciẽs. omne autem peccatum vel vituperãdum eſt vel dãnãdum. Ex hoc autem ſequitur omne peccatum eſſe prohibitum. vnde ⁊ ibidem diffiniẽdo peccatũ dicit ꝙ eſt voluntas retinendi vel conſequendi qđ iuſtitia vetat. ¶ Preterea. Ad idem valet qđ contra Fauſtum dicit diffiniendo peccatum eſſe contra legem eternam. lex autem etem eterna eſt ratio diuina vel volũtas dei ordinem naturalem conſeruari iubens: perturbari vetans. Ex quo etiam ſequitur omne peccatum per legem eternam eſſe vetitum. ¶ Confirmatur iſta per auctoritatem Pſal. d. Preuaricantes reputaui omnes peccatores terre: non omnes autem eſſent preuaricantes niſi omne peccatum eſſet precepto vel lege prohibitum. Cap.4.
nam vt dicit Apoſtolus ad Ro. vbi non eſt lex nec preuaricatio. Item Ambro. in lib. de paradiſo. et allegatur a Magiſtro. lib. 2. diſt. 35. ca. 1. Quid eſt inquit peccatum niſi preuaricatio legis diuine et celeſtium inobedientia preceptorum. ergo in preuaricante peccatum eſt. ſed in mandante culpa non eſt. non enim conſiſteret peccatum ſi interdictio non fuiſſet. Hec Ambro. Ex his cõcludi videtur omnia peccata eſſe prohibita a deo: nec ob aliud vlla eſſe peccata. niſi quia prohibita. ¶ Ad iſta reſpondeo ꝙ prohibitio poteſt dupliciter accipi. et ſimiliter ꝑ̃ceptũ et lex. Vno modo communiter: vt videlicet dicitur tã de ĩdicatiua: ꝙ̃ etiã de imperatiua. Indicatiua eſt illa qua tantummodo ſignificatur aliquid non eſſe agendum ſeu aliud aliquid: ex quo ſequitur ipſum agendum non eſſe: ſicut cum ſignificatur aliquid eſſe iniuſtum aut prauum ſeu vituperatione vel pena dignũ. Qualia ſunt illa verba Apo. ad Roma. Qui talia agunt digni ſunt morte. et Cap.5.
ad Ephe. Omnis fornicator aut immundus aut auarus ⁊c̃. non habet hereditatem in regno Chriſti et dei. et illa Pſal. Virum ſanguinum et doloſum abominabitur dominus. et multa alia verba ex quibus colligitur quedam illicita eſſe et debere non fieri. et ſic conſequenter dicuntur modo aliquo prohiberi. et ſimiliter cum enuntiantur aliqua eſſe agenda vel aliquid aliud: ex quo ſequitur

nominata

ea agenda eſſe: vtpote quia dicunt iuſta vel deo accepta
aut digna retributione ſeu laude vel gloria. dicuntur ta⸗
lia precipi preceptione indicatiua. voco autem eam indi⸗
catiuam: quia vocaliter per ver verbum indicatiui modi
exprimitur. Sic aliquando accipi nomina prohibitionis
atq̃ precepti a doctoribus. patet per Hugo. de ſacra. lib. i.
Cap. 6. parte. 6. vbi diſtinctione premiſſa de preceptis nature et
diſcipline. In precepto inquit nature tria ſunt. preceptio
prohibitio et conceſſio. preceptum autem nature nos ni⸗
hil aliud intelligimus q̃ ipſam diſcretionem naturalem
que intrinſecus aſpirata eſt: vt per eam homo erudiretur
de his que ſibi vel appetenda vel fugienda fuerant. quaſi
enim quoddam preceptum dare erat diſcretionem et in⸗
telligentiam agendi cordis hominis aſpirare. Quid er⸗
go cognitio faciendorum fuit niſi quedam ad cor homi⸗
nis facta preceptio: et quid rurſus cognitio vitandorum
fuit niſi quedam prohibitio. Quid vero cognitio eorum
que media fuerunt eſtimanda niſi quedam conceſſio ⁊c̄.
Ex his patet ꝙ omnis cognitio quā habet homo de agen
dis vel vitandis quodammodo preceptio vel prohibitio
dicitur. et per conſequens indicatiua ſeu enuntiatiua co
gnitio. Imperatiuā dico illam qua imperatur alicui ali⸗
quid agere vel non agere: et hoc exprimitur per verbum
imperatiui modi vel aliud eius vice. et aliud ſimiliter ſi⸗
gnificandum ſumpti. ſicut cum ait Pſal. Nolite loqui
aduerſus deum iniquitatem: aut cum dominus ait. Non
mechaberis. Non furtum facies ⁊c̄. et ſi ſtricte ac ꝓprie
iſta ſumantur ea tātum imperatiua dicitur qua inferio⸗
ri a ſuo ſuperiore imperatiue aliquid prohibetur. Secū⸗
do modo poteſt accipi prohibitio ſpecialiter et ſtricte. ſ.
pro imperatiua tātum qualis nunc eſt deſcripta. Modo
ad propoſitum dico ꝙ omne peccatum loquendo de ꝓhi
bitione primo modo eſt a deo prohibitum. et ſi aliquid nō
eſſet ſtante diuina lege que deus eſt prohibitum ipſum
non eſt peccatum. nam omne peccatum eterna lux cenſet
ſaltem indicatiue eſſe non agendum: et ſi de aliquo nō ſic
cenſeret illud non eſſet contra rectam rationem. et per cō
ſequēs neq̃ peccatum. dico etiam ꝙ aliqua peccata im⸗
poſſibile eſt non eſſe prohibita a deo ſic loquendo de pro⸗
hibitione. nam de aliquibus impoſſibile eſt quin ſit con⸗
tra legem eternam: ſicut odire deum: alteri iniuriari ⁊c̄.
que ſm̄ ſe mala ſunt: ſicut impoſſibile eſt non eſſe verum
deum non eſſe odiendum et nemini eſſe iniuriandum: ſic
impoſſibile eſt quin ſumma veritas lex eterna cenſeat ꝙ
deus non eſt odiendus: et ꝙ nemini eſt iniuriandum. ac
per hoc impoſſibile eſt ꝙ odire deum vel iniuriari proxi⸗
mo nō ſit eterna lege prohibitum. et eſt idem iudicium de
ceteris que ſm̄ ſe iniuſta ſunt. Si vero loquimur de pro⸗
hibitione ſecundo modo: ſic ſiue omne peccatum ſit prohi
bitum vt quibuſdam videtur: ſiue non omne: ſed aliqua
tantum vt dicerent alij. quia de hoc nihil ad preſens dif⸗
finio: dico ꝙ non omnia neceſſario ſunt a deo prohibita:
immo nullum: nam poſſibile eſt et fuit deo nulli aliquod
tale imperium facere: vt certum eſt: tamē eſto ꝙ nulla eſ⸗
ſent aut fuiſſent ſic prohibita ad hoc ſi quis odiret deum
et alia de quibus dictum eſt ageret vtiq̃ peccaret. Iſto
ſecūdo modo vt ſupra dixi accipio prohibitionem in pre⸗
dicto correlario: et ſic accipitur a doctoribus cum talis
queſtio diſputatur. auctoritates vero omnes tam Augu.
q̃ Ambro. legem et preceptum ac prohibitiōem accipiūt
primo modo. ideo non ſunt contra me. Ad auctoritatem
Pſal. Dico ꝙ etiam preuaricatio dupliciter accipitur. ſ.
cōmuniter: quomodo quilibet dicitur preuaricator qui
agit contra legem: communiter loquendo de lege. et ſpe⸗
cialiter prout. ſcilicet ille tātum dicitur preuaricator qui
agit contra legem ſpecialiter et ſecūdo modo ſumptam.
primo modo et non ſecundo intelligendū eſt dictū Pſal.

ſicut expreſſe patet per Augu. in preallegata epiſtola ad
Hylarium. ¶ Tertium correlarium eſt. ꝙ multa poteſt
homo facere que deus non poteſt illi precipere: vt faciat.
non accipio autem facere proprie. vt vꝫ. idem eſt quod
entitatem aliquā producere. Sed improprie: quemadmo
dum aliquem ex eo ꝙ poteſt fornicari / vel poteſt abſtine⸗
re a fornicatione: aut aliud aliquid complexe ſignificabi⸗
le mediāte infinitiuo alicuius verbi dicimꝰ poſſe aliquid
facere: q̃uis nullum talium proprie dici poſſit fieri: ſicut
tamen eſt mos loquendi: vt omnia talia iſto vno generali
vocabulo comprehendamus. ſic igitur intelligendo cor⸗
rel. Iſtud probatur primo ſic. multa poteſt homo facere
que ipſe nunq̃ poteſt bene facere. igitur multa poteſt ho⸗
mo facere que deus non poteſt illi precipere vt faciat. cō⸗
ſequentia probatur. quia quecunq̃ homo poteſt facere ſi
deus poteſt illa ſibi precipere vt faciat: homo poteſt illa
facere ex precepto diuino. quecunq̃ autem homo poteſt
facere ex precepto diuino vtiq̃ poteſt illa bene facere.
nam quicquid homa faciat implendo dei preceptum be⸗
ne facit: ſicut et quicquid faciat tranſgrediendo manda⸗
tum male facit. Si ergo quecunq̃ hō poteſt facere deus
poteſt illi precipere vt faciat: quecunq̃ homo poteſt face
re ipſe poteſt bene facere. hoc autem repugnat antecedē⸗
ti. quare conſequentia bona. antecedens vero probatur.
quia vt patet ex ſecundo correla. multa ſunt ſm̄ ſe mala
que homo poteſt facere. talia autem nunq̃ poteſt bene fa
cere. alias male faciendo bene faceret: ⁊ male facere eſſet
bene facere: quod implicat repugnantiā. patet conſequē⸗
tia. quia quodlibet eorum que ſunt ſm̄ ſe mala eſt quod⸗
dam male facere. ſecundo. quia homo poteſt multa face⸗
re que nunq̃ recta ratione iudicari poſſunt eſſe faciēda.
et per conſequens q̄ ipſe nunq̃ poteſt bn̄ facere. nā nunq̃
conuenit aliquid bene facere: niſi illud faciendum ſit ſm̄
rectā rationem. Aſſumptum probatur. quia multa ſunt
que non eſſe facienda eſt verum neceſſarium: et per conſe
quens ea eſſe facienda eſt falſum impoſſibile. ac pec hoc
nunq̃ vera / ſeu recta ratione iudicari poſſunt eſſe facien⸗
da: et tamen illa poteſt homo facere. verbi gratia. nemini
eſſe iniuriandum: nulli pro bono malum eſſe reddendum:
nulli eſſe inuidendum. ⁊ multa alia que circa agibilia ita
ſunt prima principia: et per ſe nota eſſe vera: ſicut ꝙ ſi ei⸗
dem aliqua ſint equalia ſibi inuicē ſunt equalia: ⁊ ſi equa⸗
libus equalia addantur que fiunt ſunt equalia: aut que⸗
cunq̃ alia prima principia in ſpeculabilibus. ⁊ ideo Au⸗
guſti. ſecundo de libero arbitrio. de talibus veritatibus Cap. 18.
primo notis circa agibilia: quas ipſe vocat lumina virtu
tum et regulas ſapientie: pro eo: vt ait: ꝙ quanto magis
quis ad agendum vitam eis innititur tanto magis viuit
ſapienter: dicit ꝙ ita ſunt vere et incommutabiles q̃ ve⸗
re / atq̃ incommutabiles ſunt regule numerorum: q̃uis
alia exempla ponat / q̃ ſupra poſuerim: quod tamen non
variat propoſitum. ſecundo probatur idem antecedens
auctoritate Philoſophi ſecundo ethicorum. poſt verba Cap. 5.
ſuperius allegata. hec enim omnia et que talia dicuntur
ſm̄ ſeipſa mala eſſe ſine medio adijcientis: ſed non ſuper⸗
abundantie ipſorum / neq̃ defectus. non igitur eſt vnq̃
circa hoc dirigere. id eſt recte agere: ſed ſemper peccare /
neq̃ eſt bene et non bene circa talia in eo quod: vt oportet
et quando ⁊ quomodo. puta adulterari: ſed ſimpliciter fa
cere quodcunq̃ horum peccatum eſt. textus clarus eſt.
Auguſti. etiam in gloſa ſuper Leuiti. ſuperius allegata.
dicit ꝙ idololatria / aut mechia / aut furtū iuſtum eſſe nō
poteſt. igitur nec bene fieri. ¶ Secūdo principaliter ſic.
non poſſibile eſt deum aliquid agere contra rectam ratio
nem. igitur multa poteſt: que non poteſt deus illi precipe
re: vt faciat. antecedens probatur. quia non eſt poſſibile
deum peccare. igitur nec eſt poſſibile eum aliquid agere



cōtra rectam rationem. patet conſequentia. quia ſi deus
aliquid ageret contra rectam rationem: vtiq̃ peccaret:
cum non ſit aliud peccare q̃ agere contra rectam ratio⸗
nem: nec ex aliquo quis peccare dicitur vt ſupra patet.
conſequētia prima probatur. quia multa poteſt homo fa
cere que ſi deus preciperet homini vt faceret vtiq̃ age⸗
ret deus contra rectam rationem. verbi gratia. homo po⸗
teſt alteri iniuriari: proximo inuidere: deum odire et hu⸗
iuſmodi ſm̄ ſe peccata quecunq̃ talium deus preciperet
ageret contra rectam rationem. non enim minus rectum
eſt et recta ratio iudicat non eſſe precipiēdum homini vt
deum odiat aut ꝓximo iniuriam faciat vel inuideat al⸗
teri q̃ iudicet nō eſſe odiendum deum aut proximo iniu⸗
riandum vel inuidendum. ¶ Confirmatur idem ex ver⸗
q. 4. bis Auguſt. 83. q. ꝙ non poteſt prauus non eſſe malorum
ſuaſor quod ſi verum eſt: liquet per locum a minori ꝙ non
poteſt prauus nō eſſe malorum imperator ſeu preceptor:
multo ſiquidem peius videtur mala precipere q̃ tātūmo
do ſuadere. igitur ſi deus talia precipere ipſe prauus eſ⸗
ſet: quod eſt impoſſibile.
¶ Tertio idē ſic. nullus poteſt fieri deo precipiente dete⸗
rior. ergo multa poteſt homo facere q̄ deus ⁊c̄. patet con
ſequētia. q̄r multa poteſt homo facere q̄ nō poteſt facere
quin faciendo illa fiat deterior: vtpote que ſm̄ ſe iniuſta
ſunt et peccata. antecedens probo ſicut probat Auguſt.
q. 3. 83. q. ꝙ homo non poteſt fieri deo auctore deterior. arguit
autem ſic. Nullo ſapiente homine fit homo deterior. non
enim parua iſta culpa eſt: immo tanta eſt que in ſapiētem
q̃uis hominem nequeat cadere. Eſt autē deus omni ho⸗
mine ſapiente preſtantior. multo minus igitur deo aucto
re fit deterior. multo enim preſtantior dei voluntas q̃ ho
minis ſapiētis eſt. Simili modo arguo. nullo ſapiēte ho⸗
mine precipiente fit homo deterior. nam tanta culpa eſt
vt in ſapientem hominem cadere nequeat: ſicut clarum
eſt ⁊c̄. ¶ Cōtra hoc poteſt argui primo ſic. omnia que po
teſt homo precipere homini vt faciat poteſt etiam deus:
ſed quecūq̃ poteſt homo facere poteſt homo homini p̄ci
pere vt faciat. igitur ⁊c̄. ¶ Secundo. omnem effectum
poſſibilē fieri a creatura poteſt deus facere per ſeipſum.
hoc patet ex dictis in primo lib. diſtin. 42. q. 1. ſed prece⸗
ptum quo homini preciperetur vt odiret deum aut quod⸗
cunq̃ aliud ex ſe malum eſt poſſibile fieri a creatura. pu⸗
ta ab homine vel diabolo. igitur et tale preceptum poteſt
deus facere per ſeipſum. et ſic quicquid homo poteſt fa⸗
cere deus poteſt ei precipere vt faciat. ¶ Tertio. de nul⸗
lo poſſibili ab homine fieri ſi ipſum ponatur a deo preci⸗
pi iplicatur vel infertur aliqua contradictio. igit̄ quodli⸗
bet poſſibile ab homine fieri poteſt deus illi precipere vt
faciat. ¶ Quarto. ſi aliqua non poſſet hoc videretur de
illis que ſupius dicta ſunt ſm̄ ſe eſſe mala: ſed hoc nō eſt
verum. nam de facto legimus ipſum precepiſſe filijs iſ⸗
rael mentiri egyptijs in petendo mutuo vaſa et ſuppelle⸗
ctiles ipſorum: in quo etiam videtur furtum vel rapinam
eis precepiſſe. Item Sanſoni videtur precepiſſe homici⸗
dium tam ſuijpſius q̃ aliorum. alias non videtur ipſum
poſſe excuſari a flagitio necis proprie. ac per hoc ſuſtine⸗
ri poſſe eum non eſſe damnatum: quod tamen incunctan
ter tenendum eſt. cum Apoſtolus in catalogo ſanctorum
Cap. 1. eum ponat ad Hebre. 2. Item Oſee primo legitur domi
num precepiſſe prophete mechari. Scribitur enim domi
num ſibi dixiſſe. vade ſume tibi vxorem fornicariam: et
fac tibi filios fornicationum. et ſm̄ Hier. vocat fornica⸗
riam corporis meretricem. vnde de carnali fornicatio⸗
ne loquitur. non faceret autem filios fornicationum ni⸗
ſi fornicaretur cum illa.
¶ Ad primum horum reſpondeo negādo maiorem ſic ab⸗
ſolute intellectam vt ponitur. vnde ſicut homo poteſt pec⸗

care ⁊ aliquid agere cōtra rectā rationē qd̄ deꝰ nō poteſt
ſic poteſt alius alteri male precipere quod deus nō poteſt
Si autem maior intelligeretur de iuſto poſſe eſſet conce⸗
denda. nam quicquid homo poteſt homini iuſte percipe⸗
re poteſt deꝰ ⁊ multo plura. ſed tunc minor debite aſſum⸗
pta erit falſa. ¶ Ad ſecundum concedendo ꝙ quodlibet
preceptum factibile ab homine poteſt deus ſe ſolo face⸗
re. ſed ex hoc non ſequitur quod vlterius infertur: ſcilicet
ꝙ quicquid homo poteſt facere deus poteſt illi precipe vt
faciat. nam aliquod preceptū hominis. verbi gratia. quo
precipit alteri vt occidat aliquē aliū: ita deꝰ poſſet facere
cauſando. ſ. illam entitatem: que eſt preceptum: qd̄ tamen
per illam nulli aliquid preciperet: ⁊ tunc nō eſſet preceptū
ſicut in primo lib. d. 42. q. prima declaratū eſt.
¶ Ad tertium nego antecedens. nam vt ſupra probatum
eſt aliqua ſunt que ſi deꝰ preciperet ipſe peccaret: ex quo
ſequitur ꝙ ipſe nō eſſet deus: ⁊ ex alia parte ſi deus p̄cipe⸗
ret deus eſſet: ⁊ ſi eſſet eſſet deꝰ: et ſic ſi illa preciperet deꝰ
eſſet deus: ⁊ deus nō eſſet deus: que ſunt contradictoria.
¶ Ad quartū nego minorem. Ad primā probationem de
precepto facto ad filios iſrael de mandacio. dicendum ꝙ
deus non precepit eis vt mentirentur neq̃ vt falſum ali⸗
quod intentione fallendi egyptios dicerent: ſicut bene de⸗
claratum eſt in preallegata diſtinc. primi lib. q. 2. de furto
et rapina patet ꝙ non fuerunt precepta a deo: immo nec
rapinam aut furtum cōmiſerūt. nam cum deus ſit omniū
rerum dominus atq̃ omnium hominum iudex: vtiq̃ po⸗
tuit egyptios peccatores iure dominij quod in rebꝰ quas
poſſidebant habebat priuare: ⁊ illud in filios iſrael tranſ⸗
ferre. Sicq̃ ex precepto domini filij iſrael res illas aufe⸗
rētes nec furtum nec rapinam cōmiſerunt: ſicut nec alie⸗
num abſtulerunt. ¶ Ad illud de Sanſone dicendum ꝙ
ipſe occidēdo ſe ⁊ alios ex precepto domini nec peccauit
nec ꝯmiſit homicidium ſm̄ ꝙ homidicium eſt peccatum
et in lege prohibitum. vbi ſciēdum ꝙ nō quilibet occidēs
hominem dicitur homicida vel cōmittere homicidium.
alias miniſter iuſtitie occidens malefactorem ageret cō⸗
tra dei preceptum ⁊ peccaret: quod falſuꝫ eſt: vt patet per
Auguſtinum primo de lib. ar. Sed vt idem ait in epiſtola Cap. 3.
ad Ulcitium. Qui ſine vlla legitime poteſtatis auctori⸗
tate hominem occidit homicida eſt. Nunc autem talis
non fuit Sanſon cum legitime tam ei q̃ alijs propter pre⸗
terita ipſorum delicta deus potuerit per ſe vel alium quē
ad hoc miniſterium voluiſſet eligere mortem inferre. qua
propter Sanſon ex dei p̄cepto tanq̃ dei miniſter reſpectu
necis proprie et aliene ſe et alios occidens homicida non
fuit. ¶ Ad illud de Oſee dicendum quod (vt patet ex glo
ſis) non eſt intelligendum illam poſtq̃ ſumpta fuit a pro⸗
pheta eſſe fornicariam. Sed ante: et antea genuiſſe filios
fornicationum: illam precepit deus prophete vt faceret
ſibi vxorē: et filios fornicationum prius genitos ſibi ado⸗
ptaret: ⁊ vt a ſe genitos diligeret. vnde Hierony. in gloſa.
neq̃ dominus inquit rem turpem precepit neq̃ propheta
obediendo peccat: ſed potius fornicariam ad pudicitiam
reuocauit: et manens in ſua bonitate de mala bonā fecit:
et alia gloſa ait. Iubet aſſumere fornicariam et ſumere
filios eius: vt quos illa de fornicatione genuerat iſte de
meretrice ſupple olim generet liberos: et ideo ibi Hiero.
in originali videtur velle ꝙ in textu non debeat eſſe illud.
fac tibi. Sed ſic. ſume tibi vxorem fornicariam et filios
fornicationum: cui concordat littera. 70. que vt habetur
in gloſa talis eſt. tolle tibi vxorem fornicariam ⁊ filios for
nicationis. hoc etiam ſatis innuitur in textu. cum dicitur
ſume tibi vxorem. Si enim fiebat ſibi vxor cognoſcendo
legitime ipſam non fornicabatur. ¶ Secunda concluſio.
videlicet ꝙ nullum peccatum actuale loquēdo proprie:
vt ſupra de tali peccato eſt aliqua entitas. probatur pri⸗

mo ex dictis. Quoniam nullum tantum complexe vel equiualenter ſignificabile eſt aliqua entitas. hec probata fuit in pmo lib. diſt. 28. q. 1. Sed omne peccatum actuale eſt huiuſmodi: vt patet ex primo correlario precedentis cōcluſionis. igitur ⁊c. probatur etiā iſta concluſio ſm ſe. ⁊ primo auctoritatibus: ſicut enim recitat Augu. in de natura et gratia. ſatis ante mediū. Pelagius volens probare naturam humanam non eſſe debilitatam neqꝫ īmutatam peccato dicebat ſic. Ante omnia querendum puto quid ſit peccatum. Subſtantia an omnino ſubſtantia carens nomen: quo non res non exiſtentia non corpus aliquod ſed perperam facti actus exprimitur. deinde adiūgit. Credo ita eſt: et ſi ita eſt inquit quomodo potuit humanam debilitare vel mutare naturam: quod ſubſtantia caret. Ex hac argumētatiōe patet ꝙ hic Pelagius ſubſtantiam accipit communiter pro entitate ſeu eſſentia: nō contracte vt ſubſtantia diſtinguitur contra formas accidentales. nam ſi ſic acciperet nullius apparentie foret argumētum. Quis enim non videat multis accidentibus poſſe debilitari ⁊ immutari naturam humanam tam ſpiritualibus: ſicut erroribus et prauis affectionibus quibus redditur debilior ad cognoſcendum verum et eligendum bonum: q̄ȝ etiam corporalibus quib⁹ etiam ſm corpus debilior redditur. Si autem vniuerſaliter ſubſtantiam pro entitate accipiat argumentum apparet aliqualiter. nam ſatis apparere poteſt alicui id quod nulla entitas eſt nullam naturam immutare poſſe. Huic autem argumentationi ibidem reſpondet Auguſt. concedendo aſſumptum. ſcilicet peccatum non eſſe ſubſtantiam: ita eſt inquit vt dicis non eſt peccatum aliqua ſubſtātia: ſed tantum hoc nomine perperam facti actus exprimitur. ⁊ paulopoſt. peccatum didicimus inquit non eſſe ſubſtātiam. deinde negat conſequentiam qua infertur ꝙ non potuit debilitare naturam: ſiue reſpondet ad interrogationem Pelagij que virtualiter talem portat conſequentiā oſtendēdo ꝙ etiam ex eo ꝙ nulla prorſus entitas eſt poteſt debilitari natura. d. nōne attenditur: vt alia omittam etiam non manducare non eſſe ſubſtantiam: a ſubſtantia quippe receditur: quoniam cibus ſubſtantia eſt: ſed abſtinere a cibo non eſt ſubſtantia. Et tamen ſubſtantia corporis ſi omnino abſtinetur a cibo langueſcit. Conſtat enim ꝙ non manducare nulla omnino entitas eſt nec ſubſtantia ſpecialiter ſumpta nec accidens. Ex quo exemplo ſatis patet ipſum voluiſſe dicere peccatum nullam omnino eſſe entitatem: et tamē ex eo potuiſſe debilitari humanam naturam. ſic igitur patet ex hoc loco Augu. voluiſſe ꝙ peccatum non eſt entitas aliqua. Item idem in de pfec. iuſti. circa principium. recitat vnum argumentum Celeſtini. quo probare nitebatur hominem vitare poſſe peccatum. Sic autem arguebat ille. querendum eſt quid eſt peccatum: actus an res: ſi res eſt vt auctorē habeat neceſſe eſt: et ſi auctorem habere dicitur. iā alter preter deum rei alicuius auctor induci videbitur. at ſi hoc dici impium eſt: confiteri neceſſe eſt peccatum omne actum eſſe non rem. Si igitur actus eſt: immo quia vere actus eſt vitari poteſt. hic patet ꝙ etiam rem iſte accipit vniuerſaliter pro entitate: quoniam alias alicuius entitatis deus non eſſet auctor ſicut nec peccati: quod ipſe reputat falſum et vere: vt ſequēti patebit articulo. Concludit ergo iſte primo peccatum non eſſe entitatem: ſed actum: et deinde infert ꝙ poteſt vitari. ¶ Ad hoc argumentum ſic dicit Augu. ibidem. Reſpondemus peccatum quidem actum dici et eſſe non rem. non accipit autem rem communiſſime pro omni ſignificabili complexe vel incomplexe. nam hoc modo peccatum et actus ſeu quodlibet agere res dici poteſt: ſicut īfra rem accipit: cum iuxta auctoritatem Job: ſm aliam litteram. d. Erat vir habitans ⁊c. Et ſequitur. Abſtinens ſe ab omni re mala. ait. ꝙ peccatum etſi actus ſit res dici poteſt. Sed accipit rem pro eſſentia ſeu entitate. ſic enim quelibet res alia a deo deum habet auctorē: ⁊ ſic accipiendo dicit peccatum eſſe actum non rem ex quo patet propoſitum: et immediate reſpondet ad concluſionem Celeſtini. d. Sed etiam in corpore claudicatio eadem ratione actus eſt. non res: quoniam res pes ipſe vel corpus vel homo eſt qui pede vitiato claudicat: nec tamen vitare poteſt claudicatiōem niſi habeat ſanatum pedem. Ex quo etiam exemplo declaratur propoſitum. nā non eſt fingere que res vel entitas ſit claudicatio ſeu claudicare quod idem eſt ſuppoſito pro conſtanti ex dictis ſupra ꝙ motus non ſit res ſm ſe diſtincta a rebus permanē tibus. Item Homel. prima ſuper Joan. exponens illud Joan. primo. Omnia per ipſum facta ſunt: et ſine ipſo factum eſt nihil. ait. Peccatum quidem non per ipſum factum eſt: et manifeſtum eſt: quia peccatum nihil eſt. ⁊ infra ſuper eiſdem verbis. Uniuerſa inquit creatura per ipſum facta eſt maior. minor per ipſum facta ſunt: inferiora: ſuperiora: ſpirituales: corporales per ipſum facte ſunt. nulla enim forma nulla compages nulla concordia partium nulla qualiſcunqꝫ ſubſtantia que poteſt habere pondus numerum menſuram niſi per illud verbum ⁊ ab illo verbo creatore cui dictum eſt. Omnia in menſura et numero et pondere diſpoſuiſti. hec ipſe. Ubi ad propoſitum primo facit ꝙ ait peccatum nihil eſt. igitur non eſt entitas aliqua. Secundo. quia vt patet ex ſecunda parte auctoritatis: cum ait euāgeliſta. Omnia per ipſum facta ſunt. per ly omnia. omnis entitas parua et magna generaliter ſignificatur vt tantum valeat illud dictum: ac ſi dicatur omnis entitas per ipſum facta eſt: in prima autem parte dicit peccatum non per ipſum factum eſt. ex quibus neceſſario et euidenter concluditur. igitur peccatum non eſt entitas quomodo etiam videtur concluſiſſe Auguſt. ꝙ peccatum nihil eſt in prima parte auctoritatis. rationibus etiam probatur concluſio iſta. Et primo quidem quia ſi peccatum eſt entitas aliqua oportet nos vel dicere alicuius entitatis que non eſt deus deum non eſſe factorem vel confiteri deum eſſe peccati auctorem: ſed neutrum videtur catholice poſſe dici. d. Auguſt. primo de libero arbi. Credimus ex vno deo eſſe omnia que ſunt: ⁊ tamen non eſſe peccatorum auctorem. Item. 83. q. dicit de deo ꝙ mali auctor non eſt qui et omnium que ſunt auctor eſt: vbi ſicut dicit Magiſter lib. ſecundo. diſt. 37. in fine. Et probat per dictum eiuſdem Auguſt. primo retrac. nomine mali peccata intelliguntur. ibidem etiam dicit Magiſter ꝙ omnes catholici tractatores aſſentiūt ꝙ deus non eſt auctor malorum: id eſt peccatorum. Conſtat autem ꝙ omnis entitas eſt de numero eorū que ſunt. Cap. 2. q. 21. Cap. 26.

¶ Preterea. Hoc de quibuſdam in ſpeciali patet. nam nec adulterium eſt aliqua entitas: quia nec eſt adulter nec adultera nec aliqua alia entitas fingi poteſt que ſit adulterium: vt ſupra dicebatur. Similiter nec homicidium: que enim eſſet cum nec occidens nec occiſus nec inſtrumentum occidendi nec omnino aliqua entitas apparet ibi concurrere que ſit hoc peccatum quod homicidium nomīamus. ita eſt de furto et ceteris peccatis quibus exteriori operatione homines peccant. Et ſicut talia non ſunt entitates vlle: ſed tantūmodo complexe quedam ſignificabilia: ita etiam de ceteris peccatis videtur eſſe ſentiendum. ¶ Sed contra iſta poteſt argui. Et primo ex auctoritatibus preallegatis probando concluſionem. In vtraqꝫ enim Augu. dicit ꝙ peccatum eſt actus. Omnis enim actus eſt entitas vt conſtat. igitur ⁊c. Et ex hoc patet ꝙ cum Augu. dicit peccatum non eſſe rem non capit rem vt quelibet res entitas dicitur. Sed ſpecialiter pro entitate illa que habet actum qualis proprie eſt



ſubſtantia per ſe agere potens. talis nāqꝫ res non eſt peccatū. Sed eſt actus alicuius talis rei: et cū hoc bene ſtat ꝙ peccatum ſit quedam entitas ſm ſe. ¶ Confirmatur iſtud per Augu. met in Hypoſt. reſponſione prima. in fine. cum ait. Opera diaboli que vitia dicūtur actus ſunt non res que tanqꝫ per ſe agere dicuntur aliquid. vbi apparet quas entitates appellet res ſcilicet eas: que per ſe agere dicuntur aliquid: et ſic alibi ſe intelligi debere oſtē dit vbi actum contra rem diſtinguit.

¶ Secundo. ſi peccatum non eſt aliqua entitas peccati nullus eſt auctor. nam vt in primo articu. dictum eſt. non niſi entitatis aliquid eſt efficiens cauſa: ſed hoc conſequens eſt falſum: et expreſſe contra eundem primo lib. de libero arbitrio. vbi cū diſtinxiſſet de malo culpe et pene: et malorum humani generis dixiſſet deum nullo modo eſſe auctorem: diſcipulo querenti vtrum talis mali quiſqꝫ ſit auctor. reſpondet: eſt certe. non enim nullo auctore fieri poſſet: et paulopoſt ſubdit. ꝙ quiſqꝫ malus ſui malefacti auctor exiſtit. Cap. 1.

¶ Tertio. conſtat ꝙ actus quilibet voluntatis ſiue bonus ſiue malus eſt entitas quedam. Sed actus malus voluntatis eſt peccatum: ſicut patet per Augu. ſecundo de libe libero arbitrio. vbi querens a quo ſit motus voluntatis cum ſe auertit a deo. dicit ꝙ talis motus ſine dubitatione peccatum eſt: et ex hoc concludit ipſum non eſſe a deo: talis motus vtiqꝫ ipſe voluntatis actus exiſtit. Cap. 39.

¶ Quarto. ſi peccatum non eſt entitas. igitur nec meritum eſt entitas. Similiter enim vtrūqꝫ dicendum videtur: ſed conſequens non videtur dandum cum omnes cōfiteantur dilectionem dei ordinatam eſſe meritum: et ita de alijs bonis actibus voluntatis.

¶ Quinto. Magiſter ſecundo ſententiarum. diſtinc. 35. dicit. ꝙ libere tradi debet peccatum eſſe actum malum interiorem et exteriorem: ſcilicet malam cogitationem locutionem et operationem. quis autem dubitet cogitationem eſſe veram entitatem: et ſimiliter locutionem.

¶ Confirmatur. quia nullus nunqꝫ negaret odium dei vel primi eſſe peccatum: nec aliquis etiam diceret odiū huiuſmodi non eſſe entitatem.

¶ Ad primum dicendū ꝙ generaliter loquendo de actu non omnis actus eſt entitas. Omne enim reſpectu cuius dicitur potentia aliqua ſeu aliquid eſſe in potentia actus dicitur: ſicut ſatis patet ex. 9. metaphyſi. Nunc autē multa ſignificabilia ſunt huiuſmodi. nam reſpectu claudicādi et furandi et rapiendi dicūtur potentie. dicimus enim aliquem poſſe claudicare furari et rapere: et ita de pluribus alijs complexe ſignificantibus. Nullum autem talium eſt entitas: vt ſupra dicebatur: immo etiam dicimus aliquem poſſe rem aliquam deſtruere et etiam annihilare. verbi gratia. deum poſſe annihilare omnē creaturam: et iuxta conſuetudinem locutionis diſputātium. dicendum eſſet ꝙ talis potentia reduceretur ad actum: ſi deus omnia annihilaret. deum ergo annihilare omnem creaturam eſſet actus talis potentie; et tamen conſtat ꝙ non eſſet entitas vlla. T. cō. 2.

¶ Ad id quod additur de acceptione huius termini res cum actus dicitur non eſſe rem. Dicendum ꝙ ex tali dicto Auguſt. nequaqꝫ apparet ꝙ vbi actum dicit non eſſe rem accipiat rem pro entitate tantum que per ſe poteſt agere: immo potius ex illa determinatione que tanqꝫ per ſe ⁊c. Innuitur quedam alia: que ſcilicet non per ſe agere poſſunt dici et eſſe res. Item licet hoc non abſolute neget actum eſſe rem: in locis tamen preallegatis negat abſolute: et vt oſtenſum eſt rem pro entitate communiter accipit ibidem.

¶ Ad ſecūdum dicendum ꝙ aliquem eſſe auctorem peccati poteſt dupliciter intelligi. Uno modo id eſt factorem / ſeu cauſam efficiētem eius quod eſt peccatum. Alio modo id eſt factorem alicuius ꝙ ipſe faciendo peccat: et iſti ſenſus vtiqꝫ diuerſi ſunt. Nam id qd qs faciendo peccat non eſt peccatum: ſed eum facere id ſeu quod ipſe facit illud eſt peccatum. In primo ſenſu cōcedo conſequēs: et in ſecundo nego conſequentiam. verba Auguſti. procedunt in ſecundo ſenſu quod patet: quia ipſe diſtinguens ibi de malo agit. ipſum duobus modis accipi ſolere. vno inquit cum male quemqꝫ feciſſe dicimus. alio cum malo aliquid eſſe perpeſſum. et paulo poſt. at ſi deū bonum eſſe noſci / vel credis: neqꝫ enim aliter fas eſt male non facis. Et ex hoc concludit eum non eſſe auctorem peccati: male autem facere et peccare idem: itaqꝫ ex eo ꝙ deus non peccat aliquid faciendo quicquid ipe faciat cōcludit ipſum non eſſe peccati auctorem: ſed quia quilibet male faciens aliquid faciendo: faciendo illud peccat: quilibet talis auctor dici poteſt peccati et ſui malefacti. ſi ly malefacti ſit dictio. nam ſic malefactum dicitur peccatum. ſi autem ſit oratio: adhuc etiam in primo ſenſu poteſt dici auctor ſui malefacti. id eſt eius quod ab ipſo malefit. Illud autem quod ſic ab eo malefit non eſt peccatum: ſed ꝙ ipſe illud male facit ſibi vtiqꝫ peccatū eſt: vt dicebatur ſtatim.

¶ Ad tertium neganda eſt minor proprie accipiēdo peccatum: vt patet ex dictis.

¶ Ad probationem dicendum ꝙ Auguſt. non accipit ibi motū voluntatis pro illa entitate / ſeu affectione qua quis conuertitur ad creaturam que vſitate nūc vocatur actus voluntatis: ſicut argumentum pretendit: ⁊ iſtud ptꝫ. nam conſtat ꝙ huiuſmodi entitas eſt ab aliqua cauſa efficiente: et tamen Auguſt. vult ibi ꝙ motus ille nō ſit ab aliqua cauſa. nam concluſio ꝙ talis motus non eſt a deo querit. vnde igitur erit: et reſpondet ita. querenti tibi ſi reſpondeam neſcire me fortaſſe eris triſtior. Sed tamen vere reſponderi. ſciri enim non poteſt ꝙ nichil eſt. vult dicere ꝙ quia non eſt verum ipſum eſſe ab aliquo. idcirco ſciri non poteſt a quo ſit. non igitur accipit ſic motum: ſed pro illo complexe ſignificabili quod ſignificamus cum dicimus voluntatem auerti a deo et conuerti ad creatorem de quo querere: vnde ſit non eſt aliud / q̄ȝ querere quid eſt voluntati cauſa ꝙ ipſa auertatur a deo et certe deus non eſt ſibi talis cauſa: vt dicit Augu. alias eſſet ſibi cauſa peccādi. Et vtiqꝫ nec aliquid aliud eſt ſibi talis cauſa: ſed ipſa ipſa ſponte ſic mouetur: vt in primo et ſecundo capitulis ſe. li. Auguſti. in de trini. ſic accipit ipſe motum voluntatis cum dicit eum eſſe peccatū. nam ꝙ voluntas ſic mouetur vtiqꝫ peccatum eſt: ⁊ hoc nulla prorſus entitas eſt.

¶ Ad quartum quicquid ſit de conſequentia. conſequēs poteſt concedi cum probatur ipſum non eſſe dandū: cum omnes concedant dilectionem dei ordinatam eſſe meritum. dicendum ꝙ recte intelligentes non intēdunt ꝙ illa entitas que vocatur dilectio ſit meritum: ſed intelligūt ꝙ aliquem diligere deum eſt meritum: aliquem autem diligere deum non eſt dilectio / nec aliqua entitas de mundo ſicut nec alia complexe ſignificabilia.

¶ Ad quintum dicendum ꝙ hoc nomen actus poteſt habere duplicem ſignificationem. videlicet mere ſimplicem et incomplexam: et ſic non eſt intelligendum dictum Magiſtri: ſi ſermo ſit de peccato proprie accipiendo peccatū: et poteſt habere ſignificationem complexam equiualēter ſm quēadmodum aliqua complexe ſignificabilia actus appellantur. vnde furari et adulterari dicuntur actus quidam mali: et tamen non ſunt ſignificabilia niſi complexe / vel equiualenter: et cum talia dicuntur mali actus nō aliud datur intelligi niſi ꝙ qui adulteratur / aut furatur male agit: et ſic intelligendum eſt dictum Magiſtri alle-

gatum: et ſicut de hoc nomine actus dictum eſt. Sic dicendum eſt de iſtis alijs cogitatio locutio operatio. Eſt enim ſenſus ꝙ male cogitare et male loqui et male operari eſt peccatū: in quibus locutionibus illi infinitiui ſtare debent.

¶ Ad confirmationem eodem modo dicendum ꝙ cum dicitur odium dei eſſe peccatum: verus ſenſus eſt ꝙ aliquem odire deum eſt peccatum: ita ꝙ illud nomē odium ſumitur ad ſignificandum totum illud quod ſignificat illud complexum. aliquem odire deum: et hoc fit gratia breuioris locutionis: non eſt autem ſenſus ꝙ illa entitas vel affectio voluntatis eſt peccatum niſi forte peccatum accipiatur improprie. videlicet pro actu quem quis faciendo peccat: vt ſuperius dicebatur.

¶ Tertia concluſio. videlicet ꝙ quodlibet peccatum eſt malum. Primo modo diſtinctionis poſite in precedenti articulo. accipiendo malum. et aliud eſt malum: etiam ſecundo modo accipiendo malum: quodlibet tamen alia ratione dicitur malum alia peccatum. Probatur quo ad primam partem ſic. Quodlibet peccatum corrumpit vel diminuit aliquod bonum peccantis. igitur quodlibet peccatum eſt malum primo modo. conſequentia patet ex dictis in primo articulo. antecedens declaratur. nam quodlibet peccatum minuit bonū ordinis naturalis ipſius peccantis: vt ſupra declaratum eſt: et hoc vniuerſaliter verum eſt: quando autem cum hoc corrumpit vel minuit bonum habitum preexiſtentem: et aliquando gratiam et alia dona et ſic iuſtis bonis priuat peccantem: ſi-
Cap. 29. cut etiam declarat Magiſter lib. 2. diſtin. 35. circa finem.

¶ Confirmatur per Auguſtinum. in enchi. dicentem. ꝙ magis facienti ꝗ̃ patienti obeſt omne peccatum: quod dictum nō eſſet verum niſi omne peccatum obeſſet peccāti. Quantum ad ſecundam partem patet concluſio de peccato omiſſionis eius qui omittit habere bonum velle quando habere debet. Quantum ad tertiam partem probatur. nam quodlibet peccatum eſt malum inquantum eſt priuatio boni vel inquantum priuat peccantem bono. eſt autem peccatum inquantum eſt contra rectam rationem. igitur alia ratiōe dicitur malum et peccatum.

¶ Ex iſta concluſione et eius probationibus ſequitur ꝙ nullum peccatum hominis remanet penitus impunitum in vita iſta: ſed ꝓ quolibet portat penam qui peccat. probatur. quia quodlibet peccatum nocet peccāti corrumpendo vel minuendo bonum eius vt dictum eſt. igitur ex quolibet peccato peccator patitur damnum: et per conſequens penam.

¶ Confirmatur correlarium per Auguſtinum. tertio de
Cap. 35. libero arbitrio. vbi ait. Quia enim nemo ſuperat leges omnipotentis creatoris non ſinitur anima non reddere debitum: aut enim reddit bene vtendo quod accipit: aut reddit amittendo quo vti voluit bene: itaqꝫ ſi non reddit faciendo iuſtitiam reddet patiendo miſeriam. Et paulopoſt. ſi non reddet faciendo quod debet reddet patiendo quod debet. nullo autem interuallo temporis iſta diuiduntur: vt quaſi alio tempore non faciat quod debet et alio patiatur quod debet ne minus puncto temporis vniuerſalis pulchritudo turpetur vt ſit in ea peccati dedecus ſine decore vindicte: ſed in futurum iudicium ſeruatur ad manifeſtationem atqꝫ acerrimum ſenſum miſerie quicquid nunc occultiſſime vindicatur. hoc Augu.

## Tertius articulus.

videlicet vtrum actualis peccati deus ſit immediata cauſa efficiens: vt patet ex dictis ſi peccatum capiatur proprie: et ſimiliter cauſa efficiens non habet dubium. patet enim ꝙ non. ſed ſi nomen peccati capiatur improprie: ſcilicet pro actu malo ſeu quem aliquis faciendo peccat. verbi gratia. pro mala volitione vel aliquo alio actu interiori vel exteriori quem agit peccator: tunc dubium eſt et de ipſo ſunt ſolemnes opiniones contrarie: quarum neutram temere affirmando: pro nunc concluſionem affirmatiuam tanqꝫ probabiliorem: et vt mihi videtur ſanctorum dictis magis conſonam teneo: ſicut etiā et communius tenetur a doctoribus.

¶ Eſt ergo concluſio probāda ꝙ actus mali quem efficit peccator deus eſt immediata cauſa: partialis tamē coefficiens actum eundem. hāc probo primo ſic. omnis actus malus iam factus ꝗ̃diu eſt īmediate conſeruatur a deo. igitur omnis actus malus dum fit immediate conſeruatur a deo. antecedens probatur: q2 ſi aliquis malus actus non immediate cōſeruatur a deo. igitur ipſe in ſuo exiſtere non immediate dependet a deo. ergo vel ipſe a nulla re immediate dependet: et per conſequēs nec etiam mediate dependet ab aliqua: ac per hoc eſt ſimpliciter independens: aut immediate depēdet a ſola creatura vna vel pluribus ſimul. primū non poteſt dari: tum quia fortiori ratione dicendum eſſet ꝙ ipſa voluntas et ſubſtantia anime eſſet ſimpliciter indepēdens cum ſit res ſm ſe multo perfectior actu ſuo qui eſt accidens eius: et ſic conſequenter de angelis et de ceteris ſubſtantijs dicendum eſſet quod eſſe falſiſſimū nemo theologicus: aut etiam verus Philoſophus ignorat. tum quia ſm hoc ſequeretur ꝙ hoc ſolo poſito. ſ. ꝙ deus nullam rem conſeruaret: ⁊ operationē illam intimā: qua ſm ſanctos omnia cōtinet ab omnibus rebus ſubtraheret adhuc actus ille malus exiſteret: et q2 conſtat ꝙ tunc nulla anima eſſet: ipſe vtiqꝫ exiſteret per ſeipſum ⁊ ſine ſubiecto. Quod nimis abſurdum eſt dicere. tum quia ſm hoc non eſſet verum quod de Chriſto ait Apoſtolus ad Col. cum ait. et omnia in ipſo conſtant. glo- Cap. 1.
ſa. qui omnibus ſm diuinitatē infuſis omnia ſuſtinet ad Hebreos primo. loquens de deo patre. portās omnia ver- Cap. 1.
bo virtutis ſue. vbi gloſa. ſicut ab eo creata ſunt omnia ita per eum immutabilem conſeruātur. Nec poteſt dici ſecūdum. videlicet ꝙ depēdet immediate a ſola creatura. verbi gratia. ab ipſa voluntate de qua magis videretur: quoniam ſi hoc eſſet verū ſequeretur ꝙ deus non poſſet illum actum annihilare volūtate ipſa manente et volente illum actum conſeruare: et ſic voluntate creature volētis omnipotētis impediretur effectus: quod ſi verum eſt Auguſt. dicit erroneum eſſe in enchi. patet conſequētia: quoniam Ca. 104.
non aliter deus annihilat aut facit rem non eſſe ꝗ̃ non faciendo eam eſſe ſm Anſel. de caſu diaboli. nec obuiat ſi Cap. 1.
dicatur ꝙ preter voluntatem eſt aliqua cauſa partialis. verbi gratia. notitia obiecti: quia illa cauſat naturaliter: et ſic illa ſtante ⁊ voluntate volente conſeruare actū deus non poterit illum annihilare: et ſic idem inconueniens ſequitur. patet ergo antecedens. conſequētia probatur. primo quia ſi nulla cauſa creata ſufficit ſine deo aliquem talem actum cōſeruare poſtqꝫ habet eſſe: vt patet ex dictis: conſequēs eſt ꝙ nulla ſufficiat ſine deo illum de nouo ꝓducere poſtqꝫ immediate non habuit eſſe. nam maius vel ſaltem non minus videtur eſſe poſſe ſecūdum ꝗ̃ poſſe primū. Secundo quia ſi hoc deberet a deo negari non ꝓpter aliud deberet: vt videtur niſi quia efficere actum malum repugnaret bonitati diuine. Sed ſi hoc ſibi repugnaret etiam ſibi repugnaret conſeruare actum malū poſtqꝫ productus eſt: cum homo non ſolum peccet quādo primo efficit actum malum: ſed etiam quādo poſtea illum libere cōtinuat: ac per hoc ſi deus non efficit actum malum: non etiam conſeruet ipſum: quod repugnat antecedenti. Tertio patet conſequentia ex auctoritate ſapientis. d. Sapiē-
tie. 5. deo loquentis. Quomodo poſſet aliquid permane- Cap. 5.
re: niſi tu voluiſſes: aut quod a te nolitum non eſſet conſeruaretur: ex cuius vltima parte docet Sapiē. nichil conſeruari poſſe niſi ſit a deo volitum. id eſt eo dicente ſeu faciente ad eſſe deductum. iuxta quem ſenſum dicitur de ipſo in Pſal. Vocauit famem ſuper terram. ſm gloſam: et ſuper illud Aggei. primo. Vocaui ſiccitatem. id eſt ventum vrentem ſuper terram.



¶ Secundo probo concluſionem et ſuppono ꝙ in nulla ſpecie actus mali eſt tantum vnus actus numero producibilis a voluntate: quinimo multi ſunt producibiles omnino ſimiles ⁊ eiuſdem rationis / ſiue plures ex eis poſſint eſſe ſimul in voluntate / ſiue non. ſuppono etiam ꝙ nullus talium eſt de ſe magis vno tempore / ꝗ̃ alio producibilis: nec etiā in aliquo dato tempore aliquis magis eſt producibilis / ꝗ̃ alius. hec ſunt probata in primo diſtin. 35. et ſatis etiam cōmuniter conceſſa: licet forte ab aliquibus diceretur oppoſitum. His ſuppoſitis probo propoſitum ſic. quando voluntas efficit aliquem actum malum: non quilibet poſſibilis ſimilis illi fit. patet. igitur ille non fit a ſola voluntate. patet conſequentia. quia cum nullus talium actuum ſit pro tunc magis poſſibilis / ꝗ̃ alius: ⁊ voluntas ipſa creata indifferenter ſe ad quemlibet illorum habeat nullūqꝫ diſtincte cognoſcat anteqꝫ ipſe actus ſit: ac ꝑ hoc nec poſſit velle diſtincte aliquē illorum determinate producere: niſi alia cauſa naturaliter determinata ad productionem vnius determinate tantum concurrat: quod conſtat falſum eſſe. aut aliqua libera que diſtincte illos cognoſcat ⁊ aliquem determinate velit comproducere: nullum vnqꝫ producet: quia qua ratione vnum ꝓduceret eadem ⁊ quēlibet. Sed talis cauſa libera diſtincte illos cognoſcens non poteſt eſſe alia / ꝗ̃ deus: vt certum eſt. quare ⁊c. ¶ Tertio ſi deus nō eſſet īmediata cauſa efficiens actus mali deus non eſſet factor omnium entitatum. conſequens autem falſum eſt vtpōte contra articulum fidei quo fatemur deum factorem omnium viſibilium ⁊ inuiſibilium. nam quid eſt factorem ⁊c. niſi omnium eſſentiarum / ſeu entitatum ⁊ rerum: vnde Auguſt. ſic intelligens profeſſionem fidei noſtre cōtra manicheos in libro de moribus eorumdem. ait. ꝙ in catholica eccleſia dicitur omnium naturarum / atqꝫ ſubſtantiarum eſſe auctorem deū: et ꝙ naturam ⁊ ſubſtantiam vniuerſaliter pro entitate accipiat. patet per verba que immediate premittit. ait enim ſic. Ipſa natura nichil aliud eſt / ꝗ̃ id quod intelligitur in ſuo genere aliquid eſſe. itaqꝫ vt nos iam nouo nomine ab eo ꝙ eſt eſſe vocamus eſſentiam quam plerumqꝫ et ſubſtantiam nominamus: ita veteres qui hec nomina non habebant pro eſſentia et ſubſtantia naturam vocabant. idipſum ergo malum eſt: ſi preter pertinaciam velitis accedere: deficere ab eſſentia et ad id tēdere vt nihil ſit. Quocirca cum in eccleſia catholica dicitur omnium naturarum / atqꝫ ſubſtantiarum eſſe auctorem deum: ſimul intelligitur ab his qui hoc poſſunt intelligere non eſſe deum auctorem mali. Ex his apparet ꝙ cum dicit deum omnium naturarum eſſe auctorem / atqꝫ ſubſtantiarum: nomine nature ſignificatur omne quod in ſuo genere eſt aliquid. et omne quod habet eſſe / ſeu omne quod eſt. Et certum eſt ꝙ nos etiam quodlibet tale et nullum aliud vocamus entitatem ſm eſſentiam.

¶ Confirmatur iſtud ex alio. nam ex hoc ꝙ omnium naturarum deus eſt auctor: et tamen non eſt auctor mali vult ibi concludere malum nihil eſſe: ſicut patet intuenti ꝙ non concluderet niſi nomine nature omnis entitas: et omne quod non eſt nihil: ſed aliquid in ſuo genere intelligeretur. Ex his etiam patet ꝙ reſponſio et gloſa quam tenentes partem queſtionis oppoſitam dant ad auctoritates Auguſti. que aſſerunt omnem naturam et ſubſtantiam que deus non eſt eſſe factam a deo: et ꝙ ipſe eſt cauſa omnium que ſunt dicētes eum per naturam et ſubſtantiam non omnem eſſentiam / vel entitatem vniuerſaliter ſignificare: ſed tantum illas que per ſe ſubſiſtunt: et per ſe agere / vel pati poſſunt: et proprio nomine ſubſtantie appellantur ſm quos ſubſtantias contra accidentia diſtinguimus non eſt ad intellectum ipſius. Quod etiam patet per auctoritatem ipſius ſuper illud. omnia per ipſum facta ſunt ſuperius allegatam. Per auctoritatem etiam euangelij tactam probatur conſequēs illatum ſupra eſſe falſum. ait enim. omnia per ipſum facta et ſine ipſo factū eſt nihil. id eſt vt exponit Auguſti. in de natura boni. non eſt factum ſine ipſo aliquid. ergo omnis entitas facta eſt facta per ipſum. conſequentia probatur: quia ſi deus non eſt immediata cauſa efficiens actus mali / vel ſimpliciter non eſt cauſa efficiens eius: et per conſequens non eſt factor omnis entitatis cum actus malus vtiqꝫ ſit entitas aliqua / vel eſt cauſa mediata tantum: vtpōte mouens ipſam voluntatem ad efficiendum ipſum actum malum. Sed hoc dici non poteſt: quia tunc ſequeretur ꝙ deo auctore ſit homo deterior: et ita deus faceret nos facere mala: ſicut dictum eſt in. 26. diſtin. q. prima. ꝙ ipſe facit nos facere bona: quod blaſphemum eſt et impium ſentire. vnde Auguſti. ſuper pſalm. 140. nunquid nam intelligendum / vel credendum ꝙ deus cor hominum ad facienda peccata conuertat quis hoc dixerit.

¶ Forte dicet ꝙ neutro modo deus eſt factor mali actꝰ: ſed tantūmodo cauſando et conſeruando voluntatem et alias immediatas cauſas ſimplices: ſi plures concurrant que efficiunt malum actum. quicquid enim eſt cauſa cauſe eſt cauſa cauſati.

¶ Sed iſtud ſtare non poteſt: quia hec non ſufficiunt ad hoc ꝙ vere et proprie deus dicatur omnium factor: alioquin poſſet dici ꝙ fructus terre et alia que in mundo naturaliter generantur deus / nec immediate efficit / nec eorum cauſas efficere facit: ſed tantūmodo illas fecit ⁊ conſeruat que ex ſe tantum: poſtea huiuſmodi effectus efficiunt. Sed iſtud dictum recitat Auguſti. opinionis fuiſ-
ſe quorūdam. 5. ſuper Geñ. et idem reprobat tanqꝫ diuine Cap. 21.
ſcripture contrarium que deum dicit iſta facere. ſicut in primo. diſtin. 45. recitatum eſt.

¶ Preterea. Non obſtante ꝙ terra gignat et conſeruet quaſdam herbas: nemo tñ dicit terram facere paſſiones in ſenſibus / aut aliquas alias qualitates que cauſent ab herbis illis: ſimiliter nec locus naturalis dicitur facere actiones que efficiuntur a locato quod conſeruat: vnde aer nō dicitur cauſare frigiditatem cauſatā in aliquo ab aqua quā continet: ⁊ ita de multis alijs argui poſſet cōtra hmōi reſponſionem. propter qđ etiā ptꝫ ꝙ nunqꝫ id quod eſt cauſa cauſe eſt etiā cauſa cauſati: niſi ipſum ſit cauſa vt alia cauſa ſit cauſa. i. vt alia cauſa cauſaret: ſiue quod idē eſt: niſi ipſum faciat aliam cauſam cauſare / ſeu ipſaꝫ moueat ad cauſandum: quemadmodum in mouentibus
eſſentialiter ordinatis. iuxta doctrinam Philoſophi. 8. T. c. 41.
phy. ⁊. 2. meta. primum mouet ſcdm ⁊ eſt illi cauſa: vt mo- t. c. 5. ⁊. 10.
ueat aliud. de quibus locis ſumptā puto illam magiſtralem propoſitionem. ¶ Quarto ſic. omne bonum: qđ non eſt deus eſt ab efficiente deo: et loquor non tantum de bono moris: ſed etiam nature. igitur omnis actus malus eſt
ab efficiente deo. antecedens patet per illud Auguſti. 2. Cap. 39.
de libero arbitrio. tu pietatem. i. fidem incōcuſſam tene ⁊ nullum tibi bonum / vel ſentienti / vel intelligenti / vel quo quo modo cogitanti occurrat: quod non ſit ex deo: ita enim nulla natura occurrit que non ſit ex deo. per hanc vltimam auctoritatis partem patet eum loqui vniuerſaliter etiam de bono nature: qui ſenſus etiam ex ſequentibus confirmatur. Nam ſubdit detracto penitus omnino

bono:non quidem non nihil:ſed nihil omnino remanebit. omne autem bonum eſt ex deo.nulla ergo natura eſt que non ſit ex deo.hec ipſe.omne igitur non nichil ſm ipſum eſt bonum:et omne bonum a deo.conſequẽtia patet:tum quia actus non eſt nihil ſed entitas quedam:et per conſequens quoddã bonum vt iam tactum eſt:frequẽter etiam dicit Auguſt.ꝙ omne quod eſt inquãtum eſt:eſt bonum: tamẽ quia quilibet actus voluntatis quãtũcunqꝫ malus perfectior entitas eſt ꝛ nobilior quolibet accidente corporali.igitur quilibet eſt quoddã bonum.patet ꝯſequentia: quoniã multa ſunt accidẽtia corporalia:quorum q̃libet eſt magnũ bonum;ꝛ nullum eſt quod non ſit bonum:ſicut etiam ex vtilitatibus prouenientibus cognoſci poteſt aſſumptum autẽ probatur ex eo ꝙ quilibet actus eſt actus
Cap.19. vitalis ꝛ ſpiritualis. ❡Confirmatur per Aug.9.de trini. qui ſpeciem rei exiſtentis in anima probat eſſe meliorem ſpecie corporali extra:cuius eſt ſimilitudo per hoc quod eſt in meliori natura:vnde ait melior eſt tamẽ imaginatio corporis in animo q̃ illa ſpecies corporis inquãtum hec in meliore natura eſt.i.in ſubſtãtia vitali ſicuti eſt animꝰ.
❡Cõfirmatur iterum:quia ſicut omnis anima humana quãtumcunqꝫ eſt praua melior eſt ꝛ nobilior ſm naturam omni corpore:vt idem Auguſt.vult.3.de libero ar.ca.5.et pluribus ſequentibus.ſic omne accidens anime eſt quocunqꝫ corporis accidente nobilius. ❡Confirmatur tota ratio iſta ſimul cum concluſione principali ex argumentatione Augu.in de vera reli.alia ipſe ꝓbat omnia a deo
Cap.34. eſſe facta.ait eñi ſic.ipſum autem quãtũcũqꝫ eſſe bonum eſt:qꝛ ſummũ bonum eſt ſummo eſſe.et ſubdit:qm̃ ſumma ſpecies ſummũ bonũ eſt.minima ſpecies minimũ bonum eſt.Omne autem bonum aut deus aut ex deo.igitur ex deo eſt etiaꝫ minima ſpecies.ſane quod de ſpecie dicitur: hoc etiam de forma dici poteſt.cum igitur actus malus ſit quoddam bonum:quod ex allegatis etiam probatur. Tum quia eſt aliquod ens:et Auguſt.ait.ꝙ quãtulũcũqꝫ eſſe eſt bonum.tum quia eſt aliqua ſpecies.id eſt eſſentia: quoniam vt ibidem ait.quicquid eſt quãtulũcunqꝫ ſpecie ſic neceſſe eſt.tum quia eſt quedam forma : et ꝙ de ſpecie dicitur in propoſito etiam de forma dici poteſt:vt ait.ſequitur neceſſario ſi argumentatio eius valida ſit ꝙ ipſe malus actus vtiqꝫ ſit ex deo. ❡Quinto ad idem poteſt argui ex vna alia conſequentia:quam facit Auguſt.ibidem.dicit ipe ibi ꝙ illud quod in comparatione perfectorum informe dicitur nõ eſt nihil.ꝛ ſtatim infert ſic.ac per hoc id quoqꝫ inquãtum eſt non eſt niſi ex deo.ſimiliter in propoſito poteſt argui actus malus non eſt nichil.igitur eſt ex deo.que conſequentia confirmatur etiam ex dicto
Cap.5. eiuſdem.12.de ciui.dei.vbi ait ſic.deus ſumme eſt atqꝫ ob hoc ab illo facta eſt omnis eſſentia que non ſumme eſt: quia neqꝫ illi equalis eſſe deberet q̃ de nichilo facta eſſet neqꝫ vllo modo eſſe poſſet ſi ab illo facta non eſſet.igitur eſſentia que eſt actus malus cum non ſit ſumma eſſentia nullo modo eſſe poteſt niſi a deo facta eſſet. Hec etiam vi
Cap.10. detur eſſe intentio Anſel.de caſu diaboli.vbi diſcipulo dicenti.ꝙ quidem deus rerum naturas omnium faciat:fatendum eſt:ꝙ vero ſingulas actiones peruerſarum volũtatum velut ipſum prauum motum voluntatis quo ipſa mala voluntas ſe mouet faciat quis concedat:Reſpondet.quid mirum ſi dicimus deum facere ſingulas actiones que fiunt mala voluntate cum fateamur eum facere ſingulas ſubſtantias que fiunt iniuſta voluntate.
❡Contra iſtam concluſionem poteſt argui primo ſic.ſi eundem actum maluꝫ facit deus quem facit homo:ſicut homo peccat faciendo illum:ſic etiam peccat deus:quod eſt impoſſibile.patet:quia non ob aliud homo ille peccat: niſi quia facit actum malum.

❡Secundo ſi deus facit actum malum deus eſt auctor malorum : cuius oppoſitum dicit Auguſt.in auctoritate ſupra allegata.ex libro de moribus manicheorum.in prima ratione facta ad probandum concluſionem et in alijs locis innumeris.ptꝫ conſequentia:quia non eſt aliud eſſe auctorem mali q̃ facere actum malum.
❡Tertio.tunc deo auctore fieret homo deterior contra eundem Auguſt.83.q.probatur cõſequentia:quia cui cau
ſat actum quo homo eſt deterior eo auctore ſit ille dete- Cõ.3.
rior:ſi vero concluſio ſit vera deus cauſat actum quo homo eſt deterior.igitur ꝛ cetera.
❡Quarto.deus vltor mali actus.igitur non eſt actor. antecedens certum eſt fidem.conſequentia probatur au-
ctoritate Fulgentij.d.ꝙ deus eius rei eſt vltor:cuius eſt actor.Idem Auguſtinꝰ in libello qui dicitur confutatio
catholica quorũdam falſo ſibi imputatorum.dicit ꝙ ab auctore nature prorſus alienum eſt quicquid in vnoquo- Cap.3.
qꝫ damnandum eſt.
❡Quinto.ſi deus eſt partialis cauſa actus mali poſſet eſſe totalis cauſa actus eiuſdem:ita ꝙ ſolus ipſe cauſaret actum illum.conſequens hoc falſum eſt:quia tunc poſſet cauſare actum odiendi deum et mendacium:ac per hoc mentiri:cuius oppoſitum probatum eſt in primo libro.cõſequentia patet:quia quecunqꝫ effectum deus poteſt facere concurrente cauſa ſecũda:poteſt abſqꝫ illa.alias non ſibi ipſe ſufficeret ad omnem ſuum effectum : ſed ad aliquem cauſandum idigeret adiutorio creature.hoc autem eſt falſum.d.Auguſt.primo de libero ar.ꝙ nullus de deo optime exiſtimat qui non eum credit nulla adiutum eſſe natura in cauſando quaſi qui non ſibi ſufficeret.
❡Sexto.ſi deus facit iſtum actum malum quem etiam facit iſte homo : deus vult iſtum actum eſſe.igitur vult iſtum hominem facere iſtum actum malum.et vltra.igitur iſte homo faciendo iſtum actum malum facit illud: quod deus vult eum fecere:et per conſequẽs non peccat: et ſic ſequitur ex concluſione ꝙ quecunqꝫ actum homo faciat nunq̃ peccat.nam ſic poteſt de quolibet argui.
❡Ad idem arguit quidam doctor ſic.Septimũ ſi deus Pe. Au.
cauſaret actum malum neceſſario cauſaret deformita- reoli.li.2.
tem eius:cuius oppoſitum dicunt ſancti.probatur conſe- d.37.q.1.
quentia:quia quidam actus ſunt a quibus inſeparabilis eſt deformitas.verbi gratia.odire deum et multi alij qui habent conuolutam malitiam:nec poſſunt bene fieri.
❡Octauo idem ſic.ſi deus coagit voluntati in ſuo actu aut hoc eſt:quia ſequitur determinationem voluntatis in illo actu:ſic ꝙ voluntas prius natura ſe determinat:et ex hoc deus coagit illi:aut econuerſo.deus prius determinat ſe ad agendum:et voluntas noſtra ſequitur determinationem eius:aut veniunt ad actionem iſtam:ex quo primũ non poteſt dari:quia tunc deus voluntarie coageret ad peccatum:et etiam haberetur propoſitum:quia in illo non determinate coageret ſibi deus:et ſic nõ eſſet cauſa omnis actus poſitiui:nec ſecundum:quia tunc voluntas determinaretur a deo ad peccãdum:et ſic non peccaret:quia de ſe non haberet vnde eſſet cauſa peccati:quia non libera.determinaretur enim ab extrinſeco.nec tertiũ. Tum quia talis cõcurſus eſſet caſualis.Tum quia deus voluntarie cogeret ad peccatum.
❡Nono et eſt ratio eiuſdem.non eſt minoris poteſtatis volũtas reſpectu actus ſui q̃ agentia naturalia reſpectu actuum propriorũ:ſed agentia naturalia ſic eliciunt actꝰ ſuos per ſe ꝙ deus nõ cooperatur actiue:niſi per cõſeruationem.igitur ꝛc̃.probatur minor auctoritatibus et rõne. prima auctoritas eſt Augu.7.de ciui.dei.dicit ſic.deus
adminiſtrat omĩa que creauit vt ipſa ꝓprios exercere et Cap.30.
coagere motꝰ ſinat.alia eſt Eccleſiaſtici.15.deꝰ ab initio



cõſtituit hominem ꝛ reliquit eum in manibus conſilij ſui.
Cõ.18. ❡Alia eſt Cõmenta.12.meta.qui ſarracenos deridet:eo ꝙ negat res habere proprias operationes.
❡Ratione etam ꝓbatur dicta minor:quia non apparet: quare deus non poſſit ꝯmunicare creature actionem que non eſt creatio:ſed extractio ꝑfectibilis ad complemẽtũ: cum illa nõ requirat in agente virtutem infinitam.Secũdo:quia aut in editione forme de materia ſi deus coagit agenti naturali ambo faciunt idẽ totaliter:aut deꝰ vnam partem ꝛ agens naturale aliam.non poteſt dici primum: qꝛ impoſſibile eſt idem eſſe ſimul a duabus cauſis totalibus in eodem genere cauſe.nec ſcd̃m.Tum quia aliquãdo forma illa eſt ſimplex carens partibus.Tum quia tũc ſequitur ꝙ ad partem quã facit agẽs naturale deus non coaget:quod eſt ꝓpoſitum.auctoritates etiã videtur plures contra predictã concluſionem.ait enim Auguſt.2.de
Cap.39. lib.ar.motus ille auerſionis quã fatemur eſſe peccatum: quoniam defectiuus motꝰ eſt.videlicet quo pertineat et ad deum non pertinere ne dubites.Et reſpondet diſcipulo querenti:vnde eſt motꝰ voluntatis quo auertitur a deo per quaꝫ reſponſionem patet expreſſe Auguſt.velle ꝙ ille
Cap.10. motus non ſit ex deo. ❡Item idem in preallegato ſupra libello qui dicitur confutatio catholica.ait deteſtanda et abominãda opinio eſt:que deuꝫ cuiuſq̃ male voluntatis aut male actionis credit auctorem.Item in de natura boni ante medium libri.cum audimus inquit omnia ex ipſo et per ipm̃ ꝛ in ipſo:omnes itaqꝫ naturas intelligere debemus que naturaliter ſunt:neqꝫ enim ex ipſo ſunt peccata que naturam non ſeruãt ſed viciant:que peccata ex volũtate eſſe peccãtium multis modis ſancta ſcriptura teſtatur:et ꝙ nomine peccatorum intelligat malos actus.patet ex eo ꝙ dicit illa eſſe ex volũtate peccãtium.ſoli enim actus voluntatis eliciti ꝛ imperati ſunt ex voluntate peccantium.plures etiam alie auctoritates idem ſonant.
❡Reſpondeo ad primũ nego conſequentiam.Ad probationem dico ꝙ non ideo precise quis peccat : quia facit actum malum:vocando actum malum illam entitatem: que nunc a modernis vocatur actus malus : quod dico ad excludendam acceptionem huius nominis actus:vt dicitur de quibuſdam complexe ſignificantibus quomodo actus negatur eſſe res proprie.id eſt entitas vt in ſecũdo articulo dictum eſt.Sed ideo peccat:quia facit illum male.id eſt contra rectam rationem:et quia illum actum quem homo contra rectam rationem:et ideo male facit deus ſm rectam rationem:ac per hoc bene facit:ideo homo illum faciendo peccat:non deus.iſtud declaratur de propinquo:nam eundem malum actum quem homo libere continuat et conſeruat poſtq̃ factus eſt continuat etiã et conſeruat deus:ꝛ tamen homo ſic continuando peccat non autem deus.Similiter eundem hominem deus producit et format in vtero quem generat etiam homo adulterando : et tamen deus non peccat ſed homo.Similiter ſicut dicit Magiſter.3.ſententiarũ.diſtinctione vigeſima traditio chriſti facta eſt a deo iuda et a iudeis:et tamen deus non peccauit.illi vero peccauerunt et ita dari poſſent exempla de multis operibꝰ exterioribus ad que etiaꝫ diuerſi homines concurrunt : et tamen vnus peccat alio non peccãte:quia vnus ſm rectam rationem et bene illud agit.alius vero contra rectam rationem ꝛ male. Dices ꝙ ſaltem in his que ſunt ſm ſe mala nec poſſunt bene fieri concedẽdum erit ꝙ non fiunt a deo:quia tunc non ſolum mala:ſed etiam male faceret:et contra rectam rationem: ſicqꝫ peccaret.Dicẽdum ꝙ nulla entitas eſt vel eſſe poteſt que non poſſit bene fieri:licet non a quolibet:ſed ea que ſm ſe ſunt mala et dicuntur non poſſe bene fieri non ſunt alique entitates exiſtẽtes vel poſſibiles exiſtere.Sed ſũt complexe quedam ſignificabilia:vt in precedentibus dicebatur:que etiã proprie peccatum nuncupantur:ꝛ talia nunq̃ etiã fiunt ab eo ſm illũ modum loquendi:quo dicũtur fieri ab hoĩe.ver.g.inuidere dicitur eſſe malum ſm ſe et dicitur fieri ab hoĩe:ad hũc ſenſum.ſ.qꝛ dicimus ꝙ homo inuideat.deus aũt et ſi actũ illũ/ ſeu entitatẽ illã quã inuidiã noĩamus:et qua homo dicitur inuidere cauſet ſimul cum hoĩe.nõ tñ ipſe inuidet:ſicut nec notitia inuidentis partialiter cum volũtate hoĩs cauſans inuidiã vlli inuidet:ſed aĩa ipã tñ que illa entitate efficiꝛ:ita de alijs:vt furari mechari ꝛ hmõi eſt dicẽdum.nullum eñi taliũ põt deus:lꝫ eñi oẽm entitatem quã agit / vel mouet mendax. ſimul etiam agat ꝛ moueat deus.ipſe tamen nec furatur/ nec mentitur. Quodlibet eñi talium vltra ſimplicem factionem/aut motionem talis/vel talis rei aliqua cõnotat ex parte eius quod ſic denominatur : que deo non conueniunt:ſicut furari vltra ſimplicem trãſlationem rei de loco ad locum cõnotat rem illã non eſſe trãſferentis. mentiri etiam vltra formationem falſe vocis cõnotat eum qui mentiri dicitur velle per illam falſum ſignificare ꝛ alium fallere:ꝛ qꝛ deus eſto ſimul partialiter rem illã transferat non trãſfert rem non ſuam:qꝛ oĩa eius ſunt:et lꝫ illam vocem modo cum mentiẽte formet:non intendit per illã falſum ſignificare/aut fallere queq̃:ideo nec ipſe furari/vel fur dicitur: neqꝫ mendax/aut mentiri. Dices q̃uis deus non inuideat/aut mentiatur:ꝛ ſic de alijs:cauſat tñ ſm te inuidiam in anima inuidẽtis: ꝛ ſic cauſat vocem illã que mendacium dicitur:ſed talia cauſare videtur eſſe contra rectã rationẽ:ſicut inuidere et mentiri.nam talia faciens quodãmodo/vel ſaltem iuuat alium ad inuidendũ ꝛ mẽtiendum:quod recta ratio dictat non eſſe faciendũ.igitur deus male agit ꝛ peccat:vt prius inferebatur.Reſpõdeo ꝙ ſicut deus nõ agit cõtra rectã rationem faciẽdo hoĩem qui poſſit malum actum facere cum ad eum faciendum non cogat/ vel inducat.ſic non agit cõtra rectã rationem ei non ſubtrahendo id ſine quo non poteſt facere malum actum : nec tñ exercitando/vel faciendo : vt homo faciat talem actum.id autem ſine quo non poteſt homo malum actum facere eſt coefficientia dei:que neceſſaria eſt cuilibet creature ad ſuos producendos effectus:cum nulla ſe ſola ad aliquã eſſentiam cauſandã ſufficiat:vt ex auctoritatibus pluribus ſupra adductis apparet. ❡Confirmatur reſponſio hec:qm̃ certũ eſt deum non peccare/nec agere contra rectã rationẽ:ex eo ꝙ actũ malũ partialiter cõtinuat ꝛ conſeruat:nec ſic diciꝛ ipſe facere/ vel iuuare hominẽ ad peccandũ per cõtinuationem actus mali. ❡Ad ſcd̃m.nego ꝯñam accepto conſequente in ſenſu quo negaꝛ a ſanctis.nam cum dicitur ab eis ꝙ deus non eſt auctor maloꝝ.hoc nomen malũ/vel eſt nomen ſubſtantiuũ.ꝛ ſtat pro eo quod eſt per ſe malum/ſeu malũ ſimpliciter.iuxta diſtinctionem datam de malo in primo articu.queãdmodum ſumitur in auctoritate Aug.de moribus manicheorum:et in pluribus alijs locis.vel eſt nomen adiectiuum: ſubſtantiuum tñ vt aiunt grãmatici : et tunc ſtat pro his que denominantur mala.non tñ vniuerſaliter pro oĩbus. nam certũ eſt ꝙ deus eſt auctor oĩm maloꝝ:ꝛ ſimiliter malorum angeloꝝ : lꝫ non ſit eius auctor/vel cauſa ꝙ ipſi ſint mali.Et ſimiliter cauſa eſt oĩs eſſentie que denoĩatur mala : et per ꝯñs ad hunc ſenſum poteſt vere dici ꝙ deus eſt auctor mali.ſicut bene innuit Aug.reſpondens Iuliano
heretico lib.3.cõtra eum.ſi qd̃ vero ſuperaddis ꝛ dicis rei Cap.10.
male auctor eſſe non poteſt qũo id dicis.melius eñi nouit ipſe loqui/q̃ tu qui per prophetam dicit cauſare ſe mala. Ecce quod reprobat eum: qꝛ dixit ꝙ rei male deus nõ eſt auctor:ꝛ rem ſtricte pro entitate accipit:ſicut patet intuẽti queſtionem : vt vertitur inter eos.igitur oppoſitum eſt dicendum:ꝛ ſimiliter ex dicto reprobato apparet mala in auctoritate ꝓphete denoĩatiue ſumi.ergo cũ ſic ſumiꝛ no

men mali a ſanctis:⁊ dicitur deus non eſt auctoꝛ maloꝝ:
non ſtat nomen mali pꝛo oībus generaliter denominātur
mala: ſed ſtat cōtracte pꝛo his malis que ſunt peccata:ſi-
cut ſupꝛa ptꝫ per Magiſtrum. nunc aūt actus malus ac-
cipiendo hoc nomē actus:vt habet ſignificationem incō-
plexā.i.entitas illa que dicit malus actus : Quis ſic ma-
lus non eſt malū/nec etiā peccatū : lꝫ homo ipſum faciēs
peccet:⁊ ex hoc vlterius ad pꝛobationem ꝯn̄e dicendū eſt
ꝙ non eſt idem hec intentionē ſanctoꝝ eſſe auctoꝛē mali ⁊
facere actum malū. vtrum tn̄ ⁊ in quo ſenſu ſit conceden-
dum/vel negandū deum eſſe auctoꝛē maloꝝ actuū: ſic ac
cipiendo actū dicetur in reſpōſione ad ſcdam auctoꝛitatē
allegatā contra. ¶ Ad tertiū nego ꝯn̄am. Ad ꝓbationem
dico ꝙ non quicūqꝫ cauſat actum ⁊c̄. eo auctoꝛe ſit homo
deterioꝛ loquēdo de cauſare generaliter ſm ꝙ etiā partia
lis cauſa cauſare dicit. nam ſi plures hoīes cōcurrant ad
idem opus malū ex quo neuter dicit altero auctoꝛe pec-
care/vel deterioꝛ fieri. Et ſi vnus pꝛincipaliter:alter vero
inſtrumētaliter/aut ſcdario : qui pꝛincipaliter nūqꝫ dicit
reliquo auctoꝛe peccare. Quō ergo dicit quis alio aucto-
re fieri melioꝛ / vel deterioꝛ dici poteſt ꝙ tunc qn̄ alius eſt
ſibi cauſa vt faciat illud:qd faciēdo eſt melioꝛ/vel peioꝛ:⁊
qꝛ deus cuilibet benefacienti eſt cauſa:vt faciat illud qd
bene facit. nam nō ſolū partialiter ꝯcauſat actum bonum
hoīs:ſed etiā mouet voluntatem eius et facit eam facere
eundem actū. nulli aūt malefacienti eſt cauſa:vt malefa-
ciat id qd malefacit:lꝫ actum illū concauſet: vt ſupꝛa diſ.
26.q.1.habitū eſt. Idcirco quilibet deo auctoꝛe pōt vere
dici fieri melioꝛ. nullus autem deo auctoꝛe deterioꝛ. Sed
nūquid ad hūc ſenſum poteſt dici vere aliquo modo alio
auctoꝛe quis ſit deterioꝛ. dicendū ꝙ ſicut quis poteſt dici
eſſe alteri cauſa vt male faciat: ſic poteſt dici ꝙ eo aucto-
re deterioꝛ fiat. nullus aūt poteſt eſſe alteri cauſa īmedia
ta mouēs volūtatem eius ⁊ faciens eam facere actū ma-
lum: ſicut deus facit eam facere bonū actū. Et ideo nul-
lus ita alio auctoꝛe ſit deterioꝛ:quēadmodū deo auctoꝛe
quis ſit melioꝛ. pōt autē quis lꝫ impꝛopꝛie dici alteri cau-
ſa īmediata aliquo modo. verbi.g. inducens/vel ſuadens
ad malefaciēdum. ſicut diabolus homini quē tentat ⁊ in
iſto ſenſu pōt quis dici alio auctoꝛe fieri deterioꝛ. Scdo
poteſt dici ad argumentū. iuxta expoſitionē Aug. inet ne
gando.ſ.candem ꝯn̄am. nam quid ſit aliquo auctoꝛe fieri
deterioꝛem Aug. ibidem. exponit.d.illo auctoꝛe cum di-
citur illo volēte dicitur fieri. ergo deterioꝛē aliquo aucto
re eſt ſm Aug. fieri deterioꝛem illo volēte ꝙ iſte deterioꝛ
fiat:⁊ qꝛ deus non vult aliquē eſſe deterioꝛem : Quis con-
cauſet actuꝫ malum quo quis eſt deterioꝛ:ideo nullus eo
auctoꝛe ſit deterioꝛ. ¶ Ad quartū poteſt dupliciter reſpō
deri. Uno modo ꝙ ſi ly actus intecedēte habeat ſignifica
tionem cōplexam antecedens eſt verum:⁊ ſimiliter ꝯn̄s in
eodē ſenſu. Si aūt habeat ſignificationē ſimplicē an̄s eſt
falſum. non enī deus punit hoīem pꝛo illa entitate quam
facit ⁊ quā vocamus actū malum:ſed qꝛ illā male facit:⁊
qꝛ illā male facere dicitur ⁊ malus actus:vt actus habet
ſignificationē cōplexā:ideo in tali ſenſu cōcedēdum eſt ꝙ
deus eſt vltoꝛ mali actus ⁊ eius non eſt auctoꝛ ſicut cōce-
ditur ꝙ eſt vltoꝛ peccati ⁊ non actoꝛ: ⁊ qꝛ peccatū ⁊ actus
ſic ſumptus etiā res aliqn̄ dicitur: vt ſupꝛa dictū eſt:ideo
eius etiā rei dicitur vltoꝛ:cuius non eſt actoꝛ. Et ſic dicē-
dum eſt ad auctoꝛitatem Fulgentij. ¶ Ad auctoꝛitatem
Aug. eodē modo. nam nihil eſt in aliquo damnādum:niſi
peccatum: ⁊ peccati nō eſt actoꝛ deus. Alio modo poteſt
dici ſm ꝙ dicit Altiſſiodoꝛeñ. ꝙ ſenſus auctoꝛitatis eſt ꝙ
non eiuſdē rei ⁊ ſm idem deus eſt actoꝛ ⁊ vltoꝛ. Sed eius
eſt actoꝛ inquātum entitas quedā: eius vero vltoꝛ inquā-
tum eſt mala. Eſt autem mala inquātum male fit:et ideo
pꝛo ea punit eū a quo male fit. pꝛima ſolutio plus placet.

¶ Ad quintum cōcedo ꝙ deus poteſt ſolus actum illum
cauſare ⁊ actum odiendi.i.qui eſt odium dei:⁊ mendaciū
etiam poteſt cauſare: non tn̄ poteſt cauſare actum odiēdi
deum: ſed odium dei/neqꝫ poteſt cauſare mēdacium/vel
mentiri:neqꝫ poteſt cauſare actum malū : quare quecūqꝫ
actum cauſaret ſolus: licet ille nunc ſit odium dei/vel mē
dacium/aut aliquis actus malus : ſi tn̄ deus ſolus illum
cauſaret ſicut poteſt illum cauſare ſolus non eſſet actus:
neqꝫ odium dei/vel mendacium:⁊ patet iſta ſolutio ex di-
ctis in pꝛima queſtione diſputata ſuper.42.di. pꝛimi lib.
ideo eius declarationi non inſiſto. ¶ Ad ſextum cōcedo
ꝙ dn̄s vult iſtum eſſe. nego autem ꝙ velit iſtum hominem
facere iſtum actum:ſicut ſm Magiſtrum diſ. vltima pꝛi-
mi. tota trinitas voluit paſſionem Chꝛiſti eſſe ⁊ occiſionē:
nec tamen voluit ꝙ iudei ocidcrent Chꝛiſtum. ideo nego
conſequentiam illam. ¶ Ad ſeptimū dico ꝙ ſi per defoꝛ-
mitatem intelligatur aliqua entitas quecūqꝫ et vbicunqꝫ
illa ſit deus coagit illā:nec oppoſitum ſcio dici a ſanctis:
nec iſte doctoꝛ oſtendit. doctoꝛes autem aliqui moderni
vtiqꝫ dicūt ꝙ licꝫ act⁹ defoꝛmis ſit a deo, defoꝛmitas aūt
ipſa non eſt a deo. quod dictum poteſt habere bonū intel-
lectum: non quidem concipiēdo ꝙ defoꝛmitas ſit aliqua
entitas ab actu diſtincta que non cauſetur a deo:ſed intel
ligendo ꝙ licet actus defoꝛmis ſit a deo:nō tamen inquā-
tum eſt defoꝛmis eſt a deo. nam non eſt defoꝛmis niſi in-
quātum contra rectam rationem ſit: inquātum autem ſit
contra rectam rationem ſit ab homine: non autem a deo:
qui nihil agit contra id quod ab eo agendum eſſe iudicat
ratio recta. Et huic concoꝛdat ꝙ alij recte intelligentes
ſignificare intendunt cum aiunt ꝙ deus eſt cauſa actus
mali. Sed non vt malus eſt:quoniam ſcilicet ille non eſt a
deo: vt eſt malus/neqꝫ etiam vt eſt a deo eſt malus.
¶ Ad octauum dico iuxta modum loquendi arguentis
ꝙ deus ſequitur determinationem voluntatis: non ꝙ de-
terminatio voluntatis ſit aliqua entitas diſtincta a volun
tate ⁊ actu eius:que pꝛimo fiat a voluntate ſicut iamagi-
nari videtur argumentum. nec etiā intelligendo ꝙ pꝛius
natura voluntas agat actum illum/ꝗ deus : pꝛopꝛie lo-
quendo de pꝛioꝛi natura : quoniam tūc ſequeretur ꝙ poſ-
ſit illum agere deo non coagente: ſicut patet ex diffinitio-
ne pꝛioꝛis ſm naturam . Sed ad hunc ſenſum dico deum
ſequi determinationem voluntatis: quoniam ideo deus
agit illum actum:quia eum volūtas agit:⁊ non ideo quia
deus agit. ideo voluntas agit: et ideo magis pꝛopꝛie dici-
tur deus coagere voluntati talem actum cauſandi/ꝗ vo-
luntas dicatur coagere deo. Et cum arguitur cōtra hoc
inferendo ꝙ deus voluntarie coageret ad peccatū:ſi pec-
catum accipiatur pꝛopꝛie neganda eſt conſequētia: quia
actus ille non eſt peccatū. ſi autem impꝛopꝛie ſcilicet pꝛo
actu malo, conſequens eſt concedendum. Quod vero vl-
tra additur iam excluſum eſt.
¶ Ad nonum dicendum ꝙ minoꝛ eſt falſa ſicut ſufficien-
ter pꝛobatum eſt in pꝛimo libꝛo diſtin.45. Ad pꝛobationē
que eſt per auctoꝛitatem dicendū ꝙ ille auctoꝛitates nul-
lo modo ſunt ad pꝛopoſitum : quia non habetur ex eis ꝙ
deus non coagat agentibus naturalibus:ſed ſolummodo
ꝙ agenda naturalia agunt ſuas actiones:quod ego vtiqꝫ
concedo. dico tamen ꝙ cum eis agit et deus.
¶ Ad pꝛimā pꝛobationem per rationem dico ꝙ illa etiā
non pꝛobat quod debet pꝛobare:quia dato ꝙ deus poſſet
cōmunicare creature: vt ſola poſſet in talem actionem nō
ſequitur ꝙ cōmunicauerit. vtrum autem poſſet/vel non.
alibi diſcuti poterit. ¶ Ad ſecundam pꝛobationem dico
ꝙ idem totaliter ſit ab ambobus: ⁊ cum dicitur ꝙ impoſ-
ſibile eſt idē eſſe ſimul a duabus cauſis totalibus. dicēdū
ꝙ cauſa dupliciter poteſt accipi totalis. vno modo tota-
lis totalitate relata ad cauſam.i.ſufficiēs cauſare effectū



abſqꝫ ꝯcurſu alteri⁹ cauſe pꝛeciſe cauſando ſicut cauſat:
et ſic negāda eſt iſta conſequētia:quoniā nec de⁹ nec crea-
tura eſt ſic totalis cauſa act⁹ mali. nunqꝫ enim talis actus
fieret ſi deus nō cauſaret eum:neqꝫ etiam ſi creatura non
cauſaret:⁊ deus non aliter cauſaret ꝗ nunc de facto cau
ſat concurrēdo cum creatura. alio modo totalis totalita-
te relata ad effectum.i.totum effectum cauſans:⁊ ſic eiuſ
dem poſſunt eſſe plures totales cauſe. eiuſdem enim voli-
tionis ſm totum eſt cauſa notitia:⁊ etiam voluntas. Mul
ta alia exempla poſſunt dici. ¶ Preterea. Nō minus eſt
poſſibile idem ſm totum a duobus pꝛoduci ꝗ idem ſm
totum iam ꝓductum a duobus conſeruari. nunc autem
idem actus volūtatis ſiue malus conſeruatur immediate
a deo etiam ſm hunc doctoꝛē nec eſt dubium:quia etiam
ab ipſa volūtate conſeruetur. Et ſic patet ꝙ rationes pꝛe-
miſſe nō ſunt efficaces cōtra concluſionem pꝛedictam.
¶ Aduertēdum autem ꝙ omnes equaliter poſſunt fieri
ad ꝓbandū ꝙ talis actus nō immediate ꝯſeruetur a deo:
quod tamen vt pꝛedixi omnino eſt falſum:⁊ in hoc etiam
concoꝛdat ille doctoꝛ cuius ſunt rationes vltime. nam ita
poteſt argui ꝙ deus continuando actum malum peccat:
ſicut ⁊ homo ſimul eūdem continuās. Item ꝙ tunc deus
eſſet auctoꝛ maloꝛum cum conſeruando actum agit ipm.
¶ Preterea. Non min⁹ apparere pōt abſurdum ꝙ deus
continuet malos actus ꝗ pꝛoducat. ¶ Item ꝙ tunc de
auctoꝛe fieret homo deterioꝛ : cum certum ſit ꝙ homo ex
libera continuatione actus mali reddatur deterioꝛ. Item
conſtat ꝙ deus punit hominem pꝛo libera continuatione
actus mali. igitur talis actus non continuabitur a deo.
Item ꝙ tunc deus poſſet eſſe totalis conſeruatoꝛ et vltra
vt ibi. Item ſi continuat vult eum eſſe. ⁊ vltra. igitur vult
hunc hominē iſtum actum continuare ⁊c̄. Item tunc con
tinuaret defoꝛmitatem:quod eque poteſt videri inconue-
niens ſicut ꝙ ageret. Item querēdum eſſet an in tali conti
nuatione ſequatur determinationem voluntatis ⁊c̄. vt de
actione arguitur. Item non minus apparet dicendum ꝙ
agentia naturalia continuent actiones pꝛopꝛias ꝗ ꝙ eas
agāt. ¶ Ad auctoꝛitates vero reſpondeo. ad pꝛimā patet
reſponſio in reſponſione ad tertiam rationē factam cōtra
ſecūdam concluſionem pꝛecedētis articuli:quoniā vt ibi
dictum eſt:per motum aduerſionis nō intelligit Auguſt.
illam entitatem que volitio dicit:ſed illud ſignificabile cō
plexe:qd ſignificat cum dicim⁹ voluntatem auerti a deo.
¶ Ad ſecūdum dicēdum ꝙ nomen auctoꝛis quātum ad
pꝛopoſitū dupliciter accipi poteſt. Uno modo cōmuniter
pꝛo agente totali vel particulari : et ſic accipitur cum di-
citur ꝙ deus eſt auctoꝛ omnium naturarum et omnium
que ſunt. Alio modo ſpecialiter pꝛo agente totali vel par-
tiali pꝛincipali in agendo:⁊ hoc etiam modo accipit:cum
dicitur ꝙ deus eſt auctoꝛ omniū bonoꝛum moꝛum. id eſt
bonarū cogitationum ⁊ volitionum ⁊ operationū. talium
enim vel ipſe eſt auctoꝛ ⁊ cauſa efficiēs totalis vel partia
lis pꝛincipalis mouens aliam partialem cauſam : vtpote
voluntatem noſtram ad agendum actus tales ſeu faciēs
ipſam ſic agere. ¶ Ad pꝛopoſitum cū deus negat auctoꝛ
male voluntatis vel operationis accipit nomen auctoꝛis
ſcdo modo ⁊ non pꝛimo modo:quoniā licet talē volitionē
cauſet:nō tn̄ ſicut totalis eius cā:ſed ſicut ꝑtialis:nec tn̄
in ſic agendo pꝛincipalis:ita vt moueat volūtatem noſtrā
ad agendum et faciat eam facere talem volitionem:aut
modo aliquo ſuadeat vel excitet. hoc eniꝫ opinari deteſtā
da ⁊ abomināda opinio eſt. ad hunc ſenſum ibidem locu-
tum fuiſſe Auguſt. euidenter ptꝫ:ex obiectione cui reſpō-
det. nam obijciebatur ſibi euꝫ dicere vel ex eius dictis ſe-
qui ꝙ adulteria ⁊ coꝛruptele virginum ſacrarum:ideo cō
tingant quia illas deus ad hoc pꝛedeſtinauit vt caderēt.
ad hoc ſic reſpondet. deteſtanda ⁊ abomināda opinio eſt

que deum cuiuſqꝫ male voluntatis aut male actionis cre
dit auctoꝛem:cuius pꝛedeſtinatio nunqꝫ extra iuſtitiā eſt
Ex his patet ꝙ vult negare deum queqꝫ pꝛedeſtinaſſe ad
mala opera:negādo ipſum eſſe taliū auctoꝛem. vbi ſi acci-
pitur auctoꝛ ſecūdo modo optime ſequitur intentū:quo-
niam ad quecūqꝫ et qualiacūqꝫ opera deus queqꝫ pꝛede-
ſtinauit ad ea agenda mouet illum et facit vt faciat illa.
dicente Apoſtolo ad Eph. ipſius:ſcilicet dei ſum⁹ factu-
ra creati in chꝛiſto Ieſu in operib⁹ bonis que pꝛeparauit Cap.2.
deus.i.pꝛedeſtinauit. vt in illis ambulemus. creari enim
dicimur per chꝛiſtum in bonis operib⁹:quia facit nos fa-
cere illa. nichilominus etiam faciens illa nobiſcum. patet
etiam talis intētio Auguſt. ex eo quod ſequitur. ait enim
poſt pauca. que etiam iuuant ꝓpoſitum. non ergo caſus
vitium nec malignitatem iniquoꝛuꝫ nec cupiditates pec-
cantium. pꝛedeſtinatio dei aut excitauit aut ſuaſit aut im
pulit. negat ergo eum auctoꝛem ſm ꝙ auctoꝛ dicitur qui
mouet aut ſuadet ⁊c̄. ad agendum. ⁊ patet pꝛopoſitum.
¶ Alia auctoꝛitas nō eſt contra:cum loquatur de pecca-
tis que vtiqꝫ non ſunt actus mali: vt nunc de actibus eſt
ſermo. dicuntur autem peccata eſſe ex voluntate peccan-
tium:quia peccantes voluntate faciunt illa que ipſos fa-
cere eſt peccatum:⁊ ita etiam intelligende ſunt auctoꝛita-
tes alie ſonantes ꝙ homines faciunt peccata non ꝙ ille
entitates que ab eis fiunt ſint peccata: Quis et aliquādo
facere peccatum pꝛo peccare ponatur. ait ſic. ſenſus facit
peccatum.i.peccat:per quod etiam ſaluatur ꝓpoſitum.
¶ Ex dictis patet quomodo ſit reſpondendum ad pꝛinci
palia argu. nam accipiendo peccatum pꝛopꝛie conceden-
da eſt concluſio pͥmi argumenti. Quis inualido medio cō
cludatur. accipiēdo autem peccatum impꝛopꝛie. ſcilicet
pꝛo actu malo negādo eſt conſequētia. antecedens etiam
non eſt vniuerſaliter verum niſi loquendo de per ſe malo.
actus aūt malus nō eſt malū iſto modo accipiēdo malū.
¶ Ad ſecūdum argumētum dicēdum ꝙ Quis concluſio
etiam ſit vera accipiendo pꝛopꝛie peccatū:pꝛobatio tamē
falſum aſſumit cum ait. ꝙ mala voluntas eſt peccatum.
Si autem peccatum accipiatur pꝛo actu malo:tunc dicē
dum ꝙ peccati ⁊ mali act⁹ vtiqꝫ eſt aliqua cauſa efficiēs
nec putandum eſt Auguſt. vel queqꝫ doctum virum ſen-
ſiſſe oppoſitum:et ideo dicēdum ꝙ Auguſt. non intelligit
per malam volūtatem malā volitionem:ſed ipſam animā
ſeu vim volitiuam malam:⁊ loquitur ſpecialiter de pͥma
mala voluntate:⁊ intelligit ꝙ talis mala volūtas non ha-
buit cauſam efficientem:qꝛ nulla res fuit que aliquid fa-
ciendo faceret illam malam ſed ipā deſiſtēdo a bona voli
tione in qua facta erat facta eſt mala:et eſt ſimile:ſicut ſi
diceretur ꝙ aeris tenebꝛoſi nō eſt aliqua cauſa efficiens:
quia nihil facit aerem tenebꝛoſum aliquid in eo faciēdo:
ſed ex eo ꝙ lumen deſinit fieri in ipſo ipſe ſit tenebꝛoſus.
Et hoc euidenter ptꝫ diligenter aſpicienti totum capitulū
illud:⁊ etiā ſequēs:ideo dictū Aug. nō valet ꝓ argu. illo.
¶ Ad argumentum in oppoſitum neganda eſt conſequē-
tia ſi pꝛopꝛie capiatur peccatum.
¶ Ad auctoꝛitatem Auguſt. poteſt dici:ſicut dictum eſt
in reſpondendo ad ſecūdam obiectionem contra pꝛimum
coꝛrelarium pꝛime concluſionis. ſecundi arti. queſtionis:
ꝙ ibi nomen illud voluntas ponitur in loco infiniti huius
velle verbaliter ſtantis : vel ſi ſtet nominaliter pure tunc
peccatum accipitur ab eo impꝛopꝛie.ſ.pꝛo actu malo:et
ſic accipiendo peccatū vtiqꝫ deus eſt eius cauſa efficiens
modo ſupꝛa poſito.

¶ Diſtinctionis.xxxviij.xxxix.xl.et.xli.
Queſtio pꝛima.

**Circa** diſ.38.⁊ tres ſequētes:
in quibus magiſter in=
quirit de bonitate et malitia vo=
luntatum ⁊ intellectionū:ac quo=
modo ex eis ſit bonitas ⁊ malitia
in exterioribꝰ actionibus iudicā=
da. Quero vtrum ſm bonitatē
vel malitiam intentionis operan
tis ſit bonitas vel malitia in ope=
re eius. arguitur ꝙ ſic.per aucto=
ritatem. Ambro. quam allegat Magiſter in diſ.40.dicen=
tis. affectus tuus nomen operi tuo imponit. Augu. etiam
dicit:vt ibidem allegatur. bonum opus intentio facit:et
ſimiliter videtur dicendum:ꝙ malū opus intentio facit.
ergo ſm bonitatem vel malitiam affectus ſiue intētionis
eſt opus quod committitur bonum vel malum.

**Ad oppoſitum** arguit.ſi ſm bonitatē vel ma=
litiam ⁊c. ſeqtur ꝙ omis actio
hominis infidelis ſit mala ⁊ vitioſa. hoc autem non vide=
tur dicendum cum in multis olim claruiſſe plures mora=
les virtutes legamus:⁊ idem adhuc credendū ſit de mul=
tis. conſequentia probatur:quia ſm Auguſt. ſtatim poſt
verba ipſius iam recitata intētionem fides dirigit. vbi er=
go non eſt fides nō eſt intentio recta. igitur in infidelibus
non eſt intentio recta:ac per hoc nec bona:ſed mala tantū
igitur ſi ſm malitiam intentionis eſt malitia exterioris
actionis. omnis illorum actio mala erit.

**In iſta queſtione** erunt duo articuli. in pmo
inqret que intentio cenſen
da ſit bona ⁊ que mala. in ſecūdo inquiretur de ꝓpoſito.

**Quātum** ad primū premitto ꝙ hoc nomen inten=
tio ad multa eſt equiuocum. in ꝓpoſito
tamen accipio ipſum ſm ꝙ ſignificat volitionem finis:et
ita accipitur a diſcutientibus preſentem queſtionē. finis
autem tripliciter poteſt accipi. ſ. cōmuniter. proprie:⁊ ma
gis proprie. communiter accipiendo nomen finis quodli=
bet volitum ſeu obiectum volitionis dicitur finis. ſic acci
Cap.6. pit Auguſt. 2. de trini. cum ait ꝙ voluntas videndi finem
non habet niſi viſionem:ſiue id referat ad aliud:ſiue non
referat:⁊ voluntas videndi feneſtram finem habet viſio=
nem feneſtre:⁊ pluries ibidem ſimile dicit. Proprie autē
dicitur finis non quodcūꝗ volitum ſed volitum ꝓ=
pter quod aliud eſt volitum:ſic accipitur finis quando di
citur ꝙ eſt cuius gratia. hos duos modos diſtīguit Ma=
giſter in iſta diſt.38. cum ait. finis voluntatis eſt vel illud
quod volumus per quod impletur ipſa voluntas:vel po=
tius aliud propter quod illud volumus. Magis proprie
vero accipiendo finem illud tantum dicitur finis propter
quod aliud eſt volitum:⁊ ipſum propter ſe tantum eſt vo=
Cap.15. litum:ſic accipit finem Auic. primo ſufficientie. cum ait.
finis verus eſt qui intenditur propter ſe et propter quem
cetere res appetūtur:cui etiam concordat Philoſophus
ſecūdo metha. d. finis eſt:quod non eſt alius cauſa:ſꝫ alia
T.7.c.8. illius. et Cōmenta. ibi. dicit. ꝙ deſcriptio cauſe finalis eſt
vt non ſit proter aliam cauſam:ſic conformiter poteſt acci
pi intentio cōmuniter:⁊ ſic oīs volitio eſt intentio ꝓprie
et ſic volitio illius propter quod aliud quid eſt volitum
dicitur intentio. magis proprie vero volitio eius:quod eſt
propter ſe volitum:et aliud propter ipſum intentio appel
latur:⁊ hoc tertio modo accipitur in propoſito.

Secūdo pmitto ꝙ bonitas ⁊ malitia intentionis:ſicut
et bonitas ⁊ malitia electionis ⁊ opationis ſequētis attē=
ditur penes conformitatem et deformitatem ad rectam
rationem:vt ſicut tūc dicit opatio bona moralr ſeu recta
et ꝟtuoſa qñ id taliter fit qualiter fiēdū eſſe iudicat recta
ratio. ꝑ taliter ⁊ qualr cōprehēdēdo oēs circūſtātias que
cōmuniter attēdūtur in opatione ꝟtuoſa. qñ aūt nō ſic cō
formiter agit recte ratione. operatio dicit vitioſa ⁊ mala
moraliter. ſic tunc intentio operantis dicitur bona ⁊ recta
quando ipſa eſt conformis recte rationi. i. quando ope=
rans id intendit/ ſeu vult vltimate: et propter ſe:quod ra=
tio recta iudicat ſic eſſe volendum. Et tunc eſt praua et
non recta quando non ſic recte rationi conformatur inten
tio eius: et vniuerſaliter ſm quālibet circūſtantiam debi=
tam ſm iudicium recte rationis. Contra illud tū quod
aſſumptū eſt valet ꝙ qñ operatio moralis nō eſt cōformis videlicet
recte rationi ſm oēs circūſtantias requiſitas ad hoc ꝙ ſit
virtuoſa ipſa eſt vitioſa et mala moraliter. Eſt op. cuiuſ=
dam reuerendi doctoris moderni qui nuper inter cetera
ſua dicta in eius veſperijs poſuit ꝙ actus moralis carēs
aliqua debita circūſtantia ; etiam ſi ſit circūſtantia finis:
qui inter omnes ſm eum eſt precipua:abſꝗ tamen poſitio
ne circūſtantie oppoſite ⁊ male de ſui natura/ vel ex inten
tione facientis non eſt moraliter malus/ nec vitioſus/ nec
peccatum:ſed eſt vere bonus moraliter ⁊ virtuoſus: incō=
plete tū propter defectum debite circunſtantie. vnde nec
ſimpliciter/ nec modificatione determinātē/ vel diminuē=
te debet a doctore theologo dici bonus. talis autē eſt ſm
eum omnis actus moraliter:qui fuit propter talem finem
qui non eſt oppoſitus vltimo fini. Sed poteſt concurrere
cum eo : etiam finis ſub fine vltimo. Et intelligit vt puto
de actu morali qui non eſt ex genere malus. Malus autē
actus moralis ſm eum is tantum eſt qui cum defectu ali
cuius bone et debite circunſtantie de ſe/ vel ex intentione
facientis habet circunſtantiam malam et oppoſitam.

Sed iſta opinio non cōtinet veritatem. vnde tria volo
probare contra poſitionē iſtā. Primū eſt. ꝙ nullus actus
moralis carens aliqua circunſtantia debita eſt ſm verita
tem virtuoſus/ ſeu quod pro eodem accipio moraliter bo
nus. Secundum ꝙ quilibet talis eſt vitioſus / ſeu malus
moraliter ⁊ peccatum. Tertium ꝙ ad hoc ꝙ actus mora=
lis ſit malus ſufficit carentia circunſtātie debiti finis/ nec
eſt ad hoc opportuna poſitio circunſtantie oppoſite / ſeu
finis oppoſiti/ vel mali ad ſenſum in quo loquitur.

Primum ego probo oſtendendo ꝙ oppoſitum impli=
cat contradictionem. et arguo primo ſic. ſi aliquis actus
moralis caret circunſtantia aliqua cum qua deberet fieri
ipſe non eſt vt eſſe debet. igitur vt dignus viperatione. d.
Aug.3. de lib. arbi. id recte vituperas quod non eſt:vt eſſe Cap.34.
debuit:immo vt dicit ſequēti. c. quicquid recte vitupera= Cap.35.
tur:ideo recte vituperatur:quia non eſt vt eſſe debuit. Si
autem aliquis actus eſt vere virtuoſus quicunꝗ ille ſit
non eſt dignus vituperatione:ſed laude potius ⁊ honore:
vt patet. 4. ethicoꝝ. c. de magnanimitate. igitur ſi aliquis Cap.9.
actus carens aliqua debita circunſtantia eſt vere virtuo
ſus aliquis actus eſt dignus vituperatione et non eſt di=
gnus vituperatione:quod conſequens includit contradi=
ctoria. Preterea. Circunſtantie debite ille communi=
ter dicuntur que requiruntur ad hoc ꝙ actus ſit vere vir=
tuoſus. ⁊ ita ego accepi quādo dixi alias: ꝙ per actū mo=
raliter bonum ego intelligebam actum moralem confor=
mem recte rationi ſm omnes circunſtantias requiſitas
ad hoc ꝙ actus ſit vere virtuoſus : et quia hoc dictum
ipſe voluit improbare per iſtam ſuam concluſionem quā
poſuit:quaſi illa deſcriptio non conueniat omni actui bo=
no moraliter. patet ꝙ etiam ipſe ſimiliter accipit circun=
ſtantias debitas : et ex hoc ſtatim patet ꝙ ſua propoſitio
implicat contradictionem:quia ſi abſꝗ circunſtantia ali=
qua actus eſt vere virtuoſus. illa igitur nō requiritur ad
hoc ꝙ ille ſit virtuoſus. Si autem illa ſit circūſtantia de=
bita illa requiritur : vt ille ſit virtuoſus. igitur ſi aliquis
actus carens circunſtantia debita eſt virtuoſus vere ali=
qua circunſtantia requiritur : et non requiritur ad hoc ꝙ
ille ſit virtuoſus.

intentio ...



Preterea. Si aliqs actus eſt/ vere virtuoſꝰ ipſe eſt cō
formis recte rōni. ⁊ ſi ſic. igitur non caret aliqua circūſtan
tia ſibi debita. igitur ſi aliquis carēs circūſtantia debita
eſt vere virtuoſus: ipſe caret et non caret circūſtantia ſibi
debita. eſt ⁊ non eſt vere virtuoſus. ꝯña prima ꝓbatur. di
Cap.2. cit enī Philoſophus. 2. ethi. ꝙ cōmune eſt omni virtuti
Cap.6. ſm rectam rationem operari:⁊ poſtea diffiniēs virtutem
ait. quod eſt habitus electiuus in mediate exiſtens quo
ad nos determinata recta ratione:⁊ vtiꝗ ſap. determina=
Cap.1. bit. Item lib. 6. inquit. Oꝫ opꝫ medium eligere. medium
aūt eſt:vt recta ratio dicit. Ex his ptꝫ ſm ſententiā Phi=
loſophi ꝙ oīs actus virtuoſus conformis eſt/ ſeu cōformi
ter fit ad rationem rectā; cui etiā aliorū concordat ſenten=
Cap.11. tīa. qui vt Aug. recitat ⁊ approbat. 4. lib. contra Iul. dif=
finientes virtutem dixerunt ꝙ eſt animi habitus nature
modo/ atꝗ rationi conſentaneus. Sed ꝙ iſta cōformitas
ſit neceſſaria ſm oēs circūſtātias. ptꝫ ex eo quod. 2. ethi.
Cap.5. dicit Philoſophus. ꝙ peccare cōtingit multipliciter. di=
rigere autē. i. recte agere vno modo. et hoc ſtatim infert.
ideo hoc quidem facile. ſ. peccare. hoc autem difficile. et
hoc probat. d. facile quidem non contingere ſignū diffici=
le autem contingere. ex qua ꝓbatione apparet ꝙ qñcūꝗ
non contingitur ſignum. ſ. illud medium quod ſtatuit ra=
tio recta peccatur. hoc autem conuenit quādocūꝗ defi=
cit actui aliqua debita circunſtantia. ex his cum quibus
illum eſſe fiendū iudicat ratio recta. ⁊ tunc tū cōtingitur
ſignum : ⁊ per hoc virtuoſe agitur quādo nulla deficit de
talibus circūſtantijs:⁊ ideo difficile ⁊ vno modo tantum:
vt dicit recte agitur. Si autem actus poſſet eſſe vere vir=
tuoſus cum defectu alicuius debite circūſtantie multis
modis cōtingeret recte agere ⁊ faciliter. nam quādocūꝗ
quis ageret aliquid quod eſt agendum ipſe bene et recte
ageret:eſto ꝙ non ageret vbi vel quando : vel ſicut vel cu=
ius gratia eſt agendum: quod ⁊ iſte doctor cogitur conce
dere: cum concedat ꝙ cum defectu circūſtantie debiti fi=
nis quam omniū dicit eſſe precipuā cōuenit recte agere.
multo enī magis ſequitur cuiuſlibet alterius defectu. im
mo iuxta dictum ſuū quo dicit actū carentem debita cir=
cūſtantia finis eſſe virtuoſum vere: lꝫ non perfecte/ vel ple
ne. dicendum erit ꝙ ſi quis agat id quod vere eſt agendū:
et tū nulla circūſtātia debita inſit actui tali adhuc actus
ille erit vere virtuoſus. lꝫ non plene:⁊ ille tū dicēdus erit
agere vitioſe:qui agit:qđ non eſt agēdum. ac per hoc non
ex circūſtantijs actuū ſi precise ex actibus ipſis ⁊ officijs
erit ſumenda diſtinctio virtutum ⁊ vitioꝝ ſicut opinaba=
tur Iulia. pelagiſta. hoc aūt eſt contra doctrinā ſanctorū
Cap.13. et philoſophorū cōmuniter. vnde Aug. lib. 4. contra Iul.
predictum noueris inquit non officijs:ſed finibus a vitijs
diſcernendas eſſe virtutes. officium eſt aūt quod facien=
dum eſt. finis vero propter qđ faciendum eſt. Cum itaꝗ
facit homo aliquid vbi peccare non videtur ſi non ꝑpter
hoc facit ꝑpter quod facere debet peccare conuincitur.
Item paulo poſt. quicquid boni fit ab homine ⁊ non pro=
pter hoc fit ꝑpter quod fieri debere vera ſapientia preci=
pit:⁊ ſi officio videatur bonum ipſo non recto fine pecca=
tum eſt. Ex quibus ptꝫ ſm Aug. ꝙ etiam ſola carētia cir=
cūſtantie debiti finis impedit actū eſſe virtuoſum:et red=
dit eum vitioſum : etiam ſic ꝙ facit illum eſſe peccatum.
Item Seneca epiſtola. 95. ad Lucillum. Preſtabunt in=
quit tibi fortaſſe precepta : vt quod oportet facias et non
preſtabunt queādmodum oportet. Et ſi hoc non preſtant
ad virtutem non perducūt. faciet quod oportet monitus
concedo:ſed illud parum eſt ; quoniam quidem non in fa=
cto laus eſt:ſed in eo queādmodum fiat. Oꝫ etiam ſit con=
tra Philoſophum. patet clare ex eo quod iam allegatꝫ
Cap.9. eſt : ſed adhuc clarius tradit. 3. ethicorum. vbi aſtruit ꝙ
circa materiam fortitudinis ex cuiuſlibet circunſtantie
ſm ſe defectu peccatur. vnde ait. ſic autem peccatoꝝ hoc
quidem quod non oportet. hoc autem quod non vt opor=
tet. hoc vero : quoniam non quando / vel aliquid talium.
Quomodo poſſet expreſſius loqui propoſitum. et ſtatim
oſtendens quis agit recte. ait. ꝙ quidem igitur que opor=
tet ⁊ cuius gratia ſuſtinet ⁊ timet:⁊ vt oportet:⁊ quando.
ſimiliter aūt ⁊ audet fortis. ſubaudi eſt. vbi etiā apte do=
cet ꝙ ad actum virtutis fortitudinis requirūtur ſimul et
copulatiue omnes circunſtantie debite. ⁊ idem iudicium
eſt de actibus oīm virtutum generaliter. Ex his indubi=
tanter concluditur ꝙ nullus actus carens aliqua debita
circūſtantia. ⁊ multo fortius ſi illa ſit circunſtantia debiti
finis cū ipſa ſit de potioribus dicēte Philoſopho. 3. ethi. Cap.3.
ꝙ principaliſſime circūſtantie ſunt. cuius gratia agitur ⁊
co aũt ſimpliciter infideliũ ad excludendũ ſciſmaticos he
reticos catholicos ⁊ reliquos qui aliquo modo credunt ⁊
aliqui fide cognoſcunt deũ. ptꝫ. qꝛ nullus fit ex dilectione
dei/ aut ꝓpter deũ vltimate cũ ipſi non cognoſcant ipſum
eſſe ꝓpter ſe diligendũ et cetera ꝓpter ip̃m. igitur nullus
fit intẽtione recta. ac per hoc nec virtuoſe/ vel bene mora-
liter. hec ratio quaſi tota ponitur ab Aug. ſuꝑ pſal. 67. d.
Ea quippe ſola bona opera dicẽda ſunt que fiunt per dile
ctionẽ dei. hec aũt neceſſe antecedat fides: vt inde iſta: nõ
ab iſtis incipiat illa. q̃m nullus operat̃ per dilectionẽ dei
niſi prius credat in deũ. Item et ſuꝑ pſal. 31. nemo inquit
cõputat bona ſua ante fidẽ vbi fides non erat bonũ opus
non erat. bonũ enĩ opus inentio facit. Intentionẽ fides di
rigit. ¶ Confirmat̃. qꝛ ſi actus infideliũ eſſent v̾e virtuoſi
vtiq; in eis eſſent vere virtutes. nam ex virtuoſis actibus
virtutũ habitus generant̃. Sed ꝯñs eſt falſum ſcḋm inten-
tionẽ beati Aug. lib. 4. cõtra Iul. vbi per multa capitula Cap. 19.
probat oppoſitũ in de ci. dei. etiã lib. 5. dicit ꝙ cõſtare de- Cap. 4.
bet inter oẽs veraciter pios neminẽ ſine vera pietate. i. ve
ri dei vero cultu verã poſſe habere virtutem. ⁊ lib. 19. vere
virtutes niſi in eis quibꝰ vera ineſt pietas eſſe nõ poſſunt.
Inſuꝑ in lib. de continẽtia circa finẽ ait. nũquid enĩ cõti-
nentiã quã munus dei veriſſime dicimus dicturi ſumus
eſſe peccatũ: abſit a noſtris cordibus tam deteſtanda de-
mẽtia. beatus aũt Apl's ait. omne qđ nõ eſt ex fide pecca-
tum eſt. que ergo fidẽ nõ habet/ nec continẽtia nominãda
eſt. Et ſicut hoc de continẽtia ſpecialiter: ita de qualibet
virtute morali generaliter ꝓbari põt. Rurſus in lib. de ve
ra innocẽtia oĩno inquit infideliũ vita peccatũ eſt et nihil
eſt bonũ ſine ſummo bono. vbi enĩ deeſt agnitio eterne et
incõmutabilis veritatis falſa virtus eſt etiam in optimis
moribus. i. qui optimi vident̃. demũ qđ fortius viget: cũ
in lib. de ordine ipſe optimũ aliqualiter innuiſſet. poſtea
in primo retra. id reuocãs ait. diſplicet mihi ꝙ Philoſo- Cap. 3.
phos nõ vera pietate p̄dictos dixi virtutis luce fulciſſet.
Eius ſententiã imitatus eſt Beda. d. cõtra Iul. Conſtat Cap. 13.
ꝙ quicũq; Philoſophoꝝ Chriſtũ dei virtutẽ ⁊ dei ſapiẽ-
tiã neſcierũt: hi nullã verã virtutẽ: ſicut nec verã ſapiẽtiã
habere vna ratione potuerunt. Inde expreſſe tenuit Lin-
coniẽ. ⁊ eſſe intentionẽ Aug. affirmauit ſicut ſupra. d. 26.
arti. 1. q. allegatũ eſt. ¶ Sed cõtra hoc videt̃ eẽ qđ Aug.
ſcribit in epiſtola ad Marcellinũ inquiens. rẽpublicã ro-
mani conſtituerũt auxerũtq; virtutibus: ⁊ ſi nõ habentes
verã pietatẽ erga verũ deũ que illos etiã in eternã ciuita
tem poſſet ſalubri religione ꝓducere. cuſtodiẽtes tñ quã-
dã ſui generis ꝓbitatẽ que poſſet terrene ciuitati conſti-
tuẽde augẽde conſeruãdeq; ſufficere. deus enĩ ſic oſtẽdit
in opulẽtiſſimo ⁊ preclaro iperio romanoꝝ quãtum vale-
rent ciuiles et ſine vera religione virtutes: vt intelligeret̃
hac addita fieri hoĩes ciues alterius ciuitatis: cuius rex

veritas:cuius lex charitas:cuius modus eternitas eſt. hoc aperte Augu. aſſerit in illis romanis fuiſſe morales virtutes politicas ſeu ciuiles. ¶ Rñ. ꝙ hic Auguſt. non vtitur vocabulo virtutis ſtricte ⁊ ꝓprie vt id tm̄ appellet virtutem qđ eſt vere virtus. i. habitus qui eſt principium agendi: qđ ⁊ ꝓpter quid ⁊ queadmodū eſt agēdum ſicut in ꝓpoſito ſumit̄ virtꝰ. Et hoc patet. qm̄ in. 5. de ciui. dei. a cap. 12. vſqꝫ ad. 20. incluſiue de hac materia multa diſſerēs a ꝓpoſito pluries dicit illos qui laudabiliores viſi ſunt romanos omnia ſua opa ꝙ̄ laudabilia ⁊ gloria videbātur hominibus ⁊ ex quibus adhuc laudātur feciſſe finaliter ꝑ gloria vana mūdi. Ex quo cōſtat illoꝝ affectiones et habitus: qbꝰ hec agebāt nequaꝙ̄ veras fuiſſe vir-

Cap. 19. tutes. Et hoc ipſe nō tacuit ibidē dicēs. Dum illud conſtet: iter omnes veraciter pios neminē ſine vera pietate. i. veri dei vero cultu verā poſſe habere virtutē. et addit qđ facit ad ꝓpoſitū. nec eā verā eſſe quādo glorie ſeruit hu-

Cap. 20. mane. ⁊ in ſequēti ca. approbās ſentētiā eorum Philoſophorum qui dixerunt non eſſe veras virtutes que ad voluptionē referuntur iuxta epicureorum opi. voluptatem quaſi reginā in ſella regali pingētē cui virtutes velut famule ſubſeruirēt addit. Sed nō eſtimo ſatis debiti decoris eſſe picturam: ſi etiam talis fingat̄ vbi virtutes humane glorie ſeruiūt volens ꝑ hoc ꝙ ſicut ille nō ſunt vere virtutes: quarum finis eſt voluptas ſic nec ille quaꝝ finis eſt gloria mūdi. Qđ etiā ſtatim explicite monſtrat. Sed vtitur Augu. improprie vocabulo virtutis extēdēdo ipſum ad eos habitus qbꝰ fiūt vtiqꝫ que fiēda ſunt et vitātur vitāda: lꝫ non ꝓpter eū finē ꝓpter quē ⁊ illa fiēda. ⁊ hec vitāda ſunt: qui lꝫ ſm veritatē nec virtutes ſint nec laudabiles. hominibꝰ tm̄ q intuent̄ tātūmodo id qđ fit ⁊ nō ꝓpter qđ fit: ſiue etiā ignorātes ſint ꝓpter quid fieri debeat ſiue nō ignorātes. ſed inter intētiones operātiū diſcernere nō valētes virtutes ⁊ laudabiles habitus eſtimant̄. Et hoc

Cap. 12. etiā ſatis exprimit. d. Iſta ergo laudis auiditas et cupido glorie multa illa miranda fecit laudabilia. ſ. atqꝫ glorioſa ſm hominū eſtimationē. nō ergo veras virtutes morales eis attribuit: ſed putatiuas tm̄ ⁊ vere virtuti diſtātia minore diſſimiles his habitibꝰ qbꝰ vitāda fiūt ⁊ fiēda vitātur: ſicut ⁊ cōtra Iul. vt ſupius allegat̄ dixit non veras virtutes habēdo. Sed a veris virtutibꝰ non plurimū deuiādo: poſt que verba mox ſubijcit ꝙ ipſi virtute ciuili non vera: ſed veriſimili demonibus vel humane glorie ſeruierunt. Et ꝙ nō intēderet eis veras virtutes etiā ciuiles aſcribere etiam in verbis obijciēdo allegatis ſatis innuit cum ait. cuſtodiētes tm̄ quādā ſui generis ꝓbitatem: que poſſet terrene ciuitati conſtituēde augēde conſeruādeqꝫ ſufficere tali ſiquidem modo loquēdi quo nō ſimpliciter ꝓbitatē que ⁊c̄. ſatis innuit illos non habuiſſe verā ꝓbitatē ⁊ pfectā ſm ſuā rationē: ſed iperfectā quādā diſpoſitionē. que tm̄ ad conſtitutionē augmētū conſeruationēqꝫ tēporalē ciuitatis valeret. ⁊ ideo ciuiles etiā dicit virtutes. nec tm̄ addidit veras: nec tm̄ reperi vbi ipſe diceret ꝙ habuerint veras. qđ tm̄ ſi dixiſſet retractaſſe eſtimandus eſſet propter illud quod de li. retra. eſt allegatum: et quia totiens ⁊ maxime vbi a propoſito materiā iſtam diſcuſſit oppoſitum aperte dixit. ¶ Ad rationem principalē queſtionis patet rñſio ex dictis. ſ. ꝙ ille auctoritates loquuntur de operibus que poſſunt bene ⁊ male fieri: talia ſiquidem ſi fiant mala intentione mala ſunt. Si vero bona ceteris tamen debitis circūſtātijs cōcurrentibꝰ bona ſunt. in alijs vero non eſt ſic: vt patuit.

¶ Diſtinctionis. xlij. xliij. ⁊. xliiij.
Queſtio Prima.

Quātum ad di. 42. et duas reſiduas ſit. Quero vtrū homo volūtate mala ⁊ cōmitante exteriori ope ſimul plus peccet ꝙ̄ volūtate ipſa mala tātū modo. Et videtur pmo ꝙ non. ſic nulla operatio exterior eſt de ſe pctm̄. aut bona moral'r aut mala igit̄ non plus peccat hō per illam ꝙ̄ peccaret ſola mala voluntate abſqꝫ illa. ꝯña eſt ſatis plana. añs ꝓbatur. ꝙ enīꝫ nulla ſit peccatū. ꝓbatur. qꝛ de ipſa non ꝟificatur diffinitio pcti. nam pctm̄ ab Augu. in de duabus aīabus diffinitur ſic. pctm̄ eſt volūtas retinēdi vel cōſequēdi qđ iuſtitia vetat. et vnde liberū eſt abſtinere. ⁊ hāc diffinitionē ipſe appro-

bat primo retra. nulla autem actio exterior eſt voluntas. Cap. 15.

Qꝛ etiā nulla ſit de ſe bona aut mala: patet. quia quelibet poteſt indifferēter bene ⁊ male fieri. nā homicidiū de quo minus videretur bene fit a miniſtro iuſtitie: qđ etiam fiat aliquādo male non eſt dubium.

**Ad oppoſitum** arguit̄ ſic. plus peccat homo duobꝰ peccatis ſimul peccās ꝙ̄ peccās vno illorū tantūmodo. igit̄ ⁊c̄. antecedēs eſt notum. ꝯſequentia ꝓbatur. qꝛ mala volūtas ⁊ mala operatio exterior cōcomitans ſunt duo peccata: cū ſint duo actus

diſtincti: ⁊ vterqꝫ ſm ſe ſit peccatū. dicēte magiſtro. diſ. 35. Cap. 3.

huiꝰ ſcđi. ſane dici pōt ⁊ libere tradi debet pctm̄ eſſe actū malū interiorē ⁊ exteriorē. ſ. malā cogitationē locutionē et opationē. pcipue tm̄ in volūtate peccatū cōſiſtit ex quo tanqꝫ ex arbore mala ꝓcedūt opa mala tanqꝫ fructꝰ mali.

**Reſpondeo** ſuppoſito vero ſenſu locutionis qui debet haberi cū dicimꝰ aliquē actū ſeu opationē eē malā. aut malū vel peccatū iuxta ea que dicta ſunt ſupra: diſ. 34. et loquēdo in tota iſta queſtione de bonitate ⁊ malitia morali pono aliquas concluſiones. ¶ Prima eſt. ꝙ aliqua opatio exterior eſt peccatū. ꝓbatur. omne mēdacium eſt peccatū. ſed aliqua opatio exte-

rior eſt mēdacium. igitur ⁊c̄. maior ptꝫ per illud Auguſt. Cap. 20.

in ench. mihi videt̄ peccatū quidē eſſe omne mēdacium.

Et idem dicit: et probat idem. ca. 25. Item de mendacio. Cap. vlti.

quiſquis eſſe aliqđ genus mēdacij qđ peccatū nō ſit putauerit decipiet ſeipſum turpiter. Et contra mēdaciū. Mē-

daciorū inquit genera multa ſunt: que quidē omnia vl'iter Cap. 5.

odiſſe debemꝰ. nullū eſt enim mēdacium qđ non ſit cōtrarium ꝟitati. Ex quo bene ſequit̄ ꝙ nullum mēdacium eſt

quod nō ſit peccatū. Minor ptꝫ per eundē de mēdacio. d. Cap. 6.

nemo dubitat mētiri eū qui nolens falſum enūciat cauſa fallendi: quapropter enūciationem falſam cum volūtate ad fallēdum ꝓlatam manifeſtā eſt eſſe mēdacium. cōſtat autem ꝙ enunciatio falſa ꝓlata eſt operatio exterior. hoc idē ptꝫ ex diffinitione pcti data ab Augu. 22. cōtra Fau. peccatū eſt dictū vel factum vel concupitū aliqđ contra eternā legem. per quā diſiunctiuā locutionem apparet ꝙ non ſolū velle: ſed ⁊ aliquod dicere ⁊ aliquod opari extrinſecū eſt peccatū. ¶ Preterea. Quis negaret furta: adulteria: homicidia: ⁊ plura alia opera exteriora a diuina lege ꝓhibita eſſe peccata. ¶ Secūda ꝯcluſio. ꝙ oīs opatio moralis exterior ex mala volūtate ꝓueniens eſt moraliter mala et peccatū. ꝓbatur. qꝛ omnis talis eſt opatio volūtaria difformis recte rationi ſeu facta difformiter. oſtēſum eſt autē in diſ. 24. ꝙ non eſt aliud peccatum ꝙ̄ volūtarie agere contra rectā rationem. ¶ Tertia ꝯcluſio. ꝙ omnis operatio moralis exterior eſt bona vel mala moraliter et nulla penitꝰ eſt neutra. ꝓbatur. qꝛ oīs opatio moralis exterior vel eſt cōformis recte rōni: vel eſt nō ꝯformis. Si conformis eſt moral'r bona. ſi nō ꝯformis eſt moral'r mala. ¶ Quarta concluſio. ꝙ nulla opatio moralis exterior eſt



bona et mala moral'r. ꝓbatur. qꝛ ex oppoſito ſeqtur ꝙ aliqua opatio ſingularis demōſtrabilis eſt ꝯformis recte rōni ſm omnes circūſtātias debitas in eſſe et non eſt ſic cōformis: qđ iplicat ꝯtradictionē. ¶ Ex hac infert̄ illa ſuppoſitio pma quā poſui in pma. q. 26. diſt. arti. 1. ad probādū concluſionē pmā: videlicet ꝙ nullus actus culpabilis eſt moraliter bonus: ⁊ ptꝫ illatio: qm̄ oīs actus culpabilis eſt moraliter malus. ptꝫ. qꝛ oīs actus culpabilis eſt difformis recte rationi: alioquin nō eſſet culpabilis: ſed laudabilis. igitur ſi aliquis actus culpabilis eſt moraliter bonus aliquis actus moraliter malus eſt moraliter bonus.

M. Guilelmus de bellomonte ordinis minoꝝ. ¶ Illā tm̄ ſuppoſitionem quidā doctor modernus negauit diſtinguens de triplici culpa. ſ. originali: actuali mortali: actuali veniali. dicit ꝙ ſi ꝓpoſitio illa itelligatur de actu culpabili culpa originali falſa eſt: qꝛ ifideles habuerūt multos actus bonos moraliter. ſi etiā intelligatur de actu culpabili culpa actuali veniali: etiā falſa eſt: qđ probat ſic. actus meritorius eſt bonꝰ moraliter. Sed actus peccati venialis eſt aliquādo meritorius. ergo ⁊c̄. maior ptꝫ: qꝛ bonitas meritoria ſupponit bonitatē moralē. Minor ꝓbat̄: qꝛ reſiſtere tētationi. reddere debitū vxori. mentiri ad ſeruādū vitā innocentis ſunt actus meritorij: ⁊ tm̄ ſunt pctā venialia. Si accipiat̄ actus culpabilis ſecūdo modo. ſ. pro culpa actuali mortali: hoc dupliciter poteſt accipi. ſ. poſitiue contrarie culpabile. i. demeritorie. et ſic ꝓpō eſt ꝟa. Alio mō ꝑuatiue culpabili. i. nō meritoriū. et ſic eſt ꝓpoſitio falſa. qꝛ vt dicit ſe poſuiſſe: multi actꝰ qui

Reſpon. Guilelmi ad argu. nō ſunt meritorij ſunt moraliter boni. ¶ Ad ꝓbationē illius ſuppoſitionis tunc facte que erat: nullus actus moraliter bonꝰ eſt aliquo modo difformis recte rationi: ſed oīs actꝰ culpabilis eſt aliquo mō difformis rōni recte. ergo ⁊c̄. Dicit ad maiorem ꝙ vera eſt de difformi contrarie et rectē rationi naturali. Ad minorem vero ꝙ ipſa vera eſt de actu culpabili culpa actuali mortali et de difformitate contrarie ſumpta. non autem de culpabili duo-

Contra Guilel. de bello monte. bus modis alijs ſumpto. ¶ In iſta reſponſione continētur multa meo iudicio falſa. Unum eſt ꝙ aliquod peccatum actuale eſt actus moraliter bonus. hoc enim manifeſte includit contradictionem. quod probatur. quia ſi aliquis actus eſt moraliter bonus ipſe eſt cōformis recte rationi ſm oēs circūſtantias requiſitas ad hoc ꝙ actus ſit vere virtuoſus. Sed conſtat ꝙ nullū peccatū eſt ſic cōforme ſm oēs circūſtātias recte rationi. alias nō eēt peccatū: ſed prorſus recte factū ⁊ omnino taliter qualiter fieri debet. ¶ Preterea. Omne peccatū recte vituperatur

Cap. 35. accipiendo peccatū pro culpa ſicut in ꝓpoſito. nullus autem actus vere virtuoſus recte vituperatur. quia vt dicit Auguſt. 3. de libe. arbi. quicquid ratione vituperatur: ideo vituperatur: quia nō eſt: ita vt eſſe debuit. actus autē virtuoſus non aliūde dicitur virtuoſus: niſi quia eſt vt eſſe debet. nā agere virtuoſe nō eſt aliud ꝙ̄ agere qđ oportet: ⁊ ꝓpter qđ ⁊ queadmodū oportet ⁊c̄. prout dictat ratio recta. ſi ergo aliquod peccatū eſt actus moraliter bo-

Cap. 38. nus: ſeu qđ idē eſt vere virtuoſus aliquis actus recte vituperatur: et non recte vituperatur. Rurſus hoc directe impugnant auctoritas et ratio Augu. contra menda. vbi ꝓbat ꝙ nullū mēdaciū eſt iuſtum ꝑ hoc ꝙ alias aliquod peccatū eſſet iuſtum: qđ ipſe dicit: ⁊ ꝓbat eſſe abſurdiſſimum. vnde ait. ita nihil autē iudicādus eſt dicere qui dicit aliqua iuſta eſſe mendacia niſi aliqua iuſta eſſe peccata. ac per hoc aliqua iuſta eſſe que iiuſta ſunt. Quo quid abſurdius dici poteſt. vnde eſt enim peccatū: niſi quia iuſtitie contrariū eſt. dicātur ergo alia magna. alia parua eſſe peccata: quia verū eſt. nec auſcultādū eſt ſtoicis qui omnia paria eſſe contendūt. dicere autem quedā iniuſta qdā iuſta eſſe pctā qđ eſt aliud ꝙ̄ dicere quaſdā eſſe iniuſtas quaſdā iuſtas iniquitates: cum dicat Apl's Ioan.

nulla opatio exterior est simul bona et mala moralis. sed aliquis actus culpabilis est moralis bonus.

Omnis qui facit peccatū iniquus eſt: hoc ipſe. Cum ergo ea dicamus iuſta que recte ſunt facta ſeu virtuoſa. et eiuſdem ſignificationis penitus ſint omnes pdicte denominationes accepto iuſtitie vocabulo generaliter: vt hic ſm ꝙ ptꝫ Augu. accipit patet ꝙ tota iſta deductio Aug.

directe ipugnat dictum predictum. ¶ Aliud falſum in Aliud fal

illa reſponſione contentum eſt: ꝙ aliquod peccatū eſt me- ſum.

ritorium. Si enim hoc ſit verum. ergo homo pro aliquo ſuo peccato eſt a deo remunerādus et premium recepturus. ac ꝑ hoc ꝯſequens eſt ꝙ aliqua noſtra peccata deus approbat et acceptat complacetqꝫ in illis. Sed quis hoc audeat dicere: cum hoc etiam de iuſto homine nefas ſit cogitare. Quis enim hominem qui approbaret peccatum alterius aut complaceret in illo et dona daret pro illo non mente corruptū ⁊ vitioſum ⁊ prauum clamitaret. ¶ Cōfirmatur hoc: quoniam quia quibuſdam viſum eſt aliquando eſſe mentiendum: propterea quia legitur ꝙ deus bene fecit obſtetricibus: que tamen mentite fuerāt.

vt habetur Exod. 1. Sancti expreſſe dicunt eas non bene Cap. 1.

feciſſe: quoniam pro mendacio illo nō putatur deum nu-

merare vllum peccatum. vnde Aug. contra mendacium. Cap. 40.

Sed qđ ſcriptum inquit eſt bene deū feciſſe cum hebreis obſtetricibus: et cum Raab vere continua meretrice. non ideo factum eſt: quia mentite ſunt: ſed quia in homies dei miſericordes fuerunt non eſt itaqꝫ in eis remunerata fallacia: ſed beniuolētia benignitas mētis non iniqtas mentientis. ¶ Preterea. Si aliquod peccatū eſt actus meritorius vel aliquis actus meritorius non eſt ſpeciale dei donum neqꝫ ex gratia dei prouenienſ vel aliquod peccatum eſt donum dei et ex gratia illius procedens. Primū non eſt dādum ne cōcedatur hominem poſſe meritorium actum agere ſine gratia dei: qđ iſtemet doctor bene et catholice nititur vitare. oporteret autem illud cōcedere cū nullum peccatum ſit opus gratie dei et ad quodlibet peccatum libe. arbi. ſit idonea virtute ſuffultū: vt dicit Aug. in de prede. diuina. ſicut ⁊ in. q. diſt. 26. ac etiam. 29. allegatum. Secundum autem nimis abſurdum eſt. ſicut patet ex verbis Augu. in lib. de continentia. allegatis in. q. preced. Nunquid ait continentiā quā munus dei veriſſime dicimus dicturi ſumus eſſe peccatum. Abſit a cordibus tā deteſtāda dementia. vult enim eſſe neceſſario conſequens continentiā non eſſe peccatum ſi ipſa eſt: ſicut vere eſt donum dei. et ex hoc vlterius concludit ipſam non eſſe in infidelibus: quia in eis eſſet peccatum. Fundatur autem illa conſequentia ſuper hoc ꝙ nullum munus dei eſt peccatum: ſicut patet. ¶ Preterea. Si aliquod peccatum eſt actus meritorius. non omne peccatū eſt vitandum. Quis enim debeat vitare quod eſt ſibi meritorium apud deum: et ſi non omne peccatum eſt vitandum: quomodo quotidie vniuerſalis fidelium orat eccleſia deū dicens. Tua nos hodie ſalua virtute. vt in hac die ad nullū declinemus peccatum. clarum enim eſt ꝙ non ſolum aliqua. ſed etiam quodlibet vult vitare qui ſic orat: ſi ita corde orat ſicut ore. ¶ Preterea. Nullus ex eo ꝙ non facit qđ debet facere: aut ex eo ꝙ facit qđ debet nō facere meretur apud deum aliquod premium. igitur nullum peccatum eſt meritorium. antecedēs eſt euidens: cum enim quilibet talis ſit dignus vituperio et pena: imo nec quiſqꝫ aliter meretur vituperari aut puniri quomodo dici poteſt ꝙ ex hoc vel illo quis mereatur premium. conſequentia eſt euidens: quia non niſi altero illorum modorum a quoqꝫ actualiter peccatur. ¶ Preterea. Omne peccatum eſt demeritorium ſeu puniēdum et pene dignum. igitur nullum eſt meritorium. antecedēs eſt cōmuniter a catholicis doctoribus conceſſum tradētibꝰ ꝙ cuilibet mortali ſi non remittitur debet̄ ſm ſtatutū diuinū pena eterna. veniali vero cuilibet pena tēporalis. conſequentia pa-

tet:quia nullo vno actu quis ſimul meretur ⁊ demeretur.
Item qđ ait ꝙ reſiſtere tētationi eſt peccatum veniale nō
videtur tute dici poſſe. Quomodo enim tota Chriſti do-
ctrina ſuadet vt tētationibꝰ reſiſtamus ⁊ reſiſtētes cōmē-
dat. Conſentiētes vero redarguit et comminatione pena-
rū deterret. Rurſus quomō reddere debitū vxori dicitur
ab iſto doctore eſſe peccatū cū Apoſtolus hoc iubeat. d.
Cap.7. p̄ma ad Corin. Vxori vir debitum reddat. ſimiliter vxor
viro. et paulopoſt oppoſitū prohibet. d. Nolite ergo frau-
dare inuicem. gloſa. i. ſubtrahere debitum. ❡ Preterea.
Si reddere debitū vxori eſt peccatū. multo magis vide-
bit̃ dicēdum ꝙ petere ſit peccatū: ⁊ ſic concubitus coniu-
galis ſiue petendo ſiue reddendo agatur erit peccatum:
ac per hoc illicitus. Sed hoc dicere eſt nuptias dānare:
Cap.25. qui fuit error Tacianorū: ſicut recitat Aug. de hereſibꝰ.
Si dicatur ꝙ iſte doctor nō intelligit ꝙ omne reſiſtere tē-
tationi: aut omne reddere debitum vxori ſit peccatum.
ſed male reddere et male reſiſtere: nihil ſibi valet ad pro-
poſitum ſuū: quia nec male reſiſtere nec male reddere eſt
reſiſtenti vel reddenti meritoriū: ſed vtiq̄ demeritorium.
Cum itaq̄ ipſe velit ꝓbare illam ſuam minorē. ſ. ꝙ actus
peccati venialis ſit meritorius: per hoc quia reddere de-
bitum eſt meritorium. oportet eum vniuerſaliter aſſume-
re vel ꝙ omne reddere debitum eſt meritorium: et ſic etiā
omne male reddere eſt meritorium: qđ nullatenus eſt di-
cendum: vel ꝙ omne reddere debitum eſt peccatum: con-
tra qđ iam eſt argutum. Inſuper qđ dicit mentiri ad ſer-
uandam vitā innocētis eſt actus meritorius: non eſt etiā
bene dictum: quia ſi illud eſſet verum: ſequitur ꝙ non ſit
negandum mentiendum eſſe pro ſaluanda innocentis vi-
ta. Quomodo non negandum eſt fiendum eſſe id per qđ
homo meretur apud deum. Sed ſancti communiter do-
cent non eſſe etiam ſic: ⁊ pro tali cauſa mentiendum: ſicut
patet per Augu. in lib. contra menda. in quo a propoſito
diſputat ⁊ determinat in nullo vnq̄ caſu eſſe eſſe mentiē-
dum: ſicut ſatis apparet in. c. 5. vt preallegatum eſt. et idē
in enchi. pluribus capitulis. et ſimiliter in lib. de menda.
Beatus quoq̄ Grego. idem docet ſcribens. 18. moral. cir-
ca principiū. Sicut ſummopere enim cauēdum eſt men-
dacium: q̄uis nonnunq̄ ſit aliquod mendacij genus cul-
pe leuioris ſi quiſq̄ preſtando mentiatur. Sed q꞉ ſcriptū
eſt. Os qui mentitur occidit animam. et perdes omnes
qui loquuntur mendacium. Hoc quoq̄ mendacij genus
perfecti viri ſummopere fugiūt vt nec vita cuiuſlibet per
eorum fallaciam defendatur: ne ſue anime noceant dum
preſtare carni nituntur aliene. ❡ Preterea. Cum omne
mendacium ſit peccatum: vt ibidem dicit. et Aug. etiam
in preallegatis. nec hoc iſte doctor neget ſi concedatur ꝙ
pro ſeruanda vita innocentis aut alio quocūq̄ bono fien-
do ſit mentiendum vtiq̄ contra doctrinam Apoſtoli con-
ceditur ꝙ fienda ſunt mala vt eueniant bona. Item qđ di-
cit de culpa mortali non videtur bene dictum: quia nulla
culpa mortalis eſt que non ſit demeritoria poſitiue ⁊ non
ſolum vero meritoria: qđ patet: quia nulla eſt cui non de-
beatur pena eterna. et tamē ex diſtinctione quā ponit iſte
doctor patet eū velle aliquā culpā mortalē nō eſſe deme-
ritoriā poſitiue. et ex eadē vult ꝙ aliqua culpa mortalis
ſit actus vere virtuoſus ⁊ rectus: qđ etiā nō eſt bñ dictū.
Contra rñſionem Guilel. ❡ Rñſio demū data rationi ꝓbāti ſuppoſitionē illā non
eſt ſufficiens. nā qđ dicit ad maiorem de difformitate cō-
traria et de ratione naturali non iuuat ipſum in aliquo.
quoniā quacūq̄ difformitate actus ſit difformis recte ra-
tioni. conſtat ipſum nō eſſe conformē ei ſm omnes circū-
ſtātias dictatas ab ipſo. Omnis autem actus moraliter
bonus eſt cōformis recte rationi ſm omnes circūſtātias
dictatas ab ipſa vt frequenter premiſſum eſt. igitur nul-
lus actus moraliter bonus eſt aliquo modo difformis re-
cte rationi: et hec eſt maior tūc aſſumpta. Quod additur
de ratione naturali nihil iuuat etiā. nam quomodocunq̄
capiat̃ rationalis: dūmodo ſit ratio recta. quicquid eſt ei
conforme eſt cōforme cuilibet recte rōni de eodē: et quic-
quid alicui rationi recte / ſiue naturali / ſiue non naturali
eſt cōforme: eſt illi ⁊ cuilibet rationi recte circa idem obie-
ctum conforme. nam oēs rationes vere ⁊ recte de eodem
ſimiliter ſignificāt. alias aliqua non eſſet vera ⁊ recta: ſed
falſa et erronea. Quod etiā dicit̃ ad minorem non valet.
qm̄ vniuerſaliter de omni culpa / ſiue veniali / ſiue alia pro
poſitio eſt vera. q꞉ ſi ſit aliquis actus culpabilis nullo mo
do difformis recte rationi ille erit penitus cōformis recte
rationi. et per ꝯñs erit talis qualis eſſe debet. Ex quo ſe-
quitur ꝙ aliquis faciendo quod debet et peccando facit
quod debet. quod vt dicit Aug. 3. de libe. arbi. ſcelus eſt Cap.37.
dicere. Neceſſe eſt ergo dicere ꝙ omnis actus culpabilis
quacūq̄ culpa vere dicatur culpabilis eſt aliquo modo
diſcordās ⁊ difformis recte rationi ex quibus efficaciter
concluditur predicta ſuppoſitio. ❡ Quinta cōcluſio eſt.
ꝙ homo plus extenſiue peccat. ſcȝ pluribus peccatis pec-
cat peccando mala voluntate et mala comitante exterio-
ri operatione / q̄ mala volūtate tm̄. Probatur: quia talis
operatio exterior eſt peccatum. vt ptȝ ex ſecūda cōcluſio-
ne: et non eſt illud peccatum quod eſt voluntas mala quā
comitatur: ſicut loqui falſum intētione fallēdi non eſt vel-
le loqui falſum intētione fallēdi / nec tractare rem alienā
inuito dño eſt velle tractare rem alienam ⁊c. ⁊ ita de alijs
ptȝ. et conſtat ꝙ tale ⁊ tale velle ſunt peccata. igitur velle
quod eſt peccatū et agere quod eſt ipſum comitatur ſunt
plura peccata. ⁊ per cōſequens pluribus peccatis peccat
peccās mala voluntate ⁊ mala operatione exteriori comi-
tante. ❡ Sexta concluſio. quia homo non plus intenſiue
id eſt non intenſiori peccato peccat mala voluntate ⁊ ma-
la operatione exterius comitante ſimul / q̄ altera illarum
tantūmodo ptȝ. q꞉ illa duo peccata nō cōſtituunt aliquod
vnum peccatū. igitur illius hominis non eſt aliquod pec-
catum intenſius / q̄ mala voluntas / ⁊ q̄ operatio ſequēs.
❡ Septima concluſio eſt. ꝙ homo non magis demerere
apud deū per malam voluntatē ⁊ per malā operationem
ſequentē ſimul / q̄ per malā volūtatē tantūmodo ſuppoſi-
ſita equalitate volūtatis: quod ego intelligo ſic. ſ. ꝙ homo
volens aliquid agere. verbi gratia occidere. et cum hoc
etiā occidens non eſt dignus maiori pena / nec a deo ma-
iori pene deputatur. q̄ ſi tantūmodo vellet occidere ⁊ nō
occideret. ſuppoſito ꝙ eque plenā: ⁊ tm̄ oībus ſimilem vo-
luntatem occidēdi haberet. et ita dico de diuerſis homi-
nibus: quoꝝ vnus vellet occidere aliquē ⁊ actu occideret
alius vero vellet occidere: non tm̄ occideret: q꞉ non poſſet:
ſi voluntas foret in vtroq̄ eque plena: et cetera ſint paria
in eis preter occidere ⁊ non occidere: non minus demere-
tur apud deum / nec maiori pena dignus eſt ſm veritatē
ille qui non occidit / q̄ is qui occidit / nec ecōuerſo ille ma-
gis demeretur. ⁊ ſimiliter loquor in alijs actibus.
❡ Iſta concluſio patet primo expreſſa auctoritate Aug.
primo de libe. arbi. dicentis ſic. Si cui non contingat fa-
cultas concūbendi cum coniuge aliena: planum tamen
aliquo modo ſit eum cupere. ⁊ ſi poteſtas detur eſſe factu-
rum: non minus reus eſt / q̄ ſi in ipſo facto deprehendere-
tur. Quid eſt autem non eſt minus reus niſi nō minus de-
meretur: ſeu non eſt minoris pene dignus. ſcđo ſic. Men-
ſura penarū attēditur ſm menſurā voluntatū eorum qui
peccāt. igitur in quibuſcūq̄ eſt equalis / ſeu equaliter ma-
la voluntas equalem penā merentur. ⁊ per conſequens in
caſu propoſito non maiori pena vnus / q̄ alter eſt dignus.
Aſſumptū probatur per Auguſti. ad deo gratias. vbi ex-
ponens illud Matt. 7. In qua mēſura menſi fueritis re- Cap.4.
metietur vobis. dixit ꝙ appetitus voluntatis humanorū



omnium eſt menſura factorum. et ſubdit. Ex qualitatibꝰ
quippe voluntatum non ex temporum ſpatijs ſiue recte
facta ſiue peccata meremur. alioquin maius peccatum
haberetur arborem deijcere q̄ hominem occidere. illud
enim ſit longa mora multis ictibus. hoc vno ictu breuiſſi-
mo temporis. Et ideo concludit ibi Augu. paulopoſt. ꝙ
dānatorum erunt pariter longa ſupplicia. Sed alia alijs
minora: vt quibus tempus equale eſt nō ſit equalis aſpe-
ritas. propter menſuram etiam peccatorum nō in produ-
ctione temporum: ſed in voluntate peccantium. In qui-
bus verbis etiam preſtat nobis motiuum boni argumen-
ti ad propoſitum principale. Quia ſi propter opus exte-
riꝰ alter plꝰ demereret̃ ceteris paribꝰ. igit̃ ꝓpt maiꝰ exte-
rius ſi vterq̄ exterius operetur. ceteris tamen paribus
is cuius maius opus eſſet maiorem penam meretur: et
ſic qui longiore mora ſuffocaret vel aliter interficeret ho-
minem meretur maiorem penā q̄ is qui breuiorē. Sup-
poſito ꝙ ambo equali voluntate agerent et omnia alia eſ-
ſent paria: et ſimilia: preter hoc tantum ꝙ alter qui for-
tior viribus citius interficit: alter vero: quia debilior lon-
giorem morā apponit. Hoc autē nemo diceret. quare ⁊c.
❡ Preterea. Non maius premium meretur homo pro-
pter voluntatem et opus q̄ alius propter equalem volū-
tatem tantum ſine opere: vbi cetera ſint paria. igitur non
per malum voluntatem et opus ⁊c. conſequentia clara
eſt. antecedens probatur. quia alias homo inuitus poſſet
per alium hominem fieri maioris et minoris meriti apud
deum: et fraudari premio et grauari ſupplicio: quod non
videtur dandum. et conſequentia eſt plana: quoniam in
actu exteriori poteſt homo etiam inuitus impediri: ſicut
in multis clarum eſt. probatur etiā antecedens illud per
Cap.8. gloſam. ſcđe ad Corin. ſuper illud. Qui multū non abun-
dauerit et qui modicū non minorauit. que dicit qui mul-
tum dat vt diues et qui parum vt pauper ſi equa volun-
tas eſt: equalem mercedem habebunt. et certe ita dicen-
dum videtur de eo qui nihil dat: quia nihil habet quod
dare poſſit ſi voluntas equa inſit. Quod confirmatur
Cap.6. per Hugo. de ſacramen. lib. 2. parte. 14. dicentem. Si er-
go vbi plus datur et vbi minus differens meritum non
eſt ſi equalis voluntas habeatur. ergo vbi aliquid da-
tur et vbi nihil datur differens meritum eſſe non poteſt;
ſi equalis vtriuſq̄ voluntas habeatur.
❡ Preterea. Ibidem ipſe concluſionem iſtam determi-
nat a propoſito. vnde ait. Totum ergo meritum in volun-
tate eſt: q̄uis tantum mereris quod non eſt intelligen-
dum quaſi dicatur: quantum vis mereri tantum mere-
ris: ſed quanta eſt voluntas qua mereris tantum eſt me-
ritum proportionabiliter: vt videlicet maioris volunta-
tis maius meritum et minoris minus et equalis equale.
Et tunc arguit contra ſe ſic. Sed dicis mihi. ſi totum me-
ritum in voluntate eſt nihil amplius ex opere eſt: et quo-
modo ipſum opus cum voluntate eſt. Quare ergo opus
requiritur ſi pro opere merito hominis nihil addicitur
vel aufertur. Et reſpondet Augu. quare ideo poſt volun-
tatem etiam opus requiritur vt ipſo opere voluntas au-
geatur tale eſt cor hominis vt ꝓ opere ſuo amplius inar-
deſcat ſiue ad bonitatē amandā ſi rectū ſiue ad malitiam
ſi prauū. ⁊ ſubdit. Et ſi forte contigerit tantā etiā volun-
tatē in eo qui nō operat̃ quanta eſt in illo qui opus exer-
cet vbi voluntas eadē eſt: meritum diſſimile eſſe non po-
teſt: ⁊ quecūq̄ dicit in illo caplo qđ ſatis ꝓlixū eſt: vadūt
ad intētionem iſtā. ❡ Sed cōtra ꝯcluſionē iſtā videt̃ eſſe
p̄mo gloſa decreti. de peni. diſt. 1. Si cui. ibi em̄ gloſator
gloſans p̄allegatū v̄bū Augu. de libe. arbi. nō minꝰ reus
eſt. ait reuera magis reus eſt ſi opus adhibeat̃. Sed hoc
quo ad ſufficiētietiā eterni iteritus accipe. vel nō minꝰ. i.
nihilominꝰ eſt reus: non quin plus peccet ſi opus ſequat̃.
qđ ꝓbat ex hoc: q꞉ ꝓhibitū eſt malā volūtatē in opꝰ ꝓce-
dere. ❡ Secūdo videt̃ ꝯtra hoc determiatio eccleſie dā-
nantis errores Petri abaylardi. Inter em̄ illiꝰ articulos
dānatos dicit̃ eſſe vnus quo ſic inquirebat. Nos vero di-
cimus ꝙ ſola volūtas a deo eternaliter remuneretur ſiue
ad bonū ſiue ad malū: nec propter opera peior vel melior
efficit̃ homo niſi forte dū operat̃ in aliquo voluntas eius
augmētatur: ex cuius ſentētie dānatione videt̃ eſſe tenē-
dum ꝙ non ſola volūtas remuneret̃: ⁊ ꝙ homo per opera
exteriora melior vel peior eſt. ❡ Tertio argui poteſt: q꞉ ſi
vera ꝯcluſio ſit nō plus merebit̃ apud deū volēs ſuſtine-
re martyriū ꝓ Chriſto ⁊ actualiter ſuſtinēs q̄ aliꝰ equa-
li volūtate volēs ſuſtinere: nō tamen actu ſuſtinēs: qđ nō
videt̃ verū: quia ꝓ actu martyrij dat̃ aureola ſm docto-
res. Item velle baptizari vel aliud ſacramentum ſuſcipe
eque bonū et vtile foret hominū ſicut velle et etiā cū hoc
baptizari. Itē qui vellet percutere vel occidere clericum
tātū peccaret quātū alius q nō ſolū vellet: ſed etiā occide-
ret: qđ falſum eſt. Tū q꞉ occidēs vere eſt homicida: alius
vero nō. Tū q꞉ iſte icurrit excōmunicationē ⁊ irregulari-
tatem: quas penas alius nō incurrit. ⁊ quaſcūq̄ alias pe-
nas alter ꝓ volūtate occidēdi nō icurrit vel meret̃: quas
incurrit iſte ac meretur. Hoc autē non eſſet iuſtū niſi ipſe
plus peccaret ⁊ maioris pene ipe dignus eſſet. ❡ Quar-
to. ſequitur ꝙ ſi duo homines nolentes quēq̄ occidere ſa-
gitarēt in vico aliquo ciuitatis equali adhibita vel equa-
liter neglecta cautela hincinde: de ledēdo aliquē ⁊ vnus
ſuperuenientem occideret. alter nullum quia nullus oc-
curreret: tantum peccaret qui neminem leſit: quātum qui
ſuperuenientē hominē interfecit: qđ non videtur dandū.
❡ Quinto. quia cuilibet peccato pena debet̃. igit̃ duo-
bus peccatis maior pena debet̃ q̄ vni tm̄ ex ipſis. ex op-
poſito enim conſequentis clare videtur ſequi oppoſitum
antecedentis. igitur pro vtroq̄. ſ. volūtate ⁊ actu ſequen-
te cum ſint duo diſtincta peccata: vt dictum eſt in conclu-
ſione quinta. maior pena debet̃ peccanti. ac per hoc plus
demeretur. ❡ Ad primum horum p̄mo poteſt dici ſicut
plures doctores theologi dicunt: ꝙ illa gloſa directe con-
tradicere videtur textui: ideo non eſt ſtandum gloſe. vel ſi
gloſam velimus recipere dici pōt ſecundo ꝙ magis reus
eſt extenſiue: quia pluribus peccatis peccat. Et hanc in-
tentionem videtur innuere probatio que additur de ꝓhi-
bitione actus exterioris: vel etiam poteſt intelligi intenſi-
ue ꝓpter intenſiorem voluntatem. Intenſior enim eſt que
erit in opus q̄ nō exiens: vbi vtraq̄ poſſit exire: in quo ca-
ſu tm̄ forte loquitur gloſa. vbi autem eque intenſa ſit vo-
luntas ſi actus exterior non ſequatur propter impedimē-
tum poſitiuum vel negatiuum: aut qualitercūq̄ ſicut ca-
piēdū eſt in propoſito: nō minus erit reus ad ſenſum pre-
miſſum q̄ ſi nullo interueniente impedimento actus fuiſ-
ſet exterior ſubſecutus. ❡ Ad ſecundum dico ꝙ non pu-
to omnia illa verba ſic poſita vt arguendo recitata ſunt
fuiſſe Petri abaylardi. et cauſa eſt: quia in nullo adhuc
libro epiſtolarum beati Bernardi talem texturam verbo-
rum reperi: vbi recitantur articuli collecti ex dictis il-
lius. Sed in pluribus libris in oībus quos vſq̄ huc p me
vel alium legi habetur preciſe ſic. ꝙ propter opera. nec
melior nec peior efficiatur homo et eſt articulus. 13. ſuo-
rum. Sic autem acceptum iſtum articulum quis nō vi-
deat eſſe merito condēnandum. Dant enim hec verba ſic debent
allegata intelligi ꝙ ſiue homo furetur ſiue adulteretur
non inde ſit peior q̄ ſi iſta non committeret. et ſi deum ho-
noret et proximo ſubueniat propter deum: aut alia queli-
bet bona nobis a deo precepta exerceat non ſit propterea
melior q̄ ſi illa non ageret: qui ſenſus vtiq̄ falſus et erro-
neus eſt. nam ſm hoc ſeq̄tur ꝙ nec ex opere exteriori nec
ex voluntate aut alio actu interiori hō ſit melior vel peior

ꝗ ſine illo foret ꝙ per nullum mereatur vel demereatur: et ita nullũ ſit hominis peccatum vel meritum:et ꝙ talis fuerit ſenſus illius ſatis aperit alius articulus eius qui eſt.19.et vltimus:et ponit cũ hoc tenore ꝙ neqꝫ opus neqꝫ voluntas neqꝫ concupiſcentia neqꝫ delectatio que mouet eam peccatum ſit:nec debeamus eam velle extingui:ex quibus patet ꝙ determinatio eccleſie illum condemnantis in nullo contraria eſt ſuperius dictis. ¶Ad tertium quãtum ad id quod dicit̃ de martyrio dicẽdum videtur: ꝙ vbi caſus eſſet talis ꝙ actus interior eſſet eque intẽſus et eque bene circunſtãtionatus:⁊ generaliter eque bonus intenſiue ⁊ extenſiue ſine actu exteriori:ſicut eſſet ſi cõmunicaretur actus exterior nõ minus meret̃ quis ex tali voluntate preciſe ꝗ ſi cum ea actu penam martyrij pateret̃. Difficile tamẽ eſſet talem caſum reperire.nam vt factum eſt per Hugo.volũtas ex ſuo actu auget̃ et maior feruor videt̃ reqri et concurrere in actuali experiẽtia pene illate actu ꝗ imaginate vel cõcepte tãtũmodo.vbi tamẽ detur caſus vt premiſſum eſt dicendũ videtur:vt dictum eſt:ad quod facit qđ de beato Martino cantat eccleſia. O ſanctiſſima anima quam ſi gladius perſecutoris non abſtulit palmã tamen martyrij nõ amiſit. Quãtum ad ſecundam partem de ſacramẽtis negãda eſt conſequẽtia:qꝛ licet nõ plus mereat̃ ex actu exteriori:ex re tamẽ operata.ſ.ſacramento confirmat̃ ſibi gratia:⁊ per cõſequens eſt ſibi meliꝰ ſicut ⁊ puero recipienti ſacramẽtum:quãuis ipſe nullum actum agat meritorium bonum eſt ſacramẽtum recipere propter ipſiꝰ efficaciam ſacramẽti in ipſo. Similiter etiã dicitur ꝙ actu ſuſtinẽs martyrium etiã ſi non plus mereatur ꝑpter opus exterius:recipit tamen aureolam:ac per hoc melius eſt ſibi ⁊ vtilius velle ⁊ ſuſtinere ꝗ foret velle preciſe. Quãtum ad tertiam ꝑtem concedẽdum eſt cõſequens:⁊ ad probationẽ falſitatis primã dicẽdum ꝙ vtiqꝫ homicida eſt volũtatis homicidio:licet alter tantũ ſit homicida homicidio actus exterioris.iuxta diſtictionẽ gloſe ſuper illud ad Ro.1.repletos omni iniquitate:⁊ ſequit̃: homicidijs contentione ⁊c.quãuis alter ſit homicida homicidio actuali.non ſequitur tamen ꝙ plus demereatur ꝗ reliquus ſi cetera ſint paria:nec oppoſitum probatur. Qꝫ autem additur de excõmunicatione ⁊ alijs penis non arguit intentũ:quia plerũqꝫ tales pene infligũtur pro minoribus peccatis.et non pro maioribus:ſicut patet:quia verberãs clericum incurrit excõmunicationem:et tamen interficiens mille homines laicos non ꝑpterea eſt excõmunicatus:cum tamen nulli dubiũ ſit ipſum multo plus et grauius peccare ac demereri apud deum.vnde ex talibus penis:que eccleſiaſtico iudicio:vel etiã ſeculari infliguntur peccãtibus non poteſt argui maius demeritũ hominis apđ deum:nec tamẽ infliguntur iuſte cum ille vtiqꝫ talium penarum ſit dignus:immo et malorũ que diuino iudicio reſeruãtur:ſicut etiam ⁊ pene aliorum criminum que hic non iudicialiter puniũtur. ¶Ad quartum cõcedendum eſt conſequens.dicẽdum tamen ꝙ nec etiã actu interficiens peccat tantum quãtum ſi voluiſſet interficere:nec minus etiam ꝗ ſi nullus aduenieſſet quem interficeret:et per conſequens non fuiſſet ſecuta occiſio alicuius: ceteris tamen ſimiliter ſe habẽtibus. ¶Preterea. Arguit̃ non videtur plene ad ꝑpoſitum.nam vtiqꝫ ſagitans habet actum non ſolum interiorem:ſed etiam exteriorem:nec alter habet ꝓprie actum aliquem:cui ſimilem non habeat reliquus.vnde ſi ambo morerẽtur anteqꝫ ſagitta perueniret ad aliquẽ quem vulneraret:nõ diceretur diſſimiliter egiſſe alter ab altero:ꝗuis euentus fuerit diſſimilis.

Cap.14. ¶Ad quintũ nego conſequẽtiam loquendo vniuerſaliter de peccato.nam cum ſicut dicit Auguſt.ꝑmo.de libe.ar. ꝙ aliud eſt velle bene.aut male.aliud mereri aliquid per bonam vel malã voluntatem:ſic dico ꝙ aliud eſt bene vel male agere:ſeu recte agere vel inique:ſeu non recte:quod dicitur peccare.aliud mereri vel demereri. Per ſuum actum agit homo bene vel male tã actu exteriori ꝗ actu interiori ſeu voluntate. Sed tamen non meretur aut demeretur niſi preciſe per actum voluntatis:et per conſequens non plus demeretur per actum voluntatis et actũ exteriorem ꝗ per ipſum actum voluntatis tñ:ac per hoc non quibuſlibet duobus peccatis plus demeretur ꝗ altero illorum tñ. ¶Ad argumentum principalis queſtionis cum aſſumitur ꝙ nulla operatio exterior eſt de ſe mala vel peccatũ:hoc duplicẽ ſenſum poteſt habere. Vnus eſt quo intelligatur nullam operationem exteriorem eſſe aliquod malum vel peccatum diſtinctum a peccato vel malo qđ eſt actus interior voluntatis et in hoc ſenſu nego aſſumptum. ¶Ad probationem primam ex auctoritate Augu.dicendum ꝙ ibi Augu.non diffinit vniuerſaliter peccatum ſed tñ peccatum voluntatis cui vtiqꝫ primo ac principaliter conuenit ratio peccati.et hoc ſufficit ad propoſitum ſuum ibi.et patet iſtud:quia.22.contra Fauſtum diffiniens peccatum.dicit.ꝙ eſt dictum vel factum:aut concupitum aliquid contra eternam legem:ex qua diffinitione.patet ꝙ non ſolus actus interior voluntatis:ſed etiam exterior operatio eſt peccatum. ¶Ad ſecundam probationem dicendum ꝙ non procedit ad datum ſenſum antecedentis:quoniam non ſequitur.quelibet operatio exterior poteſt fieri bene.igitur quando male fit non eſt diſtinctum malum vel diſtinctum peccatum a peccato:qđ eſt actus interior. Alius ſenſus antecedentis illius poteſt eſſe quo intelligatur nullam operatiõem exteriorem eſſe per ſe peccatum:ita ꝙ hoc nomen peccatum per ſe in primo vel ſecundo modo predicetur de nomine ſignificante talem operationem ad quem ſenſum vadit probatio ſecunda. Et quicquid ſit de veritate eius in hoc ſenſu:quia id poteſt patere ex duabus queſtionibus immediate precedentibus:negãda eſt conſequentia:ſi in conſquente ly plus.ſumatur extenſiue:ſicut ſupra ſumitur in concluſione.5.nam eſto ꝙ operatio aliꝗ exterior nõ ſit per ſe peccatum:adhuc ipſa poteſt eſſe diſtinctum peccatum ab interiore:et per conſequens peccans actu interiore ⁊ exteriore tali opere peccat pluribus peccatis. Si autem ly plus in conſequente ſumeretur intenſiue:quicquid ſit de probationibus ſuis:ipſum non eſſet contra dicta:ſed pro cõcluſione.6.et per hoc patet etiam ad argumentum in oppoſitum. Notandum tamen ꝙ cum dico actum interiorem vel exteriorem eſſe peccatum ſm eum ſenſum loquor quẽ dedi ſupra diſt.34. vbi inquiſitũ fuit quid eſt peccatum. A quo ſua gratia nos conſeruet immunes:in quo nullũ fuit omnino peccatum:quiqꝫ:vt peccatum tolleret venit in mundum dei filius Jeſus Chriſtus benedictus in ſecula ſeculorum. Amen.

¶Explicit lectura Secundi ſententiarum Fratris Gregorij de Arimino:ſacri ordinis Heremitarum ſancti Auguſtini:theologie profeſſoris excellentiſſimi: Prioris generalis quondam prefati ordinis:qui legit Pariſius anno domini.1344. Per venerabilem ſacre theologie profeſſorem fratrem Petrum de Baranta ꝗ diligentiſſime caſtigata et ſue priſtine integritati reſtituta.



¶Tabula omnium queſtionum totius libri ſecundi ſententiarum eximij doctoris magiſtri Gregorij de arimino ordinis heremitarum.


¶Diſtinctio. Prima.

1.qõ. VTrum Ariſto.eiuſqꝫ Cõmẽ. Auerrois ſenſerint oĩa alia entia a primo eſſe facta:vel potius econtra fuerint opinati plura entia non habere principium effectiuum.

2.qõ. ¶Utrum cõcluſio quã tenet Ariſto.ſ. ꝙ plura entia carent principio effectiuo:fuerit euidente ab ipõ efficaci ratione probata / vel probari poſſit ex dictis eiuſdem.

3.qõ. ¶Utrum per aliquã potentiam fuerit poſſibile aliquã aliam rem a deo fuiſſe ab eterno/ſiue fuiſſe ſine principio ſue durationis.

4.qõ. ¶Utrum motus ſit res aliqua ſm ſe ab omni re permanente vna/vel pluribus diſtincta.

5.qõ. ¶Utrum actio ſit res diſtincta a re que fit et ab agente ⁊ paſſo/ac etiam ab ipſa paſſione.

6.qõ. ¶Utrum creatio ⁊ conſeruatio ſint entitates diſtincte inter ſe et a re quam deus creat / vel conſeruat.

¶Diſtinctio.ij.

1.qõ. ¶Utrum angeli fuerint ante tempus/vel poſt.

2.qõ. ¶Utrum angelus ſit in loco diuiſibili/vel indiuiſibili.

3.qõ. ¶Utrum angelus poſſit ſimul eſſe in pluribus locis.

¶Diſtinctio.iij.iiij.et.v.

vnica qõ ¶Utrum angelus potuerit in aliquo inſtanti primo peccare/vel mereri.

¶Diſtinctio.vj.

1.qõ. ¶Utrum angelus poſſit moueri localiter a ſe ipſo.

2.qõ. ¶Utrũ angelus poſſit ſe mouere de loco ad locum in aliquo tempore ſucceſſiue.

3.qõ. ¶Utrum angelus poſſit moueri de loco ad locum in inſtanti.

¶Diſtinctio.vij.

1.qõ. ¶Utrum angelus obduratus poſſit virtute propria ſtante cõmuni influentia dei elicere aliquod bonum velle.

2.qõ. ¶Utrum quãcunqꝫ rem angelus intelligit intelligat intellectione:tam a re quam intelligit/ꝗ a ſuo intellectu eſſentialiter diſtincta.

3.qõ. ¶Utrum angeli cognoſcant res per ſpecies diſtinctas ab actualibus notitijs quibus res ipſas cognoſcunt.

4.qõ. ¶Utrum aliquid non exiſtens poſſimus naturaliter intueri/ſeu intuitiue cognoſcere.

5.qõ. ¶Utrum angelus ſpecies et intellectiones quibus alias res naturaliter intelligit recipiat a rebus ipſis intellectis.

¶Diſtinctio.ix.et.x.

1.qõ. ¶Utrum vnus angelus naturaliter ex ſe poſſit noſce diſtincte ⁊ intuitiue cognitiones aliorũ angelorum/ac etiam noſtras.

2.qõ. ¶Utrũ angelus poſſit naturaliter alteri angelo loqui locutione intellectuali.

¶Diſtinctio.xj.

vnica qõ ¶Utrum omnia quorum angelus ſimul habet ſpecies/vel poteſt habere ipſe naturaliter poſſit ſimul actu diſtincte intelligere.

¶Diſtinctio.xij.

1.qõ. ¶Utrum materia ſubſtantie corporalis ſit entitas actu diſtincta a forma eius.

2.qõ. ¶Utrum materia ſubſtantie generabilis ⁊ corruptibilis a qualibet forma ipſam informante ſit ſeparabilis naturaliter.

¶Diſtinctio.xv.

vnica qõ ¶Utrũ in mixtis generatis ex elemẽtis remaneant eſſentie ipſorum elementorum.

¶Diſtinctio.xvj.⁊.xvij.

1.qõ. ¶Utrum euidenter poſſit probari animam ſm quã homo eſt ad imaginem dei.i.intellectiuam eſſe ſubſtantialem hominis formam.

2.qõ. ¶Utrum preter animam intellectiuã ſit aliqua alia forma ſubſtantialis in homine.

3.qõ. ¶Utrum in hoĩe potentia ſenſitiua et intellectiua realiter diſtinguant̃ ab eius anima.

¶Diſtinctio.xviij.

vnica qõ ¶Utrum ex coſta Ade abſqꝫ alterius materie additamento fuerit corpus Eue formatum.

¶Diſtinctio.xxiiij.⁊.xxv.

vnica qõ ¶Utrum actuum liberi arbitrij voluntas hominis ſit cauſa immediate productiua.

¶Diſtinctio.xvj.xvij.⁊.xviij. 26-27-28

1.qõ. ¶Utrum homo ſm preſentem ſtatum ſtante influentia dei generali poſſit per libe.arbi. et naturalia eius abſqꝫ ſpeciali dei auxilio agere aliquẽ actum moraliter bonum.

2.qõ. ¶Utrum homo ĩ preſenti ſtatu poſſit ex ſuis viribus naturalibus abſqꝫ dei auxilio ſpeciali qđlibet peccatum vitare.

¶Diſtinctio.xxix.

vnica qõ ¶Utrum homo ante peccatum eguerit gratia operante et cooperante.

¶Diſtinctio.xxx.xxxj.xxxij.⁊.xxxiij.

1.qõ. ¶Utrum peccatũ originale ſit pena/aut culpa.

2.qõ. ¶Utrum beata virgo Maria fuerit cõcepta cũ peccato originali.

3.qõ. ¶Utrum decedẽtes cum ſolo originali peccato puniantur aliqua pena ſenſus.

¶Diſtinctio.xxxiiij.xxxv.xxxvj.⁊.xxxvij.

vnica qõ ¶Utrum actualis peccati deus ſit cauſa immediata efficiens.

¶Diſtinctio.xxxviij.xxxix.xl.⁊.xlj.

vnica qõ ¶Utrum ſm bonitatem/vel malitiam intẽtionis operãtis ſit bonitas/ vel malitia in opere eiꝰ.

¶Diſtinctio.xlij.xliij.⁊.xliiij.

vnica qõ ¶Utrum homo voluntate mala et comitante exteriore operatione ſimul plus peccet / ꝗ ipſa voluntate mala tantum.

¶ Alia tabula per ordinem alphabeti cōferens ad inueniendum omnia notabilia contenta in hoc ſecūdo.

A

Quod hec prepoſitio.a.non importat habitudinem diſtinctam ab extremis:cum ſit purū ſyncathegoreuma:nichil per ſe ſignificās. diſt.prima.q.6.in reſponſione ad primā.contra ſcđam ꝯcluſionē.

¶ Actio et paſſio.

¶ Qꝛ hec nomina actio et paſſiō poſſunt accipi pro potentijs vel operationibus.diſt.1.q.5.in pnci pio queſtionis in deciſione.

¶ Q; ōis actio eſt realiter diſtincta ab agente cuiꝰ dicit actio:ſilr paſſio a patiēte.ibiđ.arti.pmo.cōcuſione pma.

¶ Q; omnis paſſio eſt actio:non tamen omnis actio eſt paſſio.ibidem.concluſione ſecūda.

¶ Q; nulliꝰ agētis actio eſt res diſtincta a re quā facit ſilr nec patiētis paſſio a re que in illo fit.ibiđ.cō.3.

¶ Q; aliqua actio eſt motꝰ:aliqua non:ſimiliter aliqua paſſio eſt motus ⁊ aliqua non.ibidē.cō.4.

¶ Q; nulla actio eſt in agente niſi illud agens ſit patiēs. ibidem.concluſione.5.

¶ Q; actio nō diſtinguit ab agente:ſimiliter contra aliquas ꝯcluſiones obijcit.ibidē.in obiectionibus.

¶ Quomodo debet intelligi actus eſt in agēte:quia per predicationem.ibidem.ad primā obiectionē contra quartam concluſionem.

¶ Quare dicitur ꝙ paſſio eſt effectꝰ actionis:⁊ nō econuerſo:et quomodo debet intelligi.ibidem.ad principalem rationem.q.

¶ Actus moralis.

¶ Q; actus moralis bonꝰ eſt actus cōformis recte rōni ſm omnes circunſtātias requiſitas ad hoc ꝙ actus ſit vere virtuoſus.diſt.26.q.pma.arti.pmo.in principio.

¶ Q; nullus homo in ſtatu preſenti:ſtante etiam dei generali influentia agere poteſt aliquem actum moraliter bonum.ibidem.

¶ Q; nullus actꝰ culpabilis eſt moraliter bonus.ibidē. in ſuppoſitione pma.concluſionis pme.

¶ Q; nullus tentatus ad aliquem actum malū moraliter poteſt abſq; auxilio ſpeciali dei tentationem ſuperare. ibidem.ſuppoſitione ſecūda.

¶ Q; tam ꝓ actibꝰ vitioſis vitādis ꝙ̄ pro bonis agēdis fideles orādo īplorant diuinū auxiliū.ibiđ.ſup.3.

¶ Q; quilibet homo in ſtatu pſenti eſt impotēs ad quēlibet bonū actum cadentē ſub diuino precepto:⁊ non ſolū ad melius vel facilius agendum:ita ꝙ ſpeciali indiget auxilio.ibidem.in ſuppoſitione quarta.

¶ Q; homo ad agendū actuus bonos ⁊ non meritorios vite eterne indiget ſpeciali auxilio.ibiđ.ſuppoſitione.5.

